GLOSSARIVM MANVALE

AD

SCRIPTORES

MEDIAE ET INFIMAE

LATINITATIS,

EX MAGNIS GLOSSARIIS

CAROLI DU FRESNE,

DOMINI DU CANGE,

ET CARPENTARII

IN

COMPENDIVM REDACTVM,

MVLTISQVE VERBIS

ET DICENDI FORMVLIS AVCTVM.

TOMVS QVARTVS.



HALAE,

APVD IO. IVST. GEBAVERI VIDVAM ET FILIVM

MDCCLXXVI.

Digitized by Google

5292,3
A

HARVARD COLLEGE LIBRARY

DIVINITY SCHOOL LIBRARY. HARVARD UNIVERSITY

7784
41.221
38.6

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Accipis, lector, quartum huius Gloſſarii tomum, ex Freſniano opere quarti et tertii, ex Carpentariano autem ſecundi voluminis magnam partem per epitomen ſiſtentem; in quo conficiendo quoniam easdem, quas in ſuperioribus tomis edendis, leges ſequutus ſum, praefatione facile ſuperſederem, niſi accidiſſent nonnulla, quorum te admoneri et tua et vero etiam mea intereſt.

Scilicet primo tomo ſupplementa quaedam inſerueram, quibus vel voces a Cangio atque Carpentario praetermiſſae addebantur,

)(

Digitized by Google

tur, vel ſuppeditatae a priore ſcriptore vocum deriuationes emendabantur. Id tamen velut aliud agens egeram, profeſſus in ipſa praefatione, „me ea tantum addidiſſe vocabula, quae ſeſe quaſi „vltro obtulerint, quum hoc conatu potius alios ad ſupplendum „et augendum vtrumque Gloſſarium excitare voluerim, quam „ipſe hanc partem ſuſcipere.„ Ex quo quid mihi conſilii fuerit ſatis apparet. Scilicet, finis laboris erat, epitome Freſnii et Carpentarii, ſupplementa autem tantum pauca eaque maxime obuia adieceram. Quod cum ita ſe haberet, in ſequentibus tomis iſta ſupplementa ſine detrimento libri praetermitti poſſe putaui. Videbam enim poſt ſcriptorum iſtorum Gallicorum meſſem copioſiſſimi ſupereſſe ſpicilegii materiam, auctam eo ipſo temporis ſpatio, quo Gloſſarii huius volumina excudebantur; quod nemo inficias ibit, qui praeter ingentem ſcriptorum atque diplomatum copiam ante memoriam noſtram in Germania in lucem protractam, quorum plerique ne in notitiam quidem Gallorum venere, vel ea ad animum reuocet, quae nouiſſimis hiſce annis clariſſimi viri Würdtweinius, Schoepflinius in opere poſtumo, Gerkenius, denique ſocii Academiarum Manhemienſis atque Monachienſis publici iuris fecerunt. Iam haec ſingula quominus excuterem et in meos vſus conuerterem temporis aliis iisque neceſſariis laboribus, maxime autem Gloſſario Germanico elaborando deſtinati anguſtia excludebar. Itaque et mihi et vero etiam ipſis lectorum commodis melius me conſulturum putabam, ſi ſupplementorum colligendorum laborem in aliud tempus reiicerem, quo, paucarum additionum atque obſeruationum loco, quales primo tomo adſperſeram, rem ſerius agere et quaecunque in monumentis antiquioris aeui, praeter ea quae duumuiri Galli eorumque ſocii congeſſere, pro inſtituti mei ratione, memoratu digna videbuntur, cum cura colligere ſeparatoque volumine complecti, mihi licebit.

Atque

Digitized by Google

Atque hoc quidem mihi videbatur. Aliter autem ſtatuit criticus neſcio quis, qui T. VIII. *Bibliothecae Lemgouienſis* acriter in me inuehitur, quaſi fidem emtoribus datam fefellerim, idemque qui ſupplementa tomo primo a me addita miſerrima eſſe pronuntiat, vehementer dolet, quod ſequentibus tomis ſimilia non addiderim, quam ſententiam ſecum pugnantem nemo mirabitur, qui perlecta tota recenſione, qualis ſit Hercules ille prodicius intellexerit. Eſt enim homo a doctrina et iudicandi vi plane deſtitutus quique ſibi ipſi quauis fere linea contradicit, praeterea inſigniter mendax. Quorum vitiorum argumenta vbique in oculos legentium incurrent, qui operae pretium putabunt, tantilli hominis naeniis immorari. Mendacii tamen vnum idque grauiſſimum exemplum adferam, ex quo qualis ille ſit, apparebit. Scilicet *Semlerum*, celeberrimum Halenſium Polyhiſtorem, primum huius Gloſſarii elaborandi auctorem fuiſſe, eundemque quo potiſſimum modo elaborari deberet, conſilium dediſſe, tradit, ipſamque adumbrationem, qualem a *Semlero* profectam dicit, aliquot paginis exhibet, eamque ingenii humani abſolutiſſimum opus, ſatis quidem lepide, vocat. Dolet deinde, mihi, homini ei rei plane impari, eius operis elaborandi munus commiſſum eſſe, quippe qui quod optime excogitarit *Semlerus*, executus ſim peſſime. Quae ſingula quum primum legiſſem, fateor me obſtupefactum adſtetiſſe, et an foediſſimi veteratoris mendacia, an vero hominis delirantis ſomnia legerim, dubitaſſe. Equidem illuſtri *Semleri* nomini lubens aſſurgo, ſummamque eius doctrinam, ſi quis alius, in pretio habeo. Sed vir doctiſſimus in ſocietatem conſiliorum de hoc libro edendo agitatorum nunquam venit, nec conſilium quomodo edi deberet, ſuppeditauit, vti ipſe, ſi quis ex eo quaerere velit, pro ingenuitate ſua lubens teſtabitur. Ipſe ego edendi huius Gloſſarii conſilium coepi, captum cum bibliopola communicaui, quo rem probante ipſam editionem aggreſſus ſum perfecique opus, nullo alio viro docto interueniente.

Nec

Digitized by Google

Nec opus erat artificiosa adumbratione alienoque consilio simplicem voluminosorum operum, quae mole laborant sua, epitomen promittenti. Quae cum ita sint, facile apparet, impudentissimum illum censorem totam narrationem, quo meae qualicunque existimationi damnum inferret, dedita opera confinxisse. Equidem quid hominem in me concitauerit, ipsumque eius nomen ignoro. Quicquid tamen sit, huius furfuris censoribus me displicere mihi semper gloriosissimum putaui et in posterum putabo. Caeterum si quis beneuolis tot virorum doctissimorum partiumque studio vacuorum, qui in plerisque diariis atque ephemeridibus litterariis, proximis hisce annis editis Glossarium hoc orbi litterato commendauere, iudiciis diffidat, eum vt ipsa Fresnii et Carpentarii opera euoluat et cum hac eorum epitome conferat rogo; quod si fecerit, spero eum mihi testem futurum, me munere susceptо non indiligenter esse perfunctum.

Quartum hoc volumen paulo serius quam promiseram in publicum prodit, non mea tamen culpa, qui exemplum manuscriptum, iam ante annum et quod excurrit, bibliopolae transmisi, sed propter proela aliis iisque necessariis laboribus occupata. Qua mora iam sublata, volumina quae supersunt, redemtoribus iusto tempore quam certissime tradentur. Scribebam Lipsiae d. XXVI. April. MDCCLXXVI.

IO. CHRISTOPH. ADELVNG.

Digitized by Google



H.

H (1) LITTERA numeralis quae 200. denotat. Vnde verſus:

H quoque ducentos per ſe deſignat habendos

ſeu vt habet Vgutio:

Littera H quondam duo centum notat, nec plura quondam,

Eidem literae, ſi recta linea ſuperaddatur, 200 millia ſignificat. (2) *In ſuperſcriptione cantilenae, et tantum in ſcriptura aſpirat, ita et in nota ad ipſum habitat.* Notkerus Balbulus Opuſc. *Quid ſingulae literae ſignificent in ſuperſcriptione cantilenae?* V. A. (3) Hanc litteram vocabulis propriis ſeu appellatiuis a Theutonibus praeponi ſolitam, notum eſt; verbi gratia in *HLudouicus*, *HLotarius*, *HRabanus*, et ſimilibus. Vide Gloſſar. Schilteri. Quemadmodum vero perperam in MSS. codicibus non raro additur eadem haec littera: ita non rectius ſaepe omittitur, vtriusque exemplum accipe. Teſtam. in cortice ſcriptum an. circ. 690. et a Felibiano in Hiſt. S. Dionyſii p. X vulgatum. *Et poſſedendum relinco et hoc dum aduixero, Huſufructuaria condicione et abſque praeiudicio ſanctarum baſilecarum tenire et domenare debeant. - - - Et quidquid exinde ipſe Abbas qui tunc temporis ibidem fuerit pro Hutiletatibus memoratarum baſilecarum decriuerit faciendi, etc.* Ch. Chlodouei III. an. 691. apud eumdem Felibian. pag. XI. *Sin autem non potuerit quod lex de tali cauſa edocet Oc inde ſuſteniat, vnde et tales praeceptiones eis ex hoc fieri et accipere inſſimus.* Et haec quidem ſufficiant, rem quippe notam loquor: alias varietates ſua ſponte animaduertet ſtudioſus lector.

HABBA, pro Abbas. Inſtrum. an. 873. apud Mabillon. lib. 6. de Re diplomatica p. 543.

HABE pro *Ave*, vel *Have*; nam et ita ſcribebant. Gloſſ. Lat. Graec. *Have*, χαῖρε. Acclamatio Senatus, apud Pollionem in Claudio: *Claudi dux fortiſſime habeas*, i. e. χαίροις ἄν.

HABELLVM. Vita S. Declani Epiſc. to. 5. Iul. p. 605. *Mulier cuiusdam villici, venit cum ſeruitio ſuo ad Monaſterium S. Declani: ſed ipſa non longe a ciuitate accepit furtiue de tributo S. Pontificis magnum habellum, volens iniuſte aliis tribuere: ſed illam coram viatoribus terra deglutiuit - - et deuoraus terra eam, proiecit Kabellum de ſinu ſuo; et illico illud coram omnibus lapis apparuit.* Vbi Sollerius in Notis: *Quid ſit Habellum neſcio; ſed cum infra conſtanter ſcribatur Kabellum, agaturque de tributo, quod S. Declaro pendi debebat, ſuſpicor intelligi Gabellum ſeu ſummam pecuniariam, ex arca tributaria Monaſterii S. Declani furtim ablatam.*

HABENAE, Papiae, *Funes nauium.*

HABENDENCIVS, pro Abundantius in Litteris Caroli Iohannis Reg. Franc. primogen. a. 1358. t. 3 Ordinat. p. 320.

HABENTES, Florentinis *Abbienti*, diuites. Iulianus Anteceſſor Conſtit. 108. §. 14. *Et ſi poſt tres teſtationes in ſcriptis habitas, ei idoneos homines habentes inuenerit eum, quem conteſtatus eſt cum vxore ſua etc.*

HABENTIA, numero ſingulari, diuitiae, opes, apud S. Auguſtinum lib. 20. contra Fauſtum. Nonius Claudius lib. 7. *Animos eorum habentia inflarat.*

HABERE. (1) Velle, vel debere. Lib. 1. Capitular. c. 61. *Qui in ſanctis habet iurare, hoc ieiunus faciat etc.* Rupertus Abb. in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 21. *Currens affer illum ad me, ego enim eum habeo baptizare.* Num. 26. *Ipſe enim quia aegrotat habeo eum viſitare.* (2) Concil. Turon. III. c. 25. *Quoniam aliqua ſunt Monaſteria in quibus ſunt pauci Monachi, qui praedicti Patris regulam ſuis Abbatibus habeant promiſſam*, i. qui promiſerint. Guidonis Diſciplina Farfenſis lib. 1. cap. 16. *Cum autem orationem habuerint factam, pueri incipiant, etc.* (3) HABERE SE, gerere ſe, Gall. *Se Comporter.* Laurentius Bizinius de Origine belli Huſſitici an. 1421. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 171. *Tentabant, quatenus Pragenſes haberent ſe ad defendendum.* (4) HABERE PERSONAM, pro reſpicere. Canones Hibern to. 9. Spicil. Acher. p. 13. (5) HABET, exſtat Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 25. *Habet ibi ſilua quae habet in totum leguam I. dimid.* (6) HABERE, res, diuitiae facultates, *Avoir* Gallis, *Avere* Italis, *Haab* Germanis. V. *Havo.* Pacta inter Venetos et Francos, in Geſtis Innocentii III. PP. *Totam quidem habere, quod in ciuitate inuentum fuerit, a quolibet duci debet, et poni in commune, etc.* Tabular. S. Florentii: *Hic ob ſaluationem animae ſuae, omnes redhibitiones praedictae villae Monachis condonauit, et de habere eorum LX. ſolidos accepit.* (7) † Habitare, qua notione vtitur Plautus in Monach. Notit. ver. apud Menag. in Hiſt. Sabol. p. 135. *Habentes circa nos in foreſta.* (8) † Cogi, compelli. Lit. remiſſ. Mſ. an. 1452. *A patria ſe abſentare habuerunt.* (9) † *Habere* dicitur de equa quae concipere poteſt. Conſtitut. Mſ. Petri III. Aragon. a. 1359. (10) † *Habere agere*, multum laboris et operae in re aliqua ponere. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1386. *Habere agere, habere facere contra aliquem*, rem pugna cum aliquo dirimere. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1355. *Habere facere*, negotium habere, Germ. zu thun haben. Ch. a. 1313. inter Probat. t. 2. Hiſt. Nem. p. 13. *Habere animum cum aliquo*, parti eius fauere, ap. Murat. t. 3. Antiq. Ital. p. 1200. *Habere bonum os*, tacere, commiſſa celare, reinen Mund halten. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1352. *Habere donatum, factum*, donare facere, vſitatiſſima loquendi formula, et Latinis haud incognita. *Habere ad iuſtitiam*, ad iuri ſtandum cogere. Ch. Mſ. an. 1130 *Habere pro malo*, offenſioni habere. Acta B. Chriſt. to. 4. Iun. p. 412. *Habere materiam*, cauſam habere. Probat. to. 3. Hiſt. Nem. p. 205.

HABERGAGIVM, domicilium, domus, ex Chartul. Sangerm. V. *Hereberga.*

† HABERGAMENTVM, habitatio, domus. Ch. Mſ. an. 1209. V. *Hereberga.*

HABERGELLVM, HABERGEON, HABERGETVM, V. in *Halsberga.*

HABIA, († dumus, rubus, vel dumetum, Gall. ol. *Habier*, pro *Hallier*. V. *Halotus.*) Regeſtum Philippi Auguſti Herouuallianum fol. 172. *Haia Lire et haia de Aubenas inter Cheminum Perre, et ſemitam Decani, et vsque ad habiam Catorum, ſunt de deffenſa.* V. *Gabia*

HABILAMENTVM, indumentum, veſtimentum, Gall. *Habillement.* Litterae Henrici V. Regis Angliae an. 1416. apud Rymer. t. 9. p. 400.

† HABILHAMENTVM. idem. Codicill. Mſ. a. 1516.

† HABILIMENTVM, apparatus belli, machinae bellicae, Gall. *Habillement.*

Digitized by Google

ment. Elmham. c. 14. p. 28. V. *Habitamentum.*

HABILIS. (1) Agilis, industrius, *Habile et diligent.* Odofredus ad l. Quod venditor 37. D. de Dolo malo: *Bonus est fervus et habilis.* (2) Probatus. Epist. Henrici Clerici Pompofiani XI. saeculo scripta apud D. de Montfaucon, in Diario Italico p. 95. (3) Certus, ratus, constans. Diploma Conradi Imp. an. 1138. apud Tolnerum Histor. Palat. inter Instr. p. 40. *Et vt haec regiae nostrae confirmationis auctoritas habilis et inconvulsa permaneat.* (4) † Vox forensis, aptus, idoneus, Gall. *Habile.* Ch. Ms. a. 1417.

HABILITARE. (1) Idoneum, *habilem* reddere, Gall. *Habiliter.* Concil. Pisanum tom. 6. Spicil. Acher. p. 250. *Qui ponebant in dubium, si Cardinales poterant se habilitare mutuo.* (2) Informare, instituere, disponere. Epist. Clementis IV. PP. in Conc. Lugdun. an. 1274. apud Marten. Ampl. Collect. to. 7. col. 207. *Sic studeas habilitare materiam, sicque animos tuos tuorumque* dispenere etc Bulla Vrbani V. PP. an. 1365. in Bullar. Carmelit. p. 123. *Animos vestros ad rationabilem habilitare concordiam studeatis.* (3) † Incoeptum perficere, exsequi, vnde *habilitare appellationem,* eam prosequi. Ch. a. 1779. inter Prob. t. 3. Hist. Nem. p. 38.

HABILITAS. (1) Refectio, ornatus, instructio. Epist. Panormitanorum ad Martinum IV PP. in Chron. Siciliae apud Marten. t. 3. Anecd. col. 36. (2) HABILITATES CONDITIONVM, conditiones propositae. Albertus Mussatus de Gestis Ital. post Henric. VII. lib. 12. apud Murator. t. 10. col. 720.

HABILITATIO, habilitas, capacitas, in honorem et gradum pristinum restitutio. Concil. Dertusanum ann. 1429. inter Hisp. t. 3. p. 650.

† HABILITATI, iidem qui *habituati* in ecclesiis cathedralibus, seu collegiatis, canonici inferiores s. capellani. Bulla a. 1484. in Contin. magni Bullar. Rom. p. 289.

† HABILITER, opportune, commode. Ch. a. 1380. t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 313.

† HABILIVS, sufficiens, qui satis est; Gall. ol. *Hable, Habille.* Ch. Ms. a. 1338.

HABILLVS, pro habilis, aptus, gnauus, strenuus. Ch. Henrici VIII. Regis Angliae an. 1540. apud Rymer. to. 14. p. 655. *Hominum habillorum ad guerram etc.*

HABITACVLVM, habitatio, domus. Breuiarium Pisanae Historiae, apud Murator. t. 6. col. 163.

† HABITAMENTVM, instructus bellicus. Lit. remiss. a. 1461. V. *Habilimentum.*

† HABITANTIA. (1) Praedium rusticum, i. q. *Mansus,* t. 4. Cod. Ital. dipl. p. 1665. (2) Obligatio qua qui iure alicuius ciuitatis frui volunt in ea per certum anni tempus habitare tenentur. Ch. a. 1173. ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 210. V. *Habiturium.* (3) Familia. Ch. an. 1219. inter Monum. eccles. Aquileg. p. 687. (4) Habitatio, domus. Stat. Cadubr. lib. 3.

† HABITATIO, actio habendi. Ch. an. 1342. to. 9. Ordin. reg. Franc. p. 41.

HABITATORES HAEREDITARII, V. *Mansionarii.*

HABITATVRA, vt habitaculum. Acta S. Symeonis recluſi, t. 1. Iunii pag. 105.

† HABITATVS, habitatio, domicilium, to. 10. Collect. Hist. Franc. p. 339.

HABITIO. (1) De castro, vel vrbe ab hostibus capta dicitur. Breuiarium Hist. Pisanae apud Murator. t. 6. col. 171. *Cuius castri habitio fuit anno Domini 1148.* (2) *Tenuta,* possessio, Gall. *Tenuë.* Tractatus an. 1314 t. 2. Hist. Dalphin. p. 150. V. in *Tenere.*

† HABITVALIS TVNICA, qua quis vestitur. Acta SS. t. 2 Aug. p. 461.

HABITVARE, vestire, induere, Gall. *Habiller,* ol. *Habituer.* Instrument. a. 1473. in Bullario Carmelit. pag. 301.

HABITVATIO. (1) Habitus, vestitus, Gall. *Habillement.* Acta S. Godele-

Digitized by Google

deleuae to. 2. Iulii p. 425. (2) Veſtis religioſae ſuſceptio, Gall. *Vêture*. Schramb Chronic. Mellicenſ. p. 421.

HABITVATI, in Eccleſiis Cathedralibus ſeu Collegiatis Beneficiati Canonici ordine minores; frequentius hodie de Presbytero intelligitur ſiue Clerico, qui ad alicuius Eccleſiae ſeruitium ſe mancipauit, absque vllius beneficii titulo certis pecuniarum diſtributionibus, iuxta locorum conſuetudines, contentus. Litterae Franciſci I. Regis pro reformatione S. Capellae Pariſ. *Tenebitur Theſaurarius dictae Capellae committere vnum bonum diſtributorem, videlicet vnum de Habituatis in dicta S. Capella.* Ibidem iterum de *Habituatis* poſt Canonicos et Capellanos occurrit mentio.

† HABITVRIVM, i. q. *Habitantia* 2. Stat. Piſtor. a. 1107. ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 559. Ital. *Abituro*, domicilium.

† HABITVRVS, pro Habendus. Annal. Fuld. ad a. 865. t. 7. Coll. Hiſt. Fr. p. 172.

HABITVS. (1) Nude, de iis dicitur, qui Monaſticum habitum induere. Vita S. Declani Epiſcopi t. 5. Iulii pag. 601. *Multa iam millia habitus vtriusque ſexus in illis plurimis locis ſub cura et regula ſanctiſſimi patroni Declani in vita feliciſſima vixerunt.* HABITVS REGVLARIS, monaſticus, in Addit. 3. ad Capitul. c. 52. *Habitus religionis*, in l. 7. Capitul. c. 338. HABITVS VENERABILIS, imperatorius, apud Victorem in Epit. in Conſtante. † HABITVS NVPTIALIS, pro *ſuperpellicium*, veſtis linea clericis propria. Stat. Synod. Tornac. a. 1366. † HABITVS SANCTORVM, monaſticus, in Ch. an. 1183. to. 1. Prob. Hiſt. Brit. p. 692. (2) Mendoſe pro ambitus. Monaſt. Anglic. t. 1. p. 25.

HABLVERE, pro Abluere, in vetuſto Ceremon. MS. B. M. Deauratae.

† HABLVM, portus, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1354. V. *Habulum*.

HABOVTARE. (1) Conſtituere, aſſignare, Gall. *Aſſigner*. Ch. Curiae Sueſſion. a. 1273. Eadem notione *Faire about d'ouvrage* in Conſuetud. Montenſi c. 12. art. 6. (2) HABOVTARE et HABVTARE, Gall. *Aboutir*, terminari. Charta a. 1254. V. *Abbutare* in *Abbotare*.

HABRA, famula. Gloſſ. Anglo-Saxon. Aelfrici: *Ancilla, ſerua, habra vel dula.* V. *Abra*.

HABVDARE, pro abundare. Litterae Iohannis Reg. Franc. an. 1361. t. 3. Ordinat. p. 505.

HABVGHVNT, et HAPICHVNT, canis qui cum accipitre venatur. *Hapich* enim ſeu *Habich*, Germanis eſt accipiter: *Hund*, canis. Lex Baiwar. ex Edit. Heroldi c. 27. §. 6. V. *Canis acceptoricius*.

HABVISIA. Contractus Nauigii D. Regis cum Venetis an. 1268. to. 5. Hiſt. Franc. *Et pro quolibet alio peregrino habendo placam ab arbore de medio ad proram cum ſuis viandis et habuiſiis marcham vnam, etc.* Vbi pro *Habuiſiis*, leg. *Harneſiis*, vt monet Cangius in voce *Placa*.

HABVLVM, portus, Gallis *Hable* et *Havre*, Germ. Hafen. Tabular. Monaſt. Fiſcanenſis fol. 41. *Laxaui - - - et dimiſi Dom. Abbati Fiſc. quidquid iuris habebam - - - in portu et habulo et villa ſua de S. Valerico, etc.* Ch. Henrici Malconduit Vicecomit. Bloſſeuillae a. 1240. apud Valeſium in Notit. Gall. p. 211. *Ego in portu ſiue habulo ſuo de S. Walarico nullum ius ſiue libertatem aliquam habeo emendi, etc.* V. *Haula*.

HABVNCOLVS, pro auunculus. Praeceptum Childeberti an. 697. apud Mabill. Diplom. p. 479.

HABVNDA, abundantia. Computus an. 1407. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. p. 548.

HABVNDANTIA, pro abundantia, in Praecepto an. 884. apud Mabill. Diplom. p. 550.

HABVNDVS, largus, copioſus. Ratbertus de Caſib. S. Galli c. 11.

HABVS, φαλὸς, in Gloſſ. Graec. Lat. MS. et edito, forte *apex*: nam id φαλὸς ſonat. Suppl. Antiquarii: *Habus, φαλὸς, exilis, ſplendidus*. V. Scaliger epiſt. 334.

HABVTARE, V. *Haboutare*.

† HABY-

Digitized by Google

…, mendoſe ap. Menekon. to. …. in Panegyr. Benzon. l. 4. …o *Abiae*, vt ſacerdotes in… ſecundum Euang. Lucae …

…DOGE, V. *Haeccedora.*

…CVS, mendoſe pro *Nactus*, …alum equi, in Bulla Leon. IX. …Cantin. magn. Bullar. Rom. p. 1. …que mendoſe editum *Naccum*, ap. …aeum t. 2. p. 1132.

HACELELIA, vox Hiſpanica f. faſciola, diminutiuum a faſcia, vel *faſciolum*, operimentum capitis. Scriptura principis Adelgaſtri pro Monaſterio S Mariae de Obona to. 3. Concil. Hiſpan. p. 90. *Damus - - ſex ſabanas, duas literatas et quatuor ſine ſerico, et tres hacelelias et duas fiscatas et vna cappa ſerica et tres calices.*

† HACETA, ſecuricula. Lit remiſſ. Mſ. a. 1385. V. *Hacheta.*

HACHERIA, V. in *Harmiſcara.*

† HACHETA, i. q. *Haceta*, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1380. V. *Hachia.*

† HACHEYA, HACHIA, mulctae honorariae ſpecies, quae viris plebeiis, vt *Harmiſcara* militaribus, irrogari ſolet. Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1313. V. *Hachia* in *Harmiſcara.*

HACHIA. (1) Securis, a Gall. *Hache.* Inſtrum. a. 1430. to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 64. (2) Poena quaeuis, V. in *Harmiſcara*, et *Hacheya.*

† HACHIATVS, decuſſatim delineatus. Inuent. S. Capellae Pariſ. an. 1376.

† HACIATA, menſurae ſpecies. Chartul. S. Mart. Pontiſar. *Duas haciatas ſalis.* V. *Haquetum.*

HACLA, genus veſtis. Liber repraeſentationum Hiſtoricarum in MS. Floriacenſi XIII. ſaeculi, in Repraeſentatione peregrinorum Emmaus: *Accedas quidam alius in ſimilitudinem Domini, hacla veſtitus et tunica.*

† HACTARE, pro *actare*, actionem intendere. Ch. Mſ. a. 1083.

HADA pro *Hida*, apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. Hinc

HADAGIVM, pro *Hidagium*, in Ch. Henrici VIII. Reg. Angl. an. 1256. V. in *Hida.*

HADERVNGA, vox Saxonica, perſonarum acceptio, ab *Had*, perſona, et *Arung*, honoratio, admiratio. Leges Ethelredi.

† HADES, torriles ex virgultis laquei, pro *Hardes.* Ch. Mſ. a. 1210.

† HADOX, piſcis genus ſale conditum. Tract. Mſ. de Piſc. c. 119. *Et aſelli ſpecies, quem ſalitum a Britonibus Hadox quidam vocant.*

HADRIANEA, HADRIANALIA, ludi in honorem Hadriani Aug. celebrati. V. Hofman. in hac voce.

† HADVBBA, tubae ſpecies, vt videtur. Andr. Floriac. Mſ. t. 1. Mirac. S. Bened. *Aereis hadubbis, neruis et manibus perſonabant.*

HAECCEDORA, HACCEDOGE, *cantiones in carminibus.* Papias.

HAEDVLARE, παίζειν, ludere. Gloſſ. Lat. Graec.

HAELIX, ἀναπνοὴ ὀχετοῦ, *elix, ſulcus aquarius*, in Supplem. Antiq.

HAEMODIA, *infeſtatio dentium et genginarum ob acida et auſtera.* Lex. med. in Amalth.

HAEMORRHVS, Gr. αἱμόῤῥους, viperae ſpecies, *colore arenoſo - - - - per corpus vero notis nigris et albis variegata*, vti ait Aëtius, quae morſu ſanguinem elicit, a Gr. αἱμοῤῥοέω, ſanguinem fundo. Plura videſis apud Hofman.

† HAENA, mendum pro *Cauda*, pergameni ſcilicet pars reſecta, cui ſigilla aptantur. Ch. a. 1383. to. 5. Ordin. reg. Fr. p. 291.

HAERA FALCONI, V. *Aera* 4.

HAEREDARE, iure haereditario habere, poſſidere. Ch. Eduardi III. Reg. Angl. an. 1342. apud Rymer. t. 5. p. 331.

HAEREDIPETA, haeres proximior. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 70. *Et nullus haeredipetae* (perperam *haeredipede*) *ſuo propinquo vel extraneo, periculoſa ſane cuſtodia, committatur.* Io. de Ianua: *Heredipeta, qui alterius hereditatem petit vel cupit.*

HAEREDITABILIS. (1) Qui rem auitam et haereditariam poſſidet. Fulbertus Carnot. Epiſt. 96. (2) † Dicitur de re, quae ad aliquem ſpectare debet. Tabul. S. Sergii

Digitized by Google

Andegav. *Burchardus - - cui causa haereditabilis erat.*

HAEREDITABILITER, iure haereditario. Ch. an. circ. 1140. apud Madox Formul. Angl., p. 40.

HAEREDITAGIVM. (1) Pars, quae haeredi obuenit. Ch. Luitgeri postmodum Episcopi Mimigardens. (2) Possessio, praedium, *Heritage*, Germ. Erbe, in Constit. Sicul. l. 3. tit. 8. Statuta reform. S. Claudii sub Nicolao V. PP. a. 1448.

HAEREDITAMENTVM, id omne quod iure hereditario ad haeredem transit, ac praesertim res immobiles. Ch. a. 34. regni Henrici VIII. Regis Angliae apud Madox Formul. Angl. p. 288.

HAEREDITANTES HOMINES, f. manumissi, liberti, *Haereditantes* dicti, quod eorum id praecipuum erat priuilegium, vt succedere possint; nisi iidem sint qui *Haeresiotae* infra nuncupantur. V. *Haeresis*. Tabularium Eleemosynae S. Pauli Viennensis: *Terminatur ab vno latere terra franchilium hominum, et ab alio terra haereditantium virorum, a tertio vero latere vna stricta via, sicut istis terminis concluditur.* V. *Haeres* 3.

HAEREDITARE. (1) Succedere, haereditatem obtinere, Gallis *Heriter*. Concilium Tolet. VIII. inter Hispan. to. 2. p. 546. V. *Hereditare*. (2) HAEREDITARE ANIMAM SVAM, in proprios vsus reseruare, Gall. *Reserver pour son usage, pour son entretien.* († Vel potius, piis donationibus animae suae saluti testamento prouidere.) Ch. 90. Chartularii S. Martini de Camarcio, vulgo *Chamars*, in territorio Dunensi: *Quando dedit filiam suam Gaufredo Normanno cum quadam parte terrae suae, totam terram suam quae est a loco qui dicitur Charistra vsque ad molendinos de Morciis ad animam suam haereditandam retinuit.* (3) Possessionem dare rei alicuius, Gall. *Adheriter*. Anastasius in Hist. Eccles. p. 58. *Ab hora vero, qua promouerentur, neminem habere licentiam disponendi; sed omnia ipsius venerabilem domum haereditari.* Theoph. κληρονομεῖν. Thwroczius in Petro Rege Hungar. c. 38. *Ac bona quantitate de terra eundem haereditare non omisit.* V. *Adhaeredare*, et *Heredistare*.

HAEREDITARIE. Aliquid *Hereditarie* possidere, i. e. ita possidere, vt filius tuus nepotue, te mortuo possideat, apud Ludewig to. 5. Reliq. MSS. p. 544.

HAEREDITARIVS. (1) Haeres, *Heriter*. Ditmarus lib. 6. pag. 77. (2) Dominus, cui dominium, possessio alicuius rei competit. Charta a. 1240. ex Chartul. S. Vandregesili t. 1. p. 11.

HAEREDITARIVM, haereditas. Charta a. 1239. t. 1. Chart. S. Vandregesili. V. *Hereditarium*.

HAEREDITAS LVCTVOSA, quae ad parentes ex morte filiorum obuenit, id est, quarta portio de rebus filiorum, vti est apud Anianum ad l. 2. Cod. Th. de Inoffic. testam. Iudicium a. 1030. in Append. † Pro *Alode* nonnunquam occurrit in Speculo Sax. V. *Hereditagium* 2.

† HAEREDITATVS, qui iure haereditario possidet, Gall. *Heritè*. Arest. a. 1355.

HAEREDITORIA CHARTA, EPISTOLA, qua scilicet quis filiam suam naturalem, quam ex ancilla suscepit, ingenuamque ac *Denarialem* ante Regem factam, ad haereditatem suam vocat. Huius formulae exstant apud Bignonium in Formulis vet. c 46. et 49.

HAEREDIVM. Acta S. Marcelli t. 2. Ian. p. 12. *Maxentius peior prioribus, regni infortunio fortitus imperium, vt regnandi, ita saeuiendi in Christianos obtinuit Haeredium.* Quod Galli dicerent: *Il a herité de sa haine contre un tel.*

† HAERERE SE, propius accedere. Tract. Mss. de re milit. et mach. bell. c. 48. *Homines - - possunt se haerere muro.*

† HAERES. (1) HAEREDES nude, interdum feudi paterni appellatione addita, dicebantur apud Gallos, Nobilium filii ac haeredes, qui parentum haereditatem, quoad feuda, adire non poterant, donec 21. annorum

rum attigissent aetatem; cum interim eorum tutores, ac *Custodes*, praediis pupillorum feudalibus fruerentur, et eo nomine militaribus obsequiis ac seruitiis obnoxii hominia dominis praestarent. Habetur in Tabular. Maioris Monasterii fol. 159. Charta *Gaufredi Comitatus Andegauensis naturalis Haeredis*, subscripta, a *Fulcone Vindocinensium Comite naturali.* — SECVNDVS HAERES, *Nepos*, in Glossis antiquis. VLTIMVS HAERES, IC. Anglis dicitur, qui ex legitimo matrimonio natus moritur nullo post se legitimo haerede relicto. (2) Is cuius haereditas speratur. Acta Martyrii S. Vassii Santonensis n. 2. (3) † Idem qui *Haereditans*, qui libertate donatus legitimam haereditatem adire potest. Ch. Ms. a. 1201.

HAERESEVS, HAERESISTA, haereticus. Carolus M. de cultu Imag. in Praefat. *Nonnumquam incredulorum vel haereseorum impellitur infestationibus.* Occurrit et lib. 1. c. 26. HAERESISTA. Henr. Knyghton. an. 1382.

HAERESIANVS, haereticus, apud Will. Briton. l. 12.

HAERESIARCHA, haereticae alicuius doctrinae princeps et auctor. Epist. an. 890. apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. col. 233.

HAERESIS. (1) Praestationis species, forte mulcta quae ab iis qui haereseos conuincebantur soluenda erat. Compositio an. 1248. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1039. *Quae feuda nouimus esse libere restituta Ecclesiae praedictae, et concessa cum faidimentis et haeresibus quae poterant euenire in domaniis et feudis ipsius ecclesiae.* Ibidem: *Et omnia faidimenta et haeresis, etc.* (2) Αἵρεσις, Functio quaeuis. *Haeresis naualis*, in lib. 9. et 10. Cod. Th. de Praed. Nauicular. Hinc *Haerisiotae*, functioni, conditioni, obnoxii, maxime nauali, l. vlt. D. de Collegiis. (3) † Sortilegium, veneficium, Gall. *Heresie*. Lit. remiss. Ms. a. 1446.

HAERESISTA, HAERESITA. V. *Haereseus.*

† HAERESIVM, f. pro *Harnesium*, vestimentum. Marten. t. 9. Ampliss. Coll. p. 921. *Corpus totum tanto studio comitur, vt haeresium ipsum, quod solo frigoris debuerat obtentu parari etc.*

HAERETICALIS. (1) Haereticus, erroneus, in haeresim inducens. Bulla Ioannis Episc. an. 1327. apud Rymer. to. 4. pag. 323. (2) Pertinens ad haereticos. Codex MS. D. de Chaluet Senescalli Tolos. de Haeret. Albig.

HAERETICARE. (1) Haereseos notam alicui impingere. Literae Iohannis de Thurena an. 1429 apud Marten. to. 2. Anecd. col. 1725. *Ad incitationem seu requestam quorundam. - - - eum* (Benedictum) *vtique probum et sanctum virum verum summum Pontificem, vt praemittitur, criminantium et haereticantium de haeresi.* (2) Haereticum facere. Guillelmus de Podio Laurentii in Praefat. Chron. *Et heretici in tanta reuerentia habebantur, quod habebant coemetria, in quibus, quos haereticauerant, publice tumultuabant.*

HAERETICATIO. (1) Liber Sentent. Inquisit. Tolos. pag. 5. *Praedicta haereticatio facta fuit circa instans festum S. Iohannis Baptistae.* Est autem *haereticatio* ratio aliquem adscribendi in haereticae sectae societatem, quae apud Albigenses per manuum impositionem, quam vocabant *Consolamentum*, fiebat. (2) Conuicium, exprobratio haereseos. Laurentius Bizinius de Origine belli Hussitici apud Ludewig. to. 6. Reliq. Mss. p. 152.

HAERETICVS. *Haretici* vt est apud Papiam; *dicuntur, qui de Domino vel creatura, siue de Christo vel Ecclesia praue sentiunt, ac dehinc conceptam noui erroris perfidiam pertinaci prauitate defendunt.* Iso in Glossis: *Haereticus, qui sectam suam colit.* S. Augustinus lib. de Vtilit. credendi c. 1. *Haereticus est, vt mea fert opinio, qui alicuius temporalis commodi, et maxime gloriae principatusque gratia, falsas ac nouas opiniones, vel gignit, vel sequitur: Illi autem, qui huiusmodi hominibus credit, homo*

Digitized by Google

eſt imaginatione quadam veritatis ac pietatis illuſus. HAERETICVS VESTITVS, conuictus, qui palam haereſim profitetur: *Perfecti haeretici ſeu veſtiti*, in Concilio Biterrenſi an. 1246. Statuta Simonis Comitis Montisfortis: *Nullus haereticus veſtitus et reconciliatus habet licentiam remanendi in villa, in qua, conuerſabatur, in illa peruerſa profeſſione; ſed extra villam illam poterit conuerſari, vbi Comes permiſerit.* Concilium Narbonenſe an. 1227. cap. 16. *Haeretici veſtiti, vel notati, aut ſuſpecti, etc. Haereticis veſtitis* opponi videntur *Haeretici crediti*, ſeu qui creduntur haeretici, et haereſim palam non profitentur, apud eundem c. 48. V. *Credentes.* † HAERETICVS HAERETICANS, haereticae doctrinae princeps et magiſter. Inquiſit. Mſ. a. 1258.

HAERETIZARE, haeretice ſentire. Vita S. Aldhelmi to. 6. Maii p. 87.

HAEROCRALV, V. *Croerola*,

HAESIMENTA, latrinae, Gall. *Aiſements*. Andr. Monach. lib. 1. de Vita Ottonis Epiſcopi Bambergenſis c. 44. *Pabula vero retro haeſimenta omnibus conuolui iuſſit.* V. *Aiſantia.*

HAESITANTES, Eutychiani haeretici. Vide Leontium de ſectis Act. 6. 7.

HAFERBAN, obuentionis genus apud Germanos. Litterae Friderici Ducis Auſtriae et Styriae pro Monaſterio S. Floriani an. 1243. apud Ludewig. to. 4. Reliq. Mss. p. 226. *Quaslibet obuentiones, ſcilicet leſunge, uberwaach, gramlos nocturnos dolos, haferban in praediis ſuis et perſonis Officiales ecclaeſiae exequantur.*

† HAFFNE, ſocietas hominum qui tenentur ſeruire nauibus, interprete Ludewig. t. 12. Reliq. p. 187.

HAFTVNNA, certus ac determinatus agri modus. Traditiones Fuldenſes lib. 1. c. 12. Hoc *eſt, quod donamus, quidquid in Vrithorphe proprietatis habemus, exceptis vero haftunnis, et vno mancipio, etc.* V. *Hobunna* in *Huba.*

HAGA. (1) Seps, ſepes, ſepimentum ex virgultis confectum, Germanis *Hage*, *Hagen*, et *Haeghe*, Anglis *Hedge*, Gallis *Haie*: denique Anglo-Saxonibus, *Haeg.* Alanus in Anticlaudiano l. 1. c. 3.

Ambit ſilua locum muri mentitae figuram.

Monaſticum Anglic. to. 2. p. 273. *Quod tamen dictam placeam - - - - includere poſſint foſſato et haga, ſecundum aſſiſam foreſtae.* Vide Iacobum Eyndium in Chron. Zeland. p. 100. HAYCIVM, HAICI, idem quod *Haga*, ſepes. Monaſt. Anglic. to. 1. p. 722. HAGA, ſeu *Hegin*, dictus etiam apud veteres Germanos, aliquot prouincialium diſtrictus, certo pagorum ac vicorum numero conſtans, quem et *Circulum* vocabant: quae vox etiamnum hodie obtinet hac ipſa notione: nam *Circulos*, verbi gratia, *Weſtphaliae* dicimus, eiusdem prouinciae conuentus. Appellationis rationem docet pluribus Monachus Sangall. de Reb. M Caroli. lib. 2. c. 2 HAIA, HAYA, HEIA, voces eiusdem notionis et originis, ac *Haga*, Gallis *Haie*. Capitula Caroli C. tit 36. *Quicumque iſtis temporibus caſtella et firmitates et haias ſine noſtro verbo fecerint, etc:* Vbi *Haia* ſumitur pro militari vallo, quod ex palis conficitur, *Paliſſade.* Eadem notione uſurpatur apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. ex Bracton. lib. 2. c. 40. §. 3. *Vallatum fuit et inclauſatum foſſato, haia et palitio.* HEYA, apud Bracton. lib. 2. cap. 34. §. 1. *Meſuagium - - - quod vallatur foſſato vel haya.* (2) HAIA, corueiae ſpecies, qua quis haias domini reficere tenetur, vel praeſtatio pecuniaria pro redemptione eiusmodi corueiae. Ch. apud Hemaereum in Auguſta Viromand. an. 1025. *Eo tenere, vt bannum et latronem, corueias, carrucarias, ſiluae haias ad capiendam venationem vlterius non perſoluant, etc.* Alia an. 1168. ex Tabulario Foſſatenſi fol. 19. *Quinque ſolidos pro paſtu, atque corueias bis in anno, quas vulgus haias appellat.* (3) HAIA, ſilua, *haiis*, ſeu ſepibus ſepta, munita. *Foreſta noſtra ſiue haia*, in Conſuetud. Lorriaci

riaci editis a Morino in Hiſtor. Waſſmienſi. *Haya Giſneuſis*, in Chronico Andrenſi pag. 463. Proprie etiam *Haim* Galli appellabant quamdam ſilue partem delectam, quam ſepibus muniebant ad feras includendas, aut ad alios vſus: quod docent Charta S. Bernardi Abbatis apud Sammarthanos in Epiſcopis Autiſſiodor. pag. 274. et vetus Notitia in Hiſt. Monaſt. S. Nicolai Andegao. pag. 53. HAGIA, eadem notione. Vetus Notitia in Tabulario Monaſterii Fiſcan. fol. 82. *Et Hagia facta fuit per medium - - - boſci.* (4) HAGA, domus, ex vet. Saxonico *Haegh*, et *Hagh*, inde forte dicta, quod ut plurimum domus agreſtes ac caſae ex viminibus complicatis inſtar cratis ac ſepis fabricatae ſint. Anonymus apud Th. *Blount* in Nomolexico Anglic. *Haga, domum cum ſhopa.* Charta Ethelredi Regis Angl. anno 996. in Additam. ad Matth. Paris p. 156. *Cum nonem praefatae ciuitatis habitaculis, quae patria lingua Hagan appellari ſolent.* Index Ms. Beneficiorum eccleſ. dioec. Conſtantienſ. fol. 22. *Item Capitulum Conſtantienſe percipit decimam groſſorum fructuum Haye dicte parochie.* Domeſdei, apud Spelmannum: *Radulfus tenet vnam hagam de 12. denar. Willelmus S. Hagas de 5. ſol. Nigellus 5. hagas, quae faciunt ſeruitium.* HAGHA, eadem notione. Deſcriptio banorum D. de Eſca ex Archiuo S. Audomari.

HAGABVLVM, V. *Gablum.*

HAGHA. (1) V. *Haga* 4. (2) † Locus tectus et ex omni latere apertus Gall. *Hangard.* Comput. Mſ. a. 1473.

HAGIA, V. *Hagia* 3.

HAGIOGRAPHI, Scriptores Sacri. Notkeri Balbuli liber de Interpret. Scripturae apud Bern. Pez. to. 1. Anecd. part. 1. col. 3.

HAGIOLOGIVM, calendarium feſtorum, apud Stephanot. part. 1. Antiquit. Benedict. Vaſcon. Mss. p. 58.

HAGION PNEVMA, vox Graeca, Spiritus Sanctus. De S. Aureo to. 3. Iunii p. 61.

HAGIOSIDERVM, Graece ἁγιοσίδηρον, quaſi ſacrum ferrum, vnum eſt ex illis tintinnabulorum generibus, quae Graeci hodierni campanarum loco habent. Eſt autem ferrea lamina 4. digitorum latitudine, 16. vero longitudine, funiculo in medio librata. Haec ferreo mallello ternis interpolaris vicibus ab homine pulſari ſolet, qui ſacerdotem Euchariſtiam deferentem ſolet praecedere, vt inter tranſeundum quisque rei admoneatur. Ita Hoſmannus.

HAIA. (1) V. *Haga.* (2) † HAIA CARRVCAE, pars carri forte lateralis, Gall. *Ridelle*; ſic dicta quod res carro impoſitas contineat. Inquiſit. Mſ.

† HAIARE, venari in *haia* ſeu ſilua, *haiis* vel ſepibus ſepta, Gall. *Haier.* Areſt. Mſ. a. 1334.

HAIBOTA, HAYBOTA, HEIBOTA, vel HEDGBOTE, eſt ius percipiendi neceſſarium lignum ad faciendas *hagas*, quod percipi poteſt in terris ſeu praediis ad vitam, vel ad annos aliquot conceſſis, licet in Chartis donationis id expreſſum non ſit. Ita Raſtallus. Charta Galeranni Comitis Mellenti in Tabular. S. Egidii Pontis Audomari: *In nemoribus habebit paſuagium, et in veyleiga husbotam et heibotam iuſſu foreſtarii.* Vbi *Husbota* eſt ius percipiendi lignum ad conficiendam domum, quod idem valet ac Gallis *feſtagium. Hus*, Anglis et Saxonibus, eſt *domus*; *bote* vero mulcta, emendatio, ita vt qui eo iure gaudet, quietus ſit a mulcta: quae infligi ſolet id agentibus. HOYBOLD, eadem notione, in Moneſt. Anglic. to. 3 p. 633. V. *Houſabold.*

HAICI, V. *Haga* 1.

HAIDROTII, V. *Heideoti.*

HAIMESVCKIN, V. *Hamſocna.*

HAIMHALDARE, rem ſuam, vel animal aberrans rei vindicatione reperere, et ſuum vel quaſi domeſticum repoſcere, ſeu potius ad domum reducere: eſt enim Scotis et Germanis *Haim*, domus, vel domicilium. In Legibus Baronum Scotiae, ſeu Quon. Attach. cap. 10. eſt *de Catallis Haymhaldandis.* Cap. 48. §. 14. *De animali inuento wayff* (i. errante) *in territorio alicuius domini*

ſiini, poteſt dominus illius animalis venire, et haymhaldare illud. V. Skenaum de verbor. ſignificat.

† HAIOTA, dimin ab *Haia*, ſilua aut pars ſiluae *haiis* ſeu ſepibus ſepta. Reg. 5. Iuſti Cam. Comp. Pariſ.

HAIRA, (1) veſtis rufa, villoſa et vilis, a Sax. *Haer*, pilus, crinis: vnde Gallis *Haire*, cilicium, Sax. *Haera*, quod ex pilis hircorum aliorumue conficiatur. Vetr. Schedae Thuanae: *In Chriſti nomine notitia de veſtimentis domni Germani, quod accepit Wineradus diaconus in theſauro an. XLII. regnante domno Chlotario: Sagia fuſca 2. caligas albas 4. ſagia de Haira 1. calcias ſiltrinas paria 2. etc.* V. *Bigera.* (2) † Tortilis ex virgultis laqueus, Gall. *Hart.* Ch. a. 1239. in Hiſt. Sabol. p. 344.

HAIRBANNVM, V. in *Herebannum.*

HAIRED, ceruus. Gloſſ. Lipſii: *Hiret, cervus.* Vbi Somnerus: *Sax. Heort, Gallis Hart, Belg. Hert et Hirt, Teut, Hirſch, Hirz, Danis Hiort.* Liber niger Scacarii p. 357.

† HAIRO, ardea, erodius, Gall. *Heron*, al. *Hairon.* Act. SS. t. 3. Aug. p. 619.

HAISCLVS, oſtii genus apud ruſticos maxime in vſu ex ramis confectum, quo curtis vel pomarii clauditur ingreſſus, Gall. *Haiſe* vel *Aiſe.* Inſtrumentum an. 1033. ex Tabular. Corbeienſi: *Nolebat idem Maior quod antea grangiam ſeu grangias fieret Haiſellus.*

HAISTALDI, ruſtici, coloni, hoſpites, manſionarii, etc. qui in praediis dominorum manſiones habent, et glebae ſunt addicti. Vox forte conflata ex *haie*, domus et *ſtal*, ſedes. Annales Francorum Bertiniani, an. 869. *De centum manſis unum Haiſtaldum, et de mille manſis unum carrum cum 2. bobus - - - ad Piſtas mitti praecepit: quatenus ipſi Haiſtaldi caſtellum - - - - excolerent et cuſtodirent.* Ch. a. 858. pro Monaſterio Deiparae Sueſſion. *In villa d' Effenboch manſiones dominicales cum caſtitia et omnibus appenditiis et Haiſtaldis viginti - - - In villa Monendich manſiones dominicales cum appenditiis ſuis, ubi aſpiciunt Hoſtaldi octodecim. In villa Martan manſiones dominicales, ubi aſpiciunt quinque Heſtaldi*, etc. Tabularium S. Vitoni Virdunenſis: *Tantum terrae eſt ibi, quae ſoluit 13. denar in Nat. S. Ioannis Bapt. Haiſtoldi vero ſoluunt cenſum capitis in feſtiuitate S. Martini unusquisque 2. denar etc.* Ex quibus colligitur *Haiſtaldas dictos*, quos alii *Hoſpites, Colonos, Ruſticos, Manentes*, etc. appellarunt. Sed et Galli etiamnum, voce apud vulgus recepta, pullos gallinaceos, qui in praediis ruſticis ab eiusmodi colonis aluntur, *Eſtaudeaux* appellant, ab eorum ſcilicet, a quibus aluntur, nomenclatura deducta. V. *Heſtha.* † Gloſſ. Caeſ. Heiſterbac. t. 1. Hiſt. Treuir. p. 664. *Haiſtaldi, id eſt, qui non tenent a curia haereditatem; quia Communionem habent in paſcuis et aquis noſtris.* Vbi auctor ſic annotat: „Haiſtaldi qui Germanis Hauſs„hälter, Hausgeſeſſene, incolae qui „haereditatem ſuam non a curia, „id eſt in beneficium vel feudum, „ſed in allodium habebant; ingenui „interim homines, freye Bauern; „neque ut Cangius putat glebae „adſcripti etc.„

HAISTERAHANDI. Lex Aleman. tit. 10. *Si quis in curtem Epiſcopi armatus contra legem intrauerit, quod Alamanni Haiſterahandi dicunt*, etc. Vbi Editio Heroldi, *Haiſterahanni* praefert. Idem quod *Zitterhand, id eſt, calida manu*, vt habet Conſtitutio Friderici Imperat. lib. 2. Feud. tit. 27 ex Theutonico *hand*, manus. Baluz. ad Capitul. p. 1002. *Hauſteranni* legendum videtur Schiltero in Gloſſ. Teuton quod *Hausfrid ſtoeren*. i. e. turbare pacem domeſticam interpretatur. V. *Hamſoca.*

† HAISTRIA, fagus, Gall. *Hêtre*, Germ. Heſter. Regeſt. foreſt. de Broton.

† HAITA, Friſonibus pater, V. *Atta.*

HAKEDVS, lucius, piſcis, ex Sax. *Haeceod, Hacod*, lucius, vel mugil, Germ. Hecht. Liber Rames. ſect. 2. apud Camdenum in Icenis, et Spelmannum: *Ibi admirandae magnitudines lucii, qui ab incolis Hakeds nuncupantur, perſepe extrahuntur.*

Hakét

Digitized by Google

Hakes, in Vita S. Oſwaldi Episcopi Wigorn. n. 6.

HAKENEIVS, et HAKENETTVS, liquus tolutarius, gradarius, Gallice *Haquenée*. Mandatum Eduardi III. Regis Anglican. 1373. apud Rymer. to 7. p. 27.

HAKESINS, V. *Aſſaſſini*.

HALA. (1) Domus, domicilium, aula, palatium: ſed proprie locus conſtructus *kallis*, id eſt, ramalibus ſicculis, unde etymon. Nam vix probem ſententiam Goropii Bekani lib. 2. Francic. pag. 46. qui a voce priſca Germanica, *hal* deducit, quod eſt *conſeruare*, quod iis in locis conſeruentur merces. Anglo-Saxonib. *Healle*, aulam et palatium pariter ſonat. Ut et Barthii, qui in lib. 42. Aduers. cap. 6. a Graeco, ἅλς, *ſal* deducit, quod in *kallis* ſal aſſeruetur et diſtrahatur. Et quidem Kiliano: *Halle, vetus German. Salina, Locus in quo ſal coquitur. Hinc vrbes eas, vbi ſal conficitur Germani Halas communiter appellant.* Maxime vero ita appellant aulas maiores et publicas, in quibus *Communiae* congreganur pro communibus negotiis, vbi etiam mercatores merces ſuas venum exponunt. *Halle*, in Conſuetudine S. Seueri tit. 16. art. 6. et alibi paſſim. Rigordus in Philippo Aug. an. 1183. *Duas magnas domus, quas vulgo Halas vocant, aedificari fecit, in quibus tempore pluuiali omnes mercatores mundiſſime venderent, et in nocte ab incurſu latronum tute cuſtodirent.* Adde Nangium eodem anno. Ch. Communiae Royenſis in Picardia: *Haec eſt voluntas noſtra, vt in foro conſtituatur Hala ad vendenda ibi mercimonia.* V. *Hallus*. HALA, apud Atrebatenſes locus in quo ius olim dicebant vrbis Scabini. Chartular. V. S. Vedaſti Atrebat. p. 30. HALLA, pro quauis domo. Domesdei tit. Chent: *In Newcerce hundredo, ipſe Hugo* (de Montfort) *tenet vnam terram, quam Asor Rot tenuit de R.* E. (Rege Edwardo) *ſine* Halla. V. *Haſla*. Inde HALLAGIVM, tributum, quod ſoluitur pro licentia exponendi merces in *Halla*. Ch. ap. Aeg. Bry in Hiſt. Perticenſi p. 117. *Sint quieti et liberi de telonio, hallagio, hauagio, boſſelagio, vexatione viarum*, etc. Regeſtum 2. des Meſtiers in Camera Computor. Paris. *Quiquonques ameine morue a Paris, l'acheteur doit 5. ſols de couſtume, et 16. den. de congie et de Hallage.* (2) HALA, *hircoſus, olens*. Papias.

HALABARCHES, praefectus ſalis, id eſt, maris, apud Ruffinum. V. *Alabarches*.

HALACHIA, V. *Aloſa*.

† HALAE, HALAGIA, aulaea, vt videtur, quibus *Hala* ſeu aula ornatur, vel lintea, quibus paratur menſa. Areſt. a. 1345. *Magiſtri hoſpitii noſtri omnia halagia et omnes ſcutellas de quibus in comeſtione ſeruitur etc. V. Alae 2.*

HALARES, ἱππέων τάξιαρχοι: *alares equites*. Supplementum Antiquarii.

† HALATIO, halitus. Pontif. Mſ. Senon.

HALBANVM. (1) Tributi ſpecies: vox formata ex *herebannum*, idemque quod *arbannum* et *biennium*, ſubmonitio ad operas, vel eius redemptio pecuniaria. Ch. anno 1269. ex Tabulario Foſſatenſi fol. 72. *Et retinuat perpetuo omnem iuſtitiam, magnam et parnam, bannum, ſanguinem, halbannum, foragium, ventas*, etc. Alia Ludouici VII. an. 1140. ibid. *Ab omni datione et tallia, albanno et exactione mei Praepoſiti.* (2) HALBANNVM et HAVBANNVM, tributum, quod pecunia aut rebus ipſis a quibusdam artificibus pro licentia artes ſuas exercendi Regi ſoluebatur, apud Pariſienſes, de quo vetus Ch. deſcripta a Herouuallio. Ch. fundationis Capellae B. M. in Palatio Paris. per Ludouicum VII. an. 1154. *Pro victualibus ſacerdotis in Capella eadem ſeruientis, dotem aſſignauimus - - - ſex modios vini de haubanno, 30. ſolidos Pariſienſes.* Alia pro Gabella b. Nicolai: *Conſtituimus Capellano — — Pariſius in vrelia noſtra vetro Palatium ſex modios vini, vbi ſi vinum defuerit, de haubanno noſtro praecipimus reddi.* Computus an. 1202. apud Bruſſel Tract. de Uſu feud. p. CXLVII. *Dominus Euerardus Capel-*

Digitized by Google

Capellanus Regis XL. et VIII. ſ. pro VIII. haubam. Hoc eſt, ut puto, pro penſitatione octo dierum, quibus annonam ex *Haubanno* aſſignatam non perceperat. *Halbannum* igitur Pariſiis ad decimum quintum vsque ſeculum viguit; an vero Aureliani Bituricisque, quas ſolas ciuitates *Halbanno* ſubiectas nouimus, idem ius ad haec tempora obtinuerit, mihi prorſus incertum. Quod quidem ius vbi in redemtionem pecuniariam commutauit Philippus Auguſtus, hanc colligebat Praepoſitus vrbis; exinde ad *firmam* datam fuiſſe probat Computus an. 1265. *De ſtallagiis hallarum et altobanno, pro vltimo tertio IIII. XXXIII. lib. VI. ſol. VIII. denarios.* Quinam vero artifices *Halbannum* debuerint, ſi noſſe voluerit, conſule Gloſſ. iuris Gallici in voce *Haultban.* HAVBENTVM, pro *Haubannum*, in Litteris Philippi Aug. an. 1182. tom. 3. Ordinat. pag. 259.

HALBERO, HALBERGELLVM, HALBERGIVM, V. in *Halsberga.*

HALBERGET, V. *Haubergettus.*

HALCIDA, *nomen anguis.* Papias Ms. Edit. vero: *Halcidia.*

HALECIVS SORRVS, harengus infumatus, Gall. *Haran ſoré.* Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 38.

HALENSES, HALERI, V. *Hallenſes.*

HALESONE, conuentio, pactum, compoſitio. Conſuetudines Arkenſes an. 1231. in Tabular. S. Bertini: *Si conuictus fuerit de Haleſone infra villam data vel accepta, tres libras emendabit.* Conſuetudines Furnenſes ex Archiuo Capituli S. Audomari: *Quicumque fecerit concordiam celatam, id eſt, Haleſona emendabit Comiti 3. lib.* Vide *Concordia.*

HALGARDVM, ALGARDVM, († locus tectus et vndique apertus, Gall. *Hangard. V. Hagha et Hangardum.*) Ch. Ioann. Regis Angl. to. 2. Monaſtici Angl. p. 71. *Et unam virgatam, quae fuit Ricardi, et totum algardum ex parte Orientali iuxta Monaſterium.* Ibid. pag. 114. 115. *Decimam de omnibus quaecumque ad Caſtellum de Chenilenced peruenerint, ſiue ad lardarium, ſiue ad granarium, ſiue ad halgardum*, etc.

HALI, *ſicci rami.* Sic vetus Gloſſ. a Lindenbrogio citatum. V. *Hallus.*

HALIETVS. Tabular. Abbatiae Villaelupenſis p. 125. *Et quitare fecit duos halietos, quos ipſi de Cheptone debebant.* V. *Alietus.*

HALIGEMOT, V. *Halimotum.*

HALIMOTVM, curia Dominica Baronis ſeu alterius domini, in villis ſuis et dominiis, in qua lites vaſſallorum agitantur: ſeu curia tribuum, wardarum, et ſocietatum in burgis et urbibus. Vox Saxon. formata ex *Heal*, Angl. *Hall*, domus, aula, et *Gemot*, ſeu *Mot*, conuentus. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 9. *Omnis cauſa terminetur, vel hundredo, vel comitatu, vel halimoto ſocam habentium, vel dominorum curia, vel diuiſis parium*, etc. Adde cap. 20. 57. 78. HALIGEMOT, in veteribus Schedis apud Spelm. HALLIMOTA. Monaſt. Anglic. to. 2. pag. 140. ALIMOTVM. Petrus Bleſenſis Epiſt. 95. HALMOTVM, apud Will. Thorn. an. 1176.

HALITOR, *fortis vel olerum cultor.* Papias.

HALLA, HALLAGIVM, V. *Hala* 1.

HALLENSES, monetae Hallae cuſae. Kilianus: *Haller, obolus* vulgo *Hallenſis.* Henricus Rebdorff. in Chron. an. 1348. *Leguit pro conſtructione Chori - - - - quadringentas libras Hallenſes.* Adde an. 1346. et V. Ch. Caroli IV. Imper. in Chron. Conſtantienſi p. 626. Vitam Balduini Lutzemb. Archiep. Treuir. lib. 3. c. 1. et Goldaſtum ad Hepidanni c. 14. lib. 1. de Vita S. Wiboradae, etc. Vox *Haller* occurrit in aliquot Chartis apud Federicum Sandium in Conſuetudines Feudales Gelriae p. 35. *Hellbling* interdum in vett. Chartis vocatur haec eadem moneta, ut obſeruat Schilterus in Gloſſ. Teuton. Hinc Anglo. Saxones *Halpenni* dixerunt ſeminummum, qui pro menſis aut tabernis erigendis in foro datur. V. *Bordhalpeny.* Ab Hala urbe Sueuiae vocis originem accerſit Freherus; Goldaſtus vero, qui et libram Hallenſem et Hallerorum diffe-

Digitized by Google

differre putat, a Latino obolus, quasi *Haboler*, deducit. Hunc consule tom. 1. Rer. Alaman. pag. 254.

HALLIMOTA, V. *Halimotum*

HALLVS, ramus siccus, in Gloss. vet. apud Lindenbrog. Anglo-Saxones *Healme*, ramum, et frondes appellant, Picardi etiamnum, *Haille*, vocant sepimentum ex eiusmodi ramis confectum. Lex Salica tit. 43. §. 3. *Si autem de ramis, vel de hallis, aut de qualibet re eum* (intertectum) *cooperuerit.* Et §. 3. *Aut de hallis, aut de ramis eum cooperuerit.* Aliud sonat in Gloss. Lat. Gr. *Hallus*, ποδὸς, *μέγας δάκτυλος.* Festo, *allus*: Isidoro *allex.* Mendosam hanc lectionem putat Eccardus in Notis ad hunc titulum; nec immerito. Hic enim particula *vel* disiunctiua est, non explicatiua; non idem ergo *ramis* quod *hallis* significatur. Vnde *callis*, voce ex calculus contracta, legendum docet vir doctissimus; veteres quippe Franci, inquit ille, facile potuerunt scribere *hallis* pro *callis*, more, quo *h* ipsis et ceteris Germanis frequentissime pro *ch* vel etiam *k* ponebatur. V. *Allus.*

HALMOTVM, V. *Halimotum.*

HALOBARCHES, V. *Alabarches.*

† HALOTVS, Gall. *Halot*, caudex, stipes. Lit. remiss. Mf. a. 1358. V. *Habia.*

HALSBERGA, lorica maculis contexta: *Cotte de maillet*, Germanis *Halsbergh*, id est, armamen coli, ex *hals*, collum, et *bergen*, tueri, custodire: ut *beinbergha*, crurum munimen, de qua voce, suo loco. Ita Kilianus. At Besius etymon accersit ex *al* et *alla*, omnis, et *bergen*, cooperire; ut *halspergha* fuerit armatura integra. Testam. Everardi Ducis Foroiul. apud Miraeum in Cod. Donat. piar. cap. 21. *Ethelmum cum Halsberga.* HALSPERGA, in Ch. Caroli III. Imp. de Expedit. Romana §. 5. HALBERC, in Charta an. 1049. apud Mabill. tom 4. Annal. pag. 510. HALBERGIVM, in Tabular. S. Sergii Andegau. ALSBERGVM, in Ch. Heccardi Comitis Augustodunensis, apud Perardum. HAVBERCVM, in Mandat. super iuratis ad arma, in Addit. ad Matth. Paris pag. 194. HAVBERGVS, in Ch. an. 1249. OSBERGVM, in Chron. Besuens. p. 578. ALBERGELLVM, minor lorica. Rogerus Houed. in Henrico II. pag. 611. HABERGELLVM, in Statutis Roberti I. Reg. Scotiae cap. 27. §. 1. HAVBERGEOLVM, in Ch. Ludouici Philippi an. 1269. apud Martem. to. 1. Ampliss. Collect. col. 1090. AVSBERGOTVM, eadem notione, in Statutis Massilienses an. 1274. MSS. lib. 4. c. HAVBERGETTVM, in Fleta lib. 1. c. 24. §. 12. HABERGETVM, in Mandato super iuratis ad arma, in Addit ad Matth. Paris p. 149. HAVBERIONIVS, in Charta an. 1294.

HALSPERGA, V. in *Halsberga.*

HALTERISTAE, qui *Halteribus* ludebant. Erant autem *Halteres* massulae ex plumbo, vel etiam leuiori alia materia. Iis apprehensis utraque manu librare se certatores solebant, vt certius se saltu exercerent. Ceterum non vnus fuit Halterum vsu. Consule Carolum de Aquino in Lex. milit. in voce *Halter.*

HALTIVS, pro *Aldius*, libertus operas debens, *Halten.* In MSS. est *Haltius*, id est, nutritus, alumnus. Ita Grotius in vocabulario Gothico apud Murator. tom. 1. part. 1. pag. 370. V. *Aldius.*

HALTO, spicae non omnino triturat, et minora stramina quae in area sub rastello remanent, Gall. *Hauton* vel *Aulton.* Ch. an. 1199. ex Tabul. Corbeiens. *Eadem* (malas consuetudines) *in plena curia - - - quitas clamauit et in perpetuum guerpiuit carionem videlicet bladi nostri in Augusto - - - - grutnum, Haltonem, quod in ventilationibus sub rastello remanet in area.* V. *Hauto.*

† HALVEHARE, capitis census. Ch. Flandr. a. 1261. Mf.

HAM, et HAMME, voces Saxonicae et Theutonicae, domus, domicilium, habitatio Germ. Heim, Heimath. Interdum etiam *Ham*, significat vicum, villam: vnde apud Germanos et Anglos villae et vrbes sua nomina in *ham* desinentia passim habent. Orde-

Digitized by Google

Ordericus Vitalis l. 11. p. 807. *Per ſiluam Hunelgehem, quam Latini malum callem vel vicum nuncupare poſſunt.* Quaſi *Hunel-ge-hem.* V. *Hameletta.*

HAMA, menſura vinaria, aliorumque liquidorum, German. Ahm, Ohm. Ch. Adelberti Mogunt. Archiepiſc. a. 1139. t. 2. Rerum Mogunt. pag. 584. *Vt - - - dimidiam ipſius terre vini hamam perſolverent, ſicque reſiduum ſine aliqua exactione in pace poſſiderent.* V. *Ama* 3. et infra *Hamelicus.*

HAMALLARE, vel HOMALLARE, apud Marculfum lib. 1. form. 36. *Cauſas ipſius licentiam habeat adſumendi vel homallandi.* Et infra: *Cum aequitatis ordine licentiam habeat reſpondendi vel homallandi.* Vbi *homallare* non eſt *admallare. Hamallare* enim eſt patrocinium alterius ſuſcipere; quique id ſuſcipit muneris, *Hamallus* dicitur: quod omnino formulae titulus euincit: *Vt cauſas auctorum adſumendi ſuorum aliquis licentiam habeat. Admallare* vero eſt *ad mallum*, ſeu in ius citare, vocare.

HAMALLVS. Lex Salica tit. 49. *Iſta omnia vbi ſuus hamallus eſt, ſuper quem res primitus agnita fuerit, aut intertiata, fieri debet.* Vbi variant MSS. Codd. Vnus; *Iſta omnia facere debet in mallo, vbi ipſe amallus eſſe dignoſcitur, etc.* Alter; *Iſta omnia in mallo debent fieri, vbi ille eſt hamallus, id eſt, qui ſuſcepit cauſam ad mallandum in vicem alterius.* Vbi *Hamallus* eſt aduocatus illius, qui ad *mallum* citatus eſt. Guelferbytanus Codex habet *Gamallus.* Denique Editio Heroldi tit. 50. *Iſta omnia facere debet in mallo, vbi ipſe rhamallus eſſe videtur.* Quo loco Wendelinus *Rhamallum*, vocabulum ex Latino Romanicum exiſtimat, locumque eſſe, in quo iudices conſidebant ſub *Ramalibus*, ſeu in loco ſuperne ramis tecto; quam lectionem et ſententiam ſecutus eſt etiam Eccardus ibidem. Sed potior videtur *Hamallus*, ita vt is fuerit, qui ad *mallum* pro alio venit, illius cauſam ſuſcepturus. V. *Hamallare.*

† Gloſſa Cod. Eſtenſis: *Hamallus id eſt Debitor.*

HAMARIVM, modus agri, vel *manſionale*, ab *Ham* Germ. manſio. Habetur charta in Tabulario S. Vitoni Virdunenſis an. 1229. qua *Comitiſſa Aluerniae remittit reditus ad ipſam ſpectantes trium hamariorum et dimidii, quae Gilbertus de Felines poſſidet, ſub tali forma, quod terram praememoratam legabit clauſtro de Gorzes, etc.* V. *Ham* et *Hamma.*

HAMATA, factionis nomen quae in Belgio excitante Margaretha Ludouici Bauari Imperatoris vxore, exſtitit, quaque Ludouici partes contra Aſellatam factionem, quae Willelmo ipſius Margaretae filio fauebat, tuita eſt. V. *Aſellata* et *Aſſelli.*

† HAMATILE, ſpiculum apud Tertull. in Scorb. Gloſſ. Graec. *Hamatilis*, ἀγκιστριωδης.

HAMATORES, *piſcatores* in Gloſſar. Iſidori, qui hamis piſcantur.

HAMAXVRGVS, curruum faber, a Graec. ἅμαξα, currus, et ἔργον, opus, in Annalibus Noueſicalibus ad a. 1001.

HAMEDII, *id ſunt coniuratores, quod nos Geidon dicimus.* Ita Gloſſae Helmſtadienſes laudatae ab Eccardo in tit. 51. Legis Salicae; vbi vir eruditus pro *Hamedii* reponendum putat; *Samedii.* Hi etiam *Sacramentales* vocantur.

HAMELETTA, HAMELETTVM, et HAMLETVM, diminut. ab *Hamellum*, Gallis etiam *Hamelet.* Occurrunt hae voces non ſemel apud Scriptores Anglic. Will. Thorn. pag. 1956. 2092. Manifeſta vocis *Hameletta* origo, ab *Ham*, nempe villa, et *Let*, membrum; vnde *Hameletta* membrum, ſeu pars villulae potius videtur quam villula; quod prius obſeruauit Spelmannus ex Statuto Exoniae edito an. 14. Eduardi I. V. *Hamellus.*

HAMELICVS et HAMEKELLVS, menſura liquidorum, Gall. *Hamequin.* Ch. a. 1129. ex Tabulario S. Richarii; *Camba Bernardi bubulci per ſingulos quindecim dies debet tres hamelicos ceruiſiae.* Ch. a. 1279. ex eodem Tabular. *Dicti magiſter, fratres*

Digitized by Google

tres et sorores dimiserunt in perpetuum sexaginta hamekellos ceruisiae quas ex domo Everardi etc. Cuius vero capacitatis fuerit haec mensura vtcumque aestimari licet ex declaratione cuiusdam feodi Gallice scripta an. 1376 in Lib. rubro eiusdem Tabular. *C'est à savoir XII. lots de vin à la petite mesure, VI. pains tels que du Convent, II. cappons et II. haستes de porc fois masle ou femelle, trois Hamequins de servoise ou VIII. poitevines pour la valeur de cacun Hamequin, et les doit paier li hosteliers et VI. pains de maisme.* V. *Hama.*

HAMELLVM, diminut. ab *Ham*, villula a vico maiori pendens, quae Ecclesiam parochialem non habet: Gallis *Hamel*, *hameau*. Willelmus Thorn. *Cum II. sol. annui redditus in hamello de Chetam.* Ch. a. 1235. ex Hist. MS. Monast. Beccensis pag. 591. *Abbas et Conuentus dudo Ricardo concessere manerium quod vocatur hamellum quod habebant iuxta Linacout.* V. *Hamm* et *Hamelette.*

HAMFARE, vt et *Hamsocna*, insultus factus in domo, apud Bromptonum p. 957. vbi tanquam synonyma ponuntur, vt et in Legibus Henrici I. cap. 80. *Si quis alium in sua vel alterius domo, - - - vel lapidet, vel colpum ostensibilem vndecumque faciat, - - - hamsocnam est vel hamfare.* Inter Anglo-Saxones vocem non reperio, inquit Somnerus: efficiam tamen puto ab *ham*, domus, mansio et *Fri*, vel *Frith*, pax, quies, quo *Hamsocnae* ad amussim quadrare quis non videt? nisi malis *Fare* sensu quo in *herefare*, et *fyrdfare*, acceptum, quasi profectio in domum.

† HAMIDVM, *lo Amido*, in Gl. Lat. Ital. Ms.

HAMIS, *hamitis*, Iohanni de Ianua, *est fustis aucupabilis, scilicet virgula, quae fustinet rete, quo capiuntur ferae: vel quod levat rete, in quo capiuntur aves, et dicitur ab hamus.*

HAMLETVM, V. *Hameletta.*

HAMMA, HAMME, portio et modus agri. Monast. Anglic. to. 2. p. 210. *Terram suam - - cum omnibus domibus, quae in ea sunt, et cum duabus hammis, quae sunt iuxta fossem Chante, et pertinent ad praedictam terram.* Rentale de Wy p. 14. apud Spelmannum: *Tenet in dominico vnum messuagium: et in le Hamme 16. acras.* Infra: *Tenet iuxta Hamme duas acras.* Ab *Hamme* quod Belgis etiamnum partem, segmentum significat. Kilianus: *Hamme, pars abscissa rei cibariae, frustum esculentum.* V. *Hamstrum.*

HAMNVS, idem quod *Hallus*, ramus siccus. Gesta Tancredi apud Marten. to. 3. Anecdot. col. 1684.

HAMOCRISVS, *lapis arenis auroque intermixtus.* Papias leg. *Amochrysus* ab ἀμμόχρυσος.

HAMSOCA, HAMSOCNA, HAMSOKEN, domus seu habitationis immunitas, a Saxon. *Ham*, domus, habitatio, et *Sokne*, libertas, immunitas: quasi *habitaculi priuilegium*, ita vt qui id effringit, *Hamsocnam* facere dicatur. Vulgo autem definitur *Hamsocna*, *inuasio mansionis*, vt in Legib. Canuti Regis §. 28. *Insultus factus in domo*, apud Ranulph. Cestr. lib. 1. c. 50. et Bromptonum p. 957. HAIMESVCKIN eadem notione, in Regiam Majest. l. 4. c. 9. §. 1. HAMSOCNA, praeterea duplici significatione vsurpatur: scil. pro impunitate ob eiusmodi admissum crimen, et pro priuilegio cognoscendi in Curia sua de eodem crimine. Vtramque attigit Will. Thorn. p. 2030.

HAMVLA. (1) Fibula libri, V. *Ligatores.* (2) Vas, V. *Amula.* (3) † Fuscinula. Gl. Bibl. Ms. anonymi.

HAMVS, mensura liquidorum, Germ. Ahm. Ephemerides Monasterii S. Galli p. 160. *Quindecim hami ceruisiae* V. *Hama* et *Ama.*

HANAPAT, V. in *Hanapus.*

HANAPERIVM, vas amplum, vel locus recondendis *hanapis* aptus. Chron. Will. Thorn. *Hi 4. bacini in vno hanaperio.* Infra: *Item vndecim ciphi argentei plani de vna fabricatura. Haec omnia cum suis hanaperiis* HANAPERIVM apud Anglos dicitur fiscus vel sporta grandior in Cancellaria Regis, cui inferuntur pecuniae e sigillatione diplomatum,

Digitized by Google

matum, breuium, chartarum regiarum, etc. prouenientes, cui qui praeeſt *Clericus Hanaperii*, appellatur. Ch. Regis Ricardi II. in Monaſt. Anglic. to. 1 p. 943. *Rex - - cum de gratia noſtra ſpeciali, et pro quodam fine, quem Elizabeth, quae fuit vxor - - - nobis ſoluit in hanaperio noſtro, conceſſerimus, etc.* Adde to. 2. p. 22. V. *Hanapus*.

HANAPVS, HANAPPVS, HANAPHVS, vas, patera, crater, (✝ vas anſatum et pede inſtructum, quo a poculo diſtinguitur,) ex Saxonico *Hnaep*, *Hnaeppa*, Germ. Napf, calix, patera. Gloſſar. Aelfrici, cap. de vaſis: *Ciatus*, *Hnaep. Anthlia*, *Hnaep.* Gloſſ. Lat. Gall. *Scyphus*: *Henap.* Aremoricis *Anap* et *Anaph.* Hariulfus l. 2. c. 10. *Hanappi argentei ſuperaurati 13.* Idem l. 3. c. 3.

ANAPHVS, in Breuiloquo: *Cyphus deauratus, ab ana, ſurſum, et phos, i. lux, quaſi in ſuperiore parte vel ſuperficie lucens*, Catholicon Armoricum: *Hanaff*, *Gall. Hanap. Lat. Cantarus*, *crater*, Poëta infimae aetatis MS.

Sunt anaphos, piſcina, batos, Abatis, corus, orcham.

Vbi Gloſſa habet eadem, quae auctor Breuiloqui. Vetus Chronicon MS. *Haec ſunt, quae de S. Ausberti habemus reliquiis, - - - partem ipſius caſulae, marſupium vero et hanaphum, ſeu pyxidem, atque cultellos.*

ANAPVS. Hiſt. Epiſcoporum Autiſiodorenſium cap. 20. ANAPVS. Ch. Heccardi Comitis Auguſtod. ex Tabular. Perſienſi apud Perardum.

HANNIPA, idem ſonat apud Wolphardum Presb. lib. 3. de Mirae S. Walburg. num. 7. *Vas, quod hannipa nominatur, quo mixtio agebatur, ita exinanitum eſt, etc.* HANAFAT MELLIS, vas quoddam, quo mel menſurabatur, Gall. *Une Hanapée de miel.*

HANCHA, coxendix, Gall. *Hanche.* Ch. ann. 1275. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. *Et erat ſtatura ipſius imaginis vsque ad hanchas tantum.* V. *Anca.* In ſpecie, veruecis coxa, Gall. *Eclanche*, *Gigot de mouton.* Ordinarium Laudunenſe apud Marten. de Diuinis Officiis antiq. Eccl. pag. 95. *Cantores praedicti cantant coram Epiſcopo dum epulatur. In ſecundo ferculo pulſatur campanula, et ſit benedictio a ſacerdote, et datur hancha et magnus panis et dimidius ſextarius vini.* Hemeraei Hiſt. Viromand. p. 115. *Dominica debet Decanus 10. ſextarios frumenti - - - 5. hancas, quarellum ſalſum, ſex humeros ſalſos, minutam aſſaturam*

HANDHABENDA, latro manifeſtus, in flagranti crimine deprehenſus, Bractono, *Handhabend*, ex Saxon. *Hand*, manus, et *haebbend*, habens, *quaſi furtum in manu habens*, vt eſt in Legibus Adelſtani Regis apud Creatleyam §. 1. Leges Henrici I. c. 59. Eſt etiam ius quod Baroni competit cognoſcendi de hoc crimine in Curia ſua. Fleta l. 1. c. 47. §. 2.

HANELLARE, pro anhelare, in Litteris Ioannis Franc. Reg. an. 1358. t. 3. Ordinat. p. 264.

✝ HANELVS, *et inde Hanelia, ae, Baiſcelle.* Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 521.

HANERATVS, inductus. Vetus Inſcriptio: *Calce hanerata lito politoque.* ✝ Si ſcriptum non eſt pro *Arenatus*, arena mixtus.

✝ HANGARDVM, locus tectus et vndique apertus, Gall. *Hangart.* Comput. Mſ. a. 1492.

HANGWITH, vel HENGWITHA, multa pro latrone praeter iuris exigentiam ſuſpenſo vel elapſo: a Saxonico, *hangian*, ſuſpendere, et *wite*, mulcta. Cum igitur in Chartis dicitur alicui remitti *Hangwith*, intelligendum iuxta Raſtallum, *eſſe quietum de latrone ſuſpenſo ſine iudicio, vel extra cuſtodiam veſtram euaſo*: hoc eſt, immunem eſſe de mulcta et poena pro huiusmodi delictis.

HANIG, praeſtationis vel operae ſpecies, apud Anglos. Ch. Ricardi I. Regis Angl. in Monaſt. Anglic. t. 2. p. 264. *Et ſint quieti - - - de operibus caſtellorum, parcorum, pontium, et de clauſuris, et carreio, et ſaumagio, et Hanig, et regalium domorum aedificatione, et omnimoda operatione.*

HANIS,

Digitized by Google

HANIS, idem quod Rex vel Princeps Persis et Tartaris sonat, V. in *Cagan.*

HANNIPA, V. *Hanapus.*

HANOK, clamor militaris, provocatio ad arma. Statutum Henrici V. Reg. Angl. tempore guerrae, apud Nicolaum Vptonum lib. 4. de militari Officio: *Item si aliquis inuentus fuerit, qui clamorem vocatum hanok, aliquo modo sine nostra licentia inceperit, morte punietur, etc.*

HANONES, piscium species, vulgo *Hanons.* Litterae Iohannis I. Regis Franc. a. 1551. to. 2. Ordinat. pag. 424. *Item Morues - - - moules, oistres, Hanons, pourpois, crapois, poyeront six deniers pour livre.* V. *Plateſia.*

HANOTVS, V. *Hanotus.*

HANSA. (1) Pensitatio pro mercibus solui solita. Ch. confirmationis Consuetudinum municipalium S. Audomari in Morinis a Will. C. Flandriae an. 1127. *Quisquis eorum ad terram Imperatoris pro negotiatione sua perrexerint, a nemine eorum hansam persoluere cogantur.* HANSIA eadem notione. Ch. Roberti Comitis Drocensis a. 1220. apud Duchesnium. (2) Mercatorum societas, collegium. Litter. 1407. apud Rymer. to. 8. p. 864. *Cum societate mercatorum de hansa ipsorumque nunciis et procuratoribus quibuscunque.* Hinc HANSATVS, in *hansam*, id est, societatem, admissus, ex German. *Hansen*, in numerum sociorum recipere. Vetus Arestum apud Molineum: *Praeceptum fuit Praeposito Mercatorum Parisiensium, vt restitueret cuidam mercatori de Vasconia, qui Parisios adduxerat quamdam nauem vinis oneratam, quae creuerant in vineis suis, 60. solidos, et 14. denarios Par. quos ab ipso leuauerat, pro eo quod non erat Hansatus Parisiis*, id est, *de Communia Parisiensi.*

HANSEATICAE CIVITATES, in Germania. Ita appellatas censent Rutgersius Rulandus, et Wehnerus, quod earum maxima pars mari adiaceat, vnde *Anseestaedte*, et littera H. euphoniae gratia succesu temporis adiecta, *Hanseestaedte* fuerint dictae. Besoldus a veteri Teutonico, seu Gothico *Ansi* deducit, quae quidem vox eos, qui reliquos opibus et nobilitate praecellunt, significat, quasi eae vrbes praecipuae fuerint, et negotiationibus, operibus, foederibusque conspicuae. Bekanus lib. 2. Francicor. ab *Anse*, i. societas, deducit. V. *Hansa.* 2.

HANSESISII, V. *Assajini.*

HANSGRAVIVS, comes, vel praefectus societatis, vel confraternitatis: ex Germ. *Hanse*, societas, et *Grave*, comes, praefectus. Fridericus II. Imp. in Priuilegiis Ratisbonensibus a. 1230. *Cines potestatem habebunt eligendi Hansgrauium, qui disponat et ordinet extra ciuitatem, et non infra, ea tantum, quae respiciunt negotia nundinarum.*

HANSIA, V. *Hansa* 1.

† HANTERIA, vrbis Parisiensis regio, Gall. *la Hanterie.* Ch. Ms. an. 1276. V. *Alaantheria.*

HANTESIA. Leges Henrici I. Angliae Regis cap. 64. apud Spelmannum: *In Hantesia qui verborum iurat obseruantiis, semel iuret, et in eo lapsus vel elapsus iudicetur.* Quod intelligendum existimat idem Spelmannus de Comitatu Hantoniensi, qui in Domesdei passim *Hantese*, quasi *Hante-scira*, more Saxonico, scribitur.

HANTRADA. Capitulare 3. a. 813. c. 10. Edit. Baluzianae: *Qui per Hantradam hominem ingenuum dimittere voluerit, in loco, qui dicitur Sanctum, sua manu duodecima ipsum ingenuum dimittere, faciat.* Et c. 11. *Qui per chartam aut per Hantradam ingenuus est, etc.* Vbi per *Hantradam* manumissio ea videtur, quae *per manum propriam* fiebat, vt est in Lege Ripuar. tit. 57. §. 1. Est enim *Hand* Anglo-Saxonibus et Germanis manus. V. *Manumissio.*

† HANTSACCVS, Anglo Sax. *Handseax*, manualis gladius, pugio, apud Roriconem initio l. 5.

HANTVS. Ch. Geraldi Abbatis Angeriac. an. 1385. ex Chartular. eiusdem Monast. 472. *Vigilia Natiuitatis Domini, S. Stephani, SS. Innocentium, S. Thomae Cantuariensis*

Digitized by Google

et Sylueſtri Papae, ſomma per octuaginta Hantus ſeu trenericis (leg. *tricenariis*).

HANVM, pro *Fanum*, templum, delubrum, in Amalthea. Sic apud Feſtum: *Hanula, parua delubra, quaſi Fanula.*

HAOSPEX, pro *Auſpex*. Praeceptum Caroli M. a. 790. apud Marten. t. 7. Ampliſſ. Collect. col. 45,

HAPICHVNT, V. *Habughunt.*

HAPIOLA, cognomentum, quod datum legitur Balduino Comiti Flandriae, Roberti II. Comitis filio, in Chronico Andrenſi p. 409. qui Meiero et aliis, *ſecuris dicitur*, († Gall. *Hapiette*, ſecuricula.) Bellocamnius in Hiſtoria Merouingica pag. 824. *Hapiolam*, interpretatur vernacule *Hachette*, ſeu ſecuriculam, Gallice *Hachete, petite Hache*, Germ. Hippe. Ex *Hape*, ſecuris, quae vox occurrit in Conſuetudine Inſulenſi tit. 1. art. 46.

HAPSVM, *vellus lanae*, in Gloſſ. Iſid. Caper de verbis dubiis: *Hapſum, vellera lanae, non hapſus.* Vtitur Celſus lib. 4. c. 6. l. 7. c. 26. Kiliano teſte *Haps et Haſp*, idem ſonat Teutonibus.

† HAQVE. EQVVS HAQVE, ſemi exſectus Germ. Klopfhengſt. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1457.

† HAQVENEYA, equus tolutarius. Gall. *Haquenée*. Comput. a. 1402. t. 3. Hiſt. Nem. p. 169.

† HAQVETVM, menſurae ſpecies. Reg. S. Iuſti: *XVIII. haqueta ſalis.* V. *Haciata.*

HARA. (1) Forte idem quod *Haracium*. Teſtam. Henrici Comitis Ruthenenſis a. 1301. apud Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. p. 556. *Haec omnia pertinere volnit dictus teſtator ad dictam Beatricem cum omnibus ſuis inſtrumentis, iuribus et pertinentiis - - - ac cum omni integritate iuris et ſtatus, quae praedictus teſtator habet, et habere debet, in praedictis locis et Haris, et rebus a dictis locis, territoriis, pertinentiis, etc.* (2) † HARA CVNICVLARIA, viuarium cuniculorum, Gall. *Garenne*. Ch. Mſ. a. 1467. Pro ſtabulo porcorum, in Gloſſar. Gall. Lat. Cod. reg. 7684.

HARACIVM, grex equorum, Gallis vulgo *Haras*: ab *Hara* forte, ſtabulo, vel grege porcorum, German. Heerde. Auctor Graeciſmi:

Eſt Hara porcorum breuis, et non ara Deorum.

Leges Burgorum Scoticorum c. 89. *Non licet Burgenſi - - - porcos tenere, niſi habuerit cuſtodem eos ſequentem, vel paſcat eos in hara, id eſt, ſtye, vnde vicini ſui damnum inde non incurrant.* Alii vocem ex Italico *la Razza*, ſeu Gallico *la Race*, formatam volunt, quod in eiusmodi *Haraciis* equi ſecundum ortus, generationis, et notionis ſpeciem diſtinguantur. Vincentius Beluac. lib. 31. cap. 143. 10. *Millia equorum, - - - praeter illos, qui erant in paſcuis et Haraciis.* Monaſt. Anglic. to. 1. p. 339. *Vniuerſas decimationes de dominio meo in bladis, pratis, Haraciis, molendinis, etc.*

HARAHVM, locus ſacer, baſilica, V. *Arahum.*

HARAIDVM, V. *Harireda.*

HARALDVS, V. *Heraldus.*

† HARAMEN, *lo ſterco de colombi.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† HARANEA, pro *Aranea*, pannus ſeu tela ſubtilior, vel reticulata. Rubric. antiq. Mſ. eccl. Beluac. V. *Aranea* 1.

HARANGVA, oratio publica, Gall. *Harangue*. Acta SS. t. 1. Iulii p. 529. V. *Arenga.*

HARANSCARA, V. in *Harmiſcara.*

HARAVM, idem quod *Harahum*, V. *Arahum.*

† HARBANNVM, i. q. *Herebannum*, in Ch. Mſ. a. 1137.

HARBERGARIA, V. in *Hereberga.*

HARBERIAMENTVM, aedes, manſio, domus. Ch. Petri Abbatis de Talmundo anni 1366. Vide *Hereberga.*

† HARCIA, tortilis ex virgultis laqueus, Gall. *Harcelle*. Ch. Mſ. an. 1205. V. *Hardes.*

HARDACIVM. Notitia anni 1145. ex Tabulario Eccl. S. Laudi Andegau. fol. 90. verſo: *Dedit praeterea duabus Eccleſiis videlicet B. Mariae et*

Digitized by Google

B. Laudi Hardacium parum, quod sub exclusa praedictarum Ecclesiarum communi in sabulo impulsu undarum ibi adunato adillando creuerat, et cum ei nihil valeret Ecclesiae damnosum erat.

HARDEIA, fasciculus, Gall. *Bote*, ab *Hardes*, qua constringitur sic dictus. Chartular. Monast. Aquicinct. *Tribus autem terminis in anno debet ei Monachus vnam Hardeiam straminis siue stipulae dare.*

† HARDELLVS, nebulo, nequam, Gall. *Hardel et Hardiau.* Lit. remiss. Mf. a. 1351.

HARDELONVS, fibula, seu fibulae scicula, a Gall. *Ardillon.* Processus de Vita S. Yuonis to. 4. Maii pag. 565.

HARDERE, f. pro *Hurdare*, cratibus munire. Computus a. 1202. apud D. Brussel de Vsu feudor. t. 2. pag. CLXXVIII. *Pro tachia turris hardenda et plumbanda.*

HARDES, tortiles, ex virgultis laquei, Gallis *Hards*, et *Harcelles*, Germ. Hürden. Ch. Gaufredi D. de Baucignies, fratris Ducis Brabantiae, in Tabulario Monasterii Thenallensis fol. 27. *Alteras virgas colligere potuerunt in nemore supra dicto: et si Hardes ruptae vel fractae fuerint, alteras Hardes colligere potuerunt, sicut de virgis superius est expressum.* Ab hac voce indita resti ac laqueo, quo furciferi suspenduntur, appellatio: forte quod eiusmodi tortilibus virgultis ad maiorem ignominiam eorum colla innecterentur, iisque furcae appenderentur: quod testatur Wippo de Vita Conradi Salici p. 433. *Postera die Romani, qui seditionem commouerunt, ante Imperatorem venientes, nudatis pedibus, liberi cum nudis gladiis, serui cum torquibus vimineis circa collum, quasi ad suspensionem praeparati, vt Imperator iussit satisfaciebant.*

† HARDIATA TVNICA, sagi vel tunicae species, i. q. *Cotardia.* Ch. Mf. a. 1353. V. *Hardita.*

† HARDIMENTVM, audentia, Gall. *Hardiesse*, in Lit. remiss. an. 1362. V. *Ardimentum.*

HARDINEA, sylua, caedua, Gall. *Taillis.* († Minime, est enim locus arenosus vel glareosus, a Gall. *Hardine*, arena) Ch. a 1255. t. 1. Chartular. S. Vandreg. p. 148. *Dedi - - - vnum pratum quod habebam in parochia S. Vandregesilli, situm intra Hardineas ex vna parte et costuram S. Vandregesilli ex altera pro VII. solidis.*

† HARDITA TVNICA, i. q. *Hardiata.* Lit. remiss. Mf. a. 1355.

HARDWICES. Domesdei apud Spelman: *In Wales sunt tres Hardwices: Lamecare, Potischmet et dimid. ex his sunt 8. carucatus et 2. villam.* Saxonibus *Heade* est via et *wic*, vicus, villa: sed an huc quadrent, alii viderint.

HARELA, HARELLA, coniuratio, conspiratio, societas hominum coniuratorum Gall. *Harele* et *Harelle.* Regest. 80. Chartophylacii regii Ch. 196. an. 1350. *Rebelliones et conspirationes per modum Harele, et monopolii contra nos et gentes nostras - - - commisissent.* Ibid. Ch. 545. *Rebellium seu Harelatorum.* V. *Manipolium.* Hinc eadem vox vsurpata a Scriptoribus medii aeui, vt expeditionem militarem, in qua negotium Episcopi agebatur, significarent: ipsis quippe religio erat bellum pronuntiare, non vero inferre aut gerere. Ch. a. 1206. apud Lobinell. to. 2 Hist. Britann. p. 329. *Quomodo negotium proprium Comitis est, et homines Episcopi cum Comite vadunt in exercitum, tunc Exercitus nuncupatur. Et quando negotium proprium est Episcopi, tunc Episcopus ballium Comitis requisit de hominibus Comitis sibi in auxilium transmittendis, qui per suum submonitorem homines Comitis submonet ad auxilium domino Episcopo impendendum, et tunc dicitur Harella. Si vero aliquis hominum vel Comitis vel Episcopi remanserint ab exercitu sine Harella, emenda de hominibus suis ad Comitem, et de suis ad Episcopum totaliter pertinebit.*

HARENA, V. *Arena.*

HARENAM, vel HERRENAM, vnum e 12. auguriis, de quibus in verbo

Digitized by Google

Venta: quando homo *vel auis a dextro latere tui vadit in finiſtrum, tranſiens poſt tergum tui, et eam vides alicubi repauſare, tunc eſt tibi malum ſignum ſuper negotio.* Ita Michael Scotus de Phyſionomia.

HARENARI, eadem notione, Vide *Fert.*

HARENARIVS. (1) Neruus inſtrumenti muſici. Iulius Firmicus l. 6. c. 31. *Muſicos faciunt qui lyrae vel Harenarios, vel aereneruos dulci modulatione percutiant.* (2) Qui in arena depugnat. Acta Proconſularia, apud Baronium ad ann. 303. num. 27. V. *Arenarii.*

HARENCHERIA, V. *Arencheria.*

HARENGA. (1) Oratio publica, declamatio, concio, Gall. *Harangue.* Statuta Academiae Paris. art. 22. to. 6. Spicil. Acher. p. 384. V. *Arenga.* (2) HARENGA, HARENGIVM, HARENGVS, piſcis ſpecies, Germ. Häring. Gall. *Haran.* Proceſſus de Vita S. Thomae Aquin. to. 1. Martii p. 689. *Si haberem Harengas recentes, comederem.* Computus an. 1202. apud D. Bruſſel de Vſu feud. t. 2. p. CLXXXVIII. *Pro Harengio et ſale empto VIII. l. et VIII. ſol. Andegav.*

HARENGARIA, tempus piſcatus Harengorum, Gallice *Harangeaiſon.* Polyptychus Fiſcamn. a. 1235.

† HARENGARIVS, officium monaſticum, is, vt videtur, cui piſcium cura vel adminiſtratio commiſſa. Ch. Mſ. a. 1235.

† HARENGERIA, mulier quae piſces, et *Harengos* vendit, Gall. *Harangere.* Areſt. Mſ. a. 1384.

HARENGVADE, V. *Aphya.*

HARENGVS, V. *Harenga* 2.

HARENIFODINA, arenaria, Gall. *Sablonniere.* Maecianus l. 7. tit. 1.

HAREOLVS, *iocundus.* Papias et vetus Gloſſ. MS. Sangerm. n. 501.

HAREV, V. *Haro.*

† HARETALOGVS, pro *aretalogus, falſidicus*, Papiae.

HARFFE, V. *Harpa.*

HARIBANNVM, V. *Herebannum.*

† HARIDA, onus carri. Ch. Mſ. an. 1491. V. *Heredum.*

HARIETTVM, V. *Hariotum.*

HARIGOLA, veſtis ſpecies. Statuta Waltheri Epiſcopi Dunelmenſis ann. 1255. *Vt ſacerdotes qualitercunque celebrantes, Harigolis aut capis manicatis in locis publicis non vtantur.*

HARIMANNVS, V. in *Herimanni.*

HARING, halex, Galk *Haran.* Cuſtumar. de Hecham. V. *Harenga* 2.

HARINXIDA, V. *Harireda.*

HARIOTVM, V. *Heriotum.*

HARIREDA, HARIRAIDA. Lex Ripuar. tit. 64. *Si quis hominem in domo propria cum Hariraida interfecit.* Edit. Heroldi tit. 65. *Hariraida* praefert, Codices alii *Ariragida, Harinxida*, et *Harroida*, vt monet Stephan. Baluzius. Idem videtur quod HARAIDVM, in Legibus Henrici I. c. 80. Vtramque nobis interpretari tentat doctiſſimus Eccardus ad hunc Legis Ripuar. tit. „*Hari* eſt *heer*, exercitus, inquit, „et *raida*, idem ac *raethe*, vel quod „vſitatius, *geraethe*, vtenſile, ſu„pellex militaris. Nos ſupellecti„lem militarem, quae in haeredi„tate paterna filii primogeniti eſt, „eodem fere nomine adhuc *Heerge„raethe* appellamus„. Forcipem his vocibus ſignificari opinatur Schilterus in Gloſſ. Teuton.

HARISLIZ, V. *Herisliz.*

HARITRAIT, vox Longobardica pars tertia, V. *Aratraib.*

HARMA, currus, a Graeco ἅρμα Acta SS. to. 4. Maii p. 137.

HARMELLINVS, V. *Hermellina.*

HARMISCARA, ARMISCARA, gravior mulcta, quae a Principe Viri praeſertim militaribus, atque adeo magnatibus irrogari ſolebat. Varii autem haec vox ſcribitur: ac primo quidem HARMISCARA. Capitul. Wormatienſe a. 829. c. 1. *Ab illum bannum perſoluant, aut alias Harmiſcaram ſuſtineant.* Capitul. Caroli C. tit. 43. c. 9. *Et noſtras Harmiſcaram ſecundum modum compae, et vt nobis placuerit, ſuſtineant.* ARMISCARA, in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 43. in Concil. Sueſſ. apud Baron. a. 853. n. 30. et Concilio apud Cariſiacum apud eumdem a. 856. n. 16. HARMSCARA. Capitula Caroli Calui tit. 9. c. 9. *Si firm*

Digitized by Google

simul cum excommunicatione Ecclesiastica, nostram Harmiscaram durissimam sustinebunt. HARNISCARA, in *Lege* Longob. lib. 3. tit. 1. §. 43. BARANSCARA, perperam, in Constit. Henrici IV. Imp. an. 1056. apud Goldastum t. 1. Constit. Imper. p. 231. ALISCARA, Vsatici Barcinonenses MSS c. 2. HASCARIA. Vox efficta et contracta ex *Harmiscara* vel *Harmscara*. Vita S. Mengoldi Mart. c. 2. n. 11. de homicida: *Hascariam, hominum emolumentum, ad placitum obtulit.* Nec scio an etiam VOX HACHERIA, eiusdem sit originis. Placitum Parisiense anno 1308. apud Loiselium in Hist. Bellouac. *Quibus ipsi iuxta morem consuetum Hacherias imposuerunt pro delictis.* Chron. Bertrandi Guesclini:

Au Prince vous rendés, ou vous aurés Haschiere.

Ex *Hascaria* denique, et *Hacheria*, abbreuiata videtur VOX HACHIA, poena quaeuis aut mulcta. Ch. G. Episcopi Siluanectensis Cancellarii Franciae an. 1224. in Tabular. Abbat. Frigidi-montis f. 14. *De poenis autem et Hacheiis dicto Roberto et coadiutoribus suis infligendis pro iniuriis, quas ipsi dicto Conuentui Frigidi montis intulerant, etc.* Charta Philippi Regis Fr. a. 1276. apud Loiselium, in Hist. Bellouac. p. 291. *Nec eidem potuerunt auferre membrum, sed poterunt dictum malefactorem punire grauius in denariis, vel Hachiis, tamquam si simplicem iniratum percussisses.* Placitum Parisiense anni 1321. apud eund. *Quod dicti Maior et Pares contra puncta cartae suae abutendo priuilegiis suis certas poenas, vulgariter nominatas Hachias, imposuerunt.* Tabular. Altaeripae in Dioec. Ling. a. 1331. *Cum talliis, censuis, - - coruets, Achiis, et iustitiis.*

De horum vocabulorum etymo vix certum quid traditur. Amerbachius in Notis ad Cap. Carol. M. *Harmiscaram* putat significare poenam, quam Germani *Armscheer* vocant, hoc est, *brachii forcipem* aut *vinculum* ex *arm*, armus, brachium, et *scheer*, vinculum. At non videtur *Harmiscara* fuisse poena corporalis; sed quaeuis mulcta ad libitum, et pro modo culpae inflicta, quod ex praeallatis omnino patet. Proinde ad huius vocis notionem referenda puto, quae habet Browerus L. 8. Annal. Treuir. p. 437. 1. Edit. ex Caesarii, Abbatis Prumiensis Glossario vbi ait, *scaram facere, esse domino, honesta iubenti, ferure, et nuncium eius, mandatum, seu litteras perferre quocunque vellet: scaram autem hanc vel pedestrem, vel nauigio, vel caballo fieri, vnde Scacarii, qui postea dicti Ministeriales, voce non minus obuia, quam incomperta.* Quae postrema Broweri sunt, nam sciuit Caesarius, qui essent *Ministeriales*, de quibus suo loco. Sane ad *Harmiscaram* vocis, *scara*, hanc significationem referri debere, tamesi *Harm* notio incerta maneat, probat etiam Capitulare Ludouici III. Imp. editum a Camillo Peregrino, in quo *Liberum Armiscara* dicitur poena ea, quae viris militaribus irrogabatur, qua sellam supra dorsum deportare per definitum spatium iubebantur. Ita, si *scara*, hoc loco *deferre*, seu nuntium, vel aliud quidpiam, denotat, vti vult Caesarius Prumiensis, vox *arm*, quae scara praecedit, erit ea vox Germanica, quae *armum* sonat, ita, vt *Harm-scara*, fuerit *armis*, seu humeris *canem* aut *sellam* deferre; nam *sellae* vel *canis* delatio poena militaris fuit, et proprie *Harmiscara* dicta est, vt docet laudatum Capitulare Ludouici III. quod praeterea omnino firmat Innocentius III. L. 13 Epist. 135. vbi quendam nobilem Germanum, qui subdiaconum male acceperat, et incarcerauerat, pro satisfactione eidem praestanda, ad huiusmodi compositionem cum eodem subdiacono deuenisse, ait, *vt videlicet idem nobilis honorificentiam illi, et sibi verecundiam faciendo, cum ducentis Militibus, a loco in quo praefatum Subdiaconum captiuauerat, vsque ad ciuitatem Magdeburgensem et per omnes conuentuales Ecclesias, portaret opprobrium, quod Harmiscare vulgariter appellatur.* Vbi *portare op-*

Digitized by Google

probrium, nihil aliud eſt, quam *portare canem* vel *ſellam*, ita vt haec poena militaris proprie *Harmiſcara* appellata fuerit.

† HARNA. (1 *Arabice*, *procelliones*, *vermiculi ſunt*, *qui morantur ſub vaſis aquariis*, *et ſunt pernilati*, *qui tacti inflectuntur*, *et fiunt vt pullula*. Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ. (2) Vulnus, plaga grauior, vel etiam homicidium. Ch. Phil. comit. Fland. *Quicunque de vulneribus, ſiue de Harna, ſiue de dontſlaga in cauſam tractus fuerit*.

HARNASCHA, armatura, lorica, thorax, ſed proprie apparatus omnis bellicus, German. Harniſch. Anglis *Harniſch*, Gallis *Harnois*, Italis *Arneſe*. Radeuicus l. 3. c. 26. *Si Miles vociferatione ſigni litem commouerit*, *auferetur ei omne ſuum Harnaſcha*, *et eiicietur de exercitu*. Hinc HARNESIVM, eadem notione; cuius vocis etymon fruſta a Latinis et Graecis quaerunt Pergaminus, Caſteluerrus ad Bembum, et alii. Nec mirum, ſi fides Lud. le Pelletier; eſt enim priſca vox Britannica, *Hoarn* et *Haiarn*, quae ferrum ſonat; vnde *Harnes* lorica ferrea, et *Harnéſa* loricam induere. Gauterius Cancellarius de Bellis Antioch. p. 454. *Haec inter diſcrimina*, *conuentus noſtri Harneſii*, *cum totius exercitus ſupellectili*, *in quodam monte prope exiſtente ſe locauit*. HARNESYVS, in Litteris Iohannis Fr. Regis an. 1351. to. 3. Ordinat. p. 444. HERNASIVM, apud Rogerum Houedenum p. 725. HERNESIVM apud Matthaeum Paris in Vitis Abbat. S. Albani pag. 98. etc. HARNESIVM, equorum, in Charta anni 1217. in Hiſt. Drocenſi pag. 246. ARNESIVM, apud Anonymum de Geſt. Friderici II. Imp. p. 776. v. ſuo loco.

HARNASIVM, rete piſcatorium, Gall. *Harnois*, vulgo *Harnas*. Litterae an. 1331. ex Tabular. Corbeienſi: *In qua conſueuerant et poterant piſcare*, *ſeu piſcari facere de omnibus Harnaſiis in qualibet ſeptimana*, *per tres dies cum dimidio*.

† HARNESIATVS, armatus, inſtructus. Ch. a. 1247. t. 3. Prob. Hiſt. Occit. p. 464.

† HARNESIVM, V. *Harnaſcha*.

HARNISCARA, V. in *Harmiſcara*.

HARNIZATVS, armatus, inſtructus, ex Anglico *Harneshed*. Monaſt. Anglic. to. 3. part. 2. p. 85. *Duo baculi harnizati*, *cum berillo*. V. *Harnaſcha*. HERNESIATVS, eadem notione. Inſtrum. anni 1322. apud *Maslox*. Formul. Anglic. p. 431. *Item lego Nicholao Renavod - - - meliorem zonam meam argenteam ac dagam meam meliorem Herneſiatam*. Et infra: *Cum vna zona rubea de ſerico non Herneſiata*.

HARO, HAROV, ſeu Clamor *de Haro*, qui in Normannia potiſſimum obtinet, et inclamari ſolet, dum crimen aliquod capitale perpetratur: verbi gratia, *furtum*, *incendium*, *homicidium*, *etc*. Tum enim ii, quorum ea vox aures verberat, ad reum perſequendum foras exire tenentur, eumque detinere, ſi poſſunt, ac iudicibus tradere: quod ſi id negligant, Principi, aut domino feudali, qui ius gladii habet, in cuius territorio crimen commiſſum eſt, emendam praeſtant et exſoluunt. Igitur ius habere dicitur clamoris de *Haroa*, qui alta, vt aiunt, iuſtitia gaudet. Areſta anni 1282. in Regeſto Parlam. B. f. 63. *Abbas S. Petri ſuper Diuam - - - non habebit cognitionem ſeu iuſtitiam de ſanguine*, *et plaga cum clamore de Harou*, *nec de Harou ſine ſanguine et plaga*, *imo remanebit Regi etc*. Et fol. 73. inter Areſta c. 55. an. 1286. *Deliberata fuit Guilelmo Creſpin ſaiſina iuſtitiae ſanguinis et plagae ſine morte*, *et mehaigno*, *cum clamore et ſine clamore de Harou in Baronia ſua de Eſtrepigniaco*, *etc*. Verum quidem omnino eſt, quod modo obſeruabat Cangius, *Haro* tantum inclamari dum crimen aliquod capitale perpetratur, modo tamen de huius clamoris origine, id intelligas; nec minus quippe certum eſt exinde in aliis cauſis minoris momenti, locum habuiſſe. Sic ex hodierno vſu, inclamatur quoque, cum de bonis haere-

Digitized by Google

haereditariis agitur, adeo, vt si is, quem ab haereditate repellere tentat, *Haro* inclamauerit; rem infectam relinquere cogeris, ni velis rebellionis crimen incurrere. HARO, interdum vsurpatur pro quouis clamore, qui in tumultibus exerciteri solet, apud Froissartem 1. vol. cap. 49. 220. vol. 2. c. 113. 119. Adde Litteras Philippi Regis Franciae an. 1330. *Ad tumultum et clamorem dicti Reliqui conueniunt in villa de Kala cum armis qui dictum Reliquum clamando Haro Haro, ad locum ad locum, de praedictarum seruientium manibus per armatam eorum potentiam abstulerunt.* FEVDVM DE HARO, V. in *Fendum.*

HAROEP et HAROP, voces Belgicae eiusdem notionis, ni fallor, atque *Haro* supra, quae et clamorem ob crimen perpetratum, iurisdictionem cui illius cognitio competit, atque locum vbi sedent, qui ius habent de eo iudicandi significant. Consuetud. Furn. in Tabular. Audomar. *Quicunque pugnauerit vierscara, vel Haroep, vel douslach, emendabit Comiti XXX. lib. aduersario suo IV. lib.* Ibidem: *Conuictus ex dontslach et Harop, emendabit Comiti tres lib. et ei qui male tractatus est XX sol.*

HAROPEN, capillorum auulsio, a Germ. *Haar*, capillus, et *ropen*, rupfen, discerpere, auellere. Consuetud. Arkarum an. 1231. in Tabular. S. Bertini: *Similiter Haropen et scissio vestimentorum cum eorum restitutione*, emendabitur.

HAROVVENVM. *De Harouueno.* Ita inscribitur apud Eccardum tit. 64. Legis Salicae, vbi tamen legendum putat idem Eccardus *Charowenum.* Est autem hoc, addit ille, idem ac Saxonicum *Geroven*, vel Germanicum *Gerauben*, et rapinam designat.

HARPA, ARPA. (1) Instrumentum musicum, cuius figura et forma Delta Graecum efficit, sequioribus saeculis notum, German. *Harpff*, Gallis *Harpe*. Glossae Isonis Magistri: *Testudo, Musa vel Cythara magna in coelo, Harffe.* Papias: *Harpa, dicta a gente Arporum, qui hoc instrumentum musicum inuenerunt.* Insulse omnino, si fides Hickesio p. 96. Grammat. Franco-Theotiscae; a veteri quippe Septentrionali, quod Saxonice scribitur *Heappa*, Cimbrice *Harpa*, cithara, deducenda huius vocis originatio. (2) Falx, ex Graeco ἅρπη Andr. Monach. l. 2. Vitae S. Ottonis Bamberg. cap. 30. *Armati securibus et harpis.* HARPIS, eadem notione, seu potius ensis, ad modum falcis reflexus: vnde milites, qui eo vtebantur *Harpigeri* dicti. Papias *Harpe, genus gladii.*

HARPAGARE, Ἁρπάζειν, rapere, diripere: vox Plauto familiaris. Victor Vticensis L. 3. de Persecut. Vandalica p. 50. ARPAXARE, eadem notione, dixit Petrus Damiani l. 2. Epist. 15. l. 5. Ep. 16. l. 6. Ep. 22. l. 8. Ep. 10. *Harpaxare* l. 4. Ep. 3. V. *Arpacare.*

HARPARE, *harpam* seu citharam pulsare, in Legg. Anglior. et Werinor. tit. 5.

HARPATOR, qui *harpat*, seu citharam vel Harpam pulsat, lyricus, citharoedus. Leges Angliorum et Werinorum tit. 5. §. vlt.

HARPENI, V. *Harthpenny.*

HARPIGERI. Albertinus Mussatus lib. 1. de Gestis Italicor. post Henric. VII. rubr. 1. *Per latera distinctis Harpigeris, lanceariis, fundibulariis, etc.* In Glossis MS. *Arpis, falcastrum* exponitur. Ita *Harpigeri* fuere milites *harpis* seu falcibus instructi. V. *Harpa* 2.

HARPIS, HARPE, V. *Harpa* 2.

HARPONES, spicula ferrea longa 6. pedib. quibus balaenae in mari configuntur; Gallis *Harpons*, Germ. Harpanne, vnde *Harponarii, Harponeurs*, balaenarum piscatores. Vetus Charta ex Regesto Constabulariae Burdegal. fol. 221. *Vnam balaenam, cuius Harpones, cum quibus interfecta fuerat, fuerunt positi ad trahendum vnam magnae aulae castri Burdegalae.*

HARPYIAE, Isidoro in Glossis. *Virgines volaticae.* Intelligit Harpyias Poëtarum. Tralate Sidon. Lib. 5. Ep. 7. *In foro Scythae, in cubiculo vipe-*

Digitized by Google

viperae, *in conuiuio ſcurrae*, *in exactionibus Harpyiae.*

HARROIDA, V. *Haritreda.*

† HARSA, candelabrum eccleſiaſticum in modum *accae*, ſe trigoni confectum, Gall. *Herce.* Nicrol. eccleſ. Pariſ. V. *Hercia* 3.

† HARTEX, *lo pomo grana.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

HARTHPENNY, denarius S. Petri, ſeu *Romeſcot*, in Legibus Eduardi Regis cap. 4. qui ſcilicet ſingulis focis, hoc eſt, domibus imponebatur: ex Saxon. *Heord*, locus, quo ignis fouetur, domus, et *penninge*, denarius, *Harpeni*, perperam pro *Harthpenny*, in Litteris Henrici Reg. Angl. ex Regeſt. 92. Chartophylacii regii Ch. 58.

HARVS, vox Teutonica, quae arborum folia, ramos, frondes ſignificat. Kilianus: *Haer der boomen*, *Comae arborum*, *rami et frondes.* Diploma anni 1290. apud Schilterum: *Item in ſilua Eckerene de Haro et de paſcuis medietatem den.*

† HARVSCA, *la mandragora*, in Gl. Lat. Ital. Mſ.

† HASBANVM, i. q. *Halbanum* 2. tributum pro licentia artem exercendi et opera vendendi. Ch. an. 1129 Inſtrum. to. 10. Gall. Chriſt. p. 428.

HASBARDVM, alea, Gall. *Hazard.* Statuta Eccleſiae Argentinenſis ann. 1435. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 539. *Vſum tabernarum praeterquam in itinere conſtituti et ne tabernas in domibus ſuis teneant ludos quoque taxillorum ad Hasbardum.*

HASCARIA, V. *Harmiſcara.*

† HASCLEA, fuſtis ſpecies, haſtile. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1375.

HASCO, idem videtur quod Saxon. *Hacod*, mullus, Gall. *Muler.* S. Wilhelmi Conſtitut. Hirſaug. cap. 8. *Pro ſigno piſcis*, *qui Haſco appellatur*, *generali praemiſſo*, *hoc adde*, *vt ſummitatem indicis ſuper pollicis vnguem in manum proſilire facias*, *ac ſi ſimules auferentem ipſius ſquamas: ipſe enim caeteris amplius abundat ſquamis.*

† HASENA, *harena aut haſas*, *quas nos aras et laſes*, *quaſi lares*, *dicimus.* Gloſſar. vet. Cod. reg. 7613.

HASLA. Lex Ripuarior. tit. 67. §. 5. *Si quis pro haereditate et vel pro ingenuitate chartam receperit pro malo ordine*, *cum ſex in Eccleſia coniuret*, *et cum duodecim ad ſcaplum Regis*, *in circulo et in Hasla*, *hoc eſt*, *in ramo*, *cum verborum contemplatione coniurare ſtudeat.* Haec paulo ſecus habentur in Edit. Heroldi tit. 69. §. 4. Hic autem *Haslam* idem valere ac *Hallam* plerique exiſtimant. *Haslam* minime confundendam eſſe cum *halla* monet Schilterus in Gloſſar. teuton. vbi addit, idem potius eſſe quod *Rama.* V. *Ramale.* Eccardus vero *Haslam* hic ſpeciatim pro Ramo ex corylo deprompto ſumi exiſtimat, qui ramus tanquam ſignum rei verae geſtae in iudiciis adhibebatur, inde apud plebem veritatis index habitus eſt, et pro virgula diuinatoria in vſum venit. Et certe corylus, Germ. Haſel, in Gloſſ. Ratisbon. *Haſal*, in Benſonii Vocabular. Anglo-Saxon. *Hoesl*, Angl. etiamnum *Hasle* vocatur.

HASPA, Cowello eſt id, quod oſtium poſti annectit, Anglis *Haſpe*, Germ. Haſpe, fibula. Bracton. l. 2. c. 18. §. 1. *Fieri debet traditio per oſtium*, *per Haſpam vel annulum*, *et ſic erit in poſſeſſione de toto.* Adde lib. 5. tract. 4. c. 15. §. 14. et Fletam lib. 3. c. 15. §. 5. In formulis Anonymi, form. 20. et 43. traditiones fieri dicuntur *per oſtium*, hoc eſt, per *Haſtam*: *Per illud oſtium de ipſa caſa*, *per herbam vel terram*, *ipſum manſum - - - viſus fuit tradidiſſe.*

HASPACIVM, praeſtationis ſpecies. In Ch. a. 1283. ex Tabulario S. Dionyſii Rex dicitur *habere in villis et territoriis de Belna de clauſo Regis*, *- - - octo libras pro mengerio*, *- - bichenagium*, *vinagium*, *Haſpagium*, *bannum pro vino vendendo*, *etc.*

HASPALICI. Miracula S. Euſebiae Abbatiſſae Hamaticenſ. n. 7. *Tunc piratae non erant*, *neque ficarii*, *neque qui nunc confuſo nomine dicuntur Haſpalici*, *quorum numerus modo vbique locorum pene innumerabilis eſt*,

Digitized by Google

est, qui diurni nocturnique raptores semper incumbunt et infensissimi sunt. Vbi Henschenius, *forte*, inquit *Rassalici*; hoc enim vocabulo faecem hominum vndique collectorum appellari apud Flandros auctor est. Quid si ita dicti, quod *haspas*, seu oltia effringunt, vt *Haspatici* legendum sit, fuerintque qui Latinis *Derectarii*?

HASSASERI, idem qui *Assasini*. Iacobi de Vitriaco Hist. Orient apud Marten. to. 3. Anecd. col. 272.

HASSATVTI, eadem notione. V. *Assasini*.

HASSOCVS, f. tofus, Anglis *Hassock*, Gall. *Tuf*, lapidis species. Monast. Angl. to. 1. pag. 805. 852. *Ab illo vero exitu Birchemere indirecte per transuersum marisci vsque ad tertium Hassocum a firma terra in aquilonali fine Higgeneie, et sic deinde per omnem tertium Hassocum*, etc. Infra pag. 853. *Pastores vero nostri super exteriores Hassocos versus Walton, inter pratum et mariscum debent stare, et animalia sua vsque ad pedes suos venire permittere.*

HASTA. (1) Hastae Francorum potissimum fuere arma, quos *probissimos bellatores, et mirabiles de lanceis percussores* fuisse ait Fulcherius Carnot. lib. 2. c. 41. quod et firmant Graeci scriptores aeui inferioris, Anna Comnena, Nicetas, et Cinnamus, locis indicatis ad Ioinuillam pag. 167. Ita porro Francorum hastas describit Albertus Aq. lib. 4 c. 6. *Hastae fraxineae in manibus eorum ferro acutissimo praefixae sunt, quasi grandes porticae.* HASTA *frangatur in dorso eius*, poena seruorum qui cum lancea inueniebantur, in Capitul. lib. 5. c. 247. (2) Veru, Gallis *Haste*. Vox Occitanis etiamnum notissima, quaemadmodum et Gallis olim; nunc vero *Broche*. Priuil. Leduini Abb. S. Vedasti Atrebat. an. 1036. (3) Pars corporis, qua viri sumus, quomodo βέλος Graeci dicunt. Michaël Scotus de Physionomia c. 22. (4.) Recentis suillae fructum: vnde rusticis Gallicis: *Ie vous enuerrai de la Hastille et du boudin.* Ordinarium Laudunense apud Marten, de Diuinis *Officiis antiq. Eccl. p.* 95. (5) Modus agri. Ch. Hugonis Archiep. Senonensis an. 1154. in Tabul. Ferrariensi *Et 5. den. de censu, quos Isambardus tenebat de Alberico de vna Hasta terrae arabilis*, etc. Tabular. S. Albini Andegav. *Concessit etiam de silua, quae iuxta est, quantum opus erit ad claudendum ipsa prata, spatio* 3. *Hastarum in latitudine*, etc. Liber Chirographorum Absiae fol. 15. *Vt omnes haiae et defensabiles habeant in vniuersis terris Monachorum circa omnes aquas et riuos vnam Hastam hinc et inde. V, Asta* 3. *Lancea.* HASTILIS, eadem notione. Testamentum erae 1266 apud Brandonum in Monarch. Lusitana to. 4. p. 379. (6) HASTA REGIA, Imperii insigne. Charta Henrici III. Regis Angl. apud Prynneum tom. 2. Libertat. Angl. pag. 1046. *Crucem portatilem argenteam - - - cum Hasta sine baculo*, etc. Vide *Baculus*. (7) Vestis Monachica, V. *Superpellicium*. (8) † stipes, palus, hastile, Gall. *Hastelle*. Stat. Auellae a 1496.

† HASTALLARE, differre, tempus prorogare; vnde HASTALLATIO, dilutio, mora. V. *Astallare*.

HASTARIVM. (1) HASTARIVM ARGENTVM, apud S. Augustinum Ep. 124 opponitur *argento proprio*: vbi Filesacus lib. 1. Selector. *Hastarii* nomine intelligi existimat, pecuniam ex rebus propter debita fiscalia diuenditis, ipsi fisco acquisitam. Quippe hasta in foro posita venditiones a fisco celebrabantur. Vide Cod. Th. de fide et iure hastae, leg. 10. tit. 17. (2) Alia notione, apud Tertull. Apologet. cap. 15. *Quos* (Deos) *in Hastario vectigales habetis.* Et lib. 1. ad Nat. *Quos* (Deos) *in Hastarium regessistis.* Hinc recte Rigaltius; *Hastarium* igitur est Liber Hastarius, seu Tabularium et Regestum Vectigaliorum, quae sub hasta et voce praeconis quinquennio quoque addici redemptoribus solebant.

† HASTARIVS, i. q. *Hastator*, Gal. *Hastaire*. Ch. Ms. a. 1034.

Digitized by Google

HASTATOR, Gallis *Haſteur*, qui veru ad focum verſat: eſt enim Gallis *haſte*, veru, quod *haſtae* ſpeciem referat, apud Froiſſartem 1. vol. c. 181. Ita etiamnum Aruerni veru *Aſte* et *Ate* vocant. Laurentius Bizinius de Origine belli Huſſitici apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 175.

HASTEDVM, ASTEDVM, villa, praedium ruſticum, ac praeſertim agri qui a villa dependent. Tabular. S. Petri Cellenſis Dioeceſis Trecenſis, an. 1089. *Praeterea - - - - totum Haſtedum, quem poſſidebat apud Fontanctum villam, quantum ſcilicet poſſent colere, quicumque in eiusdem villae poteſtate eſſent manſuri, B. Petro conceſſit: ipſiusque Aſtedi inſtitiam ac terragium tam in terra quam in paſtura ſeu pratis conceſſit.* Apud Ducheſnium in Hiſtor. Caſtrouillana pag. 10. V. *Haſta*, 5.

HASTELARIA, locus vbi *haſtae* coquinariae aſſeruabantur. Liber niger Scaccarii p. 348. † Leg. forte *Haſtelaria*. V. in *Hoſtellaria*.

HASTENDITIVM, ſeruitium quod domino capitali proficiſcenti ad exercitum debetur, et eiusdem redemtio pecuniaria. V. *Hoſtis*.

† HASTERELLVS, collum, iugulum, ceruix, Gall. *Haſterel*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1352.

† HASTERIVS, i. q. *Haſtarius*, in Mſ. Lugdun.

† HASTIFRAGVS, cognomen Gualteri Cuiſſiaci, t. 2. Monum. ſacrae Antiq. p. 6.

HASTILE, *pars candelabri a ſtipite directe procedens*. Io de Ianua. Vide Exod. c. 25. et Reg. c. 17. 2. Reg. c. 21.

HASTILIS, modus agri, V. *Haſta* 5.

† HASTILLIA, *Iouſte*, in Gloſſar. Lat. Gall. a. 1352. V. *Haſtiludium*.

HASTILVDIARE, haſtis confligere in haſtiludiis et torneamentis. Aegidius de Roya an. 1336. HASTILVDERE, eadem notione, apud Albertum Argentinenſem pag. 144. et in Chron. Eſtenſi apud Murator. to. 15. col. 390. HASTILISARE, eodem ſignificatu, in Annal. Mutinenſ. apud Murator. to. 11. col. 70. ad an. 1270.

HASTILVDIVM, quod vulgo *Torneamentum* vocant. Io. de Ianua: *Haſtiludium, quidam ludus militum, cum haſtis: ſcil. quando equites currunt et frangunt haſtas*. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Haſtiludium, Jeu ou iouſte de lance*. Synodus Herbipolenſis an. 1287. c. 4. *Haſtiludia et torneamenta, etc.* HASTILVDVS, in Regim. Paduae ad an. 1300. apud Murator. to. 8. col. 45. HASTILVSVS, apud Ericum Vpſalienſem lib. 3. Hiſt. Sueciae 95.

† HASTILVSOR, qui *haſtiludio* decertat. Murat. t. 18. p. 938.

HASTINA, Gloſſ. *Haſta*, δορὺ. *Haſtina*, δορὺ, ἀκόντιον. Leg. forte *Haſtula*, vel *Haſtile*.

† HASTINGA, nauium ſtatio, Gall. *Rade*, in Chartular. Fiſcamn.

HASTINGI, Normanni, Dani, ab Haſtingo eorum Duce primario, de quo Scriptores paſſim, et quem natione Gallum, ac in pago Tricaſſino ex infimo ruſticorum genere ortum aſſerit Glaber Rodulfus lib. 1. c. 5. Charta Guidonis Epiſcopi Beluacenſis an. 1075. apud Loiſellum: *Sed poſtmodum barbarorum incurſione, et impiorum, id eſt, Haſtingorum pernaſione cuncta perdiderat.* Iidem *Heaſtingenſes* dicuntur Simeoni Dunelmenſi an. 1049.

HASTITENENS, haſta armatus. Geſta Tancredi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 133.

† HASTIVIA, animi impetus, Gall. ol. *Haſtiveté*. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1355. Vnde *Hatiuatus*, cognomen cuiusdam Gausfredi in Ch. a. 1234.

HASTO. *Iurare ſine Haſto, V. Aſto.*

† HASTRA, arboris ſpecies, quam *Hetre* appellunt Galli, a fago diſtincta. Req. viſitat. Odon. *Vnam Fagum cum vna haſtra. V. Haiſtria.*

† HASTRVS, menſura frumentaria. Ch. Mſ. a. 1208.

HASTVLA, (1) Modus agri, pertica. Gregorius M. lib. 8. Ep. 61. *Haſtulas vinearum numero quatuor.* V. *Haſta*. 5. (2) Diminut. ab *Haſta*. Glaber Rodulphus Hiſt. l. 1. (3) Aſſula, ſegmentum in Gloſſario Gaſ-

paris

Digitized by Google

...rthii apud Ludewig. Reliq. ...to. 3. p. 541. ex Guiberti ...laeſt. Occurrit etiam in Mi... S. Bertini l. 2. c. 3. V. *Aſtula.*

...ATVS, V. *Haſtiuia.*

...IVS, *μογιλαλος*, qui aegre lo...ur. Gloſſ. Lat. Graec. Sangerm.

...A, odium, inuidia; ita aliquando ...bi teſtatur Spelmannus. V. ...ia.

...AVA, vel HAVVS, menſura fru...uraria, eadem f. quae *Hauotus.* ...h. Mſ. a. 1320. *Deductis VI. hauis frumenti.* V. *Haueia.*

HAVADIVM, HAVAGIVM, tributum, vt videtur, quod pro menſura quae *Hauata* vel *Hauotus* dicitur, vel a veteri Gall. *Hauir*, capere, ducta origo. Ch. Gaufredi Comitis Mauritaniae in Biblioth. Clun. p. 543. *Hauadium quoque, et omnes alias conſuetudines, quas in burgo S. Dionyſii accipiebam, omnes dimitto.* Idem eſſe videtur quod HAVAGIVM. Ch. a. 1276. in Chartular. Domus Dei Pontiſar. *Dicebant nos debere ſibi quasdam conſuetudines, vulgariter nuncupatas Hauagium et criagium apud Pontiſaram, ipſosque ac eorum praedeceſſores eſſe et fuiſſe in poſſeſſione, vel quaſi percipiendi praedictum Hauagium et criagium nomine annui redditus ſibi a nobis debiti.*

HAVARIA, V. *Auaria.*

HAVATA. (1) Menſurae genus; (†) quantum ſcilicet pugillo ſeu manu contineri poteſt, Gall. *Haúée.*) Ch. 1315. ex Chartul. S. Martini Pontiſar. *Abbas et religioſi S. Martini Pontiſarenſis ſunt in poſſeſſione pacifica percipiendi qualibet die Sabbati duas Hauatas ſalis in foro Pontiſarenſis a vendentibus ſal.* (2) Candelarum faſciculus, qui pugillo apprehendi poteſt Ch. Mſ. a. 1232.

HAVBANNVM, HAVBENTVM, V. ſupra in *Halbannum.*

HAVBERCVM, V. in *Halsberga.*

† HAVBERGARE, hoſpitari, diuerſari. Reg. feud. Aquit. V. *Hereberga.*

HAVBERGEOLVM, V. *Halsberga*

† HAVBERGERIVS, loricarum artifex. Lit. remiſſ. a 1356. V. *Halsberga.*

HAVBERGETTVM, V. ibidem.

HAVBERGETTVS, panni genus apud Anglos. *Haberjects*, apud Stephan. Skinnerum in Etymol. Angl. Ch. libertatum Angliae cap. 26. *Vna ſit latitudo baunorum, tinctorum, ruſſetorum, et Haubergettorum, ſcilicet duae vlnae inter liſtas.* Monaſticum Anglic. to. 1. p. 831. *Veſtimenta autem dabunt mihi de griſeng, vel Halberget, et pellibus aguinis.*

HAVBERGIOLVM, HAVBERGVS, HAVBERIONIS, V. *Halsberga.*

HAVCARIVS, anſerum cuſtos, V. *Aucarius.*

† HAVCIRE, attollere, Gall. *Hauſſer*, Germ. Heben. Ch. Mſ. Phil. Aug.

HAVCTVS, V. *Hauotus.*

HAVE, pro Aue, ſalutationis formula, crebra in Conſtitutionibus Imperatorum, de qua videndus Briſſonius in Formul. lib. 3. pag. 351. V. *Habe.*

HAVEDELONDS, agrorum anguli, a Saxonico *Heafod*, Anglis *Headland.* Kennet. Antiquitat. Ambrosden. p. 535.

† HAVEIA. (1) Menſurae genus, eadem quae *Hana.* Ch. Mſ. a. 1114. *Haueias et boiſſellos. V. Hauata* 1. (2) Idem quod *Hauata* 2. Ch. Mſ. a 1247.

HAVER, idem quod *Auerium*, et *Habere*, de quibus ſupra; in Foris Oſcae an. 1247. f. 4.

HAVERE, eadem notione. Breuiarium Hiſt. Piſanae ad an. 1272. apud Murator. to. 6. col. 185. *Et naues, galeas, galeones, Hauere et homines diuerſa per loca maris coeperunt, et viuam guerran fecerunt.* Occurrit non ſemel apud eundem to. 12. col. 326. 406. et 1128. V. *Habere.*

† HAVETVS, vncus, Gall. ol. *Hauet.* Areſt. a. 1344.

HAVFARE, V. *Heinfare.*

HAVIA, pro *Haula*, de quo mox. Mandatum Henrici V. Regis Angliae an. 1240. apud Rymer. to. 9. p. 854. *Publicari faciunt in portubus et Hauiis, etc.* Vbi littera *i* errore typographico perperam pro *l* edita eſt.

HAV-

Digitized by Google

HAVLA, nauium ſtatio, portus, hodie *Haure*, olim *Hible*, vel *Haule*, ex quo *Habulum*, de quo ſupra. Occurrit non ſemel in Charta Radulfi Paganelli in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 564. *Duas partes decimarum de Haulis, de Aſcelaria, - - - - quidquid ad eam pertinet in omnibus rebus et decimis Haulae etc.* Portus vero ſic nuncupati, quod in iis religentur naves: Arabes enim *habala* vincire et nectere dicunt. *Habl* iisdem eſt funis, vnde forte Gallicum *Chables*, pro ſpiſſioribus funibus, quibus naues ad portus religantur. Sunt, qui putant vocem *Haure* ab *Aber* Britannica ortam, quae oſtium fluminis ſonat, apud Giraldum Cambrenſem lib. 2. Itiner. c. 2. *Verſus Aberteiui, id eſt caſum Teiui fluminis in mari.*

HAVLLA, pro *Halla*, domus, aula, palatium. Germ. *Hauſſ.* Anglis *Haw.* († ſeu potuis locus vbi merces venum exponuntur.) Ch. an. 1267. ex Chartular. S. Vandreg. to. 1. pag. 994.

† HAVLTVRA, locus editus, Gall. *Hauteur*. Ch. Mſ. a. 1517.

† HAVNAIGIVM, f. praeſtatio pro menſione ad *aunam*, ſeu vlnam, V. *Alnagium*. Ch. Mſ. a. 1319.

HAVO. Odo de Diogilo lib. 4. de Ludouici VII. profect. in Orient. p. 42. *Veniunt de exercitu, qui cambiunt neceſſaria, iunguntur et illis, qui ambiunt non ſua. Igitur vna die Flandrenſis quidam dignus flagris et flamma, cernens immenſos diuitias, et immoderata cupiditate coecatus, clamat, Hauo, Hauo, rapiens quod cupiuit, etc.* Flandris, *Hane*, ſunt diuitiae, opes, pecuniae, etc. ex Lat. *Habere*. Sic clamabat ille: *Quot bona, quot bona!* vt alios ad praedam inuitaret.

† HAVOARE, pro *auoare*, fateri, agnoſcere, in Ch. Mſ. a. 1332.

HAVODVS, menſura frumentaria apud Belgas, quae ad modium reuocari poſſe videtur. Ch. Stephani Epiſc. Tornacenſis an 1198. tom. 3. nouae Gall. Chriſt. inter Inſtrum. col. 52. *Praeterea quoſdam redditus quos emimus apud Markain, videlicet quinque Hauotos frumenti, duas raſerias auenae, quatuor capones, et viginti et octo denarios praefato Capellano aſſignauimus in perpetuum.* Perperam editum apud Miraeum to. 2. p. 982. *Hauctos.*

† HAVQVETO, ſagum militare, Gall. *Hauqueton*, i. q. *Gambeſo*. Lit. remiſſ. a. 1355. V. *Auquetonnus.*

HAVRA, nauium ſtatio, portus, Gallis *Haure*. Ch. S. Ludouici an. 1237. ex Archiuo caſtri Nannet. V. *Haula.*

HAVRITORIVM, *locus de quo hauritur, vel vbi hauritur, vel inſtrumentum hauriendi.* Vgutio. Gloſſae Lat. Gall. Sangerm. *Hauritorium vel Hauſitorium, inſtrument a puiſer, ou lieux où l'en puiſe yaue. Hauſorium idem.* Gloſſ. Iſid. *Hauſtrum, rota, Hauritorium, qui et girgillus.* Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Hauſtra, vel Hauſtrum, Puiſoner, roë à puiſer, quod girgillus dicitur.* Guillelmus Pariſ. de Rhetor. diu. c. 40.

HAVSITORIVM, HAVSORIVM, V. *Hauritorium.*

HAVSSASIS, V. *Aſſaſini.*

HAVSTERANNI, V. *Haiſterahandi.*

† HAVSTORIVM, puteus, in Ch. Mſ. a. 1236. V. *Hauritorium.*

† HAVSTRA, *la rota da tirare l'aqua.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

HAVSTRVM, V. *Hauritorium.*

HAVSTVS, *eſt ius hauriendi aquam de puteo vicini, cui eo inuito iure ſeruitutis adſcribitur.* Vocabul. iuris utriuſque.

HAVTA IVSTITIA, pro *Alta iuſtitia*, Gallice *Haute iuſtice*, in Ch. a. 1239. et Tabulario Corbeienſi.

HAVTO, ſpicae non omnino triturata minoraque ſtramina quae ventilatione a tritico ſeparantur, Gall. *Hauton* vel *Aulton*. Ch. an. 1239. ex Tabular. Compend. *Recognouit D. Alternum patrem ſuum quondam Maiorem Eccleſiae Compendienſis de Nigella vendidiſſe bene et legitime ſupradictae Compendienſi Eccleſiae Hautonem et rehautonem, etc.* Literae Curiae Ambian. an. 1244. ex eodem Tabul. *Recognouerunt ſe Abbati et conuentui Compendienſi totum carionem, totum paſtum, totum Hautonem - - - et omnia alia quae habebant - - in*

Digitized by Google

grangia dictorum Abbatis et conventus. V. Halso. HAVTONNVM, an. Charta an. 1240. ex Tabul. Suppend. HAVTVMNA, HAVTUMNIA, eadem notione. Ch. an. 1281. ex Tabul. S. Richarii.

HAVVARE, V. in *Haga.*

HAYA, V. in *Haga.*

HAYBOTE, V. *Haibote.*

HAYCIVM, V *Haga.* 1.

† HAYRELIVM, HEYRELIVM, domus rustica cum aedificiis, quae ad eam pertinent, Gall. *Heiran.* Ch. Mſ. a. 1295. V. *Haisellus.*

HAYVM, pratum, ab Angl. *Hay*, fenum. Ch. apud Madox Formul. Anglic. p. 257.

HAZARDOR, aleator, Angl. *Hazarder.* Placitum ſub Henrico IV. apud Th. Blount in Nomolex. Angl. *Hazardor communis ludens ad falſos talos adiudicatur quod per ſex dies in diuerſis locis ponatur ſuper colliſtrigium.*

HAZENIA, V. *Azenia.*

HC, pro K. non ſemel occurrit, praeſertim in Chartis Longobardicis. Ita in Leone Oſtienſi edito ab Angelo de Nuce *HCarolus*, ſemper ſcribitur, pro *Karolus*, *HCalendae* pro *Kalendae.* Epitaphium Aligerni Abbatis Caſinenſis:

Conditur his ſeptis ter ternis vite HCalendis, etc.

V. ſupra *H.*

† HCLRAM, vox contracte ſcripta, quae contemtum ſonat. Acta SS. t. 6. ſept. p. 500.

† HEAGIVM, praeſtatio pro habitatione, Gall *Heage.* Ch. Mſ. Phil. 1. a. 1318.

HEARPA, cithara. Vita S. Dunſtani to. 4. Maii. P. 350. V. *Harpa.*

HEASTINGENSES, V. *Haſtingi.*

† HEAVMERIVS, galearum artifex, a. Gall. *Heaumier.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1350. V. *Helmus.*

HEBDOMADA, ſeptem dies totius ſeptimanae: vox nota. Anaſt. Bibl. in S. Simplicio PP. Vbi per *Hebdomadam* intelligit *Hebdomadarios* Preſbyteros, qui ob ingruentem populum viciſſime ſuccedere ſolebant, qui poenitentes ad reconciliationem, et paganos ad baptiſmum praeſtolarent. Ita Baron. ann. 483. num. 5. V. *Hebdomadarius.* HEBDOMADA IN ALBIS, quae hebdomadam Paſchalem et dominicam in Albis ſubſequitur. Incipit autem illa a Sabbato in Albis, et terminatur in alio Sabbato, et ſic durat per octo dies. Ida Beletus c. 130, et Durandus lib. 6. cap. 81. n. 16. c. 89. n. 1. V. in *Alba.* HEBDOMADA AVTHENTICA, quae *Maior*, de qua mox, inſuggeſtione Dioſcori Diaconi, quae extat inter epiſtolas Hormiſdae Papae. HEBDOMADA CASTA, ineuntis Quadrageſimae hebdomada dicebatur apud veteres, vt caſtimonia per Quadrageſimam ſeruanda ſignificaretur. HEBDOMADA CRVCIS. Sic apud Teutonicos Rogationum hebdomada dicebatur, teſte Macro in Hierolexico. HEBDOMADA DE EXCEPTO, dicitur in ritu Ambroſiano vltima hebdomada aduentus; quia in ea excluditur omne aliud officium, vt docet idem Macer. HEBDOMADA EXPECTATIONIS, Sexta ſeptimana poſt Paſcha, quae ſcilicet eſt poſt aſcenſionem, quoniam repraeſentat illud tempus, quo Apoſtoli expectauerunt aduentum Spiritus Sancti, quibus dominus dixit: *Manete in hac ciuitate, et expectate usque dum induamini virtute ex alto.* Ita iidem Beletus c. 130. et Durandus. † HEBDOMADA GRASSA, quae dominicam *Quinquageſimae* praecedit, qua ſcilicet carnibus vti licet, Gall. *La ſemaine graſſe.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1397. HEBDOMADA INDVLGENTIAE, dicitur hebdomada maior, ſeu ſancta, quia in ea poenitentes abſoluuntur, inquit Honorius Auguſtod. l. 3. c. 72. † HEBDOMADA MAGNA, quae Pentecoſten praecedit, in Areſt. a. 1398. HEBDOMADA MAIOR, quae diem Reſurrectionis Chriſti praecedit, ἑβδομὰς μεγάλη, Graecis. HEBDOMADA MEDIANA, Quadrageſimae hebdomada quarta. Pelagius PP. in Epiſt. apud Holſtenium in Collectione Romana p. 241. Vide Durandum lib. 6. Rational. cap. 59. n. 2. HEBDOMADA MVTA, ſeu *Sancta*, *quando cam-*

Digitized by Google

campanae adstringuntur, vt est in legibus Ostrogothicis de iure ecclesiast. c. 22. Vide Ioannem Loccenium lib. 1. Antiquit Suecic. c. 5. MEDIA IEIVNIORVM PASCHALIVM SEPTIMANA, est quarta Quadragesimae hebdomada iuxta Graecos, tertia vero secundum Latinos, vt pluribus docet Allatius de Dominicis et Hebdomadibus Graecorum. HEBDOMADA PASCHALIS, quae festum Paschatis subsequitur, vt protenditur vsque ad Sabbatum *in albis* excluſiue, et sic Pascha sex dies tantum habet pro octauis. HEBDOMADA PASSIONIS, quae Dominicam Palmarum praecedit. Vide notas ad Villhardium n. 129. Pro hebdomada maiori, quae est post Palmas accipi videtur a Bartholomaeo Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad an. 1227. apud Murator. to. 6. col. 445. HEBDOMADA PENTECOSTES, quam Graeci τοῦ ἁγίου πνεύματος ἑβδομάδα vocant, vt est apud Morinum. Vide Io. Bapt. Cotelerium ad Constitut. Apost. p. 253. HEBDOMADA POENALIS, dicitur illa, qua Christus Crucem subiit, et quod ieiuniis et laboribus transigatur ad memoriam passionis Christi. *Laboriosam Hebdomadam* vocant Latini Patres, nos etiamnum *la semaine peneuse*. *Hebdomada Poenosa*, in Chronico Archiep. Vpsalienſium p. 216. *Septimana Poenosa*, in Tabular. Monasterii Hederae, anno 1197. fol. 24. † HEBDOMADA POENITENTIALIS, eadem, in Stat. collegii de Marchia a. 1423. † HEBDOMADAREMISSIONIS, in qua a praestatione aliis hebdomadis soluenda quis eximitur. Ch. a. 1230. apud Ludew. t. 11. Reliq. p. 571. HEBDOMADA SANCTA, quae Pascha praecedit. Statuta Ecclesiae Nemausensis circa an. 1364. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1026. † HEBDOMADATRINITATIS quae hoc festum subsequitur, *duplex* etiam nominata. Lit. Mſ. a. 1377.

HEBDOMADALIS, Dominicalis. Statuta Canonicorum Regul. S. Augustini art. 19. apud Raim. Duelli Miscell. L. 1. p. 89.

HEBDOMADARIATIM, HEBDOMADATIM, ordine septimanar Chronic. Mellicense in Regula form. an. 1457. p. 418.

HEBDOMADARIVS, frater, vel M nachus, qui suas vices in minister monasticis per hebdomadam exeq tur. Vgutio: *Hebdomadarius*, *per hebdomadam curam gerit pro ciis super cibariis*. ARCHIHEBDMADARIVS, qui *hebdomadar* praeerat. Αβχιεβδομάριος dicit in Concilio CP. sub Menna Act. qui hebdomadariis praeest, vt guli sua officia recte exequantu Archihebdomadarii mentio etiam currit apud Anonymum περὶ ἐπιμίων, inter Opera Basilii edirun HEBDOMADARII, dicti in Eccl siis Cathedralibus sicut et in Mon steriis, quibus maius Sacrum canet omniumque horarum officium inch are incumbebat. Statuta Eccles Barchinonensis an. 1288. apud Ma ten. tom. 4. Anecd. col. 609. HEDOMADARIA, munus Hebdom darii. Constitut. Dominican. p Vincentium Mariam part. 1. cc 305. ex Capitulo anni 1417. HEDOMADARII, praeterea dicebantu qui per vices septimanatim ad cub culum imperatoris excubabant. Vi Codinum de Orig. CP. p. 20. M ursium in ἑβδομάριον, et Glo mediae Graecit. in ἑβδομάριοι. HEDOMADARIVS, qui singulis sep manis recurrit. Epistola ad Arch ducem. Austriae ann. 1589. apud L dewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 33 † HEBDOMADARIVS KALEDAE, qui *Kalendas* per hebdom dam annuntiat seu martyrologiu legit. Ordinar. Mſ. S. Petri Aur Vallis.

HEBERGAGIVM, HEBERGAMTVM, HEBERGIARE, etc. V. *Hereberga* etc.

† HEBERGARE, *hebergamenta* aedificia construere vel repar Gall. *Heberger*. Ch. Mſ. a. 1219 *Herbergare*.

Digitized by Google

GIARE BOSCI, loco *boſci menta* ſeu villam conſtruere. 1161. inter Probat. Hiſt. Au- 19. V. *Herbergiare.*

, *lorica.* Gloſſ. Iſidori et Ve- oſſar. MS. Sangerm.

, ſic liberum barbatum ſeu m ſimulacrum vocabant Nea- i in Campania, teſte Macrob. Saturnal. c. 18.

ONPENTA. Anaſtaſius Bibl. Hilario PP. *Vbi ſunt columnae altitudinis, quae dicuntur Hepenta*: altae ſcilicet 105. pedi-

HOITA, eſcaeta. Perardus in rgund. p. 350. V. *Eſcaeta.*

HECK, retis genus, quo vtuntur piſcatores, fluuii Iſidis Eboracenſis accolae. Statuta an. 23. Henrici VIII. c. 18. apud Spelman.

HECIA, V. *Ecta.*

† HECTHECA, *ſolarium.* Gloſſar. Lat. Gall. a. 1352.

HECTICA, febris *Hectica*, Gall. *Fievre etique.* Vita S. Celeſtini PP. V. auctore Iacobo Cardinali.

HECVLANVS, *eunuchus.* Papias. In MS. Bituric. *Heculaneus.* Amalth. *Heculanus, ſulcus.* Idem Papias ſuo ordine legit, *Herculaneus, Eunuchus.*

HECVRA, ſulcus, αὖλαξ. Gloſſ. Lat. Graec. MS. Sangerm.

HEDA, HITHA, portus. Domeſdei, in deſcriptione terrarum regis, Tarenfortiae, in Comitatu Cantii: *Ibi ſunt duo Hede, id eſt portus.* Et tit. Chent. Epiſc. Baiocenſ. *Meletune, Heda de 20. ſol.* Vbi Spelmannus *Hedam* intelligendam cenſet de portu minori et minus celebri, et ex Saxon. *Haeth*, fouea, deducit. Ex hoc, inquit, *Lambhit, Quene - hit, Oxburgh - hit.* Monaſt. Anglic. to. 2. pag. 142. *De tota Medietate Hithae ſuae apud Hengeſteſey, cum libero introitu et exitu etc.*

HEDERA. *Hederam in Paſcha, in Choro adminiſtrare.* V. Hemeraeum in Auguſta Viromand. in Regeſto pag. 42. in Charta an. 1130.

HEDGBOTE, V. *Haibote.*

HEDIFFICAMENTVM, eo nomine ſignificatur id omne quo res aliqua melior fit, Gall. *Amelioration:* quod de domo reparata vel aedificiis quibusdam aucta, et de agro diligentius culto intelligi poteſt. Ch. ann. 1286. ex Tabular. D. *de Flamarens.*

HEDIFICARE, pro *Aedificare*, ad pietatem mouere, impellere. Capitula gener. MSS. S. Victoris Maſſilienſ. HEDIFICARE VINEAS, plantare. Inſtrum an. 878. to. 1. Hiſt. Occitan. pag. 135.

HEDINVS, apud Hiſpanos, dicitur *Iuſtitiarius Iudaeorum, qui exercet compulſiones, et mandat ſententias executioni, et cognoſcit de minoribus cauſſis, etc.* Ita Vitalis Epiſcopus Oſcenſis, apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 784. ab Hebr. דין, Iudicium, et articulo praepoſ. ה

HEDIVM, *preſidium. Hedium prediorum.* Ita vetus Gloſſ. MS. Sangerm. f. ab *aedes* voces fictae.

HEDRA, ſedes, lectica, ex Gr. ἕδρα. Bonitus Subdiaconus in Actis S. Theodori Ducis Martyr. n. 12.

HEDROTII, HEDROTES, V. *Heideoti.*

† HEDVS, aries, machina bellica. Ch. a. 1243. inter Probat. t. 1. Hiſt. Nem. p. 75.

HEERE - SCHILD, vox Saxonica et Germanica, compoſita ex *Heere*, exercitus, et *Schild*, vel *Seyld*, clypeus. Gloſſ. Aelfrici pag. 66. ſcutum, clypeus, *Schild.* Proprie autem eſt obſequium militare, quo quis principi obnoxius eſt: quod *Scutagium* vocant Angli. Neque alterius ſunt originis voces *Araſcild, Arachild*, et *Ariſchilt*, quae praue editae leguntur, pro *Hereſchild*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 17. §. 4. *In collectione habitantium in vno loco, pro vi inferenda alicui, ſi plaga illata, aut homo mortuus fuerit, de ipſa collectione compoſitio fit 20. ſolidorum ei, qui vim paſſus eſt.* Statuti rationem reddit Princeps: *Quia non potuimus cauſſam iſtam aſſimilare ad Areſcild, nec ad Concilium* (ita leg. pro *Conſilium*) *ruſticanorum, vel ad ſeditionem: et plus nobis potuit*

Digitized by Google

tuit congruum esse de consilio malo, id est, consilio mortis. Quo verborum contextu Legislator innuit, eiusmodi conuentus illicitos accipi non potuisse pro legitimis conuentibus, verbi gratia pro *Heerschild*, id est, conuentu ad militiam, vel conuentu pro rebus publicis, vel denique conuentu pro seditione vel tumultu aliquo pacificando et sedando. HERESCHILD, vt habet Kylianus, dicitur *dignitas originis, clypeus patris ac matris, feudum et clypeus, clypeus feudalis, nobilis prosapia paterna, clypeus militaris, insignia.* Chronic. Laurishamense p. 88.

HEERESTRATA, via regia, seu *militaris*, vti appellatur ab Eumenio in gratiarum act. sect. 7. et aliis, ab *Heer*, exercitus, et *Strete*, seu *strata*, via; Germ. Heerſtraße. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 10. Consuetudines Furnenses ex Archiuo Audomar. *Si quis rapinam fecerit aut in via aut in Heerstrata super mercatores vel quoscumque alios et in hoc maleficio captus fuerit suspendetur.*

HEERETOCHIVS, ductor exercitus, Magister militum: ex Saxon. *Heeretoga*, voce conflata ex *Heere, exercitus*, et *togen, ducere*: vnde Germanis *Hertzog*, dux dicitur, quasi *Dux exercitus*. Qui autem *Heretochii* potissimum fuerint; apud Anglos, pluribus prosequuntur Leges Eduardi Confess. c. 35.

HEERGRAVIVS, V. *Heregrauius.*

HEERWADIVM, HERWEDIVM, militare vadium, a Sax. *Heere*, exercitus, et *Vadium*, pignus, (*) seu potius a *Watt*, Germ. Wand, pannus, vestimentum; Germ. Heergewette.) *Relenii* species quod ab haerede ad retrahendum feudum paternum vel bona haereditaria domino praestabatur. Leges feudales Ottonis Comitis in Tecklenburg. apud Ludewig to. 2. pag. 301.

HEGIN, V. *Haga.*

HEGIRA, Muhametanorum aera, quae a Muhamedis pseudoprophetae fuga initium habet. Vt enim aera Diocletiani dicta est *aera Martyrii*, ita etiam Muhamedis dicta est *Hegira*, a voce Arabica *Hegirathe*, seu *Hegeraton*, vt habet Ioan. Hesronita post Geographiam Nubiens. c. 8. hoc est, διωγμὸς ὑπὲρ τῆς θεοπαρείας. Cuius quidem auspicatissimae fugae tempus incipit in 16. Iulii A. Chr. 622. feria 5. *secundum medium calculum, seu 6. secundum phasin lunae*, vti habet Vlug Beig.

HEGVMENIARCHA, V. *Hegumenium.*

HEGVMENI, Ηγέμενοι. Ita Graeci *Abbates* passim vocant, qui *Primates Monasterii* Iuliano Anteccessori cap. 19. *Principes Monasterii*, in Regula S. Pachomii §. 7. 22. dicuntur. EGVMENVS, absque aspiratione. Ugutio: *Egumenus, i. Dominus.* Liberatus Diaconus c. 18. *Egumenus Monasterii Dio'chon.* EVGVMENVS, perperam apud Guillem. Biblioth. in Hadriano II. p. 228. et eumdem Diacon. p. 762. Edit. Canisii. EGVMENARCHIVM, id forte, quod ἡγεμενεῖον vocat Alexii Comneni Nouella, monasterium, vel potius domicilium Hegumeni, vt *Patriarchium*, Patriarchae. Anastas. in Hadriano I. p. 119. *Basilica vero Monasterii S. Anastasii Christi Martyris vna cum baptisterio et Egumenarchio* etc. Alii Codd. habent *Igumenarchio.*

HEGVMENIVM, ea monasterii pars, quae peregrinis recipiendis propria erat. Passio SS. 20. Martyrum to. 3. Martii p. 171.

HEIA, HEIARE, V. *Haga*, et *Hercia*, 2.

HEIBOTE, V. *Haibote.*

HEIDEOTI, factio quaedam in vrbe Leodiensi, de qua magnum Chronicum Belgicum a. 1403 *Coeperunt certi ciues Leodienses, qui seipsos nominabant Heideotos, (quod interpretantur multi de Gallico in Latinum, Osores iustitiae) rebellare, D. Ioanni de Bauaria, Electo Leodiensi. Hedrotios* appellatos scribit Suffridus Petri in eodem Ioanne Episc. cap. 4. HEIDROTII, in Chron. Cornelii *Zantfliet*, apud Marten. to. 5. Ampliss. Collect. col. 361. vbi et de vocis etymo diserte docemur: *Anno 1403. quidam filii iniquitatis, Gallice Haidroits, id est, odientes ius et*

Digitized by Google

[illegible], *ciues Leodienses coepe-* [illegible]*lare contra dominum Leodi-* [illegible] *Electum inclytum Ioannem de* [illegible], *nitentes contra Deum, iu-* [illegible] *et rationem posse tenus destruere* [illegible]*dictionem ecclesiasticam in pleris-* [illegible]*modis et formis*, etc.

[illegible]ONES, gentiles, pagani, idio-[illegible], a Germ. *Heyde*, Gall. [illegible]*il, Pagen.* Epist. a. 1589. apud [illegible]dewig. to. 6. pag. 328. *Quidam* [illegible] *nostris heidonibus transfuga fa-* [illegible] *est.*

[illegible]MBVRGENSIS, HEIMBVRGI-[illegible], apparitor, praeco, Germ. Heimbürge. Ius Argent. lib. 1. cap. 1. apud Schilter. in Gloss. Teuton. *Ad scultetum pertinet statuere tres personas (precones) quos Heimburgenses dicimus, unum in interiori scilicet veteri vrbe, duos in exteriori.* Chron. Wormat. apud Ludewig. tom. 1. pag. 78. *Apud Wormatiam seu Vangiones, supremus olim iudex erat camerarius tempore adhuc Francorum Regum, mansitque etiam succedentibus Episcopis, quorum nomine tres singulis annis placita in Curia Episcopali exercebant, Ianuario, Aprili, et Iunio. Iudici camerario XVI. apparitores praesto erant, quos Heimburgios appellabant.* Si tamen vim neminis spectes, idem est, qui iudex, praefectus vici, a Teuton. *Heim*, vicus, villa.

HEIMZVHT, expeditio hostilis, Germanis *Heimzuch*, vt vult Lindenbrogius. Lex Baiwar. tit 3. cap. 8. *Si quis liberum hostili manu cinxerit, quod Herireita dicunt, id est, cum 42. clypeis, - - - si autem minus fuerint scuta, verum tamen ita per vim iniuste cinxerit, quod Heinzuht vocant, componat*, etc. Theutonibus *Heymen*, est sepire, obuallare: *Heyminghe*, sepimentum, a quo potius ducendum videtur vocis etymon. V. *Hamsoca.*

HEINFARE, HEINFARA, et HEINFAR, discessio, fuga, lapsus serui, ex Angl. *Hein*, famulus, seruus, et *Far*, iter, transitus. Dicitur et mulcta, quae hoc nomine penditur, et ipsa iurisdictio animaduertendi in seruos fuga lapsos. Domesdei: *Heimfaram qui fecerit, 100. sol. emendet.* Alibi: *Si quis occiderit hominem Regis, et facit Heinfaram, dat Regi 30. solid. de solutione hominis, et de forisfacto 100. sol.* HAVFARE, eadem notione. Consuetud. antiquae Norman. a. 1080. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 118.

HEIRONES, ardeae, erodii, *Herons* Gallis, accipitrum nobilium species primaria. Charta Anglica de Forestis, apud Matth. Paris. et in libro inscripto *Pupilla oculi*: *Aerias accipitrum, falconum, aquilarum, et Heironum.*

† HEISIA, HEISIA, f. silua sepibus septa, i. q. *Haga.* Ch. t. 1. Annal. Praemonstr. p. 355. *Dedi vnam croftam, quam Robertus filius Seman tenuit iuxta Heisiam de Demesford.* Infra *Heisa*

HEKFORE, iuuenca, Anglis *Heifer*, Gall. *Genisse.* Computus ann. 1407. apud Kennett. Antiq. Ambrosden. p. 548. *Et de XII. den. receptis de debili vitulo cuiusdam Heckfore vendito praedicto Iohanni hoc anno.*

HELBLING, monetae genus, V. Hallenses.

HELCHIA. Ch. Walteri Abb. S. Quintini de Monte ann. 1214. *Sciat uniuersitas vestra quod cum nos - - - - in aqua communi de Buiescourt supra molendinos de Fullieres crustam unam cum Helchia et furnum de Biescourt, cum mansura eiusdem furni longo tempore possedissemus, etc.* Quae verba in Regesto ann. 1665. Gallice redduntur, *une Crouste avec vne Huche*, quo significatur arca lignea maior, vbi pisces in aqua seruantur.

HELCINIENTES. Ch. Theodorici Comitis Fland. a. 1151. Tabulario Monasterii S. Bertini: *Non solum quidem terrarum, sed et omnium rerum, quarum decima in sancta Ecclesia persoluitur ab Helcinientibus* (sic) *et submanentibus ex integro decima S. Bertino persoluatur.*

HELEFVRLVNGA, V. *Furlongus.*

HELEMOSINA, pro *Eleemosina.* Ch. a. 1177. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 1012.

HELEMOSENARIVS, et HELEMOSINARIVS, pro *Eleemosynarius.* Sylla-

Digitized by Google

Syllabus Rubric: ad Leges Palatinas Iacobi II. Regis Maioric. to. 3. SS. Iunii. p. VIII.

HELEMOSINATVS, qui dat in eleemosynam ecclesiae, monasterio, vel pauperi. Ch. a. 1030. to. 1. Hist: Lotharing. col. 407. V. *Eleemosynarii*. 3.

HELERA. Testam. ann. 1263. apud Marten. tom. 1. Anect. col. 1119. *Item volo et praecipio, quod dicta domus de Campi percipiat in solutum pro mille solidis Podiensibus, quos debeo eidem, praedicta Helera dictae Catharinae filiae meae tertiam partem prouentuum dicti mercati d'Alegre.* Locus perobscurus. An legendum *Heredia?*

HELIOGABALVS, ita Sol dictus apud Gabalitanos. Vocem Arabicam esse contendit Scaliger, *Alagabal*, vti praeferunt aliquot nummi, i. e. *Deus Gabalitarum*. Sed de Heliogabalo et Antonino Imperatore, ita nuncupato, multa congessere idem Scaliger in Notis ad Eusebium pag. 231. vlt. Edit. lib. 1. Epist. p. 209. Casaubonus et Salmasius ad Lampridium, Fullerus L. 1. Miscell. c. 14. et alii.

HELITIATVS, extra omnem litem positus. Praeceptum Childeberti III. Regis Franc. ann. 697. apud Mabill. Diplom. p. 480. V. *Elitigare*.

† HELLEMPARTA, hastae species, quam Galli *Hallebarde*, Germ. Hellebarde dicunt. Sic Latine reddit μαναραν Nicet. in Andronic. l. 2. V. *Alabarda*.

HELLIRVNA, maga, V. *Alyrumnae*.

HELLOVS, *vorax, insatiabilis*, pro Helluo, in Gloss. MS. Sangerman. n. 501.

HELLVABVNDVS, *multum bibens, ebriosus*. Idem Gloss.

† HELLVVS, *rufus, pallidus, vel nauisia*. Gloss. vet. Cod. 7641.

HELMARC, dimidia pars marcae, a Germ. *Hel* vel *Half*, dimidium et *Marc*, marca. Consuetudines antiq. Norman. in Conc. apud Lillebonam celebrato a. 1080. confirmatae apud Marten. to. 4. Anecdot. col. 119.

HELMVARIPHA, vox Arabica, quadrangulum irregulare, seu inaequale, quod vel duos obtusos habet angulos, et duos acutos, vel rectos duos, vnum obtusum, et vnum acutum. Goclenius in Lexico philos. *Impossibile est Helmuaripham aut tres rectos aut tres obtusos angulos habere.*

HELMVS. (1) Cassis, galeae conus; *Heaume* Gallis, *Helmo*, Italis, *Helm* Cambro-Britannis et Germanis. Lindenbrogius a Germanico deducit, Spelmannus a Saxonico. Gloss. Aelfrici: *Galea, le Wer Helm*. Gloss. MSS. ad Bedae Gutbertum: *Cono, i. e. Helme*. Ab *Helen*, celare, accersit Eccardus, quia caput galea celat: vnde *Celata* Italis dicitur. Occurrit in Legibus Ripuariorum tit. 36. §. 11. et alibi. GELMVS, ex Hispanico *Hyelmos*, in Testam. Ranimiri Regis Aragon. aerae 1099. in Historia Pinnatensi l. 2. c. 38. (2) Culmen, tectum, Anglo-Saxon. *Haelme*. Verelius in Notis ad Herrauds-Saga pag. 83. obseruat, suis *Hialm* esse tectum quatuor perticis affixum foeno vel segetibus tegendis aptum. Tabular. Abbatiae SS. Trinitatis Cadom. fol. 21. *Ricardum etiam de Gracio, qui habet duos bordarios, et horreum suum et helmos, et hoc totum quod habet Helto Dapifer in eadem villa.* (3) † Monetae species, a casside ibi sculpta sic dicta, Gall. *Heaume*. Lit. remiss. Ms. a. 1387.

HELNA, helenium, enula campana, species plantae, Gall. *Aunée*. Hinc

HELNATVM VINVM, hac scilicet herba conditum. Bernardi Ordo Cluniac. part. 1. c. 8. in vet. Discipl. Monast. p. 151. *In vindemiis collecta Helna a famulo suo qui doctus est inde, et ex altera parte aliis herbis quae huic negotio aptae sunt, facit in vno vase vnum* (leg. vinum) *Helnatum, in altero herbatum.*

† HELOTIS, Sarmatica lues, siue plica Polonica. De ea Ioan. Agricola et alii.

HELOVITREVM VAS, pro *Holouitreum*, totum vitreum. Vox ibrida. Acta

Digitized by Google

[illegible] SS. t. 1. Ianuar. p. 74. V. *Ho-* [illegible]*ens.*

[illegible], piscis maioris species. Ch. Gui- [illegible] Comitis Pontiuensis, in Ta- [illegible] Abb. S. Iudoci: *Ita quod si pi-* [illegible]*tor ceperit infra terminos maris* [illegible]*rcum adiacentis sturionem et salmo-* [illegible]*em et porcum marinum, et Help, in* [illegible] *cedit Ecclesiae totaliter et integre.* V. *Craspiscis.* † *Helpinum* edide- [illegible]unt Benedictini to. 10. Gall. Christ. p. 336. inter Instr.

HELSWINDE, V. Hermannum Contractum p. 562. Edit. Canisii.

HELVCVS, pro Elucus, capitis grauitas a vino creata. Tertullianus de Corona c. 7.

HELVITICE, Liber 3. Miraculor. S. Dionysii c. 14. *Haud Heluitice habeo, quod loquar pro Dionysio, cum qui iam Sanctorum sociatus in coelo pollet exercitibus, apologia nostra minime indigeat.*

HEMERO, ἁρπαξ, in Gloss. Lat. Gr. vbi Goldastus ad S. Valerianum emendat *Hamero:* hunc vide pag. 63. † Leg. *Hemerocoetus*, ex Gr. ἡμεροκοιτος.

HEMERODROMI, quasi diurni cursores, tabellarii, a Graeco ἡμέρα dies, et δρόμος, cursus. Acta SS. t. 1. Ianuar. p. 962.

† HEMEROTROPHVS, diurnus cibus, Gr. ἡμέροτροφος.

† HEMICYCLVS, semicircularis, ἡμικυκλος, apud Murator. to. 19. p. 50.

HEMIGRANEA, HEMIGRANIA, dolor medii, imo et totius capitis, Gall. *Migraine*, a Graeco ἥμισυς et κράνον. Acta SS. to. 5. Maii pag. 285.

HEMINA. (1) In Regula S. Benedicti cap. 40. est certa vini mensura, quam Monachis sufficere per diem existimauit, de cuius quantitate multa habent Regulae Interpretes, quae collegit Haeftenus lib. 10. Disquis. Monast. tract. 4. disqu. 2. ac praesertim Scriptor in Dissert. Gallica, de vini hemina et libra panis in Regula S. Benedicti, edita ann. 1667. *Emina appendit libram vnam quae geminata sextarium facit, habet drachmas centum.* Papias. Epist. Theodemari Abb. Casinensis a. circiter 790 ad Carolum M. *Quas duas mensuras aestimauerunt maiores nostri Eminae mensuram esse.* Apud Palladium de Architectura: *Cyathi nouem Heminam faciunt, Heminae duae sextarium complent. Sextarii sex congeum reddunt.* Vide Glossar. med. Graecit. in ἡμίνα, et quae in hanc rem commentatur idem Mabillonius in Praefat. ad to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Bened. n. 158. Quidquid sit de controuersia, quae circa heminam vini, inter eruditos viros olim versata est, certum omnino est, non eiusdem capacitatis vbique exstitisse hanc mensuram, etiam in Galliis. In quibusdam locis circa Belliiocum, Hemina vini eadem est ac semi-asinata; Asinata vero valet octo quartas vini. In Delphinatu Hemina vini aequiualet sextario, vtraque enim mensura 2. s. perinde aestimatur in Tractatu D. de Boeslieu. Aliae autem differentiae colligi possunt ex auctoribus a D. Lancelot in Dissert. de Hemina vini laudatis; plerosque licet illorum aestimatione huius mensurae, potius ad vsus suos respexisse, quam ad intimam illius capacitatem, mihi vix dubium sit. IMINA, pro *Emina*, in Ch. a. 1136. apud Ioffredum in Nicaeensibus Episcopis p. 167. EXEMINA, eodem significatu. Ch. a. 964. in Append. ad Marcam Hispan. col. 884. *Dono ego Borellus Comes et Marchio - - - sestarium de ciuada et Exeminam de vino.* (2) EMINA, et EYMINA, mensura frumentaria. Ch. a. 1249. apud Capellum lib. 4. Rerum Occitan. *Et si forte aliquis homo vel femina Biterris vendiderit suum bladum ad suam Eminam vel sestarium etc.* Instrum. an. 1309. to. 1. Hist. Dalphin. p. 86. *De quacunque quantitate bladi venditi, videlicet de vna Hemina, vt supra, capitur vna cazeola pro qualibet Hemina.* Inuentarium MS. ex Archiuo Principis *de Roban: Item vnam Eyminam frumenti et 5. pictas quas seruiunt Petrus Verderii, etc.* Nec minus variauit Hemina solidorum quam liquidorum; pro sextario interdum accipi-

Digitized by Google

pitur. Ch. a. 1242. XVI. *Emynas seu sesteria annonae ad mensuram Aquis - - Vnum modium seu XVI. sexteria.* Ita etiam in nouo Costumar. t. 4. part. 2. p. 1008. art. XI. vbi *Heminam* per vocem *Setier* reddidit Gallicus interpres. Alibi *Hemina* duos bicheros valet: cuius ponderis fuerit apud Massilienses, vtcunque aestimare licet, ex statutis eiusdem ciuitatis l. 1. c. 55. num. 4. *Decernentes similiter quod nullus faciat saumatam portandam ad molendinum in qua sint plus quam septem Eminae annonae.* Alicubi *Hemina* Massilienſis 8. ciuaderias continere dicitur; ciuaderia vero fere aequiparatur modio Parisiensi. EMINALE, eadem notione, idem ac Sextarium, Gall. *Setier*. Ch. an. 1103 apud Bruſſel de Vſu feud. to. 2. p. 728. *Septairalaticum dono vobis de omni blado, et de omni legumine, et de farina, - - - si mensurantur cum seistarale vel eminale.* Vbi particula *vel* explicatiua est, non disiunctiua: vtriusque enim mensurae eadem est praestatio. Tabular. B. M. Accinct. *Remisit etiam IX. denarios censuales et vnum eminale auenae.* HEMINALE SALIS, mensura vnius heminae salis capax, simul et praestatio quae pro distractione salis exsoluitur duodecima scilicet heminae pars de vnaquaque vectura. Charta ann. 1309. to. 1. Hist. Dalphin. p. 91. EMINATA TERRAE, modus agri vnius heminae capax, vt modiata, vnius modii, etc. *Eminée de terre*, Aruernis, *Eminada terrae*, in Ch. Raimundi Comitis Tolosani an. 1248. *Tres cartonatas et vnam Eminatam terrae, cum quodam pradello, etc.* in Ch. Mſ. a. 1300. (3) Eadem notione, vt videtur, qua *heminagium*. Testam. Guinardi Comit. Ruscin. an. 1173. in Append. ad Marcam. Hisp. col. 1360. *Relinquo etiam eis* (Templariis) *ipsas heminas de Perpiniano.*

HEMINAGIVM, EMINAGIVM, praestatio ex quacunque emina frumenti, aut alterius grani. Ch. Philippi Augusti. Reg. Franc. a. 1183. in Chartophylacio regio Regest. 91. Ch. 448. *Dedit etiam eisdem vnum modium frumenti ad mensuram Parisiensem in granchia sua Compendii, vel Eminagio illius oppidi.* *Sisa heminarum*, Impositio, praestatio *Eminagii*, in Ch. a. 1251. V. *Sisa. Aminage*, in Ch. Iohannis Reg. Fr. Regest. 9. Chartophylacii regii num. 502.

HEMINALE, V. *Hemina* 2.

† HEMINATA, i. q. *Eminata* in *Hemina* 2. Stat. Auenion. l. 1.

† HEMIOLVM, sesquiplum. Gloss. Gr. Lat. ἡμιόλιον, *sesquiplum*. Poenit. vetus Mſ. ex Conc. Nic. c. 17.

† HEMIOLIVS, numerus sesquialter, ap. Gell. l. 18. c. 14.

† HEMIPLEXIA, paralysis, qua dimidia pars corporis laborat, in Epist. Andr. Morelli ad Iac. Perizon.

HEMISIVM, species monetae, dimidia pars assis. Hist. Miscell. apud Murator. to. 1. part. 1. p. 162. *Et ita processerunt tactantibus Imperatoribus hypatiani et trimisia et Hemisia et nunismata nouae vsque ad magnam Ecclesiam.*

HEMISPERIVM. (1) Pro *Hemisphaerium*, Vgutioni. (2) Instrumentum vitreum in modum sphaerae dimidiae, vel in orbem efformatum, quo ad linrea leuiganda vtebantur. Bernardi Ordo Cluniac. part. 1. c. 54.

† HEMISPHAERIVM CONSVMMARE, tempus terere, in Act. SS. t. 2. Sept. p. 499.

HEMISSECLA, dimidium *sicli*, Germanis Seckel, quod est quarta pars vnciae apud Graecos et Latinos. Hepidannus de Vita S. Wiboradae l. 14. c. 14. *Cum nesciant de totalentis Hemisseclas vel obolos obseruare.* V. *Emisexcla.*

HEMITOGIVM. Papias MS. Bituric. *Emitogium, dimidia toga. Hemitogium*, Iohanni de Ianua.

HEMITRITAEVS, semitertiana febris, Gall. *Fievre double tierce.* Acta S. Raynerii t. 3. Iunii p. 454. Vox ducta a Graeco ἡμιτριταῖος, semitertianus.

HEMOSVS, *odium*, Gloss. Isidori. Ita etiam in Excerptis Pithoei. Bona uentura Vulcanius suspicatur legendum

Digitized by Google

...*Heinosus*, odiosus, vnde forsan *Haineux*.

...*M*, *lo parlamento*, *e modulatione*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

...*APHVS*, vas, patera. Tabular. Majoris Monast. V. *Hanapus*.

...*ATINI*, *Gigantes sive robusti, sive potentes, aut humiles consurgentes*; in Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS. et in Amalthea ex Catholico Joh. de Ianua. Vox procul dubio detorta ab *Enac* vel *Enacim* de quibus Num. 13. 34. et Deuter. 2. v. 11.

HENDEGARIVS, machina bellica. Murat. t. 2. Antiq. p. 508. *Solaria*, *effides*, *scalas*, *hendegarios*, *funes*, *balistas etc.*

HENDEM, *eque*, *similiter*. Gloss. Sangerm. MSS. n. 501.

HENEDPENY. Monast. Anglic. t. 2. p. 827. *Sint quieti - - - de chevagio et Henedpenny, et bucstall et tristris, etc.* Forte *gallinagium*, ex Saxon. *Haen*, vel *Henne*, gallina, et *Peny*, denarius. V. *Gallinagium*.

HENEVNTE, pro Ineunte. Praefatio Franciſci Blanchini, apud Murator. to. 3. p. 81.

HENGISTE. Ch. Arnulfi Imper. an. 898. in Metropoli Salisburgenſi, to. 3. p. 62. *Cum curtilibus et aedificiis, - - agris, pratis, pascuis, siluis, foresto ad Hengiste, aquis, aquarumque decursibus, etc.* Kiliano, *Engist*, est equus, caballus: igitur *forestum ad Hengiste*, fuerit forte vsus siluae ad pabulandos equos.

†HENGISTFVOTER, cui cura equorum demandata est, maxime qui eorum pabulum curat, a Germ. Hengst, equus, caballus, et Futter, pabulum. Ch. a. 903. apud Meichelbec. t. 1. Hist. Frising. p. 151. *Cum mancipiis, parscalchis, findmannis, hengistfuotris, etc, Hengistuotris*, in alia a. 1057. ap. eund. t. 2. p. 516. Hinc emendandae Chartae in v. *Hengistnotus*.

HENGISTNOTVS. Ch. Ludouici Regis a. 892. in Metropoli Salisburgenſi t. 1. p. 130. *Cum - - familiis utriusque sexus, mancipiis, parschalcis, findmannis, Hengistnotis, censibus, campis etc.* Alia Henrici Imper. an. 1039. p. 147. habet *Hengiswoteris*, alia denique an. 1057. p. 151. *Hengistfurtis*. Vide *Hengistfuoter*.

HENGLBITA, perperam pro *Hengwitha*, in Litteris Henrici Regis Angl. ex Regest. 92. Chartophylacii regii ch. 58. V. *Hangwith*.

HENGWITHA, V. *Hangwith*.

HENKINI, dicti per contumeliam Rheni accolae, *die Henchen* vel *Hencken*, carnifices, furciferi. In Vita Caroli IV. Imp. *Si pater noster arripuerit istas pecunias dispergetque eas inter Rinenses Henckinos et sic decepti manebimus et illusi.*

HENOTICVM, ex Gr. ἑνωτικὸν, edictum de vnitate Ecclesiae, quomodo appellatum illud, quod Zeno Imp. sanxit. Victor Tunnensis: *Anastasius Imp. haereticorum Synodum faciens Henoticum Zenonis confirmat.* Habetur illud apud Euagrium. V. *Vnitiuum*.

HENRICI, dicti denarii aurei ab Henrico II. Rege cusi.

HENRICIANA HAERESIS, dicitur Simonia, ab Henrico IV. et V. Imperatoribus, qui Episcopatuum et Ecclesiarum inuestituras pretio accepto conferre solebant. Guillelmus Apulienſis lib. 3. de Gestor. Norman.

HEORDPENI, praestatio pro quolibet foco: ex Saxon. *Heord pening*, voce conflata ex *heord*, domus, focus, et *pening*, denarius, proprie autem is, qui vulgo *Romescot* dicitur, et Romano Pontifici pendebatur. Leges Edgardi Regis cap. 5. apud Bromptonum. V. *Denarius S. Petri*.

HEPTADOGMA, sermo de septem artibus. Compendium Iurium et Consuetud. Vniuersitat. Paris. per Robertum Goulet, Edit. 1717. fol. 17.

HEPTAMARON. Donatio S. Rudesindi, pro Monast. S. Saluatoris de Cella-noua. *Geriae, historia ecclesiastica, Heptamaron, geronticon, expositio Trinitatis et collationum.* Forte legendum *Hexaemeron* a Graeco ἑξαήμερον, liber satis notus de sex diebus quibus mundus conditus est.

Digitized by Google

HEPTAMYXOS, lucerna septem *myxos* seu *nares*, vt alii vocant, habens. Hegesippus l. 5. c. 10. Ita Hofmannus.

HEPTAPHONOS, ἑπτάφωνος, habens voces septem. Theogerus Episcop. Metensis apud Bernardum Pez t. 1. Anecd. Praefat. p. XV.

HEPTATICVS, EPTATICVS, corrupte, pro Heptateucho, seu tomo sacrorum Bibliorum primo continente *Pentateuchum* Moysis, et sequentes 2. libros Iosuae et Iudicum. Vgutio: *Eptaticus vetus est Testamentum, quinque libri Moysi, sex Iosuae, septem libri Iudicum.* (Sic in MS.) Occurrit apud S. Hieronym. Poema l. 2. Comment. Bibl. Caes. p. 406.

Etpaticus enim librum decurrit in istum
Quem Ruth consequitur faemina clara satis.

Vbi vir doctissimus ad marginem: *Locus mendosus de cuius emendatione nondum mihi liquet.* At facilis nunc emendatio ex praeallatis: legendum enim *Eptaticus*.

HERA. (1) HERA, HEREA, ager, aut locus, qui nec colitur nec aratur, († vel potius i. q. mox *Heralis*.) Ch. a. 1206. in Tabulario Calensi p. 190. *Recipiant de caetero - - - vnum obolum super suis Heriis de Beomonte, et sex denarios super quadam Hera de Buseniaco - - quinque denarios de duobus Hereis de Gromont et 11. den. de prato suo de Gromont.* V. *Area* 1. (2) Iuno, Graec. Ἥρα. Gobel. Persona Cosmodr. aet. 6. cap. 38. *Quod Hera colebatur a Saxonibus videtur ex eo, quod adhuc quidam vulgares recitant se audiuisse ab antiquis, prout ego audiui, quod inter festum Natiuitatis Christi et festum Epiphaniae Domini, Domina Hera volat per aëra, quoniam Iunoni apud Gentiles aër deputabatur. Et quod Iuno quandoque Hera appellatur, et depingebatur cum tintinnabulis et alis, dicebant vulgares, praedicto tempore Vrowe Here, seu corrupto nomine Vro Here de vlughet et credebant illam sibi conferre rerum temporalium abundantiam.* (3) Capitum sectio, V. *Aera* 1.

HERACLEA, *statua Herculis*. Sic Glossae MSS. ad illud veteris Interpretis Alexandri Iatrosophistae l. 2. Passion. vbi de Ligaturis et Characteribus: *Aliud de lapide medicamentum: sculpens in eo Heracleam rectam suffocantem leonem includes in annulo aureo, et dabis ad vtendum in digito, et sanus erit.*

HERACLIA, vox Architectonica, Gall. *Terme*, telamon. Gregor. Turon. de Glor. Mart. L. 1. cap. 65. *Erectis tamen parietibus super altare aedis illius, turrem ac columnis, pharis Heracliisque transuolutis arcubus erexerunt.*

HERALDVS, vel HARALDVS, Fecialis, vulgo *Herault*, Germ. Herold, de cuius officio Nicolaus Vptonus lib. 1. de Militari officio cap. 12. HERALDVS, in Instrum. a. 1520. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. p. 687. HEROVDES. Henricus Knygthon. p. 2571.

† HERALIS, domus rustica, cui adiunctus est hortus. i. q. *Curtile*. Glossar. Caesar. Heisterbac. in Reg. Prum. *Engilardus tenet heralem vnam, id est curtilem.* V. *Hera* 1.

HERBA. (1) *Herba aluminis*, in Constit. Sicul. l. 1. tit. 84. *Granaterias, piscarias, herbas aluminis, et generaliter omnia, quae per nostram curiam procurantur.* INVESTITVRA PER HERBAM ET TERRAM, in Formulis veteribus Lindenbrog. 153. 154. V. *Inuestitura*. HERBAE DOMESTICAE, olera, legumina, Gall. *Herbes potageres*. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1357. ex lib. viridi fol. 52. HERBAS DARE, veneficio, seu veneficis potionibus, alicui vitam, vel mentem auferre. Quintilianus declam. 350. Lex Salica tit. 21. §. 1. *Si quis herbas alii dederit bibere, et mortuus fuerit. Herbas haurire*, apud Gregorium Turon. l. 6. c. 35. Formulae veteres c. 34. *Ego herbas maleficas, nec potiones malas numquam temperaui, nec bibere dedi, per quod ipse infirmus, vel insanus fuisset, aut vitam suam perdere debuisset. Herbarum venena*, apud eundem Gregor. Turon. l. 2. Hist. c. 9. l. 4. de

Digitized by Google

de Mirac. S. Mart. c. 36. *Herbas porrigere*, apud Audoënum in Vita S. Eligii l. 2. c. 15. *Herbam dare*, *porrigere*, veteres dicebant alia omnino notione, de qua sic Festus: *Herbam do, cum ait Plautus, significat, victum me fateor: quod est antiquae et pastoralis vitae indicium; nam qui in prato cursu aut viribus contendebant, cum superati erant ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam herbam adversario tradebant.* V. Erasmum Centur. 9. Adag. 78. (2) Tributum, seu census pro iure et facultate succidendi herbas in pratis vel in siluis, atque animalia in iis pascendi: accipi etiam potest pro seruitio quod subditi ac rustici domino suo in herbis ipsius succidendis praestare tenentur. Charta Balduini Comitis Flandriae a. 1116. apud Miraeum to. 2. pag. 1153. V. *Herbagium.*

† HERBACIA, pratum, locus vbi herbae abundant. Ch. Ms. a. 1108.

† HERBAGAGIVM, domicilium, aedes, domus. Ch. Ms. an. 1217. V. in *Hereberga.*

† HERBAGIA, census, qui pro facultate succidendi herbam penditur. Ch. Ms. a. 1192. V. *Herbagium.*

HERBAGIVM. (1) Herba in pratis succisa; *Herbage*, in Consuetud. Norman. art. 30. Bracton. l. 4. t. 1. c. 37. §. 1. *Haec esset potius emptio herbagii, quam pastura.* (2) Ius seu facultas succidendi eiusmodi herbas in pratis, aut Communiis, vel etiam in siluis, aut animalia in iis pascendi. Bracton. c. 38. §. 12. *Notandum, quod sub nomine Herbagii non continetur glans, et ideo tempore glandis et pessonae, excluduntur porci et caprae, nisi ad hoc specialiter agatur, quod talem habeant communiam.* Adde §. 21. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 90. *Inde pensandum de eo, cui hoc licuit, an qui laesus est, Herbaginm, vel lignagium, vel caussam aliquam in nemus habeat.* Ordericus Vitalis lib. 5. *Concesserunt etiam totius villae Herbaginm.* HERBAGIA eadem notione. Ch. an. 1208. ex Chartul. S. Nicasii Remens. HERBERGIVM, eodem significatu. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 71. (3) Census annuus domino debitus pro facultate succidendi herbas, etc. Ch. a. 1217. ex Chartul. S. Nicasii Remens. *Radulphus de Betignicurte vendidit Ecclesiae S. Nichasii quidquid habebat - - - tam in mansionariis quam in Herbagio et censu.* HERBAGIA, eadem notione. Bulla Paschalis PP. II. an. 1114. ex Chartul. S. Nicasii Remens. HERBARIVM, eodem significatu. Charta an. 1115. apud Stephanot. Antiquit. Bened. Petracor. MSS. fol. 171. HERBATGIVM, in Ch. Guidonis domini Montislauri an. 1387. apud Baluzium to. 2. Hist. Aruern. p. 610. HERBATICVM, idem Diploma Ottonis II. an. 981. apud le Blanc Dissert. de Monetis p. 88. *Per hoc nostrum perdonamus praeceptum, ut nullus eorum aut suorum hominum deinceps - - - in aliquo loco donet portonaticum, aut ripaticum, vel Herbarium, vel glandaticum.*

HERBAIARE, herbas depascere. Obseruantiae Regni Aragon. lib. 7. tit. de Pascuis §. 7. *Si aliquae oues Herbaiantur in aliquo loco, non possunt pascere talia animalia in loco seu termino conuicino.*

HERBAIARIVS, qui pascuis inuigilat. Iacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscae a. 1247.

HERBANNVM, V. in *Herebannum.*

† HERBANTVM, census pro facultate succidendi vel depascendi herbas. Ch. Ms. a. 1153. V. in *Herbagium.*

HERBAPERIARVM. Thwrocziús 2. part. c. 3. *Kusid autem de aqua Danubii lagenam implens, et Herbaperiarum ponens in vtrum, et de terra nigri sabuli accipiens ad suos reuersus est.* Sed ex iis quae subduntur, legendum indubie *Herbam pratorum*, quod non vidit Editor.

HERBARE. (1) *Herbam pascere, vel herba ornare, induere.* Ioanni de Ianua Glossae Lat. Gall. Sangermann. *Herbare, herber, glager d' herbe.* (2) V. *Herbatum vinum.*

HERBARIA. (1) Venefica. Capitula ad Legem Alamanor. c. 22. Edit. Baluzii: *Seu striа, aut herbaria si fit.* V. *Herba* 1. (2) Ipsum veneficium.

Digitized by Google

Liber promissionis Maleficii, in Statutis venetis cap. 17. (3) † Forum herbarium. Statut. Montispess. Ms. a. 1204.

HERBARIVM. (1) Ioanni de Ianua, *Locus, vbi Herbae abundant.* Glossar. Lat. Gall. Sangerman. *Herbarium, Herbier, lieux où herbe croist.* In Glossar. Isidori, *Herbitium, locus in quo herbae nascuntur.* Vdalricus l. 3. Consuet. Cluniac. c. 8. *Quot tamen* (pannos) *non suspendant ad siccandum in horda, vt alii fratres sed tantum deponant in Herbario claustri.* (2) Aliud porro est *Herbarium* apud Henricum Knyghtonum lib. 2. cap. 2. de Willelmo Rufo Rege Angl. *Fecit de loco illo Foreſtam nouam, quam vocauit ſuum nouum Herbarium, et repleuit eam ceruis, damis etc.* Quippe hoc loco in voce *Herbarium*, in consonantem efficiunt: idemque valet haec mox, ac *herbergium*, seu domicilium. Tabular. Absiense fol. 171. *Aedificare, ſccare, plantare in Auberiis, pratis, excluſis.* Rursum fol. 199. *Partem meam Auberiae, quam habeo in Martreio, etc.* V. *Hereberga.* (3) V. *Herbagium* 3.

HERBARIVS. (1) Veneficus, Heluetiis *Herberger.* Gloss. Lat. MS. Reg. *Veneficus, qui venenum dat, Herbarius.* Fredegarius in Hist. Epitom. Francor. c. 56. *Clamant et filii negligentes matrem Herbariam et meretricem.* Halitgarius in Poenitent. cap. 10. *Herbarius vir aut mulier, interfectores infantum, etc.* (2) HERBARII, sunt ῥιζότομοι, et Βοτανολόγοι Graecorum. Firmicus lib. 8. c. 13. *Herbarios faciat, qui ſcilicet herbas ſollerti arte collectos ad medelam laborantium ſeruent.* Plinius quoque *Herbarios* vocat, qui medicas herbas legebant ac vendebant.

HERBASCVM, *Ellychnium*, in Amalthea.

† HERBATGIVM, V. *Herbagium* 3.

† HERBATICVM, census pro facultate succidendi vel depascendi herbas, i. q. *Herbantum.* Ch. Ms. ann. 1232. V. *Herbagium* 3.

HERBATICVS. Gloss. Graec. Lat. MS. et Editum: Αλητὴς, *Herbaticus, vagus, erroneus.* Sed legendum *Erraticus.* HERBATICA ANIMALIA, πτηνάια, apud Vopiscum in Probo, vbi quidam restituunt *Erratica*, quod improbant viri docti.

† HERBATIVM, ius exigendi *Herbaticum*, Lib, cens. eccl. Rom. MS.

† HERBATVM, pratum. Ch. a. 1206. to. 1. Probat. Hist. Brit. p. 806.

HERBATVM VINVM, vinum herbis aromaticis conditum. Vsus Custarae Cenom.

HERBEGAGIVM, V. *Herebergaria.*

HERBEGARE, V. in *Herebergare.*

HERBERA, venefica, V. *Herberia.*

† HERBERAGIVM, domicilium, aedes, mansio. Ch. a. 1177. t. 7. Ordin. reg. Fr. p. 697.

HERBERGAGIVM, etc. V. in *Hereberga.*

† HERBERGAMENTVM, census qui pro facultate succidendi vel depascendi herbam soluitur. Ch. Ms. an. 1325.

HERBERGARE, domum construere, aedificare, suppellectili instruere. Ch. XII. saeculi ex Tabulario B. M. de Bono Nuntio Rotomag. *Licet ſiquidem eidem Gilleberto et haeredibus ſuis hanc praedictam terram et domum Herbergare de ligno et lapide, aut vendere, etc.* Ch. a. 1234. to. 4. nouae Gall. Christ. inter Instrum. col. 207. *Quod ſi inter ipſorum Abbatis et conuentus homines inuenerit manſum vacuum idem Ioannes, et voluerit Herbergare de aliquo, ſine aliqua contradictione poterit.*

† HERBERGATVM, ius in foresta exscindendi ligna domui construendae vel reparandae necessaria. Ch. an. 1206. to. 1. Probat. Hist. Brit. p. 806.

† HERBERGEGIVM, domicilium, mansio, aedes, hospitium. Chartul. feud. episc. Aurel.

HERBERGERIA. (1) V. *Hereberga.* (2) † Diuersorium, Germ. Herberge. Lit. remiss. a. 1351.

HERBERGIAGIVM, Vide *Herebergaria.*

† HERBERGIARE. (1) *Herbergia* seu mansiones aedificare, villam construere. Ch. Phil. Aug. a. 1187. (2) V. *Herebergare.*

HERBERGIATOR, V. *Herebergaria.*

HER-

Digitized by Google

GIVM. V. *Herbagium*, 2. et *erga*.

BERIA, HERBERA, venefica. Sect. Stat. Cadubr. c. 60. Vide *Herbarius*.

RBERJAGIVM. (1) Habitatio in certa agri portione, praedium ficum. Ch. Mſ. a. 1183. V. *Herberga*. ARBERGERIVM, idem. a. 1318. t. 12. Gall. Chriſt. p. 05. (2) Idem quod *Herbergagium*, Ch. Mſ. a. 1226.

HERBERIGIVM, V. *Herebergaria*.

† HERBEVS, coloris viridis, to. 2. Hiſt. Caſſin. p. 600.

HERBIAGIA, idem quod *Hereberga*, domicilium, domus. Enumeratio feodorum Norman. ad Ducheſnium Hiſt. Norman. p. 1044.

HERBICARE, herbas euellere. Deſcriptio cenſuum Monaſt. S. Emmerammi apud Bernardum Pez to. 1. Anecd. part. 3. col. 76.

HERBICE, V. *Herpix*.

HERBIDARE, herbam ſeu gramen proferre, apud Coluenerium in Gl. ad Baldricum. *Herbidare terras*, herbas ſerere, Martiano Capellae lib. 1.

HERBILEGVS, meſſor, Gall. *Moiſſonneur*. Geſta Tancredi apud Marten. t. 3. Anecd. col. 146.

HERBILIA, leguminis ſpecies. Miracula S. Columbani c. 5. *Legumen Pis, quod ruſtici Herbiliam vocant - - - ſponte naſcitur per illas rupes* (in Italia). † Ital. *Eruilia, Erueia*, aut *Aruein*.

HERBITIVM, V. *Herbarium*.

HERBITVM *dixerunt paſtores, eo quod herbae vice praebeatur pecoribus cum Paſcua deſunt*. Papias.

HERBOLASTA, panificium herbis ſartum et conditum. Ordinatio ſuper numero et ordine menſarum in hoſpicio Dalphini to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 313. *Item, volumus quod fiat vnum intromeſium pro nobis in dicta die Sabbati in prandio de tartis aut de Herbolaſtis*.

† HERBOLERIVS, *herbarum* ſeu pratorum cuſtos. Inquiſit. ann. 1268.

HERBVM, eruum, vt videtur, ſpecies leguminis, Call. *Ers*. Pallad. lib. 1. c. 24. de Columbis: *Foetus frequentant, ſi ordeum torrefactum, vel fabam, vel Herbum ſaepe conſumunt - - - Herbum foetus gratia menſibus praebeamus hibernis*. V. *Herbitia*.

† HERBVRGIVS, veneficus, in Lege Sal. tit. 67. edit. Eccardi. V. *Cheruiaburgus*.

HERCALAE, ſtrumae ex Gall. *Eſcrouëlles*. Gaufridus de Belloloco, de Vita et conſeruat. S. Ludouici Reg. Fr. c. 35. *In tangendis infirmitatibus, quae vulgo Hercalae vocantur, ſuper quibus curandis Franciae Regibus Dominus contulit gratiam ſingularem, etc.*

HERCEARE, HERCIARE, occare, *Hercer*, Germ. Harken. Concil. Rotomagenſe an. 1096. apud Ordericum Vital. l. 9. p. 271. *Equi arantes, et homines carrucas ducentes, et Herceatores, et equi, de quibus Herceant - - - perpetua ſint in pace*. Chartular. S. Trinitat. Cadom. fol. 48. *Et* (debet) *Herceare eas cum equo ſuo, et in quadram vnam acram et Herceare eam*. W. Thorn. a. 1364. *Herceare, ſurculare, metere, etc.* HERCER, HERCHARE, eadem notione. Charta a. 1181. ex Archiuo Eccleſ. Dolenſis. Polyptychus Fiſcamnenſis a. 1235.

HERCHARE, V. *Herceare*.

HERCHATVRA, occatio, Gall. *Herſage*. Chartularium SS. Trinitatis Cadom.

HERCHIA, V. in *Hercia*.

HERCIA. (1) Occa, inſtrumentum ruſticum, quo terrae proſciſſae occantur, et teruntur, Gall. *Herce*; ex *herpex, herpicis*, quaſi *herpicia*, et contracte, *hercia*; Germ. infer. Harke. Fleta l. 2. c. 77. *Carucas et Hercias reparare*. Adde c. 84. HERCIS, eadem notione. Chartularium SS. Trinitatis Cadomenſ. fol. 46. v. (2) † *Coronatae* ſpecies qua vaſſalli tenentur dominorum terras occare. Ch. Phil. Pul. Mſ. an. 1306. (3) Candelabrum Eccleſiaſticum in modum *occae*, ſeu trigoni, confectum, Gallis *Herce*. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MS. c. 77. *Pallia ſuper altare non ponuntur, et Hercia non illuminatur*. Ch. Odonis

Digitized by Google

Episcopi Parisiens. a. 1198. *Luminaria Herciarum.* Apud Will. Thorn. p. 2152. *In primis pauperibus die sepulturae, et die mensis, pro corpore ficto, cum Hersia.* Vbi *corpus fictum*, est *tumba cenotaphii*, seu *cenotaphium* ipsum: *Hersia* vero, candelabrum in modum *Herciae* confectum, luminibus variis instructum, quod ad cenotaphii caput erigi solet. Id aperte docet testamentum Richardi II. Regis Angliae apud Rymer. to. 8. p. 75. HERCHIA, eadem notione. Spicileg. Fontanell. MS. p. 394. HERCIVM, in Testam. Iohannis de Neuill an. 1386. apud Madox Formul. Anglic. p. 429. HERTIVM, apud Bernardum part. 2. Ord. Cluniac. 25. ERZA, eadem notione. Statuta Cluniacensia S. Petri Venerab. Abbatis Cluniac. c. 52. HEIA, videtur simili perinde significatu sumi, (nisi *hercia*, legendum sit) in Synodo Exoniensi an. 1287. c. 12. *Vas ad aquam benedictam, Heia ad Tenebras, candelabrum Paschale, etc.*

HERCIARE, V. *Herceare.*

HERCICITVS, διαίρεσις ὑπαρχόντων, *Diuisio haereditatum.* Suppl. Antiquarii. † Adde et Castigat. in vtrumque Gloss. *Herciscitus.* Vox Iurisconsultorum. Heraldus l. 1. c. 11. *Hercitus citus*, legendum censebat.

HERCIS, V. *Hercia* 1.

HERCITAE, seruorum genus, qui in agris versabantur apud Veteres. Vide Alex. ab Alex. Genial. Dier. 3. cap. 25.

HERCIVM, V. *Hercia* 2.

HERCIVS. Caesar. l. 3. Belli ciuil. *Erat obiectus portis Eritius.* Infra: *Excisoque Eritio.* Vbi *Hercius* et *Hercio* legendum contendit Robertus Constantinus in Supplemento Linguae Latinae, vt fuerit ἕρικον, vel ἕρκος, vt Galli vulgo *Herce*, septum, quod portis obiicitur, vt καταῤῥάκτης, siue ἐπιῤῥάκτη θύρα, porta cataracta, siue pendula ac recidens Liuio, quia forte herpicis in formam confecta, † Interdum pro quocunque repagulo, quo locus aliquis occluditur. Acta SS. to. 7. Iul. p. 300. V. *Hericia.*

HERCTVM, vox antiqua, haereditatem, patrimonium, bona, denotans, ab *Hercto* quod et *forctum* et *horctum* et *erctum*, pro bono. Vnde formula, *Hercto non cito*, apud vett. IC. de cohaeredibus, qui haereditatem inter se non ciebant, id est, non diuidebant. Haec ex Hofmanno.

HERCVLANVS, *eunuchus.* Vetus Gl. Sangerm. Isidorus: *Herculaneus.* Vbi Graeuius: Vulcanius, *Eunicus*, Ἔυνικος.

HERD, V. *Hird.*

† HERDA, grex, German. Heerde, Gall. *Herde.* Lit. remiss. Ms. an. 1404.

HERDAMENTVM, possessio, haereditas, in Chartis Hispanis, quasi *Haereditamentum.* V. Anton. Brandaon. lib. 15. Monarch. Lusitan. cap. 36.

HERDICVS, dominicus, a German. *Herr* dominus. Ch. Biblioth. Cottonianae quae sic incipit: *Anno Herdicae Incarnationis 956. indictione 14.*

HERDOCHO, V. *Hereotum.*

HEREBANNVM, HERIBANNVM, ARRIBANNVM, submonitio ad exercitum († vel ad *corueias*, vnde et pro operis, quas vassalli domino debent, aut earum redemtione vsurpatur) ex *Heer*, exercitus, et *bannum*, citatio, submonitio, indictio. Glossar. Aelfrici: *Exercitus, Here. Bannum* vero vox notissima, pro quauis citatione. Ita Guillimannus lib. 2. de Reb. Heluetior. p. 241. et alibi passim. V. *Bannire, Hostis, Submonitio.* Maxime vero vox HEREBANNVM, vsurpata pro mulcta, quae in exercitum pergere, post *bannum* et *submonitionem*, comtemnenti indicebatur; de qua sic Gregorius Turon. l. 5. c. 26. *Post haec Chilpericus Rex de pauperibus et iunioribus Ecclesiae vel Basilicae iussit bannos exigi, pro eo quod in exercitum non ambulassent.* Lib. 7. c. 42. *Post haec edictum a iudicibus datum est, vt qui in hac expeditione tardi fuerant damnarentur.* Capitul. 2. anno 810. c. 11. *De Heribanno exigendo.* Charta Ludouici II. Reg. Franc. an. 878. apud D. Calmetum to. 1. Hist. Lotharing. col. 315. *Vt nullus*

Digitized by Google

[illegible] *vel quislibet - - - Heri-* [illegible] *exigere aut exactare praesu-* [illegible] Ea vero mulcta erat 60 so-[illegible], secundum Legem Franco-[illegible], dicebaturque, *plenum Heri-*[illegible]: quomodo *plenum bannum* [illegible] Capitul. 2. a. 812. c. 9. et [illegible] Capitularia Caroli M. et Calui, [illegible] alias *Bannum Dominicum*, et [illegible] *Regis* appellari, totidem [illegible] solidorum suo loco docuimus. [illegible] Longob. lib. 1. tit. 14. §. 3. et Capit. Caroli M. l. 3. c. 67. *Quicumque liber homo in hoste bannitus fuerit et venire contempserit, plenum Heribannum componat, secundum Legem Francorum, id est, 60. sol. solvat.* Qui porro pro eiusmodi contemptu, *Heribanni* mulctae obnoxii erant, si non habebant, vnde soluerent, *wadia* dare tenebantur, seu *herebannum rewadiare*, vti habent Capitul. l. 4. c. 7. Quodsi denique nec pecuniam, nec wadia dare possent, tum ipsimet per modum wadii in seruitium Principis transibant. Lex Longob. et Capitula Caroli M. locis laudatis. HARIBANNVM, pro *Herebannum*, in Capitul. 4. Caroli M. incerti anni c. 13. et in Ch. Ludouici Pii in Hist. Alsatiae p. 15. inter Instrum. col. 1. ARRIBANNVM, in Formulis veteribus Bignonianis form. 31. ERBANNVM, vel *Erband*, vt legunt Editores Nouae Gall. Christ. t. 2. col. 46. Ch. Emenonis Principis seu Domini Auxelioduni (Issoudun) a. 30. HLotarii, Chr. 984. HERIBANNATOR, qui *Heribannum* colligit. Capitul. 3. ann. 803. c. 5. et Capitularia Caroli M. lib. 3. c. 15. *Vt illi, qui heribannum soluere debent, coniectum faciant ad Heribannatorem.* Adde Capitulare 5. eiusd. Caroli an. 803. c. 17. Idem qui *exactor heribanni*, apud Eginhardum Epist. 17. ARBANNVM, pro *Herebannum* in Ch. Ludouici Philippi Regis filii Regis Francor. ex Tabulario N. D. de Campis Paris. Verum aliud sonat in Tabulario Absiensi: *Guillelmus de Cantamerula et fratres sui - -* (dederunt) *quarteria 7. blauii, quae habebant de Arbanno in terris de Peloëlla, et in terra de Chomaillardi, et gallinas, et quaelibet ad illud Arbannum pertinentia etc.* Habetur in Hist. *des Chastaigniers* p. 4. Idem Tabular. fol. 71. *Arbannum et alias omnes consuetudines, quas proprio iure habebat in terris, quae circa frostos sunt, etc.* ARBANAGIVM, in Ch. an. 1299. *Eorum quilibet debebant et eis reddere tenebantur Arbanagium, scil. vnam dietam ad reparandum castrum, muros, etc.* AIRBANNVM, idem quod *Arbannum*, in veteri Notitia Tabularii San-Benigniani Diuion. apud Perardum in Burgundicis p. 161. HAIRBANNVM. Polyptychus Floriacensis: *Habet ibi 2. mansos absos. Soluunt vestiti mansi Hairbannum pro duobus bouibus sol. 20. pro homine redimendo de hoste sol. 3. verueces 4. etc.* Quid autem proprie sit *Arbannum*, et *Airbannum*, hisce allatis locis, docet Consuetudo Marchensis art. 136. *Tout homme tenant servement son heritage, ou mortaillablement, doit faire par chacune semaine à son seigneur le ban, ou Arban, c'est à dire, une corvée à bras du mestier qu'il sçait faire: et s'il fait Arban avec deux boeufs, il en vaut deux, etc.* HERBANNVM, eadem notione. Charta Ludouici VII. Regis Franc. circa an. 1160. e Chartul. Monast. Montis Martyrum.

HEREBERGA, HEREBERGVM, HERIBERGVM, HERIBERGARE, etc. voces vnius eiusdem originis, tametsi non omnino eiusdem significationis. V. *Alberga*. HEREBERGA, in Gloss. Theotisco Lipsii, *Castra, Heribergo, castrorum.* Nos, inquit Lipsius, pro omni diuersorio sed illud proprie et primo. Hinc pro castrensi tabernaculo seu tentorio accipit Guillelmus Abbas in Praefat. ad Cant. vbi *sicut tabernacula Cedar* vertit, *sicut Heriberga Cedar.* Inde est quod *Herbergeriam facere* dicuntur, qui ad ministerium siue officium suum stant in Palatiis Regum. Liber niger Scaccarii Anglici f 354. *Quatuor Marescalli, qui seruiunt familiae Regis, tam Clericis, Militibus, quam Ministris, die, qua faciunt*

Digitized by Google

faciunt Herbergeriam, vel extra Curiam morantur in negotio Regis 8. den. in die, galonem vini, etc. HERIBERGVM, domicilium, aedes, manſio, domus. Edictum Piſtenſe Caroli Calui c. 87. *Et quoniam - - Heribergum noſtrum, quod praeterito anno hic fieri iuſſimus, homines de illa parte Sequanae in iſtas partes venientes - - - deſtruxerunt, etc.* Ex quibus ſatis patet hoc loco *Heribergum*, non eſſe ius *manſionatici*, quod vult vir doctus. HARBERGAMENTVM, eodem ſignificatu. Ch. an. 1244. apud Stephanot. to. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. HEBERGAGIVM. Ch. Bartholomaei Abb. Floriac. an. circiter 1220. *Conceſſimus - - - totum Hebergagium ſuum ſicut ſe comportat cum propiſia ſua ſcilicet cum virgulto et foſſatis.* In Ch. a. 1269. apud Thomaſſer. Conſuet. Bitur. p. 94. *Hebergagium* a domo diſtinguitur, ita tamen vt illud pro ruſtica domo vel rudiori aliquo aedificio accipi videatur; haec vero pro aede ſita intra vrbis moenia, vel villae ſeptum, atque adeo elegantiori. Qua quidem notione vt plurimum intelligenda haec vox videtur: quod ex ſubiiciendis iterum manifeſtius fiet. HERBEGAGIVM. Codex Legum Norman. c. 27. apud Ludewig to. 7. Reliq. MSS. p. 214. *Capitale Herbegagium primogenito remanebit.* HERBERGACHIVM. Ch. Philippi Auguſti an. 1201. HERBERGAGIVM. Ch. S. Ludouici Reg. Franc. an. 1225. in Chartul. Domus Dei Pontiſar. HERBEJAGIVM, in Ch. Ludouici Comitis Bleſenſis, in Probat. Hiſt. Bleſ. pag. 17. HERBERAGIVM. Ch. Ludouici Comitis Bleſenſ. ann. 1200. ex Chartul. B. Magdalenae de Caſtroduno f. 75. HERBERGARIVM. Ch. Ludouici VII. Regis Franc. an. 1160. ex Chartulario Montis-Martyrum. HERBERGIVM, in Ch. Blanchae Comitiſſae Trecenſis ann. 1212. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 828. HERBERGERIVM, in Ch. an. 1200. HEBERGAMENTVM. Ch. a. 1276. ex Chartul. S. Vandreg. to. 1. p. 739. HERBERGAMENTVM. Ch. a. 1221. ex Archiuo S. Nicolai Andegav. HERBERGEMENTVM. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 51. HERBERGIAMENTVM. Idem Chartular. Cenoman. fol. 8. HERBERJAGIVM. Ch. a. 1197. ex Schedis D. *Lancelot.*

HEREBERGARE, HERIBERGARE. (1) Hoſpitio excipere, *manſionaticum* praebere, vel morari in aliquo hoſpitio, in Capitulis Caroli M. l. 3. c. 68. (2) HERBERGIARE SE, hoſpitari, diuerſari. Charta anni 1279. ex Chartul. S. Vandreg. to. 2. p. 1628. HERBEGARE, in Ch. Caroli Simplicis a. 914. apud Miraeum to. 2. p. 806. (3) HERBERGIATA TERRA. Ch. an. 1214. ex Chartul. S. Vandreg. t. 1. p. 1042. *Et ſi forte aliquis veniebat, qui vim vel iniuriam ei - - - faceret, ego Radulphus vel haeres meus excambiabimus ei vel ſuo haeredi in terra mea melius Herbergiata ſecundum voluntatem ſua.* An pro domo vel caſtro munitiori atque ad defenſionem paratiori.

HEREBERGARIA, HARBERGARIA, et HARBERGIA, ius *giſti* ac *procurationis*, ſeu diuertendi in domum vaſalli et in ea hoſpitandi vel praeſtatio quae pro redemtione eiusmodi procurationis domino exſoluitur. Ch. Hugonis Ducis Burgundiae an. 1171. to. 4. nouae Gall. Chriſt. inter Inſtrum. col. 91. V. *Alberga.* HERBERGERIA, eadem notione. Chartular. S. Vandreg. t. 2. p. 2097. HERBERGIAGIVM, eodem ſignificatu. Litterae Henrici IV. Regis Angliae an. 1403. apud Rymer. t. 8. p. 324. HERBERIGIVM. Ch. an. 1187. ex Archiuo Maioris Monaſterii. HERBERGAGIVM Charta Henrici *de Vall* ex Chartular. S. Fromondi.

HEREBERGIATOR, HERBERGIATOR, qui hoſpitio excipit. Literae Henrici IV. Regis Angliae an. 1403. apud Rymer. to. 8. p. 324. *Nolentes quod Herbergiatores hoſpitii noſtri - - - herbergiare praeſumant.*

HEREBODE, ſubmonitio, mandatum ad exercitum, ex *Here* exercitus, et *Bode*,

Digitized by Google

ndatum. Foedus Aluredi ini Regum: *Nullus superse- horn, nec outheft, vel bui- , vel firdfare, nec Herebode, cornu.* V. *Herebannum.*

VRGIVS, V. *Cheruioburgus.*

ECONIVS. *Dies hereconia,* pecuniae ſoluendae. Formul. nſtr. fol. 53. *Cumque aduenien- efato terminu, ſcilicet die here- , quae fuit dies Kalendas Au- etc.*

EDA. (1) Suecis, eſt Prouinciae rs, ſuis terminis circumſcripta. ec. Hâred. V. Ioan. Stiernhockum e iure Sueonum vetuſto pag. 79. (2) Haereditas. Lex Burgundion. tit. 86. *De mala Hereda: Si pater filiis dimittat malam Heredam, ſi vi- us dare voluerit, cui voluerit donet, poſtea ad filias ſuas, ſi ille dederit, nemo requirat,*

HEREDARE, haereditatem aſſignare. Iacobi de Vitriaco Hiſt. Orient. l. 3. apud Marten. t. 3. Anecd. col. 269. *Saphadinus habuit quindecim filios, de quibus Heredauit ſeptem. Meleal- lum qui prior eſt omnibus et maior, qui tenet in hereditatem Alexan- driam, etc.*

HEREDICAPA, *qui hereditatem alte- rius capit*, apud Ioannem de Ia- nua.

HEREDIOLVM, *poſſeſſiuncula.* Gloſſ. Sangerm. MS. n. 501.

HEREDIPETA, V. *Haeredipeta.*

HEREDISCINDA. (1) *Qui alterius haereditatem ſcindit*, Iohanni de Ia- nua. (2) V. *Heriſcindium.*

HEREDITAGIVM. (1) Haeredium, praedium ex ſucceſſione parentum, Gall. *Heritage* in Conſtitut. Neapol. l. 3. tit. 8. 10. 15. V. *Haeredita- gium* et *Hereditamentum.* (2) Poſ- ſeſſio, proprium, bona immobilia. Ch. a. 1177. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 1012. *Primum quidem in ciuitate noſtra Aleſinae homines tres piſcatores, Rogerium Donati - - et ſuos filios et filias cum eorum Hereditagiis.* (3) † Dos alicui eccleſiae aſſignata, bona quibus ipſa dotatur. Lit. an. 1367. t. 5. Ordin. reg. Fr. p. 2. (4) † Ius ad haereditatem. Ch. Mſ. a. 1224.

† HEREDITALIS, proprius, id eſt omne, quod quis poſſidet. Ch. Mſ. a. 1482.

HEREDITALITER, iure haereditario. Miracula S. Vincentii Madelga- rii t. 3. Iulii p. 679.

HEREDITAMENTVM, i. q. *Hereditagium* 1. Teſtam. Iacobi I. Regis Aragon. an. 1272. to. 9. Spicileg. Acher. p. 203. HEREDITAMEN- TVM MARITORVM, vel *Firma dotis*, Aragonenſibus dicitur Donatio quae a marito vxori fit propter nup- tias, vel potius donum quod vxori maritus poſt primam nuptiarum no- ctem offerebat ob pretium virginita- tis. V. *Morganegiba.*

HEREDITARE. (1) Iure haereditario obtinere. Codicillus Henrici Co- mitis, apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1171. V. *Haereditare* 1. (2) In poſſeſſionem rei alicuius mit- tere, *Inueſtire.* Teſtament. Iacobi I. Regis Aragon. an. 1272. to. 9. Spi- cileg. Acher. p. 247. *Qui poſtquam eos ibi Hereditaueramus iurarent nos defendere ipſum regnum Valenciae contra Sarracenos.* V. *Haereditare* 3. (3) Exhaeredare, priuare. Inſtrum. an. 1385. ex Codice MS. *Domini Reginae et Rex ac Comites, aut ali- quis ipſorum nunquam facient pacem - - - cum illo nephandiſſimo - - qui tam iniuſte, et inique ac violenter captiuauit et Haereditauit, et ſpolia- uit - - - Reginam Ioannam regno Neapolitano.* Sed pro *Hereditauit* leg. *Exhereditauit.* (4) Eradicare, euellere, Gall. *Arracher.* Charta an. 1301. apud Thomaſſerium Con- ſuetud. Bituric. p. 123. *Si quis ac- cuſatus fuerit de parturalli, turelli, vel platea arata, vel meta Hereditata ſeu admota.* Legendum *Heradi- cata.*

HEREDITARIA, haeres, cui haere- ditas de iure competit, Gall. *Heri- tiere.* Ch. a. 1336. ex Archiuo Ca- merac. Eccl. inter Schedas D. *Lan- celot.*

HEREDITARIVM, haereditas, ac praecipue bona immobilia. Com- pendium Iurium et Conſuet. Vni- uerſitatis Paris. per Robertum *Gou- let* fol. 10.

† HERE-

Digitized by Google

† HEREDITARIVS, haeres. Ch. Mſ. a. 24. Lothar. imp. V. *Hereditaria.*

† HEREDITER, perpetuo. Ch. Mſ. a. 1256. V. *Hereditabiliter.*

HEREDIVM, idem quod *Hereditarium.* Ioan. de Ianua: *Heredium, Praedium, hereditas.* Vita S. Macarii Antiocheni to. 1. Aprilis p. 890. *Heredium ſucceſſionis - - - tribus in eodem coenobio reliquerat Abbatibus.*

HEREDVM, a veteri Gallico *Hardée,* onus, Gall. *Charge.* Charta Ingelranni III. an. 1207. in Hiſt. Codiciac. inter Inſtr. p. 166. *Concedò etiam mortuum nemus de boſco S. Vincentii et herbam meam nemoris de Laujou ad faſcillam, ad vſum eorum: et Heredum mortui nemoris eiusdem loci.* V. *Hardeia,* et *Harida.*

HEREFARE, profectio militaris, ex Saxonico *Here,* exercitus, et *Vare,* iter, profectio, expeditio.

HEREGEAT, HEREGET, Vide *Heriotum.*

† HEREGIA, haereſis, ſeu praeſtationis ſpecies vel mulcta, quae ab iis, qui haereſeos conuincebantur, ſoluenda erat; Gall. et Hiſp. *Herege,* haereticus. Ch. Mſ. a. 1245. *Retinemus caualgatam - - heregias etiam et faidimenta.* V. *Heretice.*

HEREGRAVIVS, vel HEERGRAVIVS, id eſt, comes militaris, ſeu verius, belli dux. Quatuor vero haccè dignitate in Imperio ſtatuit Hertzog. in Chronico Alſatiae fol. 143. *Duces Brabantiae, Nortmanniae, Hungariae et Ferrariae.* Sed de his fides ſubleſta omnino.

HEREMANNI, V. *Herimanni.*

HEREMIA, locus deſertus et ſolitarius. Litterae an. 1340. t. 2. Hiſt. Dalph. p. 391.

HEREMINAE PELLES, Vide *Hermellina.*

HEREMITA. (1) Cella, habitatio Eremitae, Gall. *Hermitage.* Acta B. Thomaſſi t. 3. Martii p. 596. HEREMITARIVM, eadem notione. Chron. Farfenſe apud Murator. t. 2. part. 2. col. 656. V. *Eremitorium.* HEREMITAGIVM, HERMITORIVM. Monaſtic. Anglic. t. 2. p. 339. (2) † Mulier eremiticam vitam agens. Stat. Cadubr. l. 3. c. 55. V. *Heremitana.*

HEREMITAGIVM. (1) Cella, V. *Heremita.* (2) † Monaſterium. Ch. Mſ. a. 1199. (3) † Locus deſertus et ſolitarius. Ch. Mſ. a. 1215.

† HEREMITANA, i. q. *Heremita* 2. Ch. Mſ. a. 1460.

HEREMITARIVS, V. *Herimanni.*

HEREMITARE, vaſtare, Vide *Eremitare.*

HEREMITARIVS, eremita. Hiſt. Britan. t. 2. p. 73.

† HEREMITVS, terra inculta. Ch. Mſ. a. 1272.

HEREMODICIVM, V. *Eremodicium.*

HEREMOSVS, incultus. Inſtrum. anni 1461. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. *Volebant relinquere vineas totaliter Heremoſas.* V. *Eremus.*

HEREMVS. (1) Terra inculta, in Charta anni circ. 970. in maiori Chartul. S. Victoris Maſſil. et in alia an. 1298. apud Baluzium to. 2. Hiſt. Aruern. p. 541. V. *Eremus.* (2) Locus deſertus, in Hiſt. Mediani Monaſt. p. 53. *Heremus et deſertum* ita diſtinguitur. *Heremus eſt inuia ſolitudo, vbi nunquam habitatum eſt. Deſertum vbi aliquando habitatum et derelictum eſt.* Ita vetus Gloſſ. Sangerm. et Ioan. de Ianua.

HERENACHVS, apud Hibernos, dignitas Eccleſiaſtica, apud quos ſic nuncupabatur Clericus qui primam tonſuram non exceſſerat, et cenſum Epiſcopi caeteraque Eccleſiae debita colligebat, partem vnam Epiſcopo, aliam reficiendae Eccleſiae fabricae, tertiam fouendis pauperibus excipiendisque hoſpitio peregrinis diſponens. In ſtipendium muneris, libera ei ceſſit ab omnibus praeſtationibus terrae portio, quam honoris cauſa, *Honorem villae* nuncupant. Ita Vicedomini vel oeconomi munus obibat; quod etiam haereditarium fuit. V. de *Herenacia* plenius differentem Spelmannum in *Corba,* vt et Iacobum Waraeum in Antiquitatib. Hibernicis c. 17.

HERENAMES, vox formata et contracta ex Saxonico *Haereteames,* id eſt, *exercitus illicite coacti participium,* ab *Here,* alias *Herge,* vnde et *her-*

Digitized by Google

; quod *graſſari, praedam facere,* , *et theam, ſequela.* Leges Al- et Godrini Regum c. 2. apud nptonum: *Qui Herenamus fue- accuſatus, weregildo ſuo ſe re- ut.*

ENCIA, adhaerentia, appendix, Gallice *Appartenances, dependances.* Charta Hiſpanica apud Oyhenartum Notitia Vaſconiae p. 203.

HERENCINVS, qui alteri adiacet, ab alio pendens. Ch. Mſ. a. 1337.

HERENICAS, *antiquas.* Iſidorus. Vbi Graeuius: Puto *Hernicas.* Reſpexit, credo, Iuuenalem qui in Sat. 14. 18.

Hernicus olim
Veſtinusque ſenex;

Aut legendum, vt eſt in Excerptis, *Heroicas, antiquas,* quod magis probo; Papias. *Heroica, antiqua; Heroici, antiqui.* V. *Hereticus.*

HEREOTVM, V. *Heriotum.*

HERES, medicaminis ſpecies, apud Caelium Aurelianum l. 1. Chronic. cap. 3.

HERESCARIVS, minutae monetae ſpecies. Codex MS. Folquini: *Inde veniunt librae 2. ſolidi 18. Hereſcarii* 109. Conſuetudines Furnenſes *MSS.* ex Archiuo Audomar. *Litio habet bun. 3. arat. bun. 2. ſunt ibi lunarii 8. luminarii et Hereſcarii 155. veniunt lib. 2. ſol. 14. den. 8.*

† HERESIPILIS, eryſipelas, latiori tamen quam vulgo accipi ſolet, ſenſu. Acta SS. to. 6. Aug. pag. 616. *Ioanneta habebat hereſipilem, id eſt ſacrum ignem, in mamilla.* V. *Heriſipila.*

HERESIS, V. *Haereſis* 1.

HERESTRATA, V. *Hereſtrata.*

HERESYVE, cribrum, Gall. *Crible, Tamis,* a Sax *Haer* et *Syue.* Computus anni 1425. apud Kennet. Antiq. Ambrosden. p. 574.

HERETAGIVM, ex Gallico *Heritage,* Patrimonium, quod ſucceſſione obuenit, apud Henric. Knygthon.

HERETAYNES, HERETHAYNVS, idem quod *Herenames,* de qua voce ſupra, eiusdemque originis ac notionis, in Legibus Inae cap. 17.

HERETEMIVS, eadem notione. Foedus Aluredi et Godrini Regum.

HERETICALIS, V. *Haereticalis.*

† HERETICE, dicitur de conuentibus ſortilegorum, in Ch. Mſ. Phil. VI. a. 1328.

HERETICVS. (1) *Antiquus.* Vetus Gloſſ. Sangerm. Sed legendum *Heroicus.* V. *Herenicas.* (2) † *Haereticae carnes,* morbo aliquo infectae. Conſuet. Mſ. de Buzel. a. 1273.

HERETOCHIVS, V. *Heretochius.*

HEREZELDA et HERREZELDA, Scotis, dicitur Ius illud, quod domino feudali competit, ratione dominii, percipiendi in bonis ſui *husbandi,* ſeu tenentis, *meliorem auerium ſeu animal, de eius catallis,* poſt illius deceſſum. Ita quoniam Attach. cap. 23. et Leges Burgor. Scoticor. c. 19. V. in hac voce. Vox confecta ex *Heer,* dominus, et *Zelde,* donum, ſeu ex *geld,* praeſtatio, vt exiſtimat Spelmannus.

HERFERDINGLAND. Concilium Cloueshoenſe an. 822. *Retenti ſunt enim tres manentes de praedicta conditione, et libri quinquaginta ſeptem manentium, liber de Bockland, liber de Wambelea, liber etiam Herferdingland,* f. Liber tenementorum, quae quartam partem denarii, Anglis *Farding,* pro cenſu debent. V. in *Ferto.*

HERGA, HERGANDVS, veſtis ſpecies armigeris propria, f. a Saxon. *Here,* exercitus. Statuta Synodal. Eccl. Cenoman. apud Marten. to. 7. Ampliſſ. Collect. col. 1393. *Inhibemus expreſſius ne presbyteri indumentum ſcutatorium, quod dicitur Herga, vel aliud laicale indumentum deſuper deferre praeſumant.* Acta Synod. Eccl. Aurelian. art. 88. ibidem col. 1283. *Prohibetur penitus vniuerſis ſacerdotibus - - - ne habeant cappas alatas et veſtes inordinatas, maxime houcies et Hergandos.* V. *Herigaldus.* † HERGAS, to. 2. Monum. ſacr. antiq. p. 427.

† HERI. *Ab heri,* heſternus, Vide *Ab.*

HERIATVA, V. *Heriotum.*

HERIBANNATOR, HERIBANNVM, V. in *Herebannum.*

HERIBERGARE, V. *Herebergare.*

HERIBERGVM, V. *Hereberga.*

† HERI-

Digitized by Google

† HERICIA, septum quod portis orbium obiicitur, seu quoduis repagulum, Gall. *Herse*. Reg. feudor. Normann. V. *Hercius*.

HERICIVS, herinaceus, Gall. *Herisson*. Histor. Monast. Villarienf. l. 3. apud Marten. to. 3. Anecdot. col. 1361.

† HERICO, HERISSO, i. q. *Hericia*, Gall. *Herisson*. Reparat. factae in Senescal. Carcass.

HERIDETARE, haeredem constituere. Testam. Aelfegi apud Hickes. Dissert. pag. 59.

† HERIES, *morio*. in vet. Gloss. Cod. reg. 7641.

HERIETTVM, V. *Heriotum*.

HERIGALDVS, vestis species. Synodus Wigornienfis an. 1340. c. 41. *Cappas etiam deferant clausas Sacerdotes et Personatum habentes vbique et non amplius vtantur Herigaldis*. V. *Herga*.

HERILIS. (1) *Heriles*, Principium seu dominorum filii, quasi *minores heri*, quos sequior aetas *Domicellos*, dixit. Gloss. Graec. Lat. Δεσποτικὸς, *Erilis*, Δεσπόσυνος, *Erilis*. Gloss. MS. Eccl. Pariss. *Erilis*, *filius*, *dominicus*. *Eriles*, *domini*. *Erilis*, *dominicus etc*. Glossae Pithoeanae: *Eruli*, *domini*, *domnuli*. Papias: *Heri*, *domini*: *inde Herilis velut heri filius*, *vel vt quidam dicunt*, *minor filius*, *i. domicellus*. *Herilem filium* dixit Terentius in Andr. quem Donatus τρόφιμον interpretatur: *Herilem filiolam*, Prudentius lib. περὶ στεφάνων. Huius vocis vsum reuocarunt Guibertus Epist. 39. *Ego quidem cui ob beneficia Ottonis est multa fides*, *circa Herilem filium sic protinus delibero etc*. Sed et Regum fratres, *Heriles* vocat Ionas Aurelian. in Praefat. ad Opusc. de Instit. regia, ad Pipinum Reg. Antiquit. *Necesse est*, *vt vos et fratres vestri*, *Heriles nostri*, *in mutua dilectione consistatis*. (2) Clarus exponitur in Glossulis ad Statuta Canonic. Regul. S. Augustin. metrice scripta apud R. Duellium to. 1. Miscell. p. 56.

Maior vt est humilis, *gratus sit plus et Herilis*.

HERILITAS, eximius corporis habitus. Acta S. Vdalrici to. 2. Iulii p. 99.

HERIMANNI, HEREMANNI, ARIMANI, ARIMANNI. Ita dicebatur apud Longobardos certum hominum genus, quos humilioris fuisse conditionis quidam rentur, quod seruis adiungantur in Diplomate Conradi Imp. apud Sigon. l. 8. de Regno Italiae: alii vero Militis, vasallos, et qui beneficia a Principe obtinebant, ita dictos, censent. Vocabularium Gothicum a Grotio collectum, apud Murator. t. 1. part. 1. p. 370. *Arimannus*, *herman. Miles gregalis*, *qui publicum munus non habet*. *Postea pro paupere sumta vox*. *Hinc ius Arimandiae in feudis*. Certe *Arimanos* in Legib. Longob. subditos fuisse immediate Comitib. ipsis, Iudicibus, Sculdasiis, etc. deprehendimus, ita, vt diuersos fuisse a seruis nemo non putet. Lib. 1. tit. 18. §. 2. *Arimannus ille quidem*, *si mentitus fuerit*, *et dolose hoc egerit*, *si ante venerit ad palatium*, *quam ad iudicis sui vadat iudicium*. Tit. 25. §. 50. *Si ille iudex Arimano suo faciendum mandatum neglexerit*. L. 3. tit. 12. §. 5. *Nemo Comes*, *neque loco eius positus*, *neque sculdasius ab Arimanis suis aliquid per vim exigat*. Vbi Eccardus scribit: *Arimannis*, *Erbmaenner*, *qui bona haereditaria possident*, *domini minores*. *Vide notas iterum nostras ad catecheseos Theotiscam* p. 163. Tit. 13. §. 3. *Comes loci ad defensionem patriae suos Arimanos hostiliter praeparare monuerit*, *etc*. Sed dubitationem adimunt omnem Chartae veteres, quae *Herimannos liberos fuisse* homines declarant, vt Charta Caroli Crassi Imper. apud Vghellum to. 5. in qua *liberi Erimanni* dicuntur. Alia Ottonis Imper. an. 967. apud eumdem in Episc. Veronensib. *Castellum quod vocatur Romanianum cum liberis hominibus*, *qui vulgo Heremanni vocantur*. Vbi perperam editum *Heremitani*. *Rustici Arimanni*, in veteri Charta ibid. pag. 742. Atque hac notione *Harimannos* et *Herimannos* habent aliae apud eundem Vghellum,

Digitized by Google

…m, t. 1. p. 899. to. 4. p. 632. … 663. etc. Adde Chronic. Bene… S. Sophiae p. 619. et eundem …ell. to. 2. p. 217. ARIMAN…EMINA, non *Arimanni* vxor, …emina eiusdem conditionis ac …Arimannus, et quae liberae erat …ditionis, et ab Arimannis genus …cebat. Charta Ludouici Pii in …ronic Farfenſi p. 657. ERIMA…i, perperam vt videtur pro *Eri…anni*, in Charta Caroli Craſſi Imp. …. 882. apud Vghellum to. 4. pag. 1366. *Libero· maſſarios vel Erima…nos, quos legalis coactio exigere, quae…ue placitum per patronos vel aduo…catum adducat, etc.* V. *Arimannia.*

† HERINVS, heſternus. Acta SS. t. 6. Aug. p. 539. V. *Erinus.*

HERIOTVM, HERIETVM, HARIOTVM, arma bellica, bellicus apparatus, Saxonibus *Heregeat*: vox conflata, vt quidam putant, ex *Heere*, exercitus, et *Geat*, profectio, quod hereotum fuerit praeſtatio, quae domino dabatur profecturo ad bellum. Somnerus ex *Heere*, et *Geat*, vel Geot, confectam vult, quae quidem vox vltima, *fundo*, *effundo*, ſignificat: ita, vt vectigal fuerit, quod ad exercitum erogabatur. Certe *hereotum* proprie fuit *heregeldum*, adeo vt probabile ſit *Heriotum* idem habere etym·n: eſt autem *heeregeldum*, penſitatio pro exercitu, vti et *Heriotum*, quod proprie fuit vaſalli, poſt illius obitum militaris ſupellectilis praeſtatio, domino facta. Regularis Concordia Anglicae nationis Monachorum Monialiumque, edita a Seldeno poſt Eadmerum, p. 153. 1. Edit. *Solitus cenſus, quem indigenae Heriatua vſualiter vocitant, qui pro huius patriae potentibus poſt obitum Regibus dari ſolet.* Vbi Saxonicum habet *heregeate*. Duplex autem *hereotum* ſtatuit Raſtallus, *hereotum conſuetudinarium* et *hereotum ſeruitii*. *Conſuetudinarium* illud vocat, quod ex conſuetudine ſemper penſitatum eſt: *ſeruitiale*, quod in infeodationis Charta inſertum eſt mortis tempore exſoluendum. Iſtudque ſoluitur poſt mortem tenentis in feudum ſimplex. Interdum *Hereotum* cum *relevio* confunditur. Leges Canuti Regis c. 97. apud Bromptonum: *Niſi quantum ad iuſtam relevationem pertinet, quae Anglice vocatur Hereget.* Liber Rameſienſis Monaſterii fect. 63. et 151. *Ego Gedricus concedo Deo et S. Benedicto Rameſiae, poſt dies meos terram meam de Tiringtona, ita tamen vt Abbas Eccleſiae Aednotus frater meus acquieret eam ab ſeruitio, quod Heregeat Anglice, Latine Relevatio hareditatis dicitur, quae ab haeredibus liberis poſt mortem patrum dominis ſolet impendi.* Ch. an. 1499 apud Madox Formul. Anglic. pag. 128. *Et praedicti Robertus, Cecilia vxor eiusdem ac Iohannes filius eorum, et quilibet eorum ſucceſſive, ſoluent nomine Harietti tres ſolidos et quatuor denarios quocienscunque acciderit.* Diſcrimen tamen fuit inter *Hereotum* et *Relevium*, adeo, vt ex vno eodemque praedio vtrumque interdum exſolutum legatur Bracton. lib. 2. c. 36. §. 1. HERDOCHO, idem quod *Hereotum*: itaque forte ſcribendum in Ch. Grodegangi Epiſc. Metenſis an. 765. apud Meurſium p. 169. Sed et in Synodo Sodorenſi, cap. de mortuariis, legendum videtur *herivttum* pro *pirottum*. Vide in hac voce, et Gul. Prynneum in Libertat. Eccl. Anglic. to. 3. p. 811.

HERIPEKSETVS. Browerus l. 8. Annal. Treuirenſium p. 473. 1. Edit. ex vet. Gloſſario Caeſarii Abb. Prumienſis: *Dare parafredum, cum tres manſi collato ſumptu ſeniori Curiam Imperatoris, vel Longobardicam, aliamue meditanti expeditionem publico vel rei ſuae familiaris bono, equum militarem ſubminiſtrare cogebantur, quem Heriperretum vulgo nuncupabant, addito mancipio, quod equum curaret.* (*) A German. Heerpferd.)

HERIREITA. Lex Baiwar. tit 3. c. 8 § 1. *Si quis liberum hoſtili manu cinxerit, quod herireita dicunt, ad oſtium cum 40. clypeis, et ſagittam in curtem proiecerit, aut quodcumque telorum genus, cum 40 ſol componat, Duci vero nihil minus.* Vbi Editio Heroldi tit. 23. pro *ad oſtium*, habet

bet *idem*. Lindenbrogius vocem ab *heer*, exercitus, deducit, et *reita*, equitatura. Id improbat Spelmannus, cum *clypeus* et *sagitta*, de quibus hoc loco, peditum non equitum sint arma: unde mauult a Saxonico *Ryt*, i. *agmen*, *caterua*, vocem formatam, ut intelligatur *caterua militaris*. Posset etiam legi *herireisa*: nam *reisa* vt suo loco docemus, Germanis *excursionem militarem* sonat.

HERISCHLITZ, V. in *Herislitz*.

HERISCINDIVM Henricus Rosla in Herlingsberga:

Non totiens fieri placet herisciudia mecum.

Id est, non placet, vt toties fiant mecum ditionum mearum diuisiones. Vox enim formata a Latina *Herciscere*, diuidere. Vnde *iudicium familiae herciscundae* apud ICtos est rei familiaris deuidundae. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Herediscinda*, *qui oste ou cope heritage d'autrui*.

HERISIPILA, erysipelas, Gall. *Erefipele*, Graec. ἐρυσίπελας, tumor ex feruenti tenuique sanguine ortus, ab ἕρυειν, trahere, et πέλας, prope. Acta SS. to. 1. Iulii p. 79.

HERISLIZ, HARISLIZ. (1) Teutonica lingua, est *armorum depositio*, ab *heer*, exercitus, et *lassen*, deserere, *Laisser*, vti vult Lindenbrogius. Rhenanus l. 2. Rer. German. p. 94. *Deseruisse exercitum inter capitalia numerabatur. Id flagitium Franci vocabant herischlitz, quasi dicas exercitus scissionem.* Hinc *herislitz facere*, in Lege Longob. l. 1. tit. 14. §. 15. (2) Legitima armorum depositio, cum scilicet expleto expeditionis tempore, qui ad eam tenentur, domum reuertuntur. Lex Longob. eodem tit. §. 17. *Postquam Comes et pagenses de qualibet expeditione hostili reuersi fuerint, ex ea super 40. noctes bannum sit resciissum, quod Theudisca lingua herislitz, id est, armorum depositio vocatur.* Eadem paene iisdem verbis habentur in Capitulis Caroli C. tit. 31. c. 23. praeterquam quod pro *herislitz*, legitur *scastlegi*, ita vt nullum esse in utriusque vocis notione discrimen appareat, licet aliter censuerit Spelmannus, qui *herislitz*, sic dictum putat ex *Heere*, exercitus, et *slis*, et *slice*, Saxonico, vel *slizan* rumpere, scindere; vt fuerit exercitus dimissio, *la rupture d'armée* quomodo hic intelligitur.

HERISSO, V. *Herico*.

HERISTALLVS, castra, sedes exercitus, ex *heere* exercitus, et *stelli* vel *stal*, statio, situs. Veteres Francorum Annales c. 57. *Positisque castris apud Wiseram fluuium; locum castrorum heristelli vocari iussit.* Denique Chronicon Moissiacense a. 797. *Quam etiam heristalli appellauit, eo quod ex exercitu suo fuerant constructae ipse mansiones, vbi habitabant.*

† HERITAGIVM, possessio, proprium, bona immobilia. Ch. Ms. a. 1198. V. *Heredidagium* 2.

HERITATOR, haeres, Gall. *Heritier*, Ch. a. 1497.

† HERITIVS, haeres. Placit. a. 711. t. 8. Coll. Hist. Franc. p. 676. V. *Heritator*.

HERITVDO, dominatio, ab *herus*. Io. de Ianua. Glossae Graec. Lat. Δεσποτεία, *dominatus*, *dominatio*, *heritudo*. V. *Eritudo*.

† HERIZELDA, i. q. *Herezelda*, in Ch. Ms. a. 1450.

HERKARE. Lambertus Ardensis p. 142. *Vbi rustici homines et incompositi ad bibendum, vel ad cheolandum, vel etiam herkandum, propter agri pascui largam et latam planitiem conuenire solebant.* Vbi *hercatio*, lusus apud rusticos species fuit. V. *Cheolare*. Haud scio tamen an non legendum sit, *herpandum*, vel *harpandum*, voce confecta ex *harpastum*, pila folie minor, quod loco citato vel maxime conuenit. De hoc ludo ita Martialis l. 4. Epigram. 19.

Siue harpasta manu pulueruleuta rapit.

Et l. 7. Epigram. 67.

Harpasto quoque subligata Indit.

HERLININI MILITES, apud Petrum Blesensem Epist. 14. per contemptum vocantur Aulici, quod pocu-

Digitized by Google

[illegible]oculis potius, quam gladiis, dimi[illegible]ent. An ab Herlino Anglo, ex[illegible]citus in Saracenos ductore, sed [illegible]litiae prorsus imperito? Ita Hof[illegible]nnus. † Forte a Gall. *Herle*, [illegible]nor, ita vt *herlinini milites* sint [illegible]nidi.

[illegible]MA. (1) HERMA TERRA, id [illegible], inculta. Ch. a. 1058. ex Tabu[illegible]. S. Victoris Massil (2) *Castratio*. [illegible]pias pro *Hernia*. (3). *Inaurium* [illegible]*us muliebre*, *vel praegrande sa*[illegible]*um*. Vocabul. Sussanaei. Est ἕρμα Graecorum.

HERMACIVM, idem quod *Herma* 1. Inuentar. Recogn. ex Archiuo Principis de Rohan n. 18. fol. 339.

† HERMALE, ager qui nec coli nec arari potest, Gall. *Herm*. Lit. Ms. a. 1445. V *Hermassium*.

HERMANERIVM, aedes, mansio, domus *Herimannorum*. Ch. a 1280. Hist. Dalph. p. 39. *Cum discordia esset et verteretur - - - de personis, et terris, et Hermaneriis, possessionibus, et quibusdam aliis iuribus quae de feudo domini Episcopi, vel in emphiteosim tenebantur.*

HERMAPHRODITARE, castrare. Alanus de insulis in Planctu naturae contra Sodomitas:

Foemina vir factus sexus denigrat honorem.
Ars magica veneris hermaphroditat eum.

HERMAPHRODITVS, eunuchus, spado. Gloss. Isid. Papias, et Gloss. Lat. MS. reg. Cod. 1013. *Hermaphroditus, castratus, hoc est, nec vir, nec mulier*, al. *nec femina*.

† HERMARE, deserere, incultum et inhabitatum relinquere. Libert. Montisfer. a. 1291.

HERMASSIVM, HERMASSVM, idem quod *Hermacium*. Ch. a. 1501. ex Schedis Praesidis de Mazaugues. V. *Ermassius*.

HERMECACES, eadem notione, V. *Bicocaria*.

HERMELLINA, mus ponticus, Gallii *Hermine*, Germ. Hermelin, ab *Armenia* dictus, quod inde eiusmodi murium pelles in Europam adveherentur: nam *Harmeniam*, pro *Armenia* dixere Scriptores Latini recentioris aeui. HARMELINVS. Paulus Venetus lib. 1. cap. 56. ERMELINVS. Petrus Damiani l. 2. Epist. 2. HERMINIAE *Pelles*. Concil. Paris. part. 4. c. 4. ARMINIAE PELLES. Ch. a. 1117. apud Vghellum to 7. Gal. sacrae p. 868. HEREMINAE, apud Ricardum Hagulstadensem a. 1139. HERMINAE, apud Syluestr. Girald. in Topogr. Hibern. dist. 1. c. 21. ARMERINAE PELLES, apud Rollandinum in Chron. l. 1. c 13. HEREMINAE PELLES, in Concilio Londinensi a. 1138. c. 15.

HEREMENDATVM, vocant Hispani, et maxime Nauarrenses, iurisdictionis speciem, in fures et facinorosos homines. Huius autem, inquit Oyhenartus in Notitia Vasconiae l. 1. c. 6. inuentum extorsit a populo latrociniorum caediumque ac publicarum grassationum immensitas, quae bella tam externa quam ciuilia subsecuta est: tunc enim cum magistratuum cura ac sollicitudo, grauiori solito onere pressa fatisceret, coepere plebeii, quorum praecipue res agebatur, societates (Hisp. *Hermendadas*) inter se contrahere, constitutumque est, vt quoties huius modi aliquod scelus a facinorosis admissum esset, uniuersi factio ad sonitum aeres campani concursu, (*ab crit et repic de campanes*, vt est in Ch. a. 1452.) de compacto in illos impetum facerent, poenas debitas ab ipsis sumpturi: quae quidem Societatum eiusmodi iurisdictio postmodum regia auctoritate comprobata est, de qua pluribus eodem loco agit Oyhenartus.

HERMENIVM, ἑρμηνία, interpretatio, expositio. Fridegodus in Vita S. Wilfridi saec. 3. Bened. part. 1. p. 176.

HERMERVS. Leges Adelstani Reg. Angl. apud Brompton. p. 851. *Tertium est, quod gratiant omnes misericorditer hermerum dominum suum de dono, quod forisfactis hominibus concessisti, etc.* Vbi *hermerus* est Saxonic. *Hermaere*, i. magnus dominus.

Digitized by Google

nus. Quod additur, *dominum ſuum*, gloſſema eſt.

HERMES, *dicitur capitellum quod ponitur ſuper columnam.* Papias. Vox nota, vt *herma*, proprie Mercurii ſtatua ſine manibus pedibusque.

HERMINAE, HERMINIAE, V. *Hermellina.*

HERMINII, pro *Armeni.* Gasparis Barthii Gloſſ. apud Ludewig to. 3. p. 14. ex Hiſt. Palaeſt.

HERMINIVS, adiect. V. in *Hermellina*

HEMIRMOMELINI, V. *Amirmumnes.*

HERMIS, terra inculta. Priuilegium pro Villafranca.

HERMITAGIVM. (1) Cella eremitae, in Ch. a. 1269. ex Archiuis Montis S. Michaëlis. (2) † Idem quod *Hermale*, locus deſertus. Ch. a. 1130, inter Inſtr. t. 11. Gall. Chriſt. p. 132.

HERMITORIVM, idem quod *Hermitagium* 1. V. *Heremita.*

HERMOGENIANI EQVI, V. in *Equus.*

HERMONIVM, *anathema, alienatio*, Papias.

HERMORA. Vetus Ch. Carnutianenſis, edita a Suareſio: *Septem pharos aereos, duos habentes delphinos octonos et hermoras, etc.* An *Remoras*?

† HERMOSVS, incultus. Ch. Mſ. a. 1461.

HERMVLA, *Statua ſine manibus ab herma deriuatur.* Papias. *Hermula* proprie eſt paruula ſolius Mercurii ſtatua ſine manibus et dimidia ſui parte inferne trunca; ſed hic ad quamlibet ſtatuam extenditur. V. *Hermes.*

HERMVNII, V *Infanciones.*

HERMVS. (1) Terra inculta, V. *Eremus.* (2) Caſſis, Gall. *Heaume*, Germ. Helm. Apud Murator. to. 6. col. 289. V. *Helmus.*

HERNACVLVS. Ch. a. 866 apud Himfredum Wanleium de Ant. Litt. Septent. p. 307. *Pro terra quinque manentium in unius hominis diem, 400. ſiclis in argento puro, duobus hernaculis cum omnibus ſupellectibibus ſuis, 8. bobus, 50. porcis, 200. ſegetibus cum gramine toto, et 30. modiis de ordio triturato ſine contrebulibus et ſuburbano.* An pro iunioribus equis accipiendum?

† HERNALDVM, *pedagii* genus, dominis de Partiniaco ſoluendum. Gall. *Hernault.* Ch. Mſ. a. 1388.

HERNESIATVS, V. *Harnizatus.*

HERNIA, *caſtratio*, in Gloſſ. Iſid. Alias eſt κήλη, ſeu tumor in inguinibus ac ſcroto. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerman. *Hernia, Roture, enfleure ès entrailles.*

† HERNIA, *defluccio inteſtinorum, Crebat, Prov. Hernitus, qui lapidem habet in mentula.* Gloſſ. Prov. Lat. Cod. reg. 7657.

HERNIOSVS, hernia laborans. Vita B. Edmundi Cantuar. Archiep. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1821.

† HEROCRETA, *la caſtagnia*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

HERODIAS, ſortilegii ſpecies, V. *Diana* et *Hera* 2.

HERODIVS (1) Genus auis, Gall. *Heron.* Ioan. de Ianua: *Herodius, Rapaciſſima auis, auium et omnium volatilium maior, qui et aquilam vincit*, etc. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Herodius, un oiſeau de proie, gilfaut.* Vita S. Bonifacii Mogunt. to. 1. Iunii p. 473. *Hic autem* (Gwelibus) *honeſtis moribus, vt ferunt, ſuam vitam circumſepſit, niſi tantum quod cum herodiis et canibus per ſemetipſum iocabatur.* (2) † Idem qui *Heraldus*, fecialis, Germ. Herold. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. V. *Hiraudus.*

HEROICVS, *antiquus.* Gloſſ. MS. Sangerm. n. 501. Aliae Gloſſ. Lat. Gall. *Heroicus, de Baron. Heros, Baron. Heroys, Baroneſſe.*

† HEROIS, *la baroniſſa*, Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

HEROTOCHVS, V. *Heretochius.*

HEROVDES, V. *Heraldus.*

HERPES ESTHIOMENVS, vlcus a flauae bilis copia craſſiore et acriore profectum; a Graeco ἕρπειν, ſerpere, et ἐσθίειν, comedere. Miracula S. Antonii to. 2. Ianuarii p. 138.

† HERPICA, candelabrum eccleſiaſticum, in modum *herpicis* ſeu occae

Digitized by Google

confectum, Gall. *Herce*. Kalend. Eccles. Camerac. Mſ. V. *Hercia* 2.

† HERPIVS, i. q. *Herpix*, in Stat. Rebellae a. 1496.

HERPIX, HIRPEX, HERPEX, occa, ...es: Feſto, inſtrumentum ruſticum trignonum ad terendas glebas, Gallis, *Herce*. Gloſſ. Aelfrici: *Hircipes, vel tribula, Egwa*. Papias: *Herpices, tribuli* Gloſſ. Sangerman. MS. n. 501. *Tribula*. Germani *Egge* dicunt. Lex Salica tit. 36. §. 2. *Si quis per alienam meſſem, poſtquam germina produxerit, herpicem traxerit, aut cum carro ſin ę via tranſierit*. Vbi Editio Heroldi habet, *poſtquam leuauerit, herbice traxerit etc.* Seruius ad 1. Georg. Virgilii ... *Vimineas trahit crates. Ad agrorum ſcilicet exaequationem, quam ruſtici herpicem vocant*. Hino HERPICARE, apud eundem Seruium, et HERPICARIVS, in Gloſſ. Lat. Theuton. *Egedere*. HERPICATIO, pro opera unius diei cum herpice. Extenta manerii de W. a. 13. Edw. III. *Item faciet tres herpicationes, vel dabit 3. den*. Spelman.

HERRA, V. *Hera* 1.

HERREMERITVS, benemeritus, vel magnis meritis clarus. Ch. a. 1530. apud Rymer. to. 14. p. 398.

HERRENAM, V. *Harenam*.

HERRERVELVS, veſtis ſeu pallii genus apud Hiſpanos. Concil. Valentinum a. 1565. inter Hiſpan. to. 4. p. 69. *Vel pallium breuius ad genua tamen uſque ſaltem demiſſum, cuiusmodi veſtes vulgus herreruelos vocat*.

HERREZELDA, V. *Herezelda*.

HERRID, aula, domus, Danis. Litterae Erici Danorum Regis a. 1303.

HERSA, ſeptum quod urbium portis obiicitur, Gallis *herce*. Inſtrum. a. 1532. ex Archiu. Eccl. Redonenſ. V. *Hercius*.

HERSIA, candelabrum, V. *Hercia* 2.

HERSONARIA, f. hortus leguminum, a Gallico *Ers*, Lat. *Eruum*, quod eſt ſpecies leguminis. Ch. a. 1268. ex Chartul. S. Vandreg. to. 1. p. 144. *Licebit eisdem* (Monachis) *facere plenariam iuſtitiam ſupra domum meam de Reſanchon, et ſupra pomerium meum, et ſupra reſiduum haereditagii mei - - - ſciendum eſt ſiquidem quod nec ego praedictus Hugo, nec mei haeredes praedictam domum et pomerium et herſonariam poterimus vendere, eleemoſynare vel alicui obligare*.

† HERTEMVS, ager qui nec coli, nec arari poteſt. Chartul. S. Vict. Maſſ. V. *Hermale*.

HERTIVM, V. *Hercia*.

HERTVS. (1) *Aſper et malus*. Vetus Gloſſ. MS. Sangerm. n. 501. Leg. *Hirtus*. (2) Sueuorum et Borealium Germanorum, ac perinde Anglorum Dea. V. Spelman. et Schilterum.

HERVENVS, *genus materiae*. Papias, et Gloſſ. MS. Sangerman.

† HERVIS, f. canalis. Ch. Mſ. a. 1299. *Omnia alia, beces, feoda de cerces, paſcua, heruis aquarum, deueria etc.*

HERVNCELLVS, ardeola, Gall. *Petit Heron*. Epiſt. Eduardi I. Angl. Reg. apud Rymer. to. 2. p. 1087.

HERVS, Imperator. Acta S. Caſſiani apud Illuſt. Fontan. in Append. ad Antiquit. Hortae, c. 6. vbi de Iouiano Imper. p. 347.

HESDVDARIVS, miles praedo, vel famulus: nam *eſcuderios*, famulos ſuos vocabant monachi. Fragmenta Hiſt. MS. Stephanotii to. 1. *Super ſacrilegis exceſſibus commiſſis a quibusdam nefariis perſonis, quae nuncupantur heſcudarii*, V. *Eſcuderius*.

HESIA, V. *Aiſiae*.

HESICASTAE, apud Bleynian. Inſtit p. 267. *Anachoretae dicuntur quoque heſicaſtae tanquam* quieſcentes; *ἡσυχάζω enim quieſco ſignificat*. Eorumdem monachorum occurrit mentio in Nouella Iuſtin. 5. tit. 3. V. *Heſychaſterium*.

† HESNAGIVM, ius primogeniti in haereditatem paternam, in Ch. a. 1241. V. *Aineſcia*.

HESTA. Ch. Hugonis Burgund. Ducis apud Gerardum p. 335. *Conceſſi etiam eis quod locationem heſtarum fori et nundinarum - - - non poſſunt accreſcere ultra tertiam partem locationis quae fuit anno illo*. Sed perperam omnino, legendum quippe

Digitized by Google

pe, vti habetur in eadem Charta quae exſtat in Chartul. Diuion. *Eſtallorum fori.* V. *Eſtallum.*

† HESTALLAGIVM, ius *heſtas* habendi. Offic. Laudun. ciuit.

HESTALDI, V. *Haiſtalti.*

HESTEREN, arboris genus. Bernardi de Breidenbach Iter. Hieroſol. p. 276. *In mari peregrinanti ſi ſubuerſio et vomitus acciderit, vtatur ſirupo heſterem vel granatorum cum menta, vel pomorum muzorum cum tamarindis ſugat, et odoret granata poma muza coctana minuatque cibum.*

HESTERNVS ANNVS, proxime elapſus. Beda in Epiſt. ad Egbertum Antiſtitem, initio.

HESTHA. Domeſdei tit. *Ceſtre: Quando Rex ipſe ibi veniebat, reddebat ei unaquaeque carucata duo. heſthas, et unam cunam ceruiſiae, et unam butyri ruſcam.* Vbi Spelmannus *heſtam* intelligit capum, ſeu gallum caſtratum, vel pullum quempiam gallinaceum: a Gallico *Heſtaud*, *Heſtaudeau*, ſeu *Eſtoudeau*, pullaſter. V. *Haiſtaldi.*

HESTRAFFLA. Monaſt. Anglic. to. 1. p 170. *Rex Athelſtanus ſuum ius da heſtraffla, id eſt, de pabulo equorum, quod ei ſingulis annis ſolvebatur etc.*

† HESVS, pro *eſus*, paſtus, in Ch. a. 1165. inter Probat. Hiſt. Autiſſ. p. 22. V. *Eſus.*

HESYCHASTERIVM, Graecis recentioribus, ἡσυχαστήριον, cella ſolitarii, hic, vt videtur, coenobium. Acta SS. to. 3. Iulii p. 531. V. *Heſicaſtae.*

HETA, votum, optatum, deſiderium. *Soluere in hetam*, hoc eſt, ex ſententia, ad optatum, a Gallico veteri *Hait*, unde Gallic. *Souhait.* Teſtament. Armandi *d' Alegre* a. 1263. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1115. *Ipſam domum pro eis inſtituo in heredes in duobus mille ſolidis Podienſis monetae, quos donaui et ſolui in hetam dictae domui pro eisdem.* Ibidem occurrit iterum

HETAERIARCHAE, qui cohortibus conflatis ex Romanorum ſociis praeerant in Palatio ad Imperatoris cuſtodiam, Graec. ἑταιριάρχαι, de qua dignitate multa dixit Cang. in Notis ad Annae Alexiadem p. 227 c. 16. *Ioannes vir magnificus, Megaltriarcha*, pro *Megaeteriarcha.* Acta S. Nicolai CP. to. 3. Maii p. 510. *Tunc Romanus Imperatoris pater declaratur, et Romani vice Chriſtophorus eius filius heteriarches inſtituitur.* Vbi *hetaeriarches* Bollandiſtis eſt Princeps iuuentutis.

HETEROCLITVM, diuerſiclinium, in Gloſſ. Iſid. Eſt autem *diuerſiclinium* Io. de Ianua: *Locus vbi diuerſae viae coniunguntur.*

† HETEROGENEVS, alterius generis, vox graeca. Conc. Conſtant. t. 2. part. 1. p. 48.

HETEROMALA, HETEROMASCHA, *veſtis ſeruitiis dicata, altera tantum parte villoſa, cui opponitur amphiſmaſchala utrinque villoſa.* Laurent. in Amalth. Statuta Auenion. l. 1. Rubr. 5. art. 5. *Quibus dicti Conſules fieri curent ad honorem ciuitatis veſtem heteromalam, vulgo Robe de velour.* Vox Graece originis ἕτερος, alter, μαλλὸς, vellus. V. *Amphibalus*

HETI, *folia quatuor fuere de exemplari.* Iſidori Gloſſ. Vbi Graeuius: Haec eſt nota ſcribae, qui ſignificauit in exemplari: unde haec hauſit, deſiderari quatuor folia. Fideliter deſcripſit Conſtantienſis: *Heſtus* folia, a quatuor quae exciſa fuerunt de exemplari, *a heth vita.*

HETRVSCAE CORONAE, de quibus Tertullianus lib. de Corona milit. c. 13. *Superferuntur etiam illis Hetruſcae. Hoc vocabulum eſt coronarum, quas gemmis ac foliis ex auro quercinis ob Iouem inſignes ad deducendas thenſas cum palmatis togis.* Hetruſcae igitur coronae Tertulliano eae ſunt, quibus in ſolemnioribus Deorum pompis utebantur: Hetruſcae dictae, quod illas ab Hetruria Romani, non ſecus ac ceteros ſuperſtitionum ſuarum ritus, vt ipſe Tertul. ſcribit lib. de Spectac. acceperant.

HETTEMATICVS. Iul. Firmicus l. 3. c. 9. *Ipſos tamen faciet hettematicos, et prima quidem aetate ſemper vitioſos.*

HE-

Digitized by Google

HEVA, ubi. Annal. Corbeiens. apud Leibnit. to. 2. Script. Brunsuic. p. 312. *Instinus Luther cum heua sua, ex singulari deuotione seculo renunciat.*

HEVBLO, *guttur*, Papiae.

† HEVCA, HEVSA, a vet. Gall. *Heuce* vel *Heus*, nunc *Aisse*, embolus, fibula. Arest. Parlam. Paris. a. 1303.

† HEVCHIA, f. riuus, canalis, a Picard. *Huchiam*, arca. Ch. Ms. a. 1161. *Vierium suum, situm inter Cheuisiacum et Salliacum aquosum supra heuchiam Coulley.*

HEVDVM, mensura frumentaria apud Belgas. Ch. a 1368. apud Miraeum to. 2. 1328. *Quae quidem terrae soluunt 24. solidos Paris. monetae Flandriae annui et perpetui redditus, cum uno heudo frumenti annuatim ad vitam domicellae Grietae, dictae Spaens.* V. *Hodium.*

HEVSA, V. *Heuca*

HEVSE, calceamentum militare. V. in *Osa.*

† HEVSIA, tibiale, crurale, caliga, Gall. *Heuse*, Germ. Hose. Comp. Ms. a. 1239. V. *Osa*

HEXAMITVM, V. *Exametum.*

HEXAPLA, V. *Exapla.*

† HEXAPTOTVS, *de sey casi.* Gloss. Lat. Ital. Ms.

HEYA. (1) Αγε, *Eia.* Supplement. Antiquarii. (2) HEYA, Vide in *Haga.*

HEYARE, HAWIARE, sepire, sepimento munire, Germ. hägen. Fleta l. 2. c 48. V. *Haga.*

HEYLEKA, sancta, a Teuton. *Heilig*, sanctus. Caesarius Heisterb. lib. 6. cap. 5. *Venerabilem illam inclusam ordinis nostri, dominam heylecam, secundum nomen suum, vere sanctam*

HEYMSOECKEN, V. *Hamsoca.*

HEYRELIVM, V. *Hayrelium.*

HEYWARD, rei pascuae curator, a Sax. *Hig*, gramen, vel *Heg*, sepes, et *Wearth*, custos. Hodie passim pro Armentario accipitur.

HIALVM, ex Graec. Ὑαλος, vitrum. Gloss. AElfrici: *Vitrum vel hialum, Glas.*

HIANIO, *Margarita preciosa.* Vetus Gloss. MS. Sangerm. n. 501. Forte leg. *Vnio.*

HIATOR, ex Gallico *Hieur*, et *Hie*, Germ. Hoye, Hoyet, fistuca, paiuicula, instrumentum, quo pauimenti silex premitur. Lambertus Ardensis p. 258. *Wallactores, et denparii, et hiatores cum conuenientibus - - - instrumentis.*

HIATVS, os. Vita Lietberti Episc. Camerac. c. 3. to. 9. Spicileg. Acher. p. 772.

HIBALCIO, *maris habentia.* Ita Glossae antiquae MSS. V. *Italia.*

HIBERE, tenere, ligare: obsoletum verbum. Passio SS. Perpetuae et Felicitatis ex Edit. Lucae Holstenii p. 28. *Horruit et erubuit Tribunus; et ita iussit illos manibus hiberi.*

HIBERNAGIVM, HIBERNATICVM, HIBERNVM, V. *Hybernagium.*

HIBITVM, *asperum.* Papias MS. Gloss. Sangerm n. 501. *Hibtus, asper.* Legendum *hirtus* et *hirtum*, voces Latinis notae pro *hirsutus* vel *hirsutum.* Ioh. de Ianua: *Hirsutus, asper pilis, vel pilosus, vt hircus; unte hirtus per syncopam pro hirsutus.* Sed notior res est, quam vt indigeat vade.

HIBLATVS, pro *niblatus*, splendidus, resplendens. Vita S. Gregorii to. 2. Martii p. 206.

HIBTVS, pro *hirtus*, V. *Hibitum.*

HICA vel HICHA, pro *bica* legendum in Pactu Legis Salicae tit. 19. §. 10. et 11. auctor est Eccardus. V. *Haga.*

HICHINACVLVM. Testament. S. Remigii, apud Flodoardum l. 1. c. 18. *Remigiae coclearia 3. quae meo sunt nomine titulata, mantile ipsius, quod habeo feriale, transcribo: Hichinaculum quoque dono illi, de quo Gondebodo dixi.* Ita etiam habet prius S. Remigii Testament apud Labbeum et Marlotum. Vbi *hichinaculum* forte pro *hichinariolum* dicitur, vt diminutiuum sit vocis *hichinarius*, de qua mox. V. *Hilcus.*

HICHINARIVS, HICINARIVS, inter ministeria seu vasa sacra reponitur in Hist. Episcopor. Autisiodor. c. 20. *Dedit et hicinarios duos*

Digitized by Google

anacteos penſ. l. 4. et uncias 3. Item hicinarios 3. anacteos penſ. etc. Infra: *Ichinarium unum penſ. lib. 1. Idem Ichinarios columellatos 3. penſ. unusquisque l. 1. Item ichinarium unam, etc.* ICHRIARIVS, ead. ſignificatione. Teſtamentum apud Mabill. in Append. ad Liturgiam Gallican. p. 463. *Item dulciſſimo nepoti meo Bertegiſildo ichriario argenteo et mancipia his nominibus, Sunniulfo et ſorore eius Giſethrude et filias Anthimio - - habere iubeo* † *Lacuniarius* legendum cenſet Rhodigin. l. 1. de Liturg Rom. Pontif. c. 21. nam *Lacuniaria*, inquit ille, apud Iſid. in Origin. ſunt pendentia lumina, quaſi Lucunaria, id eſt in aere lucentia. V. *Lichinus*.

† HICTER, *Lo pagagallo*, Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† HICTICVS, i. q. *Hiſſirus*, vox mendoſe ſcripta, in Chron. Io. Whethamſted. p. 407.

HIDA, et *Hyda*, ex Saxon. *Hyd*, terrae portio, quantum ſufficit ad arandum uni aratro per annum. Henricus Huntindonenſis l. 6. p. 360. et ex eo Bromptonus: *Hida Anglice vocatur terra unius aratri culturae ſufficiens per annum.* Matth. Pariſ. a. 1082. *De unoquoque aratro, id eſt, hida etc.* Monaſtic. Anglic. to. 1. p. 21. *Dedit huic Eccleſiae Fenag. 7. aratrorum. quod Anglice dicitur 7. hides.* Proinde *hida* idem eſt, quod alias *carrucata*. Orderic. Vitalis l. 8. p. 678. *Omnes carrucatas, quas Angli hidas vocant, funiculo menſus eſt et deſcripſit.* Rogerus Houedenus p. 778. *Carrucata terrae, ſive hyda.* HIDRA, eadem notione. Chartul. SS. Trinit. Cadoment. f. 26. De vocis notione et etymo, ſic cenſent Spelman. et Somnerus, ab Saxon. *hyden*, quod eſt tegere, *hidam* profluxiſſe, id vt primario idem fuerit, quod *tectum*, *manſus*, *manerium*, id eſt, domus cum adiuncta agri ad colendum portione, quam *hydelander* vocat vetus Bedae Interpres Saxonicus, quaſi *terras ad hydam pertinentes*. Sed et Spelmannus in vet. Gloſſario Saxon. *hadae*, *ſtatio et confugium* reddi auctor eſt; de Gallorum *Hute*, inquit Somnerus. Huic coniecturae favet Scotorum enuntiatio, qui *hildam* cant, quod Angli *hidam*, et *hilde* pro tegere, cooperire. Occurrit tem vox *hilda* in Regiam Maiest. l. 2. c. 16. §. 20. 21. V. *Hlothe*.

HIDAGIVM, praeſtatio, quae Angliae fiebat pro auxilio, pro tione hidarum, vel quae ex ſi lis hidis exſoluitur. Bromptonus: *Hidage, vel taillage eſt tallagium hidis terrarum.* Ch. Henrici I. Angl. to. 1. Monaſtici Anglic. 185. *Dono etiam hidagium, quod exigebatur de 20. hidis ad eamdem urbem pertinentibus, etc.* Apud Matth. Paris a. 1242. *Carucagium et hidagium*, idem ſonant. Eſt etiam HYDAGIVM, Raſtallo, *quietum eſſe ſi dominus Rex talliauerit totam terram per hidas.*

HIDALGVS, nobilis apud Hiſpanos de cuius vocis etymo conſulendus Couarruuias to. 2. Var. Reſol. c. 1 n. 11. et Sebaſtianus Cobarruuias i Theſ. linguae Caſtellanae verbo *Hidalgo*. Hieron. Blanca in Commen Rer. Arragon. p. 734. *Militum autem vox et Infancionum id ſonat, priori equeſtris ordinis viros nuncupamus, quos vulgari ſermone Canallros: poſteriori vero, quos vocare ſolemus hiios dalgo.* Leges Alfonſini part. 2 tit. 21. lege 3. *Fidalguia - - - es nobleza que vienne a los omes por linaie. Filii dalgo*, dicuntur in Foris Aragon. l. 1. tit. de Officio Iuſtitiae Aragon. Ch. a. 1289. *Dominus Rex Portugalliae, et Comes Polonie fecit cum conſilio ſuorum Ricorum hominum, et ſuorum filiorum de aliis tale incautum.*

HIDARE, terram per *hidas* cenſere unde *hidatus*, taxatus, cenſitus. Paſim apud Anglos.

HIDGILDVM, corii redemptio, Saxon. *Hydegyld*, vel *Hydegylde*, a *hyde*, *corium*, Haut et *gyld*, ſolutio, *compenſatio*. Leges Alfredi Godrini R. R. c. 11. *Si liber feſtis diebus operetur, perdat libertatem,*

Digitized by Google

...corium perdat, vel hidgildum. ...c. 12. V. *Corium perdere.*
..., V. *Hida.*
HYDRIS, *serpentinis.* Isidor. Vbi ...nius: *Hydrinus ab hydrus.*
HYDRIO, aromatis genus. Dipl. ...per. Il. a. 716. t. 4. Colect. ... Franc. p. 694. *Hidrio libras 50. ...r lib. 150.*
HYDROMATES, *qui ex aqua diuinant.* ...t. Gloss. MS. Sangerm. Sed le...endum *hydromantes*, a Graeco *ὑδρομάντις.*
HYDROS, *diabolus, serpens*, in Gloss. Antiq. MSS. pro *serpens* videtur re...tuendum *serpens*; est enim ὕδρος Graecis serpens aquaticus.
HIEMALIS ANNONA, V. in *Hybernagium.*
HIEMANTES, V. *Hyemantes.*
HIEMICA AESTAS. Glossar. MS. Medicum Regis Cod. 1486. *Hiemica aestate, f. pro qualitate temporis temperata.*
HIEMS. Per hiemes annos putasse Anglos, colligitur ex fragmento Regum Westsaxon. edito post Vitam Aelfridi Regis p. 199.
HIERACITAE, haeretici, sectatores Hieracis, qui Aegyptius gente, Manicheus opinione, nouam sectam procudit. Negabat resurrectionem carnis, coniugatis et infantibus regnum Dei intercludebat. Filii Dei aeternam natiuitatem nesciebat, Spiritum Sanctum Melchisedech dicebat. Ita Bollandistae ad Vitam S. Macarii Aegyptii auctore Russino to. 1. Ianuar. p. 1013.
HIERARCHA, Archiepiscopus. Vita S. Seueri Archiep. Rauennae in Append. apud Murator. to. 2. p. 192.
HIERATICI, *peregrinantes dubii, non habentes firmum locum. Hieraticae, litterae sacerdotales.* Papias.
HIERAX, species falconis, Thuano de Re accipitraria, vulgo Sacre, Graec. ἱέραξ.
HIERO, ardea, Gall. *Heron.* Ch. foresi. c. 13. apud Spelmannum.
HIEROCERVS, vox Graeca, ἱεροκήρυξ, sacer praeco, qui fauere linguis iubet, dum sacra peraguntur, aut qui aliud quippiam inter rem sacram edicit. Francisci Blanchini Praefatio apud Muratorium to. 3. Scriptor. Italicorum p. 73. V. *Hierocoracica.*
HIEROCOMIVM, in Actis SS. Febr. to. 2. p. 539. male pro *Gerocomium.* V. in hac voce.
HIEROCORACICA, in veteri Inscriptione apud Reinesium p. 303. 2. Sacra Mithriaca, quorum participes *hierocoracas* vocabant. Et quidem coruum Mithrae peculiari religione dicatum fuisse notum est, Vide laudatum Reinesium Ep. 69. et Monumenta veteris Antii part. 2. c. 4.
HIERODVLVS, aedituus, ἱερόδουλος. Vim vocis indicat Iul. Firmicus l. 8. Matth. c. 21. *Aedituos faciet, templorumque custodes, hierodulos, et qui sacris officiis deputentur.* Et c. 29. *Hierodulos faciet et templorum seruos,*
HIEROHAERIX, in Notis Tyronis p. 173. inter *salpinctas* recensetur. Videtur legi debere *hierocerix* ex Graec. ἱεροκήρυξ, quae vox occurrit apud Demosthenem et Synesium. V. *Hierocerus.*
HIEROLANTIA, *merentia.* Papias.
HIEROMNEMON, Graec. ἱερομνήμων, diaconale officium erat in Ecclesia CP. magnae existimationis; cui incumbebat Patriarcham *pontificaliter* induere, preces in libro indicare in throno locum electis ac consecratis adsignare et *contacium* orditionis consuetum intonare: uti ceremoniarum Magistri in Aula Pontificia solent. Plura vide in Glossario mediae Graecit. et apud Hofmannum.
HIEROMONACHI, Graecis ἱερομόναχοι dicuntur, qui non simplices Monachi, sed sacerdotes sunt. V. Glossar. med. Graecitat.
HIERONTICVM, liber Liturgicus, seu missalis. Mabill. to. 3. Annal. Benedict. p. 348. Idem est quod *geronticon.* V. in hac voce.
HIEROPHANTA, ἱεροφάντης, qui sacra et caeremonias docet, sacrorum antistes, aedituus. Angelomus in Genesim c. 39. apud Bern. Pez to. 1. Anecd. part. 1. col. 217.

Digitized by Google

HIEROPHYLACIVM, ἱεροφυλακεῖον, sacrarium. Synodus Valentina a. 1594. inter Hisp. to. 4. p. 711.

HIEROPRAESES, Archiepiscopus. Vita S. Seueri Archiep. Rauennae in Appendice apud Murator. to. 2. p. 193.

HIEROPREPES, V. *Geroprepes.*

HIEROSOLYMITETA, qui proficiscitur Hierosolimam. Gasparis Barthii Glossar. ex Roberti Monachi Hist. Palaest. c. 11.

HIES, exitus angustior, callis vix singulis peruius. Gall. *Issue, petit sentier.* Codex censuum Calomontis: *Iuxta quoddam hies.* Occurrit non semel ibidem: *Iuxta his quod ducit ad, etc.*

HIETARE, oscitari, hiare. Glossar. Lat. Graec. MS. Sangerm. *Hieto,* χασμῶμαι.

HIF. Computus a. 1202. apud D. Brussel de Vsu feud. to. 2. p. CXLVI. *Pro XXVII. costis hif. XXIII.* S. An Taxus, arboris genus, Gallis *If?*

HIFFARONDA. Glossae antiquae MSS. *O bia, hiffaronda:* Infra: *Orbia, Gen. quo die ercasum, quod qui diem Saturni Obinam vocant.* Videat lector, an aliquid ex his expiscetur.

HIFFERA, *pila a feriendo.* Papias MS.

HIGRA, Anglis dictus quidam *quotidianus aquarum* Sabrinae fluuii *furor, quem vel voraginem vel vertiginem undarum dicam nescio,* ait Guill. Malmesbur. libr. de Pontific. *Qui fundo ab imo verrens arenas et conglobans in cumulum cum impetu venit, nec ultra quam ad pontem pertendit: nonnunquam etiam ripas transscendit, et magna parte circuita, terrae victor egreditur. Infelix nauis si quam a latere attigerit: nautae gnare cum vident illam higram (sic Anglice vocans) venire, nauem obuertunt, et per medium secantes violentiam eius eludunt.*

HILARAMEN, *laetitia, gaudium.* Io. de Ianua. *Leesse, ioye,* in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

HILARIZARE, hilariter agere, in Hist. Translation. S. Modoaldi Archiepisc. Treuir.

HILCVS. Testament. S. Euerardi Comitis apud Miraeum in Cod. Donat. Belgic. p. 96. et alios: *Volumus, vt habeat spathas duas, unam cum hilcis aureis et argenteis simul.* Vbi *hilcus* fortean est, quod Anglo-Saxonib. *hylca* vocatur, anfractus, vel quidpiam incuruum, quo scilicet ensis capulus munitur.

HILDA, V. *Hida.*

HILDEBRANDVS. Paulus Beonridensis in Vita Gregorii VII. Papae: *Hildebrandus enim Teutonice vernacula nuncupatione peruastionem significat cupiditatis terrenae.*

HILEICVM, *Siluestre.* Papias MS. Bituric. Forte *Iliceum,* ab *Ilice.*

HILIBECCI, nugatorium nomen. Ordericus Vitalis l. 13. p. 905. *Vnde omnes ab eisdem, quibus impudenter nocuerunt, hilibecci despectiue cognominati sunt.*

HILIDER, coluber, serpens, pro *chelider,* vel *chelidrus.* Glossae antiquae MSS. *Hilidri, serpentes.* Lib. 1. c. 12. in Actis SS. Ord. S. Benedict.

HILIE SATVS, *in silua natus.* Papias MS. Bitur. f. pro *Ilice.*

HILISTRINVS. Anastas. in Hormisda PP. p. 34. *Gabata electrina pensant. libr. 2.* Alii Codd. habent *gabata hilistrina,* vel *gabatam hilistrinam,* vel denique *hilistrimam.*

HILLICVS, *maior venetia.* Papias MS. Bituric.

HILLIO, *gulosus, luxuriosus, euersor.* Papias MS. Bituric. Leg. *Helluo.*

HILLITOR. Papias: *Hillae, salcitiae vulgo. Hillitores scaenici,* Mox. *Hillitor, hortica.* In edito *ortica.*

HILLO, *aquila,* apud Papiam. MS. Nauarraeus habet *hilo.* Scriptum fuisse olim *hierax* censet Graeuius.

HILNACHIA, nauigii species, V. *Naca.*

HILTISCHALCHI, f. mansi seruiles, *Schalk* enim seruus. Burchardi Abbatis S. Emmerammi Complacitatio apud Bern. Pez to. 1. Anecd. part. 3. col. 77. *Hanc compendiosam cum Rnitensibus fecit complacitationem, vt de familia, quae ad Rait pertinet, mansi*

Digitized by Google

Hiltiſchalchi expedi-
ii cenſu ex parte adan-
ea ſolverant per ſingu-
. Adelſcalc.
.v s. Ioan. Sarisberenſis
Neminem tamen urbi-
m, qui diſſuadeat pacem,
poteſt in domino et ante
diem honeſtati non dero-
Graec: *ἡμερινὸς, diurnus.*
ſibi velit *Dies ἡμερινὸς,*
e percipio, niſi ſumatur
rnum.
VM. Lex. Baiwar. tit. 7.
indumenta ſuper genucula
, quod Himilzorum vocant,
dio Heroldi *Himilzoron* ha-
milzorum apud Schilter. in
Teuton. ab *Hemida*, tunica,
rum: ſenſus ergo eſt, qui
n vel tunicam feminae ele-
etc. *) Seu potius ab *Hi-*
cultatio, et *zorun*, Germ.
Laedere, rumpere.
ARE, hymnos canere, apud
8. col. 309. V. *Hymnus.*
, funiculus, quo ex puteo
aqua. Vocabul. Suſſanaei,

enſura eſt duplex, maior 18.
, *minor* 9. Papias. Gloſſ. Lat.
ngerm. *Hin, vne meſure,*
ex Catholico Ioannis de Ia-
Hin quaedam menſura eſt,
rius.
HOMINES, in Legibus
Regis cap. 3. et 7. ex Sa-
Hyndene, ſocietas, quaſi
ſocietatis, contubernii,
rnales. Saxonibus enim erat
poſitum, (verbis vtor So-
vt omnem hominem aeſtima-
pro natalis ſui ratione ca-
ferent, ſed etiam ſecundum
e valorem in claſſem vel col-
parium ſuorum, quod *Hyn-*
ncuparunt, referrent; trium
ſequentium vnam, infimam,
, ſummam. Infima claſſis
orum ſinguli valerent 200.
inde Latine dictus *vir du-*
, vulgariter a claſſe, in
ſcitus, *Iry hyndne - mon.*
orum, quorum ſinguli va-
200. ſol. talis inde Latine
dictus *ſexcentenus*, vulgariter a claſſe in quam aſcitus *Syxhyndne - mon.* Summa autem eorum quorum ſinguli valerent 1200. ſol. talis inte Latine dictus *duodecies centenus*, vulgariter a claſſe in quam aſcitus *Twelfhyndne - mon.* Pariterque vxores ipſorum *Cyrliſcam* i. *Twyhyndam*, nam *Twyhyndeman* idem erat, qui *ceorliſcus*, et ſic quandoque *villanus*, *ſyxhyndam*, et *twelfhyndam*, nominarunt. Totam hanc apud Anglos hominum partitionem obſeruare eſt, praeſertim in Legibus Aluredi Regis c. 12. 30. 31. 32. etc. apud Bromptonum, et Henricum I. cap. 76. et 87. *Twyghindorum*, ſeu villanorum praeterea mentio eſt in iiſdem Legib. Henrici I. cap. 70. 76. vt *Sixhindorum*, eodem cap. 76, et *Twelfhindorum*, ſeu *Thanorum*, cap. 69. 70. 76. 83. 87. qui *perfecti nobiles* dicuntur eodem dicto c. 76.

† HINNITIVVS, a verbo *hinnire. Hinnitius aut progreſſius equorum tumultus*, apud Elmham. in vita Henr. V. c. 79.

HINNOLESCERE, pro inoleſcere, apud Murator. to. 2. p. 337.

HINNVLA. (1) Spurcum ludi genus, V. *Cerusula.* (2) † Cepula, Gall. *Eſchalotte*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 7692.

HINNVLETVM, ſ. ſeptum in quo concluduntur hinnulei, († vel potius hortus olitorius, id. ac *Hinnula* 2.) Diplomatarium Griſſiouienſe apud Ludewig. to. 6. p. 377. *Ex noſtra etiam donatione habent et habere debent fratres noſtri ante praelibati vineta et hinnuleta iuxta ciuitatem noſtram Lenberg, ſecundum propriam limitum ſuorum illic factam.*

HINTHICA, reconditorium. Annales Rer. Piſanarum anno 1156. V. *Enstheca*, et *Chincitha.*

HIOBA, V. *Huba.*

† HIOLIS, *verde*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

HIPOTHECARIVS, pharmacopola, Gall. *Apoticaire.* Concilium Regienſe an. 1285. con. 10. apud Marten. to. 4. Anecdot. col. 194. V. *Hypothecarius.*

HIPPARCHVS, *ἵππαρχος*, praefectus equitum. Codex Ottobonianae Bibli-

Digitized by Google

Biblioth. apud Mabill. to. 2. Annal. p. 167.

HIPPICVM, *mensura et spatium IV. stadiorum, aut quatuor cubitos continens.* Laur. in Amalth.

HIPPITARE, *oscitare, badare.* Isidorus. Vbi Graevius. Constantiensis: *Hippitare, oscitare, id est crebro hiare.* Festo est *Hippicare.* Vbi vide Scaligerum.

HIPPOBALISTAE, apud Bonfinium Rer. Hungar dec. 2. lib. 3. *Ex Vngaris Hippobalistae quidam audacissimi, concitatis equis, arduum montis clivum conscendunt, e sagittariis quosdam obtruncant, etc.* Ex ipso nomine coniicit Carolus de Aquino fuisse decertantes equis funditores, aut potius balistarios, qui balistis minoribus manuariis saxa proicerent.

HIPPOCHARMAE, *dicti olim Principes qui ad pugnam equos alerent.* Laur. in Amalth.

HIPPOCOERCIVM, seu YPOCOERCIVM, sic enim scribitur in Glossa MS. ad Distticha Magistri Cornuti, vbi dicitur esse *locus, vbi ferrantur equi*, quod ibi coerceantur, ne calcitrent: vox ibrida.

HIPPOTHICOS, superpelliceum, Gall. *Surplis, rochet*, ex schedis Godefredi.

HIPPOTRIBA, officium apud Venetos, idem forte, quod Gallice *le grand Ecuyer.* Translatio SS. Pauli Episc. et Barbari to. 7. Maii p. 772. *Tum vero suis locis assurgens serenissima Dominatio cocpit procedere sub hac serie commendatores, capitanei, camerarii, scutiferi, architriclinus, Hippotriba, capitaneus maior, etc.*

† HIPTARE, *Hictareidem creboiare.* Gloss. vet. Cod. reg. 7641. Barbare omnino pro *Hippitare, oscitare, id est, crebro hiare.* V. *Hippitare.*

HIRA. (1) *Locus tenebrarum, vel porcorum.* Papias et vetus Glossar. MS. Sangerm. Haud dubie pro *Hara.* (2) † Alia notione in *Aera* 1. quod videsis. Minus attente ergo desiderari in Glossario Cangii scribunt auctores noui Tract. diplom. t. 3. p. 100.

† HIRAVDVS, i. q. *Heraldus*, [illegible] lis, Germ. Herold, in Ch. Mf. [illegible] 1352.

HIRCIPES, V. *Herpix.*

HIRCO, *impudicus.* Papiae. Leg[illegible] *Hircus.*

HIRCORITA, stabulum hircorum. Capitulari de Villis c. 23.

HIRCVS, f. cilicium, quia ex [illegible] hircorum texitur. Vita S. M[illegible] Oigniac. to. 4. Iunii p. 674. *[illegible] veneramdus Episcopus, vestibus [illegible] tus, Hirco tantum accinctus erat.*

HIRDEMANNI, V. in *Hiremanni.*

HIREMANNI, apud Anglo-Saxones, videntur iidem fuisse, qui *Aremanni* apud Longobardos; ita vt vox vtraque deducatur ab *Herr*, dominus, et *Man*, homo, et quasi *homines domino subditi* dicti sint, cum reuera *subditi* dicantur in Legibus Adelstani Regis c. 18. apud Bromton. *Si aliquis superfedeat, et non obtemperet, vt hoc vadium ab Hiremannis vel a subditis suis capere nolit, etc.* Ita etiam vsurpatur c. 13. et in Legibus Ethelredi apud Habant editis cap. 1. At Somnerus, contra Spelmannum, negat *Herr*, apud Saxon. pro *dominus* reperiri, mauultque a Saxonico *hyran, obedire, subiacere, auscultare*, etymon vocis accersi debere, vnde *Hyremon, subditus*, vel *subiectus*, quomodo apud Spelmann. t. 1. Concil. p. 601. 602. ex quo *Hireman* et *Hiremannus* formata sunt vocabula. Certe non alii sunt ab iis, qui *Hirdemanni* in iure Aulico Norwegico vereri appellantur cap. 260. ex versione Iani Delmeri, vbi de *Hustarlis*, qui iidem esse cum *Hirdemannis* seu Aulicis dicuntur: *Omnes vero in Regia aula seruientes, Hirdmen vernacule nominabantur, Regem obseruaturi ac tuturi.* Vox autem formata ex *hird*, aula, et *man*, homo, vt obseruat idem Delmerus ad c. 30. V. *Herimanni.*

† HIRENARCHAE, magistratus militares, in Cod. Theod. V. *Irenarchae.*

HIRMENSAL, priscorum Saxonum, fanum vel idolum, V. *Irminsal.*

† HIR-

† HIRNA, *la falziea*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

† HIRNEA, *lo vaso da portare de bere*, in eod. Gloss.

† HIRNIA, *tramea*. Gloss. vet. Cod. reg. 7641.

HIRONIVS, *subsannator et detractor*. Vetus Gloss. MS. Sangerm. leg. *Ironicus* ab ἐιρωνικός.

HIRPIX, occa, Gall. *Herce*. Vide *Herpix*.

HIRSI, *hirsuti*. Papias. Legend. *Hirti*.

HIRSICVLVS, δασύτριχος: *pilosum habens culum*. Supplement. Antiquarii. † In Castigat. ad vtrumque Gloss. *Hirticulus*, leg. *Hystriculus*. V. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 245.

HIRSTIS, († incultus & eremus ager, i. q. *Fraustum*, Gall. ol. *Hister*.) Ch. Henrici III. Regis Angl. to. 2. Monast. Anglic. p. 815. *Pasturam mariscorum, et turbariam, et duas Hirstes circumiacentes, et sartum iuxta mariscum*.

HIRTVS, *sonitus*. Papias.

HIRVDO, piscis genus, V. *Pleta*.

HIRVNDELLA, hirundo, Gall. *Hirondelle*. Sic autem *Hirundellae* Comitem Anglum vocat non semel Will Britto l. 3. Philipp. quem alii *d'Arundel*.

HIRVNDINA, eadem notione, to. 3, Aprilis p. 991.

HIRVNDO, machinae bellicae species. Henricus Rosla in Herlingsberga.

Non hic vnigena fabricatur machina: nomen
Haec Librilla, quasi saxea pondera librans:
Obtinet illa suis; sed Hirundinis haec: stat Asellis
Illa vocata nota, etc.

HISCA, pallii genus, f. a verbo Hisco, quod sit vestis aperta. Statuta Eccl. Leodiensis a. 1287. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 855. *Item praecipimus, quod de cetero nec Monachi nigri, nec Canonici regulares in Hiscis vel tabardis equitent vel incedant, sed tantummodo in cappis rotundis vel cucullis*. V. *Hissus*.

HISCERE, *demere*. Gloss. Isid. Vbi Graeuius: Vide num scripserit, *Herciscere, dividere*. In Constantiensi sane corrupte legitur, *Hiscitur, dividitur*, prò *Herciscitur*. Papias: *Herciscundae familiae, dividendae familiae*. V. *Histmire*.

HISCINERE, V. *Histinere*.

HISOLVM, V. *Laiscum*.

HISDRIO, *historia*. Papias MS. Bituric. pro *Histrio*. Est autem Papiae, *Histrio vel Historio scenicus saltator - - qui saltando historias demonstrabat*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Histrio, Jonglenr, qui raconte ou contrefait diuers faits et habits des hommes*.

† HISICIA. Alex. Iatrosoph. Ms. l. 1. Passion. cap. 6. *Accipiat vero steriles et pedes de bobus et hisicia de pectinis et conchiliis facta*. Vbi Glossae: *i. fercula vel iura*. V. *Isicium*.

HISLVLA, insula. Tabularium S. Cypriani Pictau. fol. 128.

HISPANVS. Thwroczius in Chron. Hungar. 1. part. c. 15. vbi de Attila et praelio Catalaunico: *Et horum quidem Capitaneos ipsorum linguae Hispanos vocatos extitisse, et exinde et Hispaniam nomen accepisse tradunt*. Ab eiusmodi *Hispanis* Capitaneis ortum nomen apud Hungaros *Ispan* quidam censent, quibus idem est, ac *Comitatus*, iudicium prouinciale, cui scilicet Capitaneus *Hispanus* praeerat.

HISSA, V. in *Hansia*.

† HISSIRVS, i. q. *huisserium*, hippegus. Chron. Whethamst. p. 407. V. *Histicus*.

† HISSVS, tunica talaris, ex tela cannabina contexta, Walon. *Hisse*. Glossar. Lat. Gall. an. 1348. Vide *Hansia*.

HISTINERE, *detinere*, Papiae. Ita MS. Codex, vbi editus *Hiscinere* praefert.

HISTORIAE. (1) Dicuntur Scriptoribus de Offic. diuinis Lectiones desumtae ex libris historicis veteris Testamenti et aliis, quae in ecclesia statis diebus recitantur, in Micrologo c. 32. 38. et apud Honorium Augustod. lib. 3. c. 29. 38. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 48. *Historiae et caetera, quae in Ecclesia leguntur, non debent legi in Refe-*

Refectorio, donec in Eccleſia incipiantur. (2) HISTORIA de Reſponſoriis poſt Lectiones decantandis dicitur in veteri Ceremoniali MS. B. M. Deauratae: *Sequitur Dominica prima poſt octauam Paſchae, i e.* ſecunda poſt paſcha, vt nunc loquimur. *Nota quod in iſta dominica cantatur Iſtoria.* Dignus es Domine etc. *quae Iſtoria cantatur per duas Dominicas* (3) Pro ipſo feſti officio. Ordinarium feſtorum SS. per totum annum in Hiſtor. S. Germani inter Inſtrum. p. CLIII. *Hiſtoria ipſius feſti eſt Hiſtoria feſti Natiuitatis B. Mariae, excepto quod vbi dicitur Natiuitatis vel Nata, debet dici Conceptio vel Concepta.* (4) Pro quouis codice aut libro. Willelmus Heda in Conrado Epiſcopo Traiectenſi ex Charta an. 1083. *Textum Euangeliorum etiam auro gemmisque decoratum, Hiſtoriam, id eſt, medicinalem librum, etc.* Infra: *Miſſale, Capitulare, et hiſtoriam vetus nouumque Teſtamentum continentem.* (5) † *Hiſtoria, Allegoria*, in Gloſſar. Bibl. Anon. in Bibl. reg. (6) † Figura, imago. Comput. Mſ. a. 1519. *Pro XXX. hiſtoriis - - inciſis.* V. *Hiſtriatus.* (7) † Pannus figuris intextus Conſtit. Iac. II. reg. Arag. a. 1301. V. *Hiſtoriatus.*

HISTORIALITER. (1) Dudo lib. 3. de Actis Normannorum pag. 153. *Hinc forinſecus dealbauit illud*, (delubrum) *intrinſecus autem depinxit hiſtorialiter*, id eſt, hiſtorias et figuras depinxit. (2) † Stilo hiſtorico. Glab. Rodulph. t. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 1.

HISTORIARE. (1) Narrare, dicere. Alypius Antioch. ſeu Auctor Deſcript. Orbis c. 13. (2) Hiſtorias picturis repraeſentare. Chron. Beccenſe p. 27. V. *Hiſtoriographus.*

HISTORIATVS, intextus figuris. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. t. 3. Iunii p. LXXIII. V. *Hiſtriatus.*

HISTORIDIO, *hiſtoriam motu corporis ſignificans.* Papias. V. *Hisdrio.*

HISTORIOGRAPHVS, pictor. Gl. Lat. Gall. *Hiſtoriographus, Peintre de hyſtoire, Hiſtoriographo, as, Peindre hyſtoire.* Vgutio: *Hiſtoriographare, hiſtoriam deſcribere, vel depingere, et deſignare.* Sic Itali *Hiſtoriare* vſurpant.

† HISTORIVM, codex hiſtoricus. Comput. Mſ. a. 1245.

† HISTRIATVS, *hiſtoriis ſculptus vel depictus: vnde pannus vel paries, in quo plures depinguntur hiſtoriae vel ſculpturae, hiſtriatus dicitur.* Gloſſ. Bibl. Mſ. anon. ex Bibl. reg.

HISTRIONES, *praepoſiti meretricum*, in Gloſſis antiq. iidem forte qui lenones.

† HISTRIX, *quadripex, ſpinoſus.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7641.

† HITERIS, *idis, che deuenta zalo per infirmita.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

HITHA, portus, V. *Heda.*

† HITRVDE. Ch. Io. de Harcuria Mſ. a. 1269. *Praemiſſis in omnibus fideliter hitrude conſeruatis.* Vbi *hitrude* ſynonimum videtur vocis *fideliter.*

HITTA, ὑμὴν, Hymen, in Gloſſ. Lat. Graec.

HITTIRE, inueſtigare. Supplem Antiquarii, *Hittio*, ἰχνεύω, *inueſtigo.*

HITTVS, φωνὴ κυνὸς, vox canis. Gl. Latin. Graec. MS. Sangerm.

HIVERNAGIVM, V. *Hybernagium.*

HIVSA, ſignum, quod praedio vel aedi, cuius poſſeſſionem quis adit, apponit. V. *Wiſa.*

HLAFORDSCONA. Leges Adelſtani Regis, Exoniae editae cap. 5. *Ne dominus homini libero Hlafordſconam prohibeat, qui rectum per omnia fecerit.* Vbi Somnerus emendat *Hlafordſocnam*, aitque, videri ſignificare domini protectionem vel tutelam, aut ſimile quid, niſi legendum ſit HLASOCNAM, quomodo habetur in iisdem legibus c. 6. *Ne dominus libero homini Hlaſocnam interdicat, ſi recte cuſtodierit eum.* Pro *laſocnam*, ſeu *ladſocnam*, i. beneficium Legis, ex *lada*, lex, et *ſocna*, ſecta, ſequela

HLAVA, et HLAWA, tributi ſpecies apud Bohemos. Occurrit in Charta Regis Ottocari a. 1121. in Bohemia Pia p. 88.

HLOR-

Digitized by Google

HLOTE, Somnero eſt compenſatio damni turmae dati. Vide mox Hlod.

HLOTH vel HLODE, Anglo-Saxonibus dicitur *turma*, vel *cohors*, quae a 7 hominibus, vsque ad 35 numeratur. Leges Inae c. 13. HLOTA; mulcta eius, qui turmae illegitimae interfuerat: ex *Bot*, Sax. *compenſatio*, *emendatio*. Leges Aluredi c. 30.

HO. (1) Vocabulum in indicendo silentio vſitatum. Literae Henrici IV. Reg. Angl. an. 1408. apud Rymer. to. 8. p. 539. *Eis pugnae ſupersedere mandauimus, emiſſo per nos ſilentii vocabulo conſueto, ſcilicet Ho, Ho, Ho*, (quod eſt), *ceſſate, ceſſate, ceſſate vindictam demeriti diuino iudicio reſeruantes.* (2) HO, in notis antiquorum, Homo vel Honeſtus, *Ho. H.* homo honeſtus; *H. Hon.* homo honeſtus. *H. P.* honeſta perſona.

HOARE, paſtinare, terram ligone ſeu paſtino vertere, Gall. *Houer*. Charta a. 1219. ex Tabulario S. Remigii Remenſ. V. *Haware*.

HOBA, HOBARIVS, V. *Huba*.

HOBELLARII, HOBERARII, HOBILLERS, ſic Anglis nuncupati milites leuis armaturae, et mediocri equo et *curſorio* merentes, quem Angli, *an hobby* vocant, *Hobin* Philippus Cominaeus l. 6. c. 7. quos Iacobus Waraeus in Antiquitatibus Hibernicis cap. 7. ait eſſe equos ex Hibernia, ſic appellatos ob mollem inceſſum, magno in pretio habitos; vnde et *Hobiners* et *Hobelours* Gallice interdum vocabantur *Hobellariis*, quam quidem vocem *Hobin* ab Hebraeo *Habras*., arceſſit Steph. Guichartus. Vt vt ſit, ab eiusmodi equis *Hobellarii* dicti. Will. Thorn. an. 1364. *Item dicunt, quod dicti tenentes pro omnibus terris ſuis in geldabili tenentur, et debent contribuere in omnibus lottis et ſcottis, in geldabili aſſeſſis, videlicet pro warda maris tempore guerrae, pro Hobellariis ſagittariis inueniendis et ſuſtentandis, vbi neceſſe fuerit ſuper coſteram maris.* Mox: *Pro expenſis factis circa Conſtabularios laborantes ad eligendum et ducendum praedictos Hobilarios ſagittarios, et in omnibus aliis lottis, etc.* Hic ſane *Hobellarii* videntur fuiſſe ſagittarii, cum nulla interpunctione *Hobellarii ſagittarii* dicantur. Ch. Henrici V. in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 926. *Pro munitione et apparatibus hominum ad arma Hobelariorum ſagittariorum ſeu peditum quorumcumque pro obſequio noſtro vel haeredum noſtrorum in poſterum eligendorum, etc.*

HOBERVS, curtis ruptura, Vide *Oberos*.

HOBIRA, *lorica*, in Gloſſ. Iſid.

HOBVNNA, V. *Huba*.

† HOBVS, i. q. *Huba*. Ch. an. 994. ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 432.

HOCCVS, Picardis, *Hoc*, vncus, aduncum inſtrumentum, Germ. Hac ken. Lambertus Ardenſis p. 285.

HOCEDII, V *Hokeday*.

HOCHIA, terrae portio arabilis, foſſis vel ſaepibus vndique clauſa. V. *Olca*.

HOCHOFINNA, grauior, vt videtur, mulcta, a Germ. *Hoch*, altus, excelſus, et *Fine* emenda, mulcta, (*) ſeu potius a *Finne*, iugum montis, ita vt *Hochoſinna*, ſit Anhöhe, Gebirge.) Charta Ansbaldi Monachi pro S. Willibrordo Epiſcop. apud Marten. t. 1. Ampliſſ Collect. col. 18. *Tibi dono - - quidquid ego ibidem iuſte laborare viſus ſum, hoc eſt, caſis, curticulis, - - mobili cum immobili, cum manentibus ibidem aſpicientibus, x. ſeruientes gaſergarias, Hochoſinnas, cum ingreſſu et egreſſu, etc.*

HODEGITRIA, vox Graeca, viae dux, appellata eſt imago B. M. Virginis quam D. Lucam depinxiſſe dicunt, eo quod, cum expulſis Latinis Michael Palaeologus vrbem triumphans ingrederetur, imaginem hanc ſibi praelatam pedes ſecutus fuerit. Gregoras l. 4.

HODIE. Theodoricus de Inuentione S. Celſi Epiſcopi Treuirenſ n. 16. *Cuius memoria, quamdiu Hodie dicitur, ſemper eſt in benedictione habenda.*

Digitized by Google

HODIERNVM, pro *Etiamnum hodie.* Hiſtoria fundationis Monaſterii Gladbacenſis c. 7.

HODIETENVS, ad hodiernam diem, hodieque. Acta SS. tom. 3. Martii p. 824.

HODIVM. (1) Menſura frumentaria apud Belgas, Belg. *Hoet.* Deſcriptio bonorum domini de Eska ex Archiuo S. Audomari: *Et debet quodlibet caput vnum Hodium auenae.* Statuta MSS. Capit. S. Audomari an. 1432. *Fabrica propter hoc habebit in poſterum IX. Hodie auenae inde ſuper hoc deductis praedictis XIII. quarteriis cum dimidio auenae - - - ſic remanebunt ad opus fabricae VII. Hodia cum duabus quarteriis et dimidio auenae.* Capiebat itaque *Hodium* 8. quarteria, ſi quidem 13. *quarteria* cum dimidio addita 7. *Hodiis* duobusque *quarteriis* et dimidio compleant aſſignatum nouem *Hodiorum* numerum. V. *Hodus.* (2) † Pro odium, t. 4. Ordin. reg. Fr. p. 193.

† HODIVS, i. q. *Hodium* 1. Ch. an. 1230. in Supplem. ad Miraeum p. 89.

HODOEPORICVM, iter, via. Hiſtoria Translat. S. Sebaſtiani cap. 14. n. 69. Alias *Hadoeporicum*, eſt itinerarium, ſiue itineris deſcriptio.

HODOEPORICAE INCOMMODITATES, itineris incommoda. Acta SS. t. 1. Ianuar. p. 179.

HODVS, menſura frumentaria, apud Flandros, vulgo *Hoed.* Charta Theodorici Comitis Flandr. an. 1187. apud Miraeum in Donat. Belg. l. 2. c. 65. V. *Hodium*, *Hedum* et *Hida.*

HOECKENSES. Ita appellati quidam factioſi in Hollandia ſub a. 1350. V. *Cabelgenſes.*

† HOELLVS, ligo, Gall. *Hoe*, vel *Houe.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1357.

† HOEVA, modus agri cum habitatione coloni, i. q. *Huba* et *Manſus.* Ch. a. 1276. apud Miraeum to. 2. p. 865.

HOFA, V. in *Huba.*

HOFFATA, praedii ruſtici ſpecies: *Curtis*, Germ. ein Gehöfte. Charta Henrici Imp. an. 1111. in Metrop. Salisburgenſi to. 2, p. 549. *Vnam Hoffatam ad Vindberch; vnam hubam ad Steinweit, vnam ad Sunbach et ad Winzhain, i. Hoffatam in loco, qui dicitur Alburg, et duas partes decimationis eiusdem Eccleſiae cum vna huba, etc.* V. *Huba* et *Houa.*

HOFFORCI, vox ibrida, ex Theutonico *Hof*, villa; et porcus; porci villae alicuius. Charta Philippi Flandriae Comitis an. 1187. apud Miraeum to. 1. Diplom. Belgic. pag. 552.

HOGA, HOGHIA, HOGIVM, et HOCH, HOGVM, mons, collis, a German. Hoch, altus, editus, exceſſus: vnde Anglica obſoleta *ho*, et *how*, pro *monte*, g. in *w.* mutato. Sic in Domesdei hundredum de *Grenehow* in Comitatu Norfolc. *Grenehoga* dicitur, i *mons viridis.* Liber Shanburnenſis, apud Spelmannum.

HOGABVLVM, V. *Gablum.*

HOGASTER, porcellus, ex Anglico *Hogge*, porcus. Leges Foreſtarum Scotic. c. 7.

† HOGETTVS, bidens, Gall. *Houe.* Comput. Mſ. a. 1364.

HOGRI, ex Anglico *Hogrell*, bidentes. Monaſt. Angl. to. 2. pag. 666. *De vaccis 69. de boueriis 12. de bouiculis 10. de annalibus 28. de vitulis 29. item de multonibus 381. de hurtis et muricis 207. de Hogris 121. et de agnis 100.* Ex his emendandus videtur Petrus de Vineis l. 5. Ep. 20. *vbi de dextrariis et conchinis mittendis* verba fecit, addit: *De Engaſtris autem mittendis, ecce quod in proximo tibi curabimus prouidere.* Vbi legendum videtur *Hogaſtris.*

HOGVM, V. *Haga.*

HOKEDAY, ſic appellantur Angli feſtiuitatem annuam, quam ob electos ex Anglia ab Athelredo rege Danos, eosque paene omnino vno eodemque die anno 1002. internecioni datos, inſtitutam ferunt quaeque apud mediterraneos Anglos haud omnino exoleuit. HOCEDII, eadem notione. Chartular. SS. Trinitatis Cadomenſ. fol. 54. vo. *Decem bubulci ſunt in Hantonia, vnusquisque debet habere 5. acras et Sabbato ſibi arare et a quaque carea 1. garbam, et omnes bubulci debent habere 1. acram frumenti*

Digitized by Google

ad Auguſtum habebunt de bi-
lac mane diebus Dominicis.
Holeday eſt dies Martis, qui
denam Paſchae expletam pro-
excipit. Id abunde probat
apud Madox Formul. An-
p. 225. *Die Martis proximo*
quindenam Paſchae qui vocatur
leday. Vide Steph. Skinnerum
Etymologico Angl. verbo *Heck-*

HOLCA, terrae portio arabilis. Charta an. 1132. to. 2. Hiſt. Lotharing. col. CCC. *Holcam vnam ad Bra-*
um dono Liduidis de ſancta Manchild. Ibidem: *Holcam vnam in eo-*
dem Walefmeio dono Geilae filiae Ber-
nardi. V. *Olca* et *Hoſcha.*

HOLCAS, *oneraria nauis*, *ab* ὕλκω, *traho*, *quod trahi debeat. Item vas vinarium.* Laur. in Amalth. Notum eſt ὁλκὰς pro naui oneraria. *) German. infer. Holk et Jalk.

† HOLDA, daemonis ſpecies. Liber qui *Corrector* inſcribitur ex Cod. 804. S. Vict. Pariſ. *Cum daemoni-*
bus in ſimilitudinem mulierum trans-
formatae, quam vulgaris ſtultitia Hol-
dam vocat, certis noctibus equitare
debere ſuper quasdam beſtias etc. V. *Diana* et *Hera* 2. *) Ex German. Hold, amicus; vnde Unholde, venefica.

HOLDES. Leges Aethelſtani, *de Wergildis*, i. de capitis aeſtimationibus: *Comitis Wergildum eſt 15. millia thrym-*
ſa. Holdes et ſummi praepoſiti quat-
tuor thrymſa, intellige *millia.* Videntur eſſe, qui apud Gallos *Baillivi*, qui ciuitates et prouincias cuſtodiebant: nam Saxonibus *heldan* eſt *curare*, *cuſtodire.* Lambardus, Spelmannus et Somnerus militiae Praefectos, Tribunos militum, vel belli imperatores interpretantur.

HOLERII, V. in *Hullae.*

† HOLETA, a Gall. *Houlette*, pedum paſtorale. Areſt. a. 1351.

HOLFARE, pro *Olfacere*, apud Papiam.

HOLINVS, olla, vas coquinarium, Gallis *Marmite.* Vocabular. Suſſannaei.

HOLMVS, V. *Holmus.*

HOLOBLATTEVS, totus ex blatta, ſeu purpura. Charta Donationis Eccleſiae Cornutianae, edita a Suareſio.

HOLOCAVSTA, hoſtiae euchariſticae Fragmenta Hiſt. MSS. apud Stephanot. t. 2.

HOLOCAVSTOMA, vox graeca ὁλοκαύτωμα, ſacrificium ſic dictum, quod in eo tota victima cremaretur. Tertullianus lib. 5. aduerſus Marcionem cap. 5.

HOLOCAVSTVM. (1) Eadem notione, paſſim. (2) Pro *Encauſtum*, vel *incauſtum*, atramentum. S. Wilhel. Conſtit. Hirſaug. lib. 1. cap. 24. *Pro ſigno Holocauſti*, *generali poſito*
aquae, *ſignum ſcribendi adde.*

HOLOCHRYSVS, totus aureus, Gr. ὁλόχρυσος. Gregorius Turonenſis l. 10. Hiſt. c. vlt.

HOLOCOTINVS, nummi Aegyptii genus, forte integri auri vnciam vel amplius appendens. Ita Bollandiſtae t. 3. Maii p. 340.

HOLOGRAFVS, vel *Olografus*, ὁλόγραφος, pro ἰδιόγραφος. Acta vetera ex Collectione Conciliorum Criſconiana, apud Baron. ann. 325. n. 8.

HOLOSERICVS, et HOLOSERICALIS, totus ex ſerico, a Graeco ὅλος et Latino ſericum Concil. Hiſpan. t. 2. p. 640.

HOLOVERVS, purpureus: *veſtes holoverae*, quae totae *vero colore*, i. ἀληθινῷ, ſeu purpureo tinctae ſunt absque vllius alterius coloris permiſtione, quomodo fuiſſe indicantur in lib. 3. Cod. Theod. de Veſtibus holoueris. Vox ibrida ex Latino et Graeco compoſita. Ita Salmaſius, Petauius, Cerda, etc. Ferrarius de Re veſtiaria l. 2. c. 10. contractam ex ὁλοπόρφυρος putat. Procopius in Hiſtor. arcana p. 112. 1. Edit. ὁλόβηρον tincturam et colorem fuiſſe, qui Regum proprius erat, indicat. Anaſtaſius in Hormisda PP. *Pallia Olobera blattea*, *etc.* In Ioanne II. *Pallia Olouera auro texta quatuor.* In Paſchali p. 153. *Aliam veſtem de ſtauraci cum pericliſi de Olouero.*

HOLOVITREVS, vel OLOVITREVS, totus vitreus: vox ibrida. Acta S.

Digitized by Google

Marcelli Martyris. *Olonitreum* nude occurrit in Gloſſar. Arabico-Lat.

HOLOVITREVS, nuce pro ſcypho vitreo. Vita S. Odilonis Abb. ſaec. 6. Bened part. 1. p. 699.

HOLVLARE, pro vlulare, apud Rymer. t. 2. p. 318.

HOMAGIALIS, vaſſallus, qui ad praeſtandum domino feudali homagium tenetur. Chronic. Salzburg. apud Raim. Duell. Miſcell. l. 2. p. 161.

HOMAGIATVS, idem, apud Ludewig. t. 7. Reliq. HOMAGIALES TERRAE, quae ſub fide et hominio a domino feudali tenentur, ap. Ludew. t. 1. Reliq. p. 240. V. *Homagium* in *Hominium*,

HOMAGIATVS, V. *Homagialis*.

HOMAGIVM. (1) Idem quod *Hominium*, quod vide. (2) † Obſequium, cultus, i. q. *Homen*. Chron. Pontif. Leon. edit. Lanni p. 162.

HOMALLARE, V. *Hamallare*.

† HOMATA, modus agri vineis conſiti, 3. circiter *Fornalia* complectens, Gall. *Hommée*. Ch. Mſ. Gazon. epiſc. Laudun. a. 1313. V. *Hometa* et *Hominata*.

† HOMATICVM, idem quod *Hominium*, in Ch. Mſ. a. 1208.

HOMBARIVS, V. *Hobarii*.

† HOMEAGIVM, i. q. *Hominium*, in Ch. Mſ. a. 1337.

† HOMEN, obſequium, cultus. Form. liter. pro ſtipendiis militum, Cod. reg. 4189.

HOMENAGIVM, HOMENATICVM, V. in *Hominium*.

HOMENECHIA, idem quod *Hominium*. Tabular. Nantolienſe in Pictonib. a. 1165.

† HOMENESCO, promiſſio ſacramento firmata, obſequium fide vaſſalli aſſertum. Ch. Mſ. hominii aera 1241. *Super his omnibus fecit homeneſco etc.*

† HOMENSTRA, *la mappa*, in Gl. Lat. Ital Mſ.

† HOMENTVM, *la maſſa del ventre*, in eod. Gloſſ.

† HOMETA, i. q. *Homata*. Ch. Mſ. a. 1405.

HOMETVM, domus, aedes, manſio, Anglis *Home*. Regeſtum Pariſ. Parlamenti ſign. B. f. 41. in Areſto 1277.

HOMICEDIVM, cum quis homi caedit, yerberat. Leges Henric cap. 80.

HOMICIDA, de animali. Iacob Rex Aragon. ip Foris Oſcenſib. 1247.

HOMICIDALIS, homicidam ſpec Ratherius Epiſc. t. 2. Spicil. Ac p. 216.

† HOMICIDALITER, ac ſi hom dii reus eſſet. Act. SS. to. 3. Se p. 164.

HOMICIDIA, *ae*, ius cognoſcen de homicidiis, vel eriam mulcta pe cuniaria propter homicidium. Charta an. 1313. to. 8. Spicileg. Acher. p. 268.

HOMICIDIVM. (1) Hominum caedes, cuiusmodi in praeliis, *Carnage*, Gallis. Lupus Protoſpara: *An 946. factum eſt Homicidium Bari menſe Decemb. inter cives.* (2) Mulcta pecuniaria propter Homicidium. Chart. t. 3. Conc. Hiſt. an. p. 284. *Homo percuſſus ſi ad mortem venerit, et dixerit Clerico, quia ille homo percuſſit me unde morior, per teſtimonium Clerici dabit Homicidium.*

HOMICIDIVS, eodem ſignificatu. Charta a. 1114 MS.

HOMICIDVM, eadem notione. Concil. Legion. an. 1012. inter Hiſpan. t. 3. p. 190.

HOMILETA, *concionator*. Faber in Theſauro.

HOMILETICVS, *ad concliones pertinens*, ibidem.

HOMILIAE, familiares collationes, quae a Praeſulibus habentur in aedibus ſacris, in quibus et interrogabant populum, et interrogabantur a populo: ita enim ὁμιλίαν a λόγῳ ſeu oratione diſtinguit Photius in Bibl. Cod. 172. vnde *Tractatus populares* dicuntur S. Auguſtino in Pſalm 118. Idem Epiſt. 2. ad Quoduultdeum praefixa lib. de Haeresib. *Tractatus populares, quos Graeci Homilias vocant.* Victor Vitenſ lib. 1. de Perſecut. Vandal. de eodem S. Auguſtino: *Vsque ad illud tempus CC. iam XXX. et duos confecerat libros, exceptis innumerabilibus epiſto-*

Digitized by Google

, *vel expositione totius Psal-Euangeliorum, atque Tracta-ularibus, quas Graeci Ome-ant. Homeliaticus sermo,* Aeneam Parisiens. Epist. ad-Graecos p. 86. et Nicol. Tri-n an. 1180. *Homiliaris am-o*, apud Marten. t. 1. Ampliss. t. col. 51.

LIARE, i. q. *Homiliarius. Ho-re S. Augustini*, continens Ser-es 147. in Chron. Fontanell. 6.

LIARIVS, liber continens San-orum homilias. Ita Belethus cap. 6. et Durand. lib. 6. Ration. c. 1.

OMELIA et OMELIVM, pro *Homiliario*, non semel in Monastico Anglic. t. 3. p. 322.

HOMINACIO, etc. V. in *Hominium.*

HOMINAGIVM. (1) V. in *Hominium.* (2) † Iniuriarum satisfactio. Ch. Mf. a. 1207.

HOMINAGIVS, i. q. *Homagialis.* Ch. ap. Lobinell. t. 2. Hist. Brit. p. 327.

HOMINATA, († idem quod *Homata.*) Obseruat Menagius Andegauensibus suis *Hominatam vinearum*, Gall. *une hommée de vignes*, vocari, quantum vinearum *homo* per annum colere potest.

† HOMINATICVM, idem quod *Hominium*, V. in hac v.

† HOMINATIO, professio obsequii seu seruitii, quam *homo* seu vassallus domino feudali praestat Ch. apud Menag. in Hist. Sabol. p. 253.

HOMINATVS, V. in *Hominium.*

HOMINES BONI, sic appellati Grandimontenses Monachi. V. *Boni Homines.*

† HOMINICIVM, professio quaeuis obsequii seu seruitii. Acta SS. to. 6. Aug. p. 819.

HOMINICOLAE, Ἀνθρωπολάτραι, dicti ab Appollinaristis Catholici, quod Deum hominem adorare dicerent. Facundus Hermianensis l. 19. c. 3. V. *Homuncionitae.*

† HOMINISCVM. (1) Praestatio annua quae in signum seruitutis vel obsequii fit. Ch. Mf. Aymer. de Narbona an. 1320. (2) V. in *Homagium.*

HOMINIVM. (1) Est seruitium, seu obsequium, quod *homo*, seu cliens, vel seruus, domino suo praestare tenetur. Formula vetus 48. apud Bignonium: *Praeterea hanc chartulam redemptionalem in te fieri et adfirmare rogaui, vt taliter sis ingennus, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus, vel natus, cum omni peculiari tuo, nec mihi, nec vlli haeredum meorum vllum impendas seruitium, nec Hominium, nec libertaticum, nec vllum obsequium, etc.* Vbi *hominium* est *hominis seruitium*, vt recte definitur ab Vgutione. Hinc in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Hominium, seruice d'homme.* Postmodum HOMINIVM, seu HOMAGIVM, dicta fuit professio illa fidei et obsequii, quam *homo*, seu vassallus, domino suo feudali praestat ratione feudi, quod ab eo tenet: seu vti definitur a Bractono l. 2 tract. 1. c. 35. §. 1. est *iuris vinculum, quo quis tenetur et astringitur ad warentizandum, defendendum et acquietandum tenementum suum in seisina versus omnes, per certum seruitium in donatione nominatum et expressum: et etiam vice versa, quo tenens re obligatur et astringitur ad fidem domino suo seruandam, et seruitium debitum faciendum.* HOMINISCVM. Ch. Guillelmi Dom. Montispessul. a. 1103. *Qui castellum et vicariam habuerit faciat hominiscum domino Montispessulani et iuret ei castellum et vitam et membra et totum honorem suum.* HOMINATVS. Ver. Ch. apud Beslium in Episcopis Pictav. *Ego Isembertus concedo de tasamentis meis quidquid datum fuerit B. Mariae et S. Cypriano, excepto ne ita detur, vt ex toto perdam hominatum meum etc.* Chron. Andrense p. 425. ex Ch. a. 1097. *Vt si aliquis senatorum de feuo ipsius centum solidatos, vel tantum vt suum hominatum non perderet, donare voluisset, concessit.* Vbi perperam *senatorum*, et *feno* editum. HOMINAGIVM. Radulfus de Diceto: *Fulco Rechin primus Stephano Blesensi hominagium fecit.* HOMINACIO, in Domesdei. HOMINATICVM. Te-

Digitized by Google

ſtamentum Guifredi Comitis Ceritan. a. 1035. to. 6. Spicileg. Acher. pag. 434. HOMINICATVS. Hiſt. MS. S. Cyper. Pictav. p. 321. HOMATGIVM, Aruernis pro eorum conſuetudine mutandi *g.* in *tg.* in Ch. a. 1311. apud Baluz. t. 2. Hiſt. Aruern. p. 140. HOMMAGIVM. Ch. Philippi Pulcri Reg. Fr. an. 1307. apud D. Bruſſel de Vſu feud. to. 1. pag. 288. HOMONAGIVM. Ch. Guiardi Abb. Compend. an. 1290. HOMANAGIVM. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 222. HOMANATICVM, in Ch. a. 1146. apud Columbum de Gente Simian. p. 588. HOMENAGIVM. Ch. Dumbenſis an. 1410. HOMENATICVM, in Ch. an. 1069. Append. ad Marcam Hiſp. col. 1150. HOMINIATICVM, in Ch. an. 1068. ibid col. 1143 MENAGIVM, truncate, pro *homenagium*. Ch. ann. 1261. apud Brandaon. to. 4. Monarch. Luſitan. p. 272. *Sit abſolutus et quitus ab iſto iuramento et menagio.* Ibid. *De mandato Regis iurauerunt, et menagen fecerunt.* Paſſim ibi. Et rurſum p. 271. vo *Iurauit et omaginem fecit.* Hominio facto, vaſſallus ad oſculum Domini admittitur. Vnde

HOMAGIVM MANVVM, ET OSCVLI ORIS, in veteribus Tabulis a. 1344. et 1347. apud Iuſtellum in Probat. Hiſt. Aruernenſis p. 93. 95. 96. Ch. an. 1231. apud Ioan. Dametum in Hiſt. Regni Balearici p. 334. *Et ego Infans Dominus Petrus facio vobis homagium ore et manibus, etc.* Inſtrum. a. 1299. to. 8. Spicileg. Acher. p. 262. *Facient homagium ore et manibus commendatum, et iuramentum vallatum.* Quippe vaſſallus, dum hominium praeſtat, manus ſuas in manus domini immittit, peractaque fidelitatis, ac hominii praeſtatione, in fidei ſignum illum oſculatur. Vnde *fidelitatis*, vel *fidei*, dicitur eiusmodi *oſculum*. *Oſculum pacis* dicitur in hominio Iacobi Regis Aragonum pro Montepeſſulano a. 1236. *Dato oſculo pacis et firmitatis.* Aliud hominium apud Marcam in Hiſt. Beneharn. l. 6. c. 1. *In oſculo pacis et veritatis. Oſculum foederis*, in Ch. a. 1337. in Probat. Hiſt. Sabaud. pag. 164. HOMAGIVM IVRATVM ET LIGIVM, cui adiunctum erat ſacramentum fidelitatis. W. Wyrceſter Anecd. in Libro nigro Scaccarii p. 536. HOMAGIVM MANVALE. Vide ſupra. HOMAGIVM MILITARE, quale militem decet. Ch. hominii Radulfi de Chaſteauneuf an. 1208. HOMAGIVM DE PERSONA, illud eſt quo vaſſallus dominum ſuum feudalem contra quemuis adiuturum ſe profiteretur, non itamen vt nemo excipi poſſit. Inſtrument. an. 1339. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 488. col. 1. HOMAGIVM PLANVM, vel *ſimplex* ad diſcrimen *ligii*, quod nude fit, et cui non adiunctum eſt ſacramentum fidelitatis, vel illud, in quo quis excipitur. Regeſtum Feodorum Campaniae fol. 105. HOMINAGIVM PLENVM *de franco ſeruitio ſine ligiatione*, quo vaſſallus ſeruitium militare, nulla exceptione facta, domino feudali pollicetur. Ch. a. 1241. ex Tabular. Compend. HOMAGIVM RECTVM, quod Regi nullo medio praeſtatur. Ch. a. 1276. Chartular. Domus Dei Pontiſar. HOMAGIVM SOLIDVM et non SOLIDVM, id eſt, ligium et non ligium. Conſtitutiones Cataloniae inter dominos et vaſſallos MSS. cap. 31. HOMIMIVM PRO EMENDA, vel pro *pace habenda*, vel *pro debito ſoluendo*: cum quis criminis alicuius reus, cum eo, quem offendit, vel illius haeredibus, ita paciſcitur, vt quoad vixerit, vaſſallus illorum ſit eoque nomine hominium iis praeſtet: vel ſi non eſt ſoluendo idoneus, vice debiti vaſſallum creditoris ſe conſtituat, eique hominium exhibeat. Conſtitutiones Cataloniae inter dominos et vaſſallos MSS. c. 35. HOMINIVM PACIS. Tradit Butilerius l. 1. tit. 82. triplex eſſe homagium: primum quod *feodi* dicunt, alterum *ſeruitii*, tertium *pacis*, quod ſic definit: *Le tiers ſi eſt ſi comme ils ſont hommes, qui ont iuré à faire tenir et gardir paix au Seigneur.* Robertus Monachus l. 2. Hiſt. Hieroſol. p. 59. de Ale-

Digitized by Google

[illegible]. CP. *Requisiuit a no-* [illegible]*i Principes exercitus face-* [illegible]*ium id est, securitatem pa-* [illegible]ox: *Fecerunt igitur ei cum* [illegible] *hominium, tali conditio-* [illegible]*mdiu duraret, quamdiu ipse* [illegible]*set in sacramento suo et pro-* [illegible] HOMINIA PLEVITA, in [illegible]udinibus Barcinonensibus, [illegible]rita et Garibaius *pleytos ho-* [illegible] vocant, *Homages de pleiure* [illegible]cere dicuntur, qui pro do- [illegible]deiubent, vel erga superio- [illegible]minum, vel erga alium quem- [illegible] illiusque verba et conuenta [illegible]stant, eoque nomine ei, cui fi- [illegible]bent, hominium faciunt. HOMAGIVM PER STIPVLATIONEM. Bracton. l. 2. tr. 1. c. 35. §. 2. *Item contrahitur homagium de vtriusque voluntate, tam domini, quam tenentis, etc.* Constitut. Catalaniae inter dominos et vassallos MSS. cap. 84. HOMAGIVM SERVITII, Butilerio l. 1. tit. 82. quod quis Dn. praestat pro *seruitio*, militari nempe, ei impendendo, pro quo interdum ab eo praedia et feuda obtinet. Regiam Maiestatem l. 2. c. 65. §. 1. HOMAGIVM CAMPIONIS. Vide *Campiones*. HOMAGIORVM RACHATVM, certa pecuniae quantitas, quam haeres vassalli demortui domino praestat pro obtinendo feudo paterno; idem quod *releuium*. Ch. a. 1366. de Aquariatu de Talmundo. † HOMAGIVM CORPORIS, quo quis alterius seruum se vel *hominem de corpore* profitetur. Ch. a. 1231. inter Instr. t. 6. Gall. Christ. p. 446. † HOMAGIVM FRANCVM, nulli seruitio obnoxium. Reg. feud. Aquit. † HOMAGIVM HONORABILE, idem. Ch. Ms. Alphonsi com. Pictav. a. 1256. † HOMAGIVM IVSTICIALE, quod ex iure debetur. Ch. Ms. an. 1531. † HOMAGIVM LIGIVM, quo fidelitas domino contra quaemuis iuratur. Homag. Ms. Io. Duc. Brit. a. 1403. † HOMAGIVM DE PAGA. Consuet. Normann. part. 1. c. 30. *Fit homagium quandoque de pace seruanda, quod homagium de paga nominatur, eo quod fit in pagam concordiae inter aliquos reformatae, etc.* † HOMAGIVM RVSTICALE, quod a rusticis seu seruis debetur, in Ch. Ms. a. 1355.

(2) HOMAGIVM, et HOMINIA, pro territorio, intra quod *hominia*, vel *seruitia* quaeuis, etiam operarum, domino debentur. Ch. Waldensis Coenobii apud Spelmann. *Nouerit vniuersitas vestra, me reddidisse Deo et S. Mariae et S. Iacobo de Waldene et Monachis ibidem Deo seruientibus totum homagium, in villa de Waldena a cruce de Nuport, super ripam versus Cantburg, vid. in hominibus et eorum seruitiis, et in omnibus ad eos pertinentibus etc.*

(3) HOMINIVM, securitas cuiuis data cum sacramento. V. Rodericum Toletan. l. 7. de Rebus Hisp. c. 22. † HOMAGIVM, in Constit. Ms. Iacobi II. reg. Aragon. an. 1306.

(4) HOMINIVM, clientelae professio. Miracula S. Aigulfi saec. 2. Bened. p. 672.

(5) HOMAGIVM, sacramentum, iuramentum, in Legib. Aragonens. apud Blancam p. 771.

(8) † HOMAGIVM, oblatio quae fit intra missarum solemnia pro defunctis. Ch. a. 1228. in Chartular. Campan.

(7) † HOMAGIVM, praestatio quaeuis, etiam pecuniaria. Pact. inter Phil. V. reg. Fr. et episc. Tornac. a. 1320.

HOMIPLAGIVM, cum quis homini plagas infligit. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 80.

† HOMMATIO, i. q. *Hominium* 1. professio fidei et obsequii, in Ch. Ms. ex Tabul. Miciac.

HOMO. *Homines* appellati, famuli, actores, procuratores, custodes, etc. Ita vsurpant Senator l. 10. Epist. 5. Ausonius Epist. 22. et alii. Hinc *homines* generatim posterioribus saeculis dicti quiuis alterius dominio quauis ratione subiecti, seu essent ii seruilis conditionis, seu ingenuae; sed obsequii ac seruitii nexu superioribus dominis, atque adeo suis Principibus ratione debitae fidelitatis subditi. Prioris speciei *homines* sunt,

Digitized by Google

ſunt, quos *denariales*, *chartularios eccleſiaſticos*, *fiſcales*, *regios*, *de corpore*, *pertinentes*, et ejusmodi nominant, vt alterius *commendati*, *caſati*, *feudales*, *exercitales*, *Franci*, *Romani*, etc. qui nullo ſcilicet vilioris ſeruitutis nexu, ſed ex fidelitate, vel ex obſequio dominis ſuis quodammodo ſubſunt. Triplicem porro *hominum* liberorum, etiamſi ſubditorum, conditionem obſeruare eſt ex Lege Longob. Alii enim *primae*, alii *mediocris*, alii denique *minimae* et infimae ſortis erant, pro fortunae ac facultatum modo. *Primae* meminit l. 1. tit. 9. §. 21. *Conſuetudo enim eſt, vt pro minima perſona, quae exercitalis homo inuenitur eſſe, 150. ſol. componantur, et pro eo, qui primus eſt, 300. ſol. Mediocres perſonae.* Gloſſae antiq. MSS. *Pauper, mediocris.* Habentur non ſemel in Legib. Wiſigoth. lib. 9. tit. 2. §. 8. 3. 12. tit. 2. etc. *Medii Alemanni*, in Legib. Alem. tit. 68. §. 4. Ita paſſim in Cod. Th. *mediocres*, pro *pauperioribus* ac infimis, reſpectu potentum, dicuntur, in l. 3. 4. de Extraord. muneribus, *paupertate mediocres*, in l. 14. de Cenſitor. *mediocritas*, pro paupertate in l. 27. de Annona, etc *Homines denique minores*, in Legib. Longob. l. 1. tit. 14. § 7. *qui nec caſas nec terras habent*, qui et *minimae perſonae*, cuiusmodi ſunt *exercitales homines*, ibidem tit. 9. §. 21. *minimi maximique* in l. un. Cod. Th. de Grege domin. V. *Mauus* Sed praeſertim vnice et nude *Homines* appellari coepere, *vaſſalli et clientes*, qui ratione *beneficiorum* ac *feudorum* dominis ſuis, ſpeciali ad id facta profeſſione, quae ex hoc *hominium* et *homagium* dicta eſt, fidem et ſeruitium, ſeu militiae vel placitorum, aut quoduis aliud debebant: qua quidem notione vocem *Homme* vſurpant paſſim conſuetudines Gallicae municipales, quarum locos indicauit Raguellus. Annal. Francor. Fuld. a. 884. *Ibi inter alia veniens Zwentibaldus Dux cum principalibus ſuis, homo, ſicut mos eſt, per manus Imperatoris efficitur, conteſtatus illi fidelitatem iuramento etc.*

HOMO, pro marito, quomodo *Homme* Galli et Mann Germani dicunt. Gregorium M. lib. 6. Epiſt. 27.

HOMINES AD ARMA, cataphracti equites, Gallis *Hommes d'armes*. Ioan. Forteſcutus de Laudibus Legum Angliae c. 35. HOMINES DE CAPITE, ii plerumque intelliguntur qui manumiſſi fuerant ſub conditione operarum, ſeruitii, aut cenſus annui. V. *Capitales homines*. † HOMO CAPITIS, in Areſt. Mſ. ann. 1311. HOMINES CASATI, Spelmanno, qui in aedibus ſeruiunt. Capitul. l. 5. c. 136. † HOMO COACTVS, ſeruituti glebariae obnoxius, in Ch. Mſ. a. 1223. † HOMO AD COLLVM, qui onus ad *collum* portat, to. 5. Ordinat reg. Franc. p. 600. HOMO COMMENDATVS, Spelmanno, qui ſe in manum alterius commendauit cauſa patrocinii. Lex Ripuar. tit. 72. §. 5. *Homo commendatus, vel fugitiuus, etc.* Quaenam vero fuerit eorum conditio diſcere eſt in voce *Commendatus*, quam videſis. HOMINES CONDITIONATI, V. *Conditionati*. HOMINES DE CORPORE, ſeruituti glebariae obnoxii, qui cenſum debent de capite, *capite cenſi*. *Homines de corpore*, *adſcriptitii ſeu glebae affixi*, *aut alterius ſeruilis conditionis*, in Statuto Philippi Pulcri an. 1302. Ch. Philippi Aug. Reg. Fr. 1180. pro Eccleſia Aurelian. *Seruos et ancillas*, *quos homines de corpore appellamus*, - - - *ab omni iugo ſeruitutis abſoluimus*. HOMO LIGIVS DE CORPORE, qui cenſum de Capite Domino debet, nulla facta reſeruatione. Conſuet. Toloſ. rubr. de Homagiis n. 7. HOMINES CVBANTES ET LEVANTES, manſionarii, manentes, Gall. *Levans et Couchans*. Vetus Inquiſitio in Regeſto Philippi Aug. Heruualliano. *Abbas eum requiſiuit tanquam hominem ſuum cubantem et leuantem.* V. *Leuantes et cubantes* in *Leuare*. HOMINES ECCLESIASTICI, in ſeruitium alicuius Eccleſiae adſcripti, in Lege Ripuar. tit. 10. §. 1. tit. 11. §. 3. tit. 18. §. 3. tit. 19. §. 2. 3.

Eccle-

Digitized by Google

ſtica femina, in Leg. Ripuar. §. 1. qui in Capitulis Caroli 9. c. ult. *Mancipia eccle-* dicuntur. HOMINES EX-ITALES, milites qui militant ercitu. Leg. Longob. l. 1. tit. 21 V. *Exercitales*. † HOMO FALCE, qui operam cum fal-raeſtare deber, t. 5. Ordin. reg. 601. † HOMO FIDEI, vaſ-s, t. 4. car. Ordin. pag. 529. MINES FISCALES ET FISCA-NI. V. in *Fiſcus*. HOMINES ANCI, V. *Franci*. † HOMI-ES FRANCIGENAE, Franci, in Ch. Mſ. Sancii comit. † HOMO GENEROSVS, nobilis, ingenuus, in Ch. Mſ. an. 1407. HOMO DE GVERRA, militaris, vulgo *Homme de guerre*. Guill. de Podio-Laurentii in Chronico. † HOMO HOMAGII, vaſſallus *homagio* obnoxius, in Ch. Mſ. a. 1346. † HOMO HONORATVS, ciuis praecipuus, in Conſtit. Iac. II. reg. Arag. a. 1321. † HOMINES DE IMPERIO, qui intra imperii fines ſub imperatoris ditione manent, in Ch. Mſ. a. 1212. † HOMO LEGALIS, adoleſcens, in Chartul. S. Ioann. Angeriac. † HOMINES LEGITIMI, iidem qui *boni* vel *probi*, ii ſcilicet qui in placitis publicis iudicia exercebant. Ch. Mſ. an 1183. HOMINES LIGII, V. *Ligius*. HOMINES LINEI vel LIGNEI, hominum membra ex ligno vel lino quae in biuiis et compitis a veteribus Gallis ſuperſtitioſe collocabantur. V. *Pedes lignei* in *Pes*. HOMINES MANVS MORTVAE, ſerui glebae, V. in *Manus*. HOMINES DE SVIS MANIBVS, ab iis qui nude *homines* dicebantur diſtincti, vnde fortaſſis intelligendi qui ad homagium manuum admittebantur. († Ii potius videntur, qui a ſeruitute glebae manumiſſi, operas manuales tantum debent.) Chartular. Aeduenſe in Catalogo feudorum Caſtellaniae D. de Glane an. 1262. *Item li Boiſſerans de Aedua ſunt homines domini de Glane. Sed dominus de Glane recepit Guillelmum Boiſſerans in hominem de ſuis manibus.* † HOMINES DE MANSATA, qui ratione alicuius *manſi* ſeu poſſeſſionis alicui domino ſubiecti ſunt, in Inuent. Mſ. a. 1366. HOMINES DE MANVPASTV, domeſtici, V. *Manupaſtus*. HOMINES SINE MEDIO, qui nullo medio a Rege aliquod feudum tenent, in veteri Chronico Flandriae c. 66. † NON HOMO MVNDI, nemo, nullus, kein Menſch auf der Welt, in Ep. an. 1380. inter Probat. to. 3. Hiſt. Nem. p. 44. † HOMO NATVRALIS, inſtructus *natura* ſeu ea parte corporis, qua quis vir eſt. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1469. HOMINES NOVI, apud Spelman. qui nouo donantur feodo. † HOMO PEDES, VEL DE PEDE, plebeius, infimae conditionis. Curia 2. general. Terracon. ſub Iac. I. HOMINES PERTINENTES, eidem Spelmanno, qui glebae adſcribuntur, ſerui feodales. Leg Longob. lib. 1. tit. 16. §. 8. † HOMO DE PLASSA, Hiſp. *Hombre de Plaza*, homo publicus, praecipuusque ac notus, in Ch. a. 1336. inter Probat. to. 3. Hiſt. pag. 380. † HOMO DE PROSECVTIONE, quem fugitiuum dominus ſequi et requirere ex iure poteſt. Lit. remiſſ. Mſ. an. 1388. † HOMO QVAESTALIS, *quaeſtae* ſeu tributo obnoxius. Reg. Cam. Comput. Pariſ. HOMINES REGIS vel REGII, iidem qui Fiſcalini et Longobardis *Aldiones*, qui ad praedium Regis vel fiſci pertinent. Lex Ripuar. tit. 11. §. 3. † HOMO REGIS *id eſt, Nobilis*, ap. Ludewig. tom 12. Reliq. p. 181. HOMO REMANENS IN PEDIBVS SVIS. Ch. a. circ. 1080. ex Bibl. Colbert. *Emendet Bernardus de Auiciano Imberto, et ſuis totas malefactas quas Imbertus habet factas de ipſo caſtello Enforas, poſt Iumbertus ipſum caſtellum ſibi abſtulit, et ita tamdiu ſuus homo remaneat in pedibus.* Intra: *Donec ſuus homo permaneat in pedibus.* Id eſt, ni fallor, quamdiu in eius ſeruitio militari perſeuerauerit. HOMINES SANCTVARII, iidem qui eccleſiaſtici, ad ſanctos ſeu ad eccleſiam pertinentes, eccleſiarum tenentes; V. *Sanctuarius*. HOMINES SIGNI, qui

qui Gallis dicuntur *consuetudinarii*, seu *Coustumiers*, qui seruitium domino debent. V. *Signum, seruitium*, in *Signum*. HOMO TERRENVS, vasallus, tenens. Ch. a. 1093. t. 3. Gall. Christ. inter Instrum. col. 114. HOMINES VERAGI, veraces, probi. Praeceptum Carolomanni Reg. a. 770. apud Marten. t. 1. Amplis. collect. col. 33. V. *Boni homines*. HOMO VENDITVS. Leges Malcolmi II. Reg. Scotiae c. 3. §. 1. et 2. *Item ordinauerunt pro subsistentatione Iustitiarii quolibet die itineris sui centum solidos. Item Clericis suis, pro quolibet homine amerciato, vel vendito duos solidos: et pro quolibet homine mundato per assisam, pro tractu extra rotulos, 4. denarios.* Vbi Skenaeus *hominem amerciatum* intelligit, qui ligitime citatus, vt in *itinere* seu Curia Iustitiarii compareat, se non sistit, ideoque ratione suae contumaciae amerciatur, et mulctam soluit. *Hominem* autem venditum, qui in *itinere* coram Iustitiario comparet, crimen sibi obiectum, pro quo fuit attachiatus, confitetur, et pro eo cum Iustitiario, certo quasi pretio interueniente, transigit: ita vt alter *witam* vel poenam pecuniariam pro crimine ipsa lege debitam redimat; alter vero, nempe Iustitiarius, haec eadem accepta pecunia ei vendat. Vulgo *compositionem* vocant.

HOMO, qui aliis seruis praeest. Codex MS. Irminonis Abb. Sanger. fol. 57. col. 1. *Eurinus seruus - - habet de terra arabili hun. V. - - - sed pro ipsa wacaritiam quod praenidet non soluit denar. sed facit curuadas et rigas, quantascumque sibi iusserit homo, et soluit pullos III. cum ouis.*

HOMO, *homonis*, pro *hominis*, licentia plus quam Poëtica. Hincmarus Rem. in Opusculis p. 383.

HOMODVLI, *conserui*. Laurent. in Amalth.

† HOMOGENEITAS, quid sonet apud Chimicos, docet Arnaldus in Rosar. Ms. l. 1. p. 8. *Tunc omnia ad suam naturam et homogeneitatem primam sunt redacta: prima enim homogeneitas omnium metallorum est argentum viuum.*

HOMOGIVS, V. mox *Homolegius*.

† HOMOLEGIVS, i. q. *Homoligius*, in Ch. Frider. II. a. 1156. t. 1. Cod. diplom. p. 82. Perperam *Homogius* editum ex eadem Ch. ap. Pez. t. 1. Script. Austr. p. 1196.

HOMOLIGIVS, vnica voce, vasallus, in Ch. Friderici Imper. apud Miraeum in Donatione Belg. l. 2. c. 22. V. *Homo ligius* in *Homo*.

HOMOLOGARE, ὁμολογεῖν, profiteri. Tabular. S. Flori in Aruernis a. 1268. AMOLOGARE, in vet. Ch. apud Columbum in Manuasca lib. 2. num. 49. Hodie HOMOLOGARE vulgo Galli vsurpant, pro Regiorum edictorum, aut statutorum in Acta Parlamenti relatione.

HOMOLOGI COLONI, in l. 6. Cod. Theod. de Patrociniis vicor. *Vicis adscripti, et homologi more gentilitio vocati*: id est, glebae adscripti, qui praediis certis addicti erant, nec ab iis excedere poterant: iidem qui *homines ligii*.

HOMONAGIVM, V. in *Hominium*.

HOMOPHAGIA, cruda comestio, ὠμοφαγία. Vtitur Cassianus l. 4. Instit. c. 24.

HOMORARIVM, V. *Humerale*.

HOMOVSIANI appellati ab Arianis Catholici. Fastidiosus Arianus in Sermone. Adde Victorem in Epist. ad S. Fulgentium.

HOMOVSION, quod est eiusdem substantiae, ὁμοούσιον. Notkeri Balbuli l. Sequent. c. 37. apud Bern. Pez, to. 1. Anecd. part. 1. col. 41. *Est vnigenitus, via, vita, manus, homousion.* Gennadii Synopsis dogmatum Eccles. *Homousion, id est, coëssentialis in Diuinitate Patri Filius; Homousion Patri et Filio et Spiritus Sanctus et coëssentialis.*

HOMVLLVS, pro *homulus*, *homunculus*, homo. Gloss. Gr. Lat. Ἀνθρωπιον, *homullus*, Ἀνθρωπάριον, *homullus*, *homuncio*. Domnizo l. 2. de Vita Mathildis c. 12. HOMVLLVLVS, apud Auxilium de Causa Formosi Papae to. 4. Analect. Mabill. p. 613. HOMVLLVLVS, in Ratherii

Digitized by Google

…s Episc. lib. Apologet. c. 2. … Acher. p. 233.

…CIONATES, dicuntur ab …is apud Arnobium iunior. in …ctu cum Serapione, initio l. 1. …olici, *qui dicunt, duas naturas …in Christo duasque subſtantias,* …o alii *homouſianos* vocant, vt Vi… Vitenſis.

…NCIONITAE. Ita vocantur …rudentio Ebionitae, Samoſateni…, aliique haeretici, qui Chriſtum …rum hominem eſſe, nihilque di…inae eſſentiae ac virtutis habere contendebant. Marius Mercator de Anathematiſmo Neſtoriano §. 19. 20. Hos Ἀνδρωπολάτρας vocat Athanaſius libro extremo de Incarnat. Domini, *hominicolas*, Facundus Hermian. l. 9. c. 3. V. Notas Io. Baptiſtae Cotelerii ad Conſtitut. Apoſtol. pag. 271.

HONDOARDVS, pro *Edoardus*. Sic vocatur primus huius nominis Angliae Rex in Litteris Mariae Hungaricae apud Rymer. to. 2. p. 311.

HONDVS, modus agri. Ch. a. 1485. apud Miraeum to. 1. Diplom. Belgic. p. 787. *Item ſeptimo, adhuc ſeptem iugera cum ſeptem hondis, ad valorem viginti ſeptem librarum currentium.*

HONERA, pro *onera*, quaeuis ſeruitia. Ch. a. 1254. apud Madox Formul. Anglic. p. 7.

HONESTAMENTVM, ornatus, inſigne alicuius dignitatis, to. 7. Spicileg. Acher. p. 315.

HONESTARE. (1) HONESTARE SE, ſeſe accingere, Gall. *Se préparer*. Roberti Monachi Hiſt. Palaeſt. apud Ludewig. Reliq. MSS. to. 3. p. 10. (2) † Veſtire, ornare. Pontif. veruſtiſſ. Mſ. Cod. 943.

HONESTAS. (1) Honor, praerogatiua, priuilegium. Ch. a. 1104. in Hiſt. S. Martini de Campis p. 350. (2) Decorum, decentia, obſeruantia. Ch. a. 1101. apud Mabill. to. 5. Annal. p. 443.

† HONESTATVS, pro honeſtus. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1465.

HONESTE. (1) Viriliter, fortiter. Roberti Monachi Hiſt. Palaeſt. l. 4. c. 18. apud Ludewig. t. 3. p. 10. (2) † Decenter, cum reuerentia. Ordinar. Mſ. S. Petri Aureae - val. (3) † Congruenter, rite. Ch. a. 1183. in Chartul. Clariſont.

HONESTIMVS, honeſtus. Papianus in Collat. Legis Moſaiace tit. 4.

HONESTVS. (1) HONESTVS EQVVS, *ſplendide, optime ornatus et inſtructus*. Gaſparis Barthii Gloſſ. ex Hiſt. Palaeſt. Eadem notione ibid. dicuntur *Honeſtae copiae* (2) † Conueniens, congruus. Ch. Mſ. a. 1418.

HONGRECOLTRA, ager incultus, paluſtris, ceſpitibus nigris fodiendis aptum, ab *hongre*, fames, et *coltra*, ligo. Ch. Guillelmi Comit. Flandr. a. 1117. inter Probat. Hiſt. Guinenſ. p. 195.

† HONNINA, eruca, Gall. *Chenille*, Inſulenſibus *Onaine*. Comput. fabr. S. Petri Inſul. a. 1458.

HONNO, HONNIA. Ch. Bonifacii Marchionis Italiae a. 1009. in Bullario Caſin. to. 2. p. 69. 70. *Et rebus meis in loco Beſella et loco Boiano, id eſt, praenominatis hominibus, curtis, et caſtellis, cum ſuarum pertinentiis, etc.* Infra: *Habeant et teneant ad eorum iuris proprietatem diebus vitae illorum; et ſi ipſis eorum ſiue filius filiabus migrati fuerint, hanc cartulam oſſenſionis in ſuo robore permaneat, vtque perſiſtat; ſic haec honnia faerit, ſicut ſupra legitur deceſſum ſi filius aut filias de legitimo matrimonio non habuerit, etc.*

HONOR. (1) Apud Scriptores Eccleſiaſticos, vſurpatus potiſſimum pro maioribus et excellentioribus in Eccleſia dignitatibus, vt ſunt Epiſcopatus, Presbyteratus, et Diaconatus. Optatus Milev. l. 2. aduerſus Parmenianum: *Honore hominis ſui ſpoliati ſunt ſacerdotes.* Et infra, de Donatiſtis, qui Epiſcopos et Presbyteros abdicabant: *Quid prodeſt, quia viui ſunt homines, et occiſi ſunt honores a vobis: valent quidem membris, ſed ereptae portant funera dignitatis.* Poſtmodum generatim *honores* dicta maiora in Eccleſiis Cathedralibus *Beneficia*, ſeu, vti vocantur *dignitates*, atque adeo Canoniae ipſae. Alexander PP. in Tabular.

Digitized by Google

Eccleſ. Carnotenſis n. 3. (2) HONORES, praeterea appellata *beneficia*, ſeu praedia, quae ad vitam viris nobilibus aſſignabantur, ad militare ſeruitium, a quibus *feuda* poſtmodum profluxere: quae perinde *honorum* appellatione donantur a Scriptorib. Hieron. Bianca in Comment. Rerum Aragon. p. 734. Toletan. l. 7. de Reb. Hiſp. c. 1. *Cui manu et ore hominium fecerat pro terra, quam ab eo acceperat in honorem etc.* id eſt, in beneficium, in feudum. Nithardus l. 3. *Et ſi honores, quos idem in Burgundia habuit, eidem donare vellet, vt ſe illi commendaret, praecepit.* HONORES COMITVM, ſeu Comitatus, in Legib. Longob. l. 1. tit. 25. §. 68. et l. 2. tit. 54. §. 2. eod. l. 2. tit. 40. §. 3. *Et ſi baſſi noſtri hoc non adimpleuerint, beneficium et honorem perdant.* Hinc *honores*, vt et *beneficia*, opponuntur *alodis* et *proprietatibus*, in Capitul. Caroli C. tit. 19. *Vt omnes in honoribus et alodis veſtris interim conſiſtatis.* Et tit. 30. p. 292. *Legem et iuſtitiam et in ſe, et in ſuis proprietatibus, et in ſuis honoribus habeat.* (3) HONORES, appellatae etiam prouinciarum vel urbium Praefecturae. Ch. a. 1167. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. p. 307. HONORES APERTI, vacantes, in Cap. Caroli C. tit. 42. §. 8. V. *Aperire*, (4) HONORES vero pro feudis paſſim occurrunt, ſaepe etiam *honor* pro praecipuo feudi manerio et vniuerſo ipſius ambitu reperitur. Leg. Henrici I. Reg. Angliae c. 55. *Omni domino licet ſummonere hominem ſuum vt ei ſit ad rectum in Curia ſua: et ſi reſidens eſt ad remotius manerium eiusdem honoris, unde tenet, ibit ad placitum, ſi dominus ſuus ſummoneat eum.* (5) HONORES interdum laxius quaeuis poſſeſſiones dictae, in Capitul. Caroli. M. l. 5. c. 5. Tabularium S. Seueri apud Marcam l. 3. Hiſt. Beneharn c. 11. n. 5. *Decreui ex meis propriis honoribus hunc locum accreſcere.* Teſtament. Guillelmi Monti-peſſulani a. 1211. to. 9. Spicileg. Acher. p. 156. *Inter opus et menſam dominorum Eccleſiae Magalonae dimitto M. M. ſol. in honore emendo.* Henricus Huntindon. de Contemptu mundi c. 23. *Poſſeſſiones magnas, et varias, quas vulgo vocant honores.* (6) HONORES Galli appellarunt *laudimia*, quae ratione *honoris* ſeu *feudi*, dominio ex feudorum alienationibus obueniunt. Liber Chirographor. Abbatiae fol. 177. *Et habuerunt inde 6. ſolidos ſoluendos de vendis et honoribus.* HONOR CATHEDRAE, praeſtationis ſpecies quae Epiſcopo quotannis in ſignum ſubiectionis ab Eccleſiis ſoluitur. Concil. Bracarenſe c. 2. to. 9. Spicileg. Acher. p. 111. (7) Apud Hiſpanos, diſtat a *feudo*, et *terra*. Dicitur enim *terra*, quam dominus annuatim dat vaſſallo in pecunia: *honor* quem dat ſibi ſine conditione, vt reditus alicuius villae, et honor iſte non aufertur ei in vita ſine cauſa. *Feudum* autem datur alicui vt certum ſeruitium faciat. Ita Interpres legis 2. Alfonſi IX. Reg. Caſtellae part. 4. tit. 26. §. HONOR, apud Anglos, ſignificat feudum vel manerium aliquod nobilius, quod regalibus exornatur, et multa inferiora ſibi ſeruitutem debentia habet. Cowell. l. 2. Inſtit. tit. 2. §. 7. (9) Territorium, diſtrictus, *banleuca*. Litterae Caroli Iohannis Franc. Reg. primogeniti a. 1357. to. 3. Ordinat. p. 204. (10) OFFICIALES, SERVITORES AD HONORES, qui non ex officio, ſed ſponte et voluntarie ſeruiunt, Gallis *Honoraires*, *volontaires*. Ch. Ludouici R. g. Comit. Prouinciae a. 1499. ex Schedis Praeſidis de Mazaugues. (11) † HONOR NORMALIS, regula monaſtica, in Ch. Loth. et Ludou. Mſ. (12) † HONOR VEXILLI, ius vaſſallos ſuos in praelium ſub vexillo ſuo conducendi, quod ad milites *banneretos* pertinebat. Ch. Mſ. a. 1407. (13) † HONORES FACERE, phraſis Gallica, *faire les honneurs d'une ville*, munera, honoris cauſa efferre, aliquem honorifice habere. Comput. a. 1399. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 150.

HO-

ILE FEVDVM, V. in

BILIS. (1) *Honorabiles, ...s perfuncti*, vt est in lib. ...d. Th. de Comitiv. vacantib. *...inistratione perfuncti*, vt in ...eod. Cod. de Medic. Qui qui... ...iculus vulgo a Gallis. in ciui... ...is concedebatur iis, qui ciuilia ... obierant, quos *honorables ...nes* vocabant: tametsi hodie ...id eos viluit eiusmodi appella... ..., quod nobilitati, quam omnes ...biunt, quodammodo opponatur, vel vt rectius dicam, opponi falso existimetur. Hoc quippe titulo donatos videmus, et id quidem duobus retro saeculis, eos qui maioribus dignitatibus Ecclesiae vel Regni illustres fuerunt. Interdum etiam *honorabiles* appellantur in dignitate constituti, vt in Capitul. Caroli M. l. 5. §. 8. (2) Ornatus, optime instructus. Codex MS. Consuetud. S. Augustini Lemouic.

HONORABILITAS. (1) Titulus honorarius Episcoporum, apud Facundum Hermianensem l. 4. c. 2. p. 152. (2) Decorum, decentia, honor, honoris testificatio. Capitul. Caroli C. a. 862. tit 35. c. 9.

† HONORABILITER, honorifice: in Annal. Bertin. ad a. 865.

HONORANTIA. (1) Honor, pompa, Italis *Honoranza*. Annal. Caesenat. a. 1324. apud Murator. to. 14. col. 1141. (2) HONORANTIAE, honores, priuilegia, praerogatiuae. Ch. a. 1193. in Hist. Bellunensi p. 98. V. (3) † Stipendium, Gall. *Honoraire*. Stat. Veroell. l. 2.

HONORARE. (1) † In *honorem* seu feudum concedere.) Ch. a. 1261. ex Chartul. S. Vandreg. to. 1. p. 161. *Nec de caetero possim haereditatem meam vendere, nec alicui obligare nec honorare absque eorum licentia.* (2) † Verbis seu titulis honorariis aliquem compellare, in Annal. Bertin. ad a. 865. (3) † Muneribus seu beneficiis prosequi. Ch. Mf. a. 1228. (4) † Stipendia praebere, renunciari. Ch. a. 885. apud D. Bouquet t. 1. Iur. publ. Franc. p. 593. (5) † Celebrare. Stat. Vniv. Tolos.

HONORARIVM VINVM, *quod Regibus et potentibus honoris gratia offertur*. Vetus Gloss MS. Sangerman. ex Isidoro l. 20. c. 3.

HONORATI. (1) Qui in honoribus ac dignitatibus sunt constituti, vel qui dignitates gessere, seu in vrbe, seu in Prouinciis. Gloss. Lat MS. *Satrapae, iudices, honorati, vel Principes.* Ἀξιωματικοὶ, in veteri Glossario: *οἱ ἐν ἀρχαῖς γεγενημένοι*, Libanio: *οἱ ἐπ' ἀξιώσεις*, Gregor. Nazianz. Orat. 1. Stileut. *Honoribus vsi*, in aliquot Inscript. maxime enim *honorati* dicuntur post gestos honores. Lex. 8. Cod. Th. de Priuilegio eorum qui in sacro palat. militarunt: *Qui vel post administratam prouinciam honorati auctoritate fulciuntur.* Saluianus. l. 3. ad Eccl. Cathol. *Introducunt nempe in testamentum, et hoc maxime, vt dixi, aut locupletes, aut nobiles, aut Honoratos et qui nisi potentes essent, parentes forsitan non fuissent.* Victor. Vit. l. 1. Vandal. persec. *Senatorum atque honoratorum multitudinem exilio contriuit.* Iulius Africanus seu Abdias lib. 6. *Venerunt autem cum eis Indorum Honorati, etc.* (2) Qui honorariam per codicillos vacantes dignitatem habent, l. 1 C. de offic. ciuil. iud. l. vlt. C. de offic. diuers. iud. l. 1. C. de honor. vehic. l. 11. Pancirolus l. 1. Thesauri var. lect. cap. 77. (3) Qui *honores*, hoc est, feuda, possident. Capitul. Radelchisi Princip. Beneuentani c. 27. *Si populus portionis meae - - - ierint in exercitu quocunque, et quolibet modo occiderint vel aprehenderint vestros Honoratos ac vassallos.* V. *Honor.*

HONORATIM. Fulcherius Carnot. lib. 1. Hist. Hierof cap. 4. *Nec permittebat Imperator introire in ciuitatem multos simul. sed Honoratim, vel quinque, vel sex de potentioribus, ad horam ingredi sinebat.* Ita vtraque Editio: id est, cum honore debito.

HONORATVS, V. *Honorati.*

HO-

Digitized by Google

HONORERIVM, Presbyterium, confessus Presbyterorum honoratiorum. Inscriptio Christiana apud Gruterum 1174. 8.

HONORIFICABILITVDINITAS, honor. Albertus Mussatus de Gestis Henrici VII. lib. 3. rubr. 8. apud Murator. to. 10. col 326. *Nam et maturius cum rex prima Italiae ostia contigisset, legatos illo Dux ipse direxerat cum regalibus exeniis Honorificabilitudinitatis nec obsequentiae ullius causa, quibus etiam inhibitum pedes osculari regios.*

HONORIFICABILITVDO, pro *Dignitas*, in Ch. Hugonis Archiep. Genuensis an. 1187. apud Vghellum.

† HONORIFICARE, honoribus et dignitatibus cumulare, t. 6. Collect. Hist. Franc. p. 359.

HONORIFICENTIA. (1) Titulus honorarius Pontificum, in Epist. Isidori Hispal. ad Masonam Emerit. Episcopum, de cuius fide viri docti dubitant. Vide Iohannem VIII. PP. Epist. 269. (2) Dignitas, pompa. Instrum. an. 1162. in Tabul. Massil. (3) Idem quod *Honor*, feudum, dignitas feudalis. Pacta inita inter Francos et Venetos ante expugnationem CP. in Gestis Innocentii III. PP. p. 93.

HONORIPETA, ambitiosus, qui honores aucupatur. Apuleius de Philos. lib. 2.

HONORIVM. (1) Idem quod *Honor*, († seu *honoris* aut feuditerritorium et ambitus.) Ch. Philippi Pulcri an. 1309. in Regesto eiusdem Regis n. 85. ex Tabul. Regio. (2) † Suprema iurisdictio eiusque districtus. Ch. Ms. a. 1313.

HONOROSVS. Regula Templariorum cap. 10. *Quia assueta carnis comestio intelligitur Honorosa corruptio corporum.* Ita Editio Andr. Fauini et Labbei f. pro *Onerosae*.

HONORVS, honorificus. Frodoardus in fine libri metrici de Romanis Pontificibus.

HONVS. (1) pro *Honor*. Gloss. Lat. Graec. *Honus, honor, τιμὴ θεῶν, τιμὴ ἀνθρώπων.* Glossae Lat. *Honus, honor, dignitas.* Adde Isidor. lib. 1. cap. 26. et Egesippum lib. 5. cap. 23. extremo, vbi *nullus Honus curat hoc vulnus*, legi in MSS. Codd. monent viri docti. V. Chronicon Fredegarii c. 82. (2) † Pro onus, t. 4. Ordin. reg. Fr. p. 193.

HOPELANDA, pallii vel tunicae species, Gallis, *Houpelande*. Statuta pro S. Capellae Paris. Canonicis: *Cauendum est, ne subtus superpellicia induantur Hopelandae propter deformitatem, quae ibi multotiens est apparens in colleriis.* Ch. a. 1433. ex Archiuo maioris Ecclesiae Massil. *Hopelandam nostram, sive tunicam breuem de violeto obscuro foderatam de bocassino et de grisis.* HOVPPELANDA. Statuta Eccles. Ambian. circa an. 1450. apud Marten. to. 7. Ampliss. Collect. col. 1226. Vocis etymon ab Vplandia prouincia arcessit Huetius, quod inde credat allatas fuisse *Houppelandas Pelandas* eas vocant Itali. † HOPPELANDA, in Stat. S. Capel. Bitur. † HOPVLANDA, ap. Vinc. Ferrar.

HOPERATVS, pro *Operatus*, contextus. Vetus Caeremoniale MS. B. M. Deauratae.

HOPIA, *veneni genus, quod ex incisis capitibus papauerum succo expresso conficitur.* Laur. in Amalth.

HOPLA, populus, arbor. Ch. Mathildis Comitissae an. 1096. tom. 2. Bullarii Casinensis pagina 117. V. *Oplus*.

† HOQVELATOR, Gall. *Hoqueleur*, versutus ac fraudulentus litigiator, fallax, rixosus, a verbo *Hoqueler*, litigiis vexare. Lit. remiss Ms. an. 1352.

HOQVETVS. (1) Singultus, Gallice *Hoquet*. Bulla Iohannis XXII. PP. in Extrauag. (2) † Impedimentum quoduis, difficultas, quae moram affert in negotiis, Gall. *Houquet*. Ch. Ms. a. 1314.

HORA. (1) Moneta, vel pars librae monetariae, V. *Ora*. (2) HORA NONA, vox usurpata ad significandas partes Orientis circa solstitium hiemale. Charta incerti anni apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 205. *Vsque dum peruenitur ad ipsum locum, vbi tres fossae simul adveni-*

Digitized by Google

...niant. Et tunc vadit fossa sancti Catuodi quasi ad Horam Nonam per abrupta loca vsque dum peruenit ad ...nam nodula. HORA TERTIA, post meridiem scilicet, partes Occidentis circa solstitium hiemale. Ch. mox laudata ibidem. (3) HORA ENRABIADA. Capitulum MS. S. Victoris Massil. an. 1312. *Statuimus quod prima illa hora dicta Enrabiada, in qua Prima aliquotiens dici consueuit, quae non aedificabat seu potius animos fratrum conturbabat, ex nunc in antea non dicatur.* (4) † HORA BASSA, serotina. Lit. remiss. Ms. a. 1400. † HORA CAPTATA, praestituta, V. *Captatus.* † HORA CLIQVETI, qua mane pulsatur campana, V. *Cliquetum.* † HORA MACELLI, qua, vt videtur, merces venum expositas emere licet. Acta SS. t. 3. Iun. p. 55. † HORA PARVA, exiguus temporis articulus. Barel. in sermon. † HORA SERALIS, vespera. Lit. remiss. Ms. a. 1378. † HORA TARDA, serotina, in Ch. Ms. a. 1311. HORAE CANONICAE, officia diurna, quae in Ecclesiis fideles psallendo exequuntur, sic dicta, quia certis horis recitari debent iuxta Canones et regulas SS. Patrum. Hae autem septem numero sunt, scilicet, *Matutina*, *Prima*, *Tertia*, *Sexta*, *Nona*, *Vespera*, *Completorium.* HORAE, nude. Geruasius Dorobernensis: *In hac Capella ante exilium et post, Missas celebrare, Horas audire, et frequenter orare solebat.* HORAE DIVRNALES. Ordericus Vitalis libro 12. *Diurnales horas ad Laudem Dei ex debito modulabantur.* HORAE REGVLARES, quae et *Canonicae*, vel quae iuxta regulam monasticam in Ecclesia decantantur apud Lanfrancum in Decretis pro Ordine S. Benedicti c. 14. 15. HORAE DE S. MARIA, quae in quibusdam Monasteriis cum *Horis regularibus* cantantur. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 50. HORARVM RECEPTOR, qui canonicas Horas persoluendas curat in Ecclesia, et stipendia Canonicis, qui iis intersunt, persoluit. Necrologium Ecclesiae Parisiensis 2. Non. Febr. In Charta alia veteri *Horoscopus* videtur appellari, eiusque officium *Horoscoparia* et *Horoscopatus*: nisi ille sit, *cui temperandarum horarum et Vigiliarum diligentia committitur*, in Vita S. Leobini Episcopi Carnotensis. HORAE INCOMPETENTES, *id est*, *silentium*, in Capitulis Adalhardi Abbat. c. 43. (5) Liber precum, Gall. *Heures.* Menoti Serm. fol. 159. (6) Regio, i. q. Italis *Contrada.* Ch. a. 1230. apud Garamp. in diss. 13. ad Hist. b. Chiarae. p. 361 *Domus posita in ciuitate Arimini hora S. Gregorii.*

† HORALIS, vestis seu tunicae species, Gall. *Casaque.* Ch. Ms. 1325. V. *Horarium.*

HORAMA, ORAMA, OROMA, ex Graeco ὅραμα, visio, apparitio. Passio SS. Perpetuae et Felicitatis. ORAMA, sine aspiratione, aliis. Vgutio: *Orama, visio, somnium.* OROMA, interdum et crebro habent Scriptores. Aldhelmus lib. de Virgin. c. 3.

HORARIE, quasi *ad horam.* Charta Raimundi Episcopi Tolosani an. 1160. apud Catellum: *Nisi illi scilicet, qui vere, et non horarie fratres fuerint, vestes crucibus signatas non simulate deferentes, etc.*

† HORARIVM, vestis episcopalis in formam sindonis, t. 2. Monum. sacr. Antiq. p. 387. V. *Orale.*

HORARIVS. (1) Genethliacus. Gloss. Gr. MS. (2) Liber horas canonicas continens apud Gillebert. Lunicensem Episc. (3) † Qui ratione beneficii seu praebendae *horas canonicas* seu officia diurna in Ecclesiis psallendo exequitur, et in eis vices canonici agit, Gall. *Heurier.* Ch. Ms. a. 1367. V. *Matutinarii* (4) † Qui stipendia canonicis, qui *horis* intersunt, persoluit. Comput. Ms. Eccl. Paris. a. 1381. Idem qui alibi *Receptor horarum.*

HORATIM, per horas, vel horis competentibus. Vita S. Illidii to. 1. Iunii p. 430.

HORATORIVM, pro *Oratorium*, minus altare, quo nomine intelligi debent Capellae et minores Ecclesiae, quae

Digitized by Google

quae a principali dependent. Chart. an. 873. to. 1. Hiſt. Occitan. inter Inſtrum. pag. 126. *Eccleſiam ſanctæ Mariæ - - - - cum appendiciis et Horatoriis ſuis*

HORCA, vas olei, ſpecies amphoreæ. Vita S. Sidronii Mart. tom. 3. Iulii pag. 183. *Et iuſſit exhiberi quadraginta Horcas olei, et mitti ſuper flammam ignis.* V. *Orca.*

HORDA. Vdalricus lib. 3. Conſuetud. Cluniac. cap. 8. *Pannos - - - non ſuſpendunt ad ſiccandum in Horda vt alii fratres; ſed tantum deponunt in herbario clauſtri.* Videtur legendum in Chorda.

HORDALICIVM, V. in *Hurdicium*

HORDAMENTVM, V. *Hurdamentum.*

HORDARIVS, V. *Hordera.*

HORDEARIVM, *aes quod pro hordeo equiti perſolvebatur.* Laur. in Amalth.

HORDEATIO, *morbus equorum*, in Amalth.

HORDECIVM, V. *Hurdicium.*

† HORDEICIVM, i. q. *Hurdicium*, pali in foſſatorum marginibus infixi. Reg. Phil Aug. ſign. 34.

HORDEOLVS, apoſtema naſcens in extremitate palpebrae, Germ. ein Gerſtenkorn. *Hordeoli in palpebris*, Priſciano lib. 1. c. 12.

HORDERA, HORDARIVS. Vox Saxon. *Hordere*, quaeſtor, ab *Hord*, theſaurus. Leges Adelſtani Regis c. 8. apud Bromptonum: *Et quicunque Hordera Regis, vel praepoſitus furi conſentaneus erit etc.* HORDARIVS, ibid. c. 15. Inde.

HORDERIVM, in Legibus Canuti Regis c. 104.

HORDICIVM, V. *Hurdicium.*

HORDINIVS, f. haeres, ſucceſſor, († vel potius HORDINIVM, poſteritas, V. *Ordinium.*) Charta an. 1286 ex Tabular. D. de Flamarens: *Conſtantius Darton et Maria eius vxor - - - tradiderunt iam dicto Geraldo de Sendis proſe et ſuo Hordinio ſtipulandi et accipiendi totam illam domum et localem in quo eſt*

HORIDIA, pro *Hordeum*, perperam ſcriptum apud Alypium Antiochen. in Deſcript. orbis c. 30.

HORIPETAE, *qui horas petunt.* Papias.

† HORLA, ora, limbus, Gall. *Ourlet*, t. 8. Ordin. req. Fr. p. 560. Vbi pro *Veugneta* legendum *Lengueda.* V. *Orlum.*

HORLEHANI, V. *Forlegani.*

HORMENI, pro *Armeni*, apud Wildebrandum ab Oldenborg in Itinerario terrae Sanctae.

HORMESTA MVNDI, vel ORMESTA. Ita inſcripta vulgo in MSS. Codicibus Paulli Oroſii Hiſtoria, vti monemus in V. *Ormeſta*, in Codd. ſcilicet Dunenſi, Groenendalenſi, et Vallis S. Martini Louanienſis, apud Sanderum part. 1. p. 187. Sed et monet loſias Arndius in Lexico Antiquitatum Eccleſiaſticarum pag. 997 in quodam antiquo Codice inſcribi: *De miſeria hominum.* In Codice vero 508. Sangermanenſi titulus ita concipitur: *Pauli Oroſii Preſbyterii Liber de Ormeſta ſeu miſeria mundi*: ex quo irrepſit titulus alius: *Hormeſta mundi.* Quam quidem *Hormeſta* vocem rurſum perperam irrepſiſſe volunt viri docti, atque in iis Stephanus Pighius in Hercule Prodicio, pro *Orcheſtra*, ſeu *ſcena* in qua varii rerum caſus, Imperatorum mutationes, et hominum miſeriae palam exponuntur. Hunc ſane titulum quodammodo praefert Editio Pariſ. an. 1506. Inſcribitur enim: *De miſeria hominum per peccatum ab initio*: forte quod cap. 1. lib. 1. initium ducat ab his verbis: *Ego initium miſeriae hominum ab initio peccantis hominis ducere inſtitui etc.* Quod quidem caput in editione Franciſci Fabricii aliquod ante Periodis auctius legitur, adeo vt Editio Pariſienſis prior fuerit ipſius Oroſii Editione, quam ille poſtmodum auxerit. Vide Bongarſium in Praefat. ad Geſta Dei per Francos ſub finem et Fabric. Bibl. Lat. med. et infim. aetat. t. 5. pag. 520.

HORNA, pro *Vrna.* Ioannes Diaconus in Epiſcopis Neapolit. in Agnello II. V. *Orna.*

HORNEGELDVM, tributum, quod exigitur pro animalibus cornutis ex Saxon.

Digitized by Google

n. *Horn*, cornu, et *Geld*, tri-
, praestatio. Hinc crebro in
is iisdem: *Sint quieti de - - -
giis et hidagiis, geldis, dane-
, hornegeldis, fotgeldis, etc.*
Monast. Angl. pag. 192. 976.
pag. 17 812. V. *Cornagium.*
O, ORNO. Ioan. de Ianua:
*no, hoc anno. Item hornotinus,
ornus, huius anni.* Voces prisco
o notae, et a recentioribus in
m renocatae. Hincmarus Re-
ensis: *In Synodo apud Vermeriam
alatium olim ab orno habita obser-
vando declamavi.* V. Hodoardum
l. 1. c. 2c. l. 3. c. 22. Petrum Damian. lib. 7. Epist. 17. l. 8. Epist. 11. etc. ORNA, Papiae, *Vnius anni palea:* quo modo forte *Horna messis*, Plauto et Horatio lib. 2. Sat. 6.

Cum pater ipse domus palea porrectus in Horna.

HOROCOPVS f. pro *Horoscopus*, excubitor, vel f. idem qui *Horarum Receptor*, de quo in *Horae.* Index MS. Beneficiorum Ecclesiae Constant. *Rector - - - a tempore antiquo debet dare ad prandendum duobus Horocopis dicte parochiae - - tribus sollempnitatibus anni.*

HOROCRALV. Lex. Aleman. tit. 100. *Aneta, griolae, ciconia, cornus, cornicula, columba, Horocralu, et cauha, etc.* In Edit. Lindenbrogiana abest haec vox.

† HOROLOGIATOR, horologiorum opifex, in Areost. Ms. a. 1413.

HOROLOGIVM. (1) Ὡρολόγιον, liber Ecclesiasticus apud Graecos, horas diurnas et officia continens. Vide Glossarium mediae Graecit. et Suiceri Thesaurum in Ὡρολόγιον. (2) HOROLOGIVM NOCTVRNVM inuenit Pacificus Archidiaconus Veronensis, qui vixit Lothario Ludouici Pii filio imperante, si qua fides illius Epitaphio, quod ex Panuinio recitat Vghellus in Italia sacra tom. 5. pag. 609. *Horologium Nocturnum nullus anteuiderat, en inuenit argumentum, et primum fundauerat. Nocturnum* vero dicitur ad discrimen *solaris*, seu diurni, *horologii*: proindeque illud forte fuerit, cuiusmodi hodie frequens est vius, aereum scilicet aut ferreum, quod rotis, ponderibus, libraminibus aut campanulis constat, cuius inuentor, Polydorum Virgilium et Guidonem Pancirollum lib. 2. Nouorum Repertorum cap. 10. illiusque commentatorem Henricum Salmuthum, alioque hactenus latuit. Tradunt tamen Annales Francorum anno 807. Aaronis Persarum Regis Legatos inter caetera munera Carolo M. attulisse *horologium ex aurichalco arte mechanica confectum, in quo 12. horarum cursus ad clepsidram vertebatur, cum totidem aereis pilulis, quae ad completionem horarum decidebant, et casu suo subiectum sibi cymbalum tinnire faciebant, additis in eodem eiusdem numeri equitibus, qui per 12. fenestras completis horis exibant, et impulsu egressionis suae totidem fenestras, quae prius erant apertae, claudebant.* Alia fuere *horologia* quae ex *aqua* vocat Vitruuius lib. 9. c. 9. *et quae aquis sub modulo fluentibus temperantur,* Senator lib 1. Epist. 45. Hinc HOROLOGIVM TEMPERARE, in libro Vsuum Ord. Cistercienſis c. 114. apud Bernardum Mon. pondera vel momenta librare, vel sursum eueheere, quae cum in imum delapsa sunt tum *horologium cecidisse* dicitur ibid. Statuta Ord. praemonstrat. dist. 2. c. 8. HOROLOGIVM EXCITATORIVM, Gall. *Reueil.* Chron. Mellic. c. 774. HOROLOGICA VASA, Martiano Capellae lib. 6. (3) († Perperam pro *Hortaligium*, hortus leguminum, V. in Hortus. Synodus Nemausensis an. 1284. c. de Decimis: *Districte etiam praelibemus, ne Clerici bladum, Horologia, vel quaelibet alia decimare praesumant.* Vbi vir doctus emendat *Horrea.*

† HOROLOICVS, *che colie le ort.* Glossar Lat. Ital. Ms. V. *Horoscopi.*

HOROMA, Graec. ὥραμα, visio, V. *Horama.*

HOROSCOPARIA, HOROSCOPATVS. V. *Horarum Receptor* in *Hora.*

HOROSCOPICVS, i. q. *Horoscopus* 2. Epist. Ioannis de Monasteriolo apud Mar-

Digitized by Google

Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1439. Alias *Horoſcopicus* eſt pertinens ad diem natalem apud Firmicum lib. 1. Mythol.

HOROSCOPIVM, ſignum, indicium. Miracula S. Ioannis Beuerlac. to. 2. Maii pag. 194. *Cum ſupereſſet adhuc quaſi vnius horae ſpatium vt eis ſignum ſurgendi praeberet Horoſcopium.* Sidonius lib. 4. Epiſt. 3. vtitur pro Inſtrumento ad indagandam horam natalem, a Graeco ὡροσκοπεῖον.

HOROSCOPVS. (1) *Inſtrumentum quoddam rotundum vel quadrum, habens circumquaque multas diuiſiones et mediclinium in medio, in quo ſunt foramina, per quae omnes horae et ſtellae cognoſcuntur; unde Aſtrolabius dicitur.* Sic Papias. (2) Alius *Horoſcopus* vel eſt Aſtrologus, qui horas, maxime natales, inquirit vel conſiderat; vel ea pars coeli quae geniturae tempore ab Oriente oritur vel aſcendit in hemiſphaerium; hincque *Ortus* vel *Aſcendens* dicitur; vel eſt illud punctum temporis quo quis naſcitur; vel denique idem eſt qui Excubitor, vt in Charta an. 1121. apud Miraeum to. 1. pag. 100. (3) V. *Horarum receptor in Hora.* 3

HORREARIVS, ἀποθηκάριος in Gloſſar. Lat. Graec. Sangerm. MSS. praeſes et cuſtos horrei. Nota vox Vlpiano lib. 5. §. 3. Dig. de his qui effuderint, et lib. 60. §. vlt. Locati. Senator Lib. 10. Epiſt. 28.

HORREATICVS, pertinens ad horreum. *Horreaticae ſpecies*, fructus in horrea aſſeruati, leg. 3. Cod. Theod. de conditis in horr. publ.

† HORRENDIVS, magis horrendum. Ch. Mſ. a. 1358.

HORRENTIA, auerſatio. Tertull. apud. Marc. lib. 4. c. 24.

† HORRERE, horrori eſſe, apud Gregor. Turon. t. 1. c. 42.

HORRESCENTIA, timor, pauor. Tractatus an. 1417. apud Rymer. to. 9. pag. 519.

HORREVM. Ioannes Diaconus in Epiſcopis Neapolitanis: *Ante maioris Eccleſiae fores magnum aedificauit horreum, in quo cubiculum aptauit: erat autem Horreum locus deſtinatus ad cuſtodiam pretioſarum rerum ad quotidianum vſum deſeruientium.*

HORRIBILIS, qui aliquid abhorret, refugit. Conſtantinus Africanus lib. 1. de Morborum cognit. c. 20. In Gloſſis antiquis MSS. *Horribile* exponitur *infinitum.*

HORRIDITAS, locus horridus, opacior latebra. Sallas Malaſpinae lib. 4. Rer. Sicul. pag. 302. Pro horrore uſurpauit Naeuius: *Omnia mihi horriditati erant maximae.*

HORRIPILARE, HORRIPILATIO, *cum capilli pro horore eriguntur.* Io. de Ianua. Gloſſ. Lat. Gall. *Horripilatio, Heriſſement de poil pour paour.* Gloſſ Graec. Lat. Ορριστειχιῶ, *horripilo.* Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Horripilatur, Horret.* Apuleius lib. 3.

HORRIPILATIO. (1) Io. Diaconus in Hiſt. Tranſlationis Seuerini Noricorum Apoſtoli num. 14. *Quod - - - - omnibus immenſam Horripilationem incuſſit.* (2) Tremulus motus, qui in febris reuerſione accidere ſolet. Canonizatio S. Edmundi Cantuar. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1844.

HORROR, carcer, locus caligine horridus. Epiſtola. an. 1244. apud Marten. to. 1. Anecd. c. 789.

HORSGABVLVM, vox ibrida, ex Anglico *Horſe*, equus, et *Gabulum* vel *Gablum*, cenſus, tributum; *Horſgabulum* ergo eſt redemptio pecuniaria, nomine cenſus, alicuius ſeruitii quod cum equo quis debebat. Cuſtumarium Monaſterii de Bello apud Spelman. tit. *Brenhame* fol. 91. *Alicia Frere tenet - - - et debet inde de redditu - - - - et de Horſgabulo, vt ſupra 4. den. falcare per 3. dies, etc.*

† HORTA, pro Hortus. Viſſelbec. Chron. Huxar. ad a. 1297.

HORTALE, hortus. Iohannes de Cermenate Hiſt. de Mediolano cap. 27. apud Murator. to. 9. col. 1245. *Non plura inquiens inualidum e lecto tollit, quem tranſacto vicino muro per Hortalia Monaſterii Horoni in Monialium interiora domus ſecum defert.* Chron. Modoet. apud eun-

Digitized by Google

to. 12. col. 1100. *Guido ua per vicina hospitia, mu- ordalia transiens etc.*

RTALIA, HORTALITIA, ole- a id generis, quae in hortis ur, in Statut. Montisreg.

RTALIGIA, olera, legumina i. q. *ilaria*; Statutis MSS. Augerii isc. Conferan. an. 1280.

RTALIS, hortus, Italis, *Hortali e di molti horti*, *Curtilis*: in arta anni 1009. apud Vghellum 3. p. 61. et in alia Willelmi Regis Sicilian. an. 1179. apud eundem to. 1. pag. 715. ORTILIS, in Charta. ex Tabulario Eccl. Gratianopolit. fol. 48.

HORTALITIVM, diminut. ab *Hortus*. Vita. B. Lucheſii to. 3. Aprilis pag. 599.

† HORTATIS, mendoſe pro *Hortalis* in Inſtrum. t. 6. Gall. Chriſt. pag. 442.

HORTATVS, impetu detruſus, *Horten* Germanis et Belgis. Lex Alaman. tit. 99. §. 2. *Si brocarius ligatus, de via Hortatus vel battutus fuerit.* Alii legendum cenſent *Oſtatus*. Vide Legem Salicam tit. 27. §. 20.

† HORTELLVS, ager cultus et clauſus, in Act. SS. t. 1. Iul. p. 50.

HORTICELLVS, parvus hortus. Bulla Stephani III. PP. an. 755. apud Felibian. in Hiſt. S. Dionyſii p. XXVIII.

HORTICVLA, hortulanus. Epiſtola apud Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1391.

HORTICVLVS, *Hortulanus*, *hortorum colens*. Vetus Gloſſ. MS. Sangerman.

HORTIFER, hortus, *Curtilis*. Vetus Charta apud Vadianum de Monaſteriis, etc.

HORTILIO, hortulanus; ſed proprie *arearum*, *des aires*, Gallis, *Ortillon*. Gloſſ. Iſid. *Hortilio*, *horti cuſtos*. Will. Brito in Vocabul. *Ortus*, unde *Hortilio*, *et hortolanus*.

† HORTIS, hortus, in Chartul. Bitur.

† HORTIVVS, hortenſis in Stat. Cadubr. l. 3. V. *Ortinus*.

HORTOLAGIVM, praeſtatio pro leguminibus quae in hortis creſcunt, († et legumina ſeu olera ipſa.) Tabularium Epiſcopatus Autiſſiod. Monaſticum Anglic. t. 1. pag. 436. Notitia Eccleſiae Dinienſis per Gaſſendum pag. 83. ORTOLAGIVM, paſſim.

HORTOLANVS, ſeu ORTOLANVS, hortulanus. Monaſticum Anglic. t. 1. p. 593.

† HORTORAGLIAE, olera et alia id genus, quae in hortis naſcuntur. Stat. Montis. reg. p. 225.

HORTVLANVS, officium Monaſticum, cui horti cura incumbit, apud Vdalricum in Conſuetud. Cluniac. l. 3. c. 20. Liber Ordinis S. Victoris MS. c. 11.

HORTVLARIA, olera, legumina, et alia id genus, quae in hortis naſcuntur. Ch. an. 1108. apud Baluzium to. 5. Miſcell. p. 373.

HORTVS DOMINICALIS, abbatialis. Tranſactio inter Abbatem et Monachos Craſſenſes an. 1351. ex lib. viridi fol. 53. HORTVS, ſeptum, Gall. *Clos*. Charta anni 1122. to. 2. Rer. Mogunt. p. 744. HORTVM, hortus. Teſtam. S. Gennadii Epiſcopi Auſturic. to. 3. Concil. Hiſpan. pag. 272. *Terra de Scalido eiecî*; *Horta et omnia quae ad vſum monaſterii pertinent*, *impoſui*.

† HORVLA, temporis punctum. Elmham. in vita Henr. V. reg. Ang.

HOSA. (1) Tibiale, caliga, Gall. *Heuſe*; *Hoſella*. Gall. *Houſeaux*. V. in *Oſa*. (2) (*) Paruum dolium ligneum, Germ. eine Hoſe.) *Hoſa vini*, tom. 11. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 201.

HOSCHA, portio terrae arabilis, foſſis vel ſepibus vndique clauſa, Gall. *Hoſche*. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 43. V. *Olca*.

HOSOLA, V. *Hoſclea*.

† HOSEBONDRIA, f. vox compoſita et male ſcripta, ex *Hoſcha* et *Bondus*, colonus, ruſticus. *Hoſebondria pro manerio cuſtodiendo*, in Codd. Mſ. reg. Angl. p. 165. edit. a. 1734.

HOSNVM, ξύλον, *lignum*. Gloſſ. Lat. Graec. MS. Sangerman.

Digitized by Google

HOSOBINDA, idem quod *Hosa*. V. *Osa*.

HOSPES. (1) Burgundi, peruasis Galliarum finibus, cum veteribus incolis, quos *Romanos* vocabant, agros, terras ac praedia, et mancipia ita partiti sunt, vt Burgundis duae terrarum partes, mancipiorum tertia, reliquae cederent Romanis, quos ex eo *Hospites* appellabant, quod ab iis Burgundi, atque adeo Barbari, veluti aduenae hospitio recepti, et in rerum possessionis adsciti rebus iisdem *Hospitalitatis iure* gaudere ac frui dicerentur. Id colligere est ex Legibus Burgundionum, ac potissimum tit. 54. §. 1. Adde tit. 84. §. 2. 3. Videntur tamen vterque, Romanus scilicet et Burgundio, suo quilibet respectu, *Hospites* appellari in tit. 13. Inde vt videtur, (2) HOSPITES dici coepere apud Gallos *villarum*, seu pagorum incolae, quos alii *Mansionarios* vocant, qui scilicet domos incolunt sub censu annuo, qui *Hostisia* nuncupatur, eoque nomine *rescandisiam*, hoc est, *residentiam* debent, et *stagium*, vnde et *Stagiarii* vocantur; *Hostes*, in Consuetudine Siluanectensi art. 112. 120. Annales Francor. Bertiniani, et Chronicon de Norman. gest. an. 869. *De unoquoque manso ingenuili exiguntur 6. denarii, et de seruili 3. et de accolis vnus et de 2. Hospitibus vnus, etc.* Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 496. *Dominatum omnium Hospitum, qui Parnis degebat, ita Monachis concessit, vt si eisdem forisfacerent, non eos per domos eorum, sed per alium fiscum castigarent.* Eiusmodi hospitium non semel praeterea meminit, p. 465. 576. 587. 605. etc. Differebant porro a seruis, seu a scriptiis et glebae adscriptis, coloniseque accensentur, in Charta Ludouici VII. an. 1179. in Tabular. Monast. S. Genouefae. Longe potiora fuisse illorum priuilegia colligere est ex Charta an. 1165. Non secus enim ac milites inferioris gradus in exercitum pergere minime tenebantur, nisi prius per nuntium domini sui capitalis moniti fuissent ac requisiti. Charta Philippi Alsatii Flandriae comitis an. 1165. apud Miraeum Diplom. Belgic pag. 705. *Hospites vero Ecclesiae Hospitibus Comitis omni Lege et consuetudine ita pares esse dixerunt, vt nec in exercitum vadant, nisi per Abbatis nuntium moniti, quando Comitis Hospites per nuntium eius moniti iuerint.* HOSPITES CAPITALES, iidem fortasse qui *Manumissi capitales*, quibus licet conditionali libertate domos praedia seu hospitia habitanda excolenda committebantur, sub certa fructuum redhibitione. Charta Roberti Archiep. Rotomag. a. 1025. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 146. *Et quatuor Capitales Hospites in Marculfi villa, etc.* HOSPITES FEODI, qui praecipuum feodi *manerium* habitant et excolunt. Chartularium Capituli Ambian. † HOSPES MVTARIVS, habitator alicuius loci qui vectigalia publica exigit. Correct. Stat. Cadubr. c. 98. V. *Mutarius*. HOSPITES OBLATIARII, qui se vltro Ecclesiis addicebant ac offerebant. Chronicon Maurinianense lib. 1. † HOSPES PLENARIVS, qui cunctis seruitutibus, quae *hospitis* conditioni addictae sunt, obnoxius est. Ch. Ms. a. 29. Henr. 1. reg. Fr. (3) Obsides, *Hostes*, Gallis, quod apud eos, ad quos in obsides mittebantur, *hospitarentur*, ac diuerterent, in Epist. 16. Codicis Carolini. V. *Hostaticus* in *Hostagium*. (4) Pauperes. Riculfus Suessionensis Episcopus in Constit. an. 889. c. 11. de partitione facultatum Ecclesiae: *Ex quibus vna est si voluerit, Episcopi; alia ad luminaria et sarta tecta, id est, restaurationem Ecclesiae, tertia Presbytero et suis, quarta hospitibus deputata.* Vbi Concilia habent *pauperibus*. (5) HOSPES GENERALIS, magnus Metator hospitiorum, qui vulgo *Mareschal des logis*. Statutum Henrici V. Regis Angliae apud Nicolaum Vptonum lib. 4. de militari officio. V. *Hospitator*.

HOSPICIATVM, *Gistum*, V. *Hospitium*.

Digitized by Google

CIETVS, seu HOSPITIA-, ipsa hospitum conditio, quae *colonatu* iungitur in Charta uici Regis Fr. an. 1179. in Ta- S. Genouefae Paris. *Vt quia mes Hospicietum et colonatum fae cognoscebant*, etc. ILITAS, pro *Hospitalitas*, in or. MS. Monast. Gemmetic. 5.

PITAGIVM. (1) Idem quod *um*, *procuratio*. Charta Guil- ni Abb. Floriac ann. 1296. ex artul. Floriac. *Burgenses de Ca- tione remanebunt et erunt quitti et immunes - - - de omni Hospita- gio, de ferculis nuptiarum vocatis Espanles*, etc. (2) Hospitium, do- mus. Charta Hugonis Vicecomit. in Chartul. B. Magdelenae Castro- dun. fol. 17. (3) † Ius capiendi ligna *hospitio* construendo vel repa- rando necessaria in foresta. Ch. Ms. Hugon. de Montef. V. *Herbegage*.

† HOSPITVLAGIVM, tribu- tum, quod pro *hospitandis* mercibus soluitur, i. q. *Hostilagium*. Ch. Ms. a. 1344. V. *Hospitamentum*.

† HOSPITALANVS, i. q. *Hospitala- rius* 4. in Ch. a. 1249. inter Mo- num. Eccel. Antiq. p. 668.

HOSPITALARIA. (1) Xenodochi- um. Computus an. 1202. apud D. *Brussel* de vsu feud. t. 2. p. CXCIV. (2) Domus, domicilium. Epistola Conradi Regis apud Marten. to. 2. Ampliss. Collect. col. 1201. (3) Domus hospitum, in Monasteriis. Statuta Ioannis Archiepiscopi Can- tuar. an. 1279. (4) Officium *Hospi- talarii* in Monasteriis. Bulla Pauli III. PP. ann. 1536. apud Miraeum to. 2. p. 1051.

HOSPITALARIVS. (1) HOSPITA- LARII DE PONTE, V. *Fratres de Ponte*. (2) HOSPITALARIVS, Graecis ἡγουμενιαίρχης: sic enim ap- pellatur ὁ εἰς ὑποδοχὴν τεταγμένος τῶν εἰς τὸ ἡγουμένιον καταλυόντων ξένων, in Martyrio SS. XX. Pa- trum Sabaitarum num. 34. Tabul. Vindocinense Thuanum Ch. 52. HO- SPITALARIVS GRANGIAE, fra- ter conuersus apud Cistercienses, cui praedii seu villae rusticae, sub *Magistro grangiae*, cura incumbit. Regula Conuersorum Ord. Cisterc. apud Marten. to. 4. Aneed. c. 1650. (3) HOSPITALARII, appellati Milites Ordinis S. Ioannis Hierosо- lymitani, quod primitus Hierosoly- mis in Hospitali S. Ioannis Eleemo- nis sedes suas fixissent, peregrino- rum obsequiis addicti. De istius Ordinis origine et incrementis agunt prae caeteris Will. Tyrius lib. 18. c. 5. HOSPITALARII TEVTO- NICI, seu *sanctae Mariae Theutoni- corum in Hierusalem*, ordo institu- tus sub regula Augustini, de quo pluribus agunt Chronicon Montis Sereni an. 1190. Iacob. de Vitriaco in Hist. Hieros. c. 66. HOSPITA- LARIORVM S SPIRITVS ordi- nem in Gallia instituisse aiunt Gui- donem, nescio quem comitem apud Montempessulanum, quem postmo- dum confirmauit Innocentius III. PP. de quo plura Gariellus pag. 178. Spondanus, Sammarthani in Epi- scopis Magolon. n. 24. (4) HOS- PITALARII vtriusque sexus, qui in hospitalibus aegrorum ac pauper- rum obsequiis addicti Regulam S. Augustini profitentur. De his Iacobus de Vitriaco in Hist. Occid. cap. 29. (5) Ipsi hospites, apud Thwrocziuм in Hist. Hungar. 2. part. c. 3.

HOSPITALE. (1) Palatium, Gall. *Hotel*. Litterae Ludouici Regis Franc. tom. 1. Ordinat. pag. 61. *Actum apud Hospitale iuxta Corbolium, an- no Domini MCCXXVIII. mense Iu- nii*. (2) HOSPITALE, et HOSPI- TALIS, Hospitium, diuersorium. Iulius Africanus lib. 6. Hist. Apol. *Haec cum dixissent Apostoli, depor- tati sunt ad Hospitalia Magi* etc. (3) HOSPITALE, seu OSPITALE, ξενὸν, τὸ δῶρον τὸ πεμπόμενον ξένοις, in Gloss. Gr. Lat. vbi legendum ξε- νοῖς. HOSPITALIS, vel HOSPI- TALE, HOSPITALIVM, xenodo- chium. Gloss. Graec. Lat. Ξενοδοχεῖον, *Hospitalium*. Epistola Alcuini. *Con- sideret quoque tua diligentia in elee- mosynis, vbi Xenodochia, id est, Hospitalia fieri iubeat, in quibus sit quotidiana pauperum et peregrinorum*

Digitized by Google

ſuſceptio. (4) Locus, ſeu aedes in Monaſteriis, vbi hoſpites et aduenae recipiebantur, quae *Domus hoſpitum* apud Victorem III. PP. l. 2. *Domus Hoſpitalis* in libro Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. c. 17. *Hoſpitium* apud Caeſarium lib. 1. Miracul. c. 13. *Cella Hoſpitum*, in Addit. 1. Capitul. 34. quomodo *Cellulas Hoſpitales* dixit Paulinus Nolan. Epiſt. 20. extrema. Diploma Caroli Caluian. 877. apud Miraeum to. 1. p. 138. *Inſuper etiam concedimus - - - - ad Hoſpitale eiusdem Coenobii, infra ipſum monaſterium, manſum unum, et in villa Ampleias manſos II. atque in Rulliaco ſericos duos.* (5) HOSPITALIA, aedificiola quae ad *curtem* ſpectant. Teſtam. Tellonis Epiſc. Curienſis a. 767. apud Mabill. to. 2. Annal. pag. 708. *Tabulata, torbaces, vel alia Hoſpitalia, vel cellaria, et quidquid ad ipſam curtem pertinet, omnia ex integro, etc.* (6) Domus Hoſpitalariorum militum ordinis *S.* Ioann. Hieroſolym. Ch. a. 1225. inter Probat. t. 2. Hiſt. Burg. p. 9.

HOSPITALERIVS. (1) Idem qui *Hoſpitalis*, 1. in Charta Curiae Arelat. an. 1225. ex Cod. MS. D. *Brunet*: *Non poſſimt Hoſpitalerii - - - facere deuendudam in palude.* (2) Idem qui *Hoſpitalarius* 2. in vet. Ceremoniali MS. B. M. Deauratae.

† HOSPITALETTVM, diminut. ab *Hoſpitale*, hoſpitium, diuerſorium. Ch. an. 1297. ap. Lam. in Delic. erud.

HOSPITALIS. (1) Idem qui *Hoſpes* ſiue *Manſionarius*. Charta an. 1216. apud Thomaſſerium Conſuet. Bituric. p. 83. (2) Hoſpitalarius, diuerſoriarius, ξενοδόχος, πανδοχεύς, Gallis *Hoſtelier*. Vtitur Lucas Tudenſ. lib. 3. contra Vald. a. 14. (3) Idem qui *Hoſpitalarius*, ſeu cui cura eſt hoſpitii Monachici, in Vſibus antiquis Ciſterſienſibus c. 74. 75. 80. 87. etc. in Chronico Montis Sereni anno 1210. pag. 92. (4) Xenodochium, V. *Hoſpitale* 3. (5) Diuerſorium, V. *Hoſpitale* 2.

HOSPITALITAS. (1) Studium quis afficitur erga peregrinos, q benigne excipit: vox Latinis S ptoribus nota. Hanc in Germ Tacitus, in Slauis mire commen Helmoldus l. 1. c. 83. et lib. 2 12. (2) Merationus, cui omnes noxii, praeter cos, qui illuſtri donati erant dignitatibus, in L 10. 11. 12. etc. Cod. Th. de M tis, *Vbi Hoſpitalitatis munus, p bitio, hoſpitum moleſtia, inquietu* Ita HOSPITALITAS, uſurpatur *giſto* ſeu *procuratione*, in Capitula 1. anno 809. c. 35. Capitul 2. eiusdem an. c. 15. et lib. 3. Capit. 25. *De Hoſpitalitate et ſuſceptione itinerantium, tam Miſſorum noſtrorum, quam reliquorum honorum hominum* (3) HOSPITALITATIS DOMVS, hoſpitium, diuerſorium, apud Gregorium Turon. lib. 2. Mirac. c. 15. (4) Hoſpitale, xenodochium. Henr. Knyghton lib. 1. c. 2. (5) Eleemoſina, quae ad hoſpitalia praebetur. Chronicon Abbatum Lobienſium p. 599. (6) Manſio, domus, domicilium. Charta a. 1259. ex Tabul. Diuion.

HOSPITALITIVM, idem quod *Hoſtiſia*, domus. Tabularium Eccleſiae Carnotenſis Ch. 72.

HOSPITALIVM, V. *Hoſpitale* 3.

HOSPITAMENTVM. (1) Hoſpitium in quo *Hoſpes*, ſeu *Manſionarius* habitat. Tabularium S. Vincentii de Nemore an. 1164. (2) Idem quod infra *Hoſtilagium* V. in hac voce. Chronicon S. Petri Viui to. 2. Spicileg. Acher. p. 776.

HOSPITARE. (1) Hoſpitio excipere. Leges Edwardi Confeſſ. c. 27. *Si quis Hoſpitauerit priuatum vel alienum - - - potuerit eum noctibus habere duabus tanquam hoſpitem.* HOSPITARI, eadem notione. Statuta Arelat. MSS. (2) Hoſpitium, ſeu *Manſionaticum* praebere vel accipere. Charta Willelmi Comitis Niuernenſis. HOSPITARE DECIMAS, ſeruitii ſpecies, quo quis fructus decimales domini ſui recondere, aut iis recondendis locum commodare tenetur. Charta an. 1246. in Chartular. S. Vandregeſ. to. 1. p. 325.

(3) Ho-

Digitized by Google

Hoſpites in villa collocare, ſtatue- Tabular. Vindocinenſe Ch. 508.

Hoſpitium, ſeu aedem aedifi- Leges Burgor. Scoticor. c. 29.

ITARIA, i. q. *Hoſpitalaria*, do- hoſpitum. Vita S. Zitae to. 3. rilis p. 507. HOSPITAS, ea- ſignificatione. Inſtitutiones roldi Abb. Fabarienſis t. 5. Annal. 679.

PITARIVS, i. q. *Hoſpitalarius* 2. Chartis Alemannicis Goldaſti 16. 25. 26. et in libro Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 17. vbi de eius officio: *Hoſpitarius maior - - - in hoſpitali aſſidue commorari debet et nocte iacere, vt ea, quae inibi continentur, cuſtodiat et paratus ſit omni tempore aduenientes quosque, quos recipi oportet, ſicut oportet, recipiat, etc.* SVBHOSPITARIVS, qui *Hoſpitario* ſubeſt, et ei eſt adiutor, in eodem libro Ordinis S. Victoris Pariſienſ. c. 14. 15.

HOSPITAS, V. *Hoſpitaria.*

HOSPITATICVM. Pactum Arechis Principis Beneuentani cum Neapolitanis, apud Camillum Peregrinum in Hiſt. Longobardorum. *Diuidantur ipſae terrae in tertiam partem, vnam partem tollat exinde pars de Neapolim pro ipſa Hoſpitatica, et aliam pro ipſi ſoli, tertiam partem tollat exinde pars de Capua.* Infra: *Inquiratur diligenter ad qualia Hoſpitatica fuerunt pertinentia antiquitus.* Loquitur ibi de *fundis exfundanis* aut *exfundatis.* In Diplomate Henrici Regis Francorum an. 29. pro Abbatia Trenorchienſi occurrit *Hoſpitaticum* cum *nouatico, ſalutatico, rotatico, etc.* Vbi pro iure exigendi *giſtum* ſeu *procurationem* accipi videtur: non ſecus ac in Charta Carolomanni Reg. Franc. an. circiter 880. Append. ad Marcam Hiſp. col. 812. *Concedimus etiam - - vt nullus iudex publicus audeat a famulis tam liberis quam colonis ipſius loci Hoſpitaticum, montaticum, rotaticum - - exigere.*

HOSPITATIO. (1) Seruitus quae ab *Hoſpite* ratione domicilii ſui quotannis domino praeſtatur. Charta an. 1177. apud Thomaſſerium Conſuet. Bitur. p. 73. (2) Ius diuertendi in domum alterius *hoſpitandi* cauſſa, vel redemptio pecuniaria eiusmodi iuris. Diploma Conradi II Imper. an. 1145. apud Marten. t. 1. Ampl. Collect. col. 778.

HOSPITATOR. (1) HOSPITATOR MAGNVS, hoſpitiorum et caſtrorum praefectus, Gall. *Mareſchall de camp.* Regimina Paduae ad a. 1320. apud Murator. t. 8. col. 432. (2) Caupo, ſtabularius, tabernarius, Gall. *Hoſtelier.* Miracula B. Simonis Eremit. Auguſt. to. 2. Aprilis p. 829. *Qui nunc moratur Bononiae in Hoſpitio Sotti Hoſpitatoris.*

† HOSPITATVRA, manſio, domus, hoſpitium. Ch. Mſ. a. 1133. V. *Hoſpitalitas.*

HOSPITATVS. (1) De fundo vel domo dici videtur quae *hoſpiti* ſub certis ſeruitiis conceditur. Monaſticum Anglic. t. 1. p. 511. *Ex dono Gilberti filii Nigelli totum pratum tam Hoſpitatum, quam non Hoſpitatum, quod eſt ſub habitaculo eorundem Monialium.* Inſtrum. a. 1082. apud Kennet. Antiquit. Ambrosden. p. 66. *Idem Robertus habet XLII. domus Hoſpitatas tam intra murum quam extra.* V. *Hoſpitare.* (2) HOSPITATVS, HOSTAGIA, HOSTIGIA, HOSTISIA, etc. vnum idemque ſonant, ſcilicet ſeruitutes manſioni addictas, quae ab *Hoſpite* ratione domicilii ſui quotannis domino praeſtantur. *Hoſpitatus* et *Colonatus*, in Charta anno 1179. ex Tabulario S. Genouefae Pariſ. *Hoſtiſia, Hoſtagia*, in aliis, *Hoſtiſes*, in Conſuetud. Bleſenſi art. 40. Charta Raimundi Comitis Burgundiae apud Perardum p. 198. *Et perdonaui - - manentibus arbergarias, cornatas, expeditiones, Oſtiſias, iuſtitias, etc.* Sed hae appellationes ipſis domiciliis *Hoſtiſiae* obnoxiis poſtmodum attributae. Charta Odonis Epiſc. Pariſ. an. 1199. ex Tabulario Epiſcopatus Pariſienſis Bibl. Puteanae fol. 50. *Terram noſtram de Marna, in qua nemus olim fuiſſe dignoſcitur, ad Hoſtiſias dedimus ad cenſum: tali modo, quod quaelibet Hoſtiſia habebit 8. arpennos terrae cultibiles et vnum*

Digitized by Google

arpennum ad herbagium faciendum. Vbi *herbagium* idem valet ac *herbergium*, domicilium. Charta a. 1262. ex Tabula Calenſi: *Item tres Hoſtiſias ſuper tribus manſuris in eadem villa ſitis - - quae quidem tres Hoſtiſiae honeratae erant ipſi armigero.* Alia apud Hemeraeum p. 55. *In domibus, Hoſtigiis et diſtrictu. Hoſtagia* apud eundem Hemeraeum p. 195. (3) † Manſio, domus, i. q. *Hoſpitatura.* Chartul. Miciac.

HOSPITELARIVS, officiorum magiſter, Gall. *Maître d' hôtel.* Inſtrum. a. 1302. apud Ludewig. t. 5. Reliq. MSS. p. 257.

HOSPITIA, hoſpitium, domus, manſio. Charta an. 1241. t. 2. Hiſt. Meld. p. 144.

HOSPITIATVS, V. *Hoſpicietus.*

† HOSPITISIA, familia, domus. Ch. Mſ. Theob. comit. Bleſenſ. an. 1103.

HOSPITISSA, hoſpes, manſionaria. Codicellus a. 1286. apud Marten. t. 1. Anecd. col. 1227.

HOSPITIVM. (1) Idem quod *Giſtum, procuratio, Moleſtia hoſpitum*, in l. 2. et 4. Cod. de Metatis. Synodus Ticinenſis anno 855. *Quando etiam Epiſcopos, Abbates, vel Comites, ſeu fidelium noſtrorum quempiam in propria villa morari contigerit, cum ſuis in ſuis maneant domibus, ne ſub obtentu Hoſpitii vicinos opprimant vel eorum bona diripiant.* Concilium anonymum an. 904. c. 11. *Vt in domibus Eccleſiarum neque Miſſus, neque Comes, vel index quaſi pr. Conſuetudine, neque placitum, neque Hoſpitium vindicent, etc.* HOSPICIETVM, eadem notione. Stephanus Tornac. Epiſt. 282. Ed. Molineri. (2) Domus, in quo conſiſtunt *hoſpites*, ſeu *Manſionarii.* Concilium Senonenſe ſub Lothario Imp. a. 834. *In ſumma ſunt manſa centum nonaginta, et Hoſpitia decem et nouem.* (3) Domus hoſpitum in Monaſteriis, in Charta Charitatis Ciſtercienſis c. 2. apud Caeſarium l. 1. Miracul. c. 13. etc. (4) HOSPITIVM REGIS, regis familia, Gallice *Maiſon du Roy.* Epiſtola Petri de Condeto to. 2. Spicil. Acher. p. 566. MAGISTER HOSPITII, in Charta Caroli VIII. Regis Franc. an. 1497. apud Ludewig. to. 6. p. 97. *Dominus de Fay Magiſter Hoſpitii noſtri nobis retulit, quo pacto ob aduerſam valetudinem, que ſibi contigit in itinere, communicatio illa - - - fuerit interrupta.* (5) HOSPITIA STVDIORVM: ita vocant in Anglia Iuris Collegia in *Vniuerſitatibus* ſeu Academiis, in quibus, qui Iuri addiſcendo operam collocant, morantur. Ioannes Forteſcutus de Laudibus Legum Angliae cap. 49. (6) † HOSPITIVM FORTALITIVM, domus munita, arx. Ch. Mſ. a. 1302.

HOSSA, tibiale, caliga, Gall. *Heuſe, Houſeaux*, V. *Oſa.*

HOST, V. *Hiſtis.*

HOSTA, funis nautici genus, vulgo *Hource*, ductorius funis; († vel potius Iuncus Hiſpanicus, ex quo texitur.) Informationes ciuitatis Maſſil. de paſſagio transmarino ex Cod. MS. Sangerman. fol. VIIIXX. XVII. *Item in ſarcia Hoſtarum et pro tonegando nauem CCXL. paſſorum.*

HOSTADES, an tibialium ſeu caligarum ſpecies, derorta voce ab *Hoſſa*? Inſtrumentum an. 1412. apud Rymer. t. 8. p. 754. *Sex paria de gantelez, ſex Hoſtades, quatuor pelues, etc.* V. *Oſtada.*

HOSTAGIA, V. *Hoſpitatus* 2.

HOSTAGIAMENTVM, obſes, vadimonium, ſecuritas, Gall. *Otage.* Inſtrum. a. 1342. t. 2. Hiſt. Dalphin. p. 439. *Qua die homines de Romanis, videlicet viginti burgenſes et viginti populares intrabunt et intrare debent Hoſtagiamenta penes dictum Dominum Dalphinum.* HOSTAGIMENTVM, eadem notione. Inſtrum. a. 1334. to. 2. Hiſt. Dalph. p. 252. V. *Oſtagiamentum.*

HOSTAGIARE, ſecuritatem, vadimonium dare, liberari ſub conditione dandi obſides. Chronicon Senonienſe l. 5. c. 9. t. 3. Spicileg. Acher. p. 429. *Plebanus vero nolens longius ita detineri, Hoſtagiauit ſe pro ſexaginta libris, et ſic receſſit, et veniens, nuncianit Epiſcopo.*

HOSTA-

Digitized by Google

ARIA, securitas, Gallis, *Ostagiere.* Pactum a. 1206. gesti Honorii III. PP.

IARIVS, obses, fideiussor. Massil. l. 5. c. 36.

GIVM, († census annuus ratione domicilii debetur.) Mo- um Anglic. t. 1. p. 348. *Has ego et haeredes mei acquietabi- erga Regem de scutagio et Hosta- et omni auxilio et alio seruitio Regem pertinente.* Census annuus, ratione domicilii debetur, vt ex Chartulario S. Vedasti Atrebat. Lit. V. p. 192 manifestum fit: *De Hostagiis autem, id est, censibus domorum, quoniam inoleuit nequitia - - vt qui Hostagia debent, ea ab ecclesia abalienare - - contendant.* (2) Mansio cum certa portione sub censu annuo *hospiti* seu rustico ad excolendum concessa, Gall. *Hostise, hostage.* Charta an. 1154. to. 3. Gall. Christ. col. 354. *Confirmamus vobis Hostagia quae dedit vobis Robertus Praepositus.* (3) Vadimonium, ex Gall. *Hostage; Obsidiatus,* Eutropio lib. 2. et Ammiano l. 16. Matth. Paris. p. 216. *Dux Bauariae et alii diuites in Hostagio remanserunt.* HOSTAGIVM TENERE, *Ostager;* dicitur de debitore, qui intra praefinitos fines consistere tenetur, donec creditori satisfecerit. Statuta Massil. l. 2. c. 1. §. 19. V. *Ostagium,* (4) † Ius illius qui decimas colligit, i. q. *Cario* et *Redecima.* Ch. Ms. an. 1217.

HOSTAGIVS, OSTAGIVS, HOSTIAGIVS, obses, Gall. *Hostage.* Guill. de Podio-Laurentii c. 14. *Ipso Vicecomite - - in Ostagium remanente.* Adde Henricum Knygthon. a. 1295. Sic autem dictus, quod obses in alterius potestatem transierit, eiusque *hospes* esset, vti supra obseruatum; praeterea sponsor, praes, qui pro altero spondebat sacramento interposito: quia si is, cuius praes erat, pactum non adimpleret, in potestatem illius, cui fideiussionem praestiterat, transibat, donec illud adimpleretur. Charta Ricardi Regis Angliae a. 1195. apud D. Brussel de Vsu feud. t. 2. p. XVII.

HOSTALAGIVM, HOSTELAGIVM, pretium quod pro exhibito hospitio exsoluitur. Limoorch. Sent. Inquis. p. 123.

† HOSTALARIA (1) Officium, cui hospites suscipiendi cura incumbit, ap. Stephanot. t. 1. Antiq. Vascon. p. 532. (2) Diuersorium, Gall. *Hotellerie.* Mirac. Ms. Vrbani V.

HOSTALAYRIA, in Act. Ms Inquisit. Carcass. a. 1308. V. *Hostellaria* 4.

HOSTALARIVS, qui mercatoribus extraneis domos vel apothecas locat. Litterae Philippi VI. Regis Fr. a. 1335. t. 2. Ordinat. p. 115. Vide *Hostilagium.*

† HOSTALICOS TENERE, i. q. *Hostagium-tenere,* in Consuet. Perpin. Ms. c. 40.

HOSTALLERIVS, caupo, stabularius, Gall. *Hotelier.* Acta SS. t. 1. Iulii p. 566. V. *Hostellarius.*

HOSTARIA, V. *Hosterius*

HOSTATICARE, V. *Obsticare.*

HOSTATICVM, OSTATICVM, obsidium, *Hostage.* Charta M. a. 1316. *Nos spectata aliqua monitione veniemus intus villam de Coirio, vbi tenebimus et seruabimus praedictos Hostaticos.* Charta Ioannis XIII. PP. apud Vghellum to. 2. p. 15. *Neque ripaticum, aut telonemum, siue Ostaticum, neque paratum faciant.* Sed hic pro *Hostiaticum* videtur sumi.

HOSTATICVS, obses, interdum fideiussor, Italis *Stastico.* Vetus Charta apud Beslium p. 390. *Dedit autem Bernardus Comitem in pleuone Hugoni, et 4. Hostaticos, per talem conuentum, quod si Bernardus per fidem attenderit tibi tuas conuenientias, ego eos tibi reddam in captionem etc.* Occurrit ibi pluries.

HOSTELACIVM, V. *Hostalagium.*

HOSTELARIA, V. *Hostellaria.*

HOSTELARIVS, V. *Hostellarius.*

† HOSTELERAGIVM, diuersorium, Gall. *Hotellerie.* Ch. Ms. a. 1395.

HOSTELICIA, HOSTELICIVM, V. in *Hostis.*

HOSTELINA, praestatio in belli expensas et sumtus. Tabularium S. Remigii Remens. V. *Hostilitium.*

Digitized by Google

HOSTELLARIA. (1) Eleemosynaria, domus eleemosynae, in qua hospites et aduenae gratis excipiuntur, in Chronico Andrensi p. 361. 414. et t. 1. Monast. Anglic. p. 298. V. *Hospitalaria.* HOSTELARIA, eadem notione. Charta ex Tabular. S. Bartholomaei Berhun. fol. 61. (2) Domus hospitum in Monasteriis. Charta a. 1130. apud Miraeum t. 1. Diplom. Belgic. p. 382. (3) Officium eius, cui cura est hospitii Monachici. Bulla Pauli III. PP. an. 1537. t. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. III. (4) HOSTELLARIA et HOSTELARIA, diuersorium, Gallis *Hotellerie.* Charta an. 1377. ex Archiuo Camberiaci.

HOSTELLARIVS. (1) Monachus qui hospites excipit. Charta an. 1167. apud *Madox* Formul. Anglic. p. 117. (2) HOSTELLARIVS, HOSTELARIVS, caupo, stabularius. Acta SS. t. 1. Aprilis p. 148.

HOSTELLENSES, V. *Hostollenses.*

† HOSTELLERIA, i. q. *Hostellaria* 4. in Testam. Ms. a. 1390.

† HOSTENA, i. q. *Hostis* 2. seu obligatio eundi in exercitum, t. 7. Ordin. reg. Fr. p. 596. V. *Hostelina* et *Ostaliena.*

† HOSTENDERE, pro ostendere, tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 233.

HOSTENDITIVM, HOSTENDVCIAE, Germ. Hoſtendienſt, seruitium bellicum, quod vassallus domino praestare tenetur; vel potius ea praestatio, quae a vassallis fit pro *hostis*, i. e. belli sumptibus. Baratus e lib. 4. Feud. tit. 48. Vide *Hostis.*

HOSTENDVCIAE, Vide in *Hostenditium.*

HOSTERIA, sacra pyxis, ciborium, Gall. *Ciboire.* Ch. apud Stephanot. t. 1. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. p. 421. *Item vnam Hosteriam argenti deauratam cum armis domini Cardinalis.* V. *Hostiaria.*

† HOSTERIVS, tabernarius, Gall. *Hotellier.* Stat. datiar. Riper. cap. III.

HOSTIA. (1) Panis ad sacrificium eucharisticum destinatus. Charta a. 1257. ex Tabular. S. Mariani [illegible] tissiodor. *Dedi et concessi vnum [illegible] xtarium frumenti boni et laudab[illegible] pro Hostiis in dicta ecclesia faciend[illegible]* (2) HOSTIAE CAVDAM IMM[illegible] LARE, prouerbialis formula, p[illegible] quod coeptum est perficere. Epi[illegible] la Gaufredi Abbatis S. Barbe[illegible] apud Marten. t. 1. Anecd. col. 5[illegible] *Dilecto dilectori suo Hugoni fra[illegible] Gaufredus talarem induere tunic[illegible] et Hostiae caudam immolare.* (3) Pro *Hostisia*, vt videtur, seruitium quod ratione Hospitii a colono d[illegible] betur. Chartularium SS. Trinitatis Cadom. fol. 46. vo. *Hedricus 30. denar. - - - et praeter haec Hostiae et herces quae pluris facio.* V. *Hospitatus.* (4) † Panis tenuissimus ex farina et aqua confectus in modum panis eucharistici. Comput. a. 1393. inter Probat. t. 3. Hist. Nem. p. 124. V. *Oblata.*

HOSTIAGIVS, V. in *Hostagius.*

HOSTIALIS, pallium, V. *Ostialis.*

HOSTIARIA. (1) Pyxis, quae hostias consecrandas continet, in Ceremoniali Episcop. libro 1. cap. 12. V. *Hosteria.* (2) † Limen superius, vt videtur, vel postis. Comput. Ms. eccl. Paris. a. 1381. *Corruendi totam hostiariam magnae portae.*

HOSTIARIVS. (1) Cui de pane Eucharistico ecclesiam aliquam prouidere incumbit. Tabular. S. Theofridi in Velauis. (2) Apparitor, Gall. *Huissier.* Litterae Iohannis Regis Franc. an. 1351. to. 2. Ordinat. p. 600. (3) HOSTIARIVS ARMORVM, Gallis *Sergent d'armes.* Ch. an. 1369. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1504. *In praesentia dilectorum Iohannis de Bignetes militis cambellarum et Yuonis de Cacambras, Hostiarii Armorum, et nuntiorum dicti Regis Franciae fratris nostri carissimi.* V. *Seruientes armorum* in *Seruiens* (4) Cui ostii, seu portae cura incumbebat. Liber niger Scaccarii p. 355.

HOSTIATICVM, idem quod *Hostis* 3. seu necessitas eundi in exercitum. Ch. a. 904. apud Vghell. in Episc. Bergomensib. *Nulla denique magna parnaque publicae auctoritatis perso-*

nae

Digitized by Google

…or Hoſtiaticum facere com-

…ATIM, pro *Oſtiatim*, in Con… d. Vdalrici Epiſcop. Patav. an. … apud Hanſiz. t. 1. Germ. ſa… p. 555.

…ICIVM, domus, manſio. Ch. …22. apud Rymer. t. 10. p. 237. *…gor Hoſticia et quinque arpennis …cineis cum appendiciis.* Vide *Ho…tus.*

…TICVM, hoſtis, exercitus, bel…, expeditio. Leges Henrici I. …gis Angl. cap. 68. *Si Rex in Ho…ſtico, vel in ipſo ſit Comitatu.* Perperam *Hoſtio* ſcriptum pro *Hoſtico* in cap. 80. Chron. Andrenſe p. 440. *Conſtat, quia in Hoſtico multa flagitia patrata ſunt.* Galli dicerent: *En cette campagne.* Andreas Marcianenſis in Chr. an. 1096. *Eminebant in hoc Dei Hoſtico Dux Lotharingiae Godefridus et fratres eius.* V. *Hoſtis.*

† HOSTICVS, diuerſorium, in Necrol. eccleſ. Meld.

HOSTIGIA, V. *Hoſpitatus.*

HOSTILAGIVM, pretium ſeu ſalarium, quod exſoluunt mercatores extranei pro locario domorum, ſeu apothecarum, in quibus reponunt merces ſuas vendendas, et diſtrahendas in nundinis publicis. Iter Camerarii Scotici §. 67. V. *Hoſtelarius.* OSTELLAGIVM, in Ch. a. 1172. ap. Perard. p. 245. V. *Hoſpitalagium.*

† HOSTILARE. Gloſſ. Bibl. anon. ex Bibl. reg. *Hoſtilare, pront mihi videtur, nihil ſignificat, licet in multis Bibliis inueniatur ſcriptum: ſed pro eo dicendum eſt vſtulare.*

HOSTILARICIVM, idem quod *Hoſtilitium.* Codex Irminonis MSS. fol. 82. *Amalbertus colonus - - - tenet manſum unum ingenuilem - - - excepto hoſtilaricio ſoluit ſimiliter et parauredum.*

HOSTILARIVS. (1) Idem qui *Hoſpitalarius*, officium monaſticum, ex Gall. *Hoſtellier*, apud Henricum Knygthon. a. 1099. (2) † Idem qui *Hoſpes*, qui domum incolit ſub cenſu annuo. Ch. Mſ. a. 1083.

HOSTILENSE, eadem, vt videtur, notione, ac *Hoſtilitium* 2. Vita Aldrici Epiſcopi Cenoman. p. 31. *Et de omnibus redditionibus, quae ab hominibus memoratae matris Eccleſiae recipiuntur, excepto Hoſtilenſe, id eſt, de bobus, et coniecto ad carros conſtruendos.* Et pag. 144. *De paſtione vini modios 271. de Hoſtilenſe argenti ſolidos 149.* V. Acta Epiſcoporum Cenom. p. 166.

HOSTILIA. (1) Domus, manſio, quaeuis officina. Ch. a. 1265. in Chartul. S. Iohannis Carnot. *Non licebit dictis Abbati et conuentui in dicto clauſo Hoſtilias facere, in quibus hoſpites commorentur.* (2) Forte diuerſorium, Gall. *Hotellerie*, niſi idem ſit quod ſupra *Hoſtilagium.* Hiſt. Cortuſior. l. 7. apud Murator. to. 2. col. 896. *Caeterum domini praedicti de la Scala nullo vnquam tempore debeant vel poſſint, vel alii pro ipſis aliquid accipere apud Hoſtiliam, nec in Pado in dicto loco, vel alibi occaſione ipſius Hoſtiliae, nec aliquid impedimentum mercatoribus vel mercationibus tranſeuntibus etc.*

† HOSTILICATVS, ad aggrediendum hoſtem idoneus, ap. Io. de Cardalhaco in Serm.

† HOSTILIS. *Hoſtile iter*, exercitus, obligatio pergendi in hoſtem. Vide *Exercitale.*

HOSTILITAS. (1) Bellum, tempus belli. Annales Franc. breues ex Monaſt. ſancti Nazarii an. 740. *Sine Hoſtilitate vlla.* Vbi Annales alii, hoc an. et 781. 790. *Sine hoſte fuit hic annus*, vt ann. 750. *ſine Hoſte.* (2) † Idem quod *Hoſpitalitas*, *Giſtum* ſeu *Procuratio.* Ch. Caroli M. an. 770. to. 5. Collect. Hiſt. Franc. p. 719.

HOSTILITER, ad exercitum paratus, armatus. Capitulare 2. a. 813. c. 10. *Et vnusquisque hoſtiliter ſit paratus, et omnia vtenſilia ſufficienter habeant.* Capitul. Pipini Regis Italiae cap. 37. *Hoc anno veniant Hoſtiliter in ſolatio, etc.* Hincmarus Laudunenſis: *Et nunc in proximo, dum hoſtiliter omnes banniti fuiſſent in Regis ſeruitium.*

Digitized by Google

HOSTILITIVM. (1) Praestatio ad bellorum expensas. *Hostilis exactio*, apud Hincmarum Remensem Opusculo 15. §. 14. Chartae Ludouici Pii et Caroli Calui Imp. apud Hariulfum in Chron. Centul. lib. 3. c. 2. et 7. *Aut paratas, aut lidimonium, aut Hostilicium, aut alias quaslibet redhibitiones exigere aut exactare praesumat.* (2) HOSTILITIVM SOLVERE, quod appellabant *Matfelde*, cum boues, aut minora pecora villici mactabant, alimento dominis futura, si placuisset vti, sin minus, pretium pro bobus offerrebant. Ita Browerus lib. 8. Annal. Treuir. p. 472. 1. Edit. ex veteri Glossario Prumiensi. Polyptychus Floriacensis: *Habet in illa villa fictus, id est, mansus 60. soluit vnusquisque de Hostilese id est, pro boue sol. 2. et porcos 2. aut sol. 2. etc.* Infra: *Debet vnusquisque pullos 3. cum ouis 15. de vino sext. 12. corbadas 2 vnamquamque cum sex bouibus et tertiam corbadam cum 2. pro Hostilitio den. 19. pro carropera den. 3.*

HOSTIMENTVM. (1) *Dicitur lapis, quo pondus exaequatur*; Papias. † *Hostimentum, pois, vel balence, vel fer de baton*, in Gl. Lat. Gall. Cod. reg. 7692. Hinc (2) HOSTIMENTVM DOTIS, IC. dicitur donatio quae vxori a marito fit in compensationem dotis ab ea acceptae.

HOSTIRE, *acquare, adplanare.* Gloss. Isid. et Sangerm. MSS. n. 501. Vnde inquit Graeuius, *Redhostio* et *Hostiorium.*

HOSTIS. (1) Pro *Hospes*, German. Gast. S. Bernhardus in Epist. 441. Edit. Mabill. to. 1. p. 393. *Dum enim ad mensam Domini nostri Episcopi, ciuem nostrum, imo et Hostem meum, in argenteis vasis de more suauiter nutrirer.* V *Hospes.* (2) Exercitus, castra, expeditio bellica, Gallis *Host* et *Ost*, Hispanis *Hueste.* Gloss. Lat. Gall. *Exercitus, Host*, Gregor. M. lib. 12. Epist. 23. *Hostem collectum habet.* Anastasius in Iohan. VI. PP. *Et illum cum suo Hoste ad propria repedare fecit.* Sampirus Astoricensis Episcopus in Hist. Hispan. *Ipsis diebus Hismaelitica Hostis vrbem Legionensem ademptauit.* Vetus Charta apud Bollandum 26. Mart. p. 633. sic claudirur: *Acta est autem publice in Saxonia, vbi tunc temporis fuimus in Hoste.* Sed et feminino interdum genere vsurparur. Baldricus in Chron. Camerac. l. 3. c. 68. *Terram hosti suae deuastandam distribuit.* Charta Ludouici VII. an. 1143. *Si hostem nostram submonemus.* (3) *Hostem* vero proprie postmodum appellarunt Galli seruitium militare, quod dominis suis feudalibus debebant vasalli ac tenentes: ita vt ad bellicam *submonitionem*, seu citationem, militaribus armis instructi, cum iis in exercitum pergere tenerentur. Idque vocabant *Hostem*, vel *exercitum*, quibus vocabulis adiungitur fere semper alterum ex his, *canalcata, equitatus, expeditio*, ita vt vna eademque fuisse videatur obligatio, cui obnoxii essent vasalli. *Consuetudo eundi in Hostem* appellatur in Tabulario S. Albini in Andegav. Charta A. Comitis Inculismensis an. 1191. *Dedi, quitaui. - - - illam consuetudinem, quae dicitur Ost, sine Chenaucheia, quam habebam in hominibus 5. Eparchii, etc.* Discrimen tamen inter *Hostem* et *Canalcatam* statuit vetus Consuetudo Andegauensis tit. *De Houst et de chevauchie Il y a difference entre Houst et chevauchie car Houst est pour defendre le pays, qui est pour le prousit commun et chevauchie est pour defendre son Seigneur.* Vnde colligi datur, per *Hostem* intellexisse Gallos eam expeditionem, quae pro patria tuenda intra dominii fines peragitur, per *Canalcatam* vero eam expeditionem quae pro bellis domini, etiam extra dominii sui limites peragitur quod firmare videtur Charta a. 1124. apud Hemeraeum, in Angusta Viromand. p. 96. *Si extra prouinciam exercitum duxerit, homines villae iuxta antiquam consuetudinem expeditionem ei tantum faciant.* Vtcunque sit de postremi huius vocabuli notione, id constat, crebro has voces promiscue, pro vna eademque obligatione vsurpari; fortean

Digitized by Google

quod vt plurimum, qui *Ho-* ebant, deberent et *Caualca-* quae quidem obligationes, *entes* modo ac *mansionarios* nt, sed et viros nobiles, feu- seu vasallos, cum nemini immunitas concederetur, ac quidem Episcopis, Abbati- t Sacerdotibus, quos passim est obnoxios fuisse *Hosti* et *tae*, ratione *regalium*, aut ionum Ecclesiasticarum. EQVI- IO, eodem sensu in Ch. Ludov. a. 1275. EQVITATVS, in ular. Cluniac. HOSTIS TEMPORALIS. Capitulare 2. an. 813. cap. 9. *Habeant loricas, vel galeas, et temporalem Hostem, id est, aestiuo tempore*, i. tempore definito, aestate scilicet, in exercitum pergant, in eoque permaneant. (4) HOSTIS sumitur interdum pro ea praestatione, quam tenentes ac vasalli domino exsoluunt in belli sumtus. Vetus Inquesta apud Louuetum t. 2. Hist. Bellouac. p. 384. *Dicit quod Rex habet communiam ad ducendam eam in chaualcatam, vel extra exercitum et si non vult accipit inde denarios: et audiuit, quod aliquando inde Rex accepit mille quingentas libras, et aliquando minus.* V. *Herebannum.* Hinc AD HOSTEM SOLVERE, in Codice MS. Irminonis Abbat. Sangerm. fol. 15. recto: *Soluit ad Hostem de argento sol. 11. ad alium annum sol. 1.* Ibidem fol. 11. vo. *Mansos ingenuiles qui soluunt omni anno ad Hostem carra VI.* Passim occurrit ibi. (5) † Alterum sensum eiusdem vocis docent Statuta ant. Florent. l. 3. c. 36. *Quicunque offenderet in persona aliquem suum hostem id est, illum pro quo laborat aliqua bona, etc.* *) Eadem ratione molitores et pistores Germanici, eos qui illorum opera vtuntur nominare solent Mahlgäste, Backgäste.

HOSTISIA, HOSTISIARE, V. in *Hospitatus* 2.

† HOSTISPICES, *aruspices*, in vet. Gloss. Cod. 7641. quod *Hostias* inspiciant.

HOSTITIVM, hospitium, domus. Ch. a. 1273. apud Lobinellum t. 3. Hist. Paris. p. 25. *In qua terra S. Macerici sunt quinque Hostitia, cum eorum pertinentiis.*

HOSTITOR, *ianitor, portitor.* Gloss. Isid. est *Ostitor*, pro Ostiarius.

HOSTIVM, (1) Pro Ostium, saepius occurrit, a porta nihilominus aliquid differre, innuunt Instrumenta. Chartularium S. Vandregesili to. 1. p. 810. (2) Pro *hostis*, exercitus, V. *Hosticum.*

HOSTMANNVS, vir militaris, qui *hostem*, seu seruitium militare domino debet. V. Foros Morlanens. ap. Marcam lib. 5. Histor. Beneharn. cap. 1.

† HOSTOARIVS, auis venatoria, astur, Gall. *Autour*, ol. *Hostouer.* Ch. Ms. an. 1217. V. *Astur* et *Hostorius.*

HOSTOLENSES. Ch. Caroli Simplicis, apud Catellum in Hist. Occitanica p. 773. *Si vero infra istas vel alias villas eiusdem Ecclesiae homines Hostolenses vel Hispani fucrint, quicquid ius fisci inde exigere debet, totum ad opus sanctae matris Ecclesiae Narbonensis iure perpetuo concedimus obtinendum.* Ita in alia eiusd. Regis p. 777. At in Charta Ottonis Regis, descripta p. 749. *Hostellenses* scribitur. Vbi *Hostolenses* et *Hostellenses*, videntur dicti *Hospites*, seu aduenae ac peregrini.

HOSTORIVM, *lignum, quo modius aequatur*, Prisciano. Iohannes de Ianua: *Hostorium, lignum, quo modius vel sextarius adaequatur, illud videlicet lignum quod ducitur super mensuram, vt, si quid ibi superfluum est, remoueatur, et si quid deest, suppleatur.* Germ. Streichholz. Acta Coronationis Maximiliani in Regem Romanorum: *Intrans auenam cum equo suo vsque ad pectus equi, habens vnum modium et Hostorium, siue baculum argenteum in manu sua ad mensurandam auenam.* *) *Hostorium*, ein streychholz, in vocabul. ant. an. 1477.

HOSTORIVS, auis venatoria, Astur. Gall. *Autour.* Computus anni 1202. apud Brussel de vsu feud. to. 2. p. CXC. V. *Hostricus.*

HO-

Digitized by Google

HOSTREANTIA, praestationis species, quae domino feudali debetur, eadem videtur, quae pro facultate seu consensu, quem dominus praestat vasallo, pro alienando feudo, soluitur; forte a Gallico *Octroier*, Charta Oliuerii Abb. S. Iohannis Angeriac. an. 1298. *Omnes vendae et Hostreantiae ac honores deuestitiones ac inuestitiones et ius eorundem Abbatis et Monasterii praedictorum in solidum sunt et erunt.* V. in *Laudare* 4.

HOSTRICLINIVM, s. pro *Austriclinium*, conclaue versus austrum, si tamen legendum non est *Claustriclinium*. Epist. a. circiter 1120. apud Marten. t. 1. Ampliss. Collect. col. 668. † Est corruptum nomen cuiusdam sancti presbyteri Lemouicensis, qui *Austriclinianus* appellatus.

HOSTRICVS, idem quod supra *Hostorius*; Ch. a. 1425. apud Kennet. Antiq. Ambrosden. p. 569.

HOSTVLARIVS LAPIS, lapis in ostio seu supra ostium positus, apud Iohannem de Beka in Egilbodo Episcopo Traiect. 13.

HOTVS, mensura frumentaria forte pro *Hodus*. Ch. Roberti Frisii Comitis Flandriae an. 1085. apud Miraeum t. 2. Diplom. Belgic. p. 1137. *Ad Hospites recipiendos centum et sexaginta Hotos auenae, et nouem libras.* V. *Hauotus*.

† HOTA, sparta dossuaria, Gall. *Hotte*. Lit. remiss. Ms. a. 1354.

† HOTAGIVM, mansio cum certa agri portione sub censu annuo, in Chartul. S. Germ. Prat. V. *Hostagium* 2.

† HOTELLVS, mensurae frumentariae species, Gall. *Hostiel* vel *Hotiel* Ch. Ms. a. 1374.

HOVA, HOVBA, V. *Huba*.

† HOVALES, qui curiam tenent, iidem qui alibi *Scabini* dicuntur, ap. Ludew. t. 9. Reliq. p. 196. V. *Houetmanni*.

HOVCELLVS, ocrea, Gall. *Bottine*. Arrestum Parlamenti a. 1377. ex Tabul. Sangerm. V. *Osa*.

HOVCIA, V. *Housia* et *Osa*.

HOVETMANNI: Sic iudices Gregani appellantur, quos circa 1400. colligendo tributo per ag praefuisse, quemadmodum per bes Consules, docet Vbbo Emm in Groninga p. 78. 82. 173. vb *Camerae Houetmannorum* mem Germ. Hauptmänner.

HOVIA, HOVINA, V. *Huba*.

† HOVLA, ludi genus quo globu ligneus claua propellitur. Lit. rem Ms. a. 1152. V. *Choulla*.

HOVLARIA, V. *Hullarii*.

† HOVPETA, paniculus, vestis ornamentum, Gall. *Houppe*. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. a. 1506.

HOVPPELANDA, V. in *Hopelanda*.

† HOVRDAGIVM, a Gall. *Hourdage*, tabulatum, quod ex *Hurdiciis*, seu cratibus ligneis compingatur, sic dictum, Gall. *Echafaut*. Comput. Ms. S. Petri Insul. an. 1519. Vide *Hourdum*.

† HOVRDARE, cratibus, seu alio quouis sepimento munire, Gall. *Horder*. Lit. remiss. Ms. a. 1358. Vide *Hurdare*.

† HOVRDVM, tabulatum, Gall. *Echafaut*, ol. *Hourt*. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. a. 1367. Vide *Hourdagium*.

† HOVRIVM, districtus vel septum. Libert. loci de Insula an. 1309. V. *Hourdare*.

HOVSEBOTE, lignum, quod ex indulgentia Legis conductori de conducto praedio succidere et asportare licet in aedium, sepium, aratrique sui refectionem, etiam ignis subministrandi gratia. Charta Feodi pag. 163. *Et habebat idem B. Housebote hagbote, carbote de arbore et boscis dicti manerii competenter, ac etiam firebote rationabile de ramis et scissione arborum: absque proiectione vel cimatione earundem, et absque vasto seu destructione faciendo in eodem manerio, etc.* Ch. a. 1262. apud Kennet. in Antiquit. Ambrosden. p. 259. *Concessi etiam praedictae Aliciae heybotum et Housbotum in dominicis boscis meis de Acle.*

† HOVSELLVS, tibiale, crurale, caliga, Gall. *Housean*. Lit. remiss. Ms. a. 1350. V. *Osa*.

HOV-

Digitized by Google

RE, instruere, munire, in Reg. Aug. sign. 34.

IA, HOVCIA, tunica talaris, Houſſe, quam vocem vulgo unt equorum inſtratis, vel le- arum cortinarum ſtragulis. Ger- die Hoſen, ſunt femoralia. Sta- Collegii Nauarraei Pariſ. apud nnem Launoium in Hiſt. eiusd. legii: *Nullus habitum deferat, tabaldum ſeu Houſſiam longam de neta etc.* Occurrit ibi pluries. Statuta Synodalia Guillelmi Maioris Epiſcopi Andegav. an. 1298. *Inhi- bitum ne Abbates Monachi, Priores et alii Religioſi, - - - Houcias et clochas deferre praeſumerent.* Statu- ta Synodalia Iohannis Epiſcopi Leo- dienſ. *Praecipimus, quod nec monachi nigri, nec Canonici regulares in Hiſſis*, (ſic in MS.) *vel tabardis equi- tent.* Charta fundationis Domus Dei Tornodorenſis an. 1293. *Et cum domum exierint, ſuperpellicia et cappas clauſas, vel Houcias deferant.* V. *Herga.* HVCIA, HVSSIA, ea- dem notione. Fundatio Collegii Pleſſaei a. 1326. apud Lobinell. t. 3. Hiſt. Pariſ. p. 376.

HOYBOLD, V. *Haibola.*

HRINGVS, RINGVS. Ita olim Aua- res ſeu Hungari caſtra ſua appella- bant, quod in circuli modum circ- umducta eſſent, a voce Saxon. *Hring*, Germ. *Ring*, circulus, orbis, annulus: ſeu quod reuera *Hringus* fuerit is *circulus*, quem et *Hagin* vocabant, intra quem ſeſe contine- bant Hungari, vt in voce *Haga* do- cuimus a qua quidem Germanica, deductam inueſtiturarum formulam: *Par Rhin et par baſton*, cenſet Cu- iac. ad l. 2. Feud. tit. id eſt, *per annulum et virgam.* Annales Fran- cor. an. 796. *Sed et Heiricus Dux Eurinlenſis miſſis hominibus ſuis cum Wonomiro Sclauo in Pannonias Hrin- gum* (al. Hrigum) *gentis Auarorum longis vero temporibus quietum ciuili bello fatigatis inter ſe Principibus, ſpoliauit.* Annales Eginhardi: *Spo- liata Hunorum Regia, quae Ringus vocabatur.* Et mox: *Hunis trans Yzam fluuium fugatis, eorumque Re- gia quae, vt dictum eſt, Ringus a Longobardis autem campus vocatur, ex toto deſtructa, etc.* Poeta Saxon. Lib. 3.

Nam ſpoliata fuit Hunorum Regia, Hringum
Quam vocitant.

HROCCVS, vox Germanica, ſignifi- cans ſupremam veſtem, V. *Roccus.*

HVABA, V. in *Huba.*

† HVANARIA, f. locus aquifoliis, Gall. *Houx*, conſitus. Ch. Mſ. an. 1317. *Super redditu huaneriae pro toto ad S. Michaelem.* In Lib. rub. Cam. Comput. *Bolleria et hua- neria.*

HVANVS, auis ſpecies, quae in altum volat, apud Fridericum II. l. 2. de Venat. c. 54.

† HVARE, habere, in Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 3.

HVBA, HOBA, HOVA, HOBVN- NA, etc. modus agri cum habitatio- ne coloni, Germ. Hube; *Colonia*, vt exponitur in *Hobuma*, mox; *Prae- dium*, vt in veteri membrana apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuldenſ. c. 11. *Numerus mancipiorum 254. villarum 23. praediorum ſeu Hubarum 170.* Alia apud eumdem pag. 266. *Optimos exinde ſibi excepit manſos, eosque pro beneficiali iure in ſuos hae- reditauit filios, ita, vt aliqua villica- tio plures amitteret Hubas, quam re- tineret.* Vita S. Eberhardi t. 2. Apri- lis p. 503. *Eccleſiam in Maſchial cum omnibus ad ipſam pertinentibus, videlicet Hubis, decimis.* Tradit Va- dianus *Hobam fundi partem ſignifica- re, maxime paſcuam* hodieque vulgo *Houb* appellari. Gloſſarium Latino- Theotiſcum, *manſum*, cum *hoba* confundit. At ex infra laudandis Charta aliud fuit *Hoba* a *Manſo:* ſiquidem *manſus* aliquot *hobis* inter- dum conſtitit: ſed et *Hobae*, vt plu- rimum *terra arabili*, conſtitere, in- terdum et ſiluis. Et quidem *Huba- rum* nomine terras arabiles deſigna- tas fuiſſe manifeſtum eſt, ex Vita S. Vdalrici Epiſc. Auguſtod. ſaec. 5. Bened. pag. 459. *Niſi XX. Hubas extra traditionem dimiſit, et eas ſer- uituti ſancti Magni ad Fauces decre- uit canonicisque placitauit vt poteſta- tem haberent, ſi vellent, easdem Hu- bas*

Digitized by Google

bas XX. cum X. in ista prouincia in bono loco sitis Hubis concambire. Inde est, quod *Hubam* ab *Hofa* distinguit Auentinus l. 7. p. 453. *Classes rusticorum praediorum apud Boios duae sunt: In prima tantum agri, quod quadrigis, in secunda, quod bigis arare solet. Hanc Hubam atque mansum, illam curtim, Hofam, prisci Boiorum iurisperiti vocant, illa a Rudolfo LX. asses, alteri XXX. impositi sunt.* HOBA. Charta Hedeni Ducis an. 704. apud Marten. to. 1. Amplifs. Collect. col. 13. *Et in curte nostra alia nuncupante Monhore donamus tibi VII. Hobas, et VII. casatas et CCCC. diurnales de terra.* Charta Alamannica 18. Goldasti: *Dedit - - - 5 Hobas de terra arabili et casas cum cortis, etc.* HVBAE REGALES, in Metropoli Salisburgensi t. 1. p. 105. 138. 139. 145. etc. HVEBA SALICA, quae pertinet ad *salam*, seu domum *cortis* praecipuam, apud Hanfizium t. 1. Germ. sacrae p. 186. HOVBA, in Testamento Herberti Comitis Viromand. a. 1059. apud Ioan. Carpentar. in Historia Cameracensi non semel. HVABA in Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 26. HVOBA, apud Georgium Christianum, t. 2. Rerum Mogunt. p. 736. HIOBA, apud Carpentarium, et in Tradit. Fuld. l. 1. trad. 69. HOVA. Variae Chartae Germanicae apud Henschenium ad Vitam S. Ludgeri Episc. Mimigard. Vna anno 793. HOVINA, in Charta 1136. to. 3. Call. Christ. inter Instrum. col. 116. HOVIA, villa, vel curtis, Germ. Hof. Chron. Montis S. Agnetis cap. 26. *Damnum magnum habuimus in Houia nostra ex inundatione aquarum.* HOBVNNA, eadem notione, colonia, praedium. Tradit. Fuldens. lib. 2. trad. 21. *Id est, in supradicto loco nouem trado colonias (hoc sunt Habunnae) integras cum omnibus adiacentiis, etc.* Adde l. 1. tradit. 1. 119. lib. 2. trad. 32. HVBARVM MAGISTER, dignitas quaedam in Austriae Ducatu, qua donatus quidam Baro Austriacus, *Iohannes de Tyrnauia*, an. 1384. in Priuilegiis Academiae Viennensis in Austria, apud Lambecium. De illius functione mihi non liquet.

HVBARII, HOBARII, hobarum possessores, vel *coloni*, Germ. Hübener. Ch. Anshelmi Abbatis Laurishamensis apud Freherum, de Orig. Palat. p. 38. *Aream et vineas Hobariis atque curtariis - - - concessi: - - - vt cum aliquis Hoburiorum obierit, haeres eius tantum 5. sol. tribuat, etc.* Occurrit ibi pluries. Acta Murensis Monast. p. 37. *Hombarias autem, qui plenum habet mansum, debet singulis annis dare 4. maltra de spelta.* Et p. 38. *In festiuitate S. Sergii dabunt Hobarii, qui extra silvas domos habent, lineum, pannum, etc.* Mox rursum *Hombarii*; sed legendum *Houbarii.*

HVBBERGVEL, V. in *Halsberga.*

HVCA, ricinium, seu vestis species, qua viri simul et mulieres non caput tantum sed et corpus operiebant et velabant; *Huque* ita etiam appellatur in Flandria. Statuta Massiliensia MSS. a. 1276. *Huca cum caputio vel almussa cum pennis - - Huca cum fendato et caputio vel almussa - - - Huca de panno serico, vel de cameloto cum cendato. Huca frezata.* Viris etiam attribuit Iac. Valerius in Tractatu MS. *du Droit d'armes et de Noblesse.*

HVCAGIVM, proclamatio vini venalis, vt videtur, et tributum pro ea soluendum. Ch. a. 1269. ex Tabul. Floriac. *Tandem inter nos - - pacificatum extitit in hunc modum, videlicet quod - - - Hucagium seu clamor tabernarum et collatio Hucagii seu clamoris in Maiori - - et omne ius quod habet in celleria et in collatione eiusdem nobis - - - libera remanebunt.* Etymon videtur vetus Gallicum *Hucher*, clamore accessere, V. *Cridagium* et *Hucha* 2.

HVCCIARE. Vetus Placitum an. 17. Ludouici Pii editum a Baluzio in Append. ad Capit. num. 34. *Et perquisierunt terminos, de ipsa villa archas et fixorias, et vindenates. Nos vidimus tenantes, et in omnibus Hucciando truncato montildo Odericus comparatus, et Ababdela, qui vocatur Maraton, etc.* Gallis *Hucher,*

Digitized by Google

…r, est clamare, aliquem vo-
…s, clamor inconditus, Vide
…ELLVS, HVCHELLVS, di-
…r. ab *Hucha*, arca, Gall. ol.
…, et *Huchel*. Lit. remiss. Ms.
…353.
…NABRA, idem videtur quod
… ab Anglico *House*, domus,
…sio; vel *Husband*, terram cole-
… Chartular. S. Trinitatis Cadom.
…l. 46. vo. *Hugo 4. sol. pro vna*
Hucenabra 3. denarios, pro home 1.
obolum. Infra fol. 48. *Willelmus*
pro Huchenacra 4. denarios, etc. Po-
tior videtur prima lectio.

HVCHA. (1) HVCHA, HVCHIA, arca, vel cista lignea oblongior, vox Picardis nota, *Huche*. Leges Burgor. Scoticor. c. 125. *Item habebit cistam, Hucham, aratrum, etc.* Consuetud. Brageriaci art. 93. *Qui archas seu Huchas debotauerit, aut falsas claues, quae dicuntur contra-claues tenuerit, et eis vsus fuerit.* Inuentarium Ornament. et reliq. Ecclesiae Nouiom. a. 1419. *Item magna Huchia operata, a parte anteriori et entre deux ad duas serruras.* V. in *Retorta*, et *Hutica*. Ab *Huchiarum* forma dictae fortasse naues, quas *Huches* vocat Monstrelletus 1. vol. cap. 243. (2) † HVCHA, VCHA, auctio, hasta publica, bannum, proclamatio et ipse praeco qui proclamat. Libert. castri de Manso SS. Puellar. an. 1327. Vide *Hucagium.*

† HVCHELLVS, V. *Hucellus.*

HVCHENAGRA, V. *Hucenabra.*

HVCHETTA, diminut. ab *Hucha*. Inuentarium modo laudatum: *Item vna parua Huchetta ad ponendum candelas modici valoris.*

HVCIA. (1) V. *Houfia.* (2) † Virga, flagellum virgeum, Gall. *Houssine*, vt videtur. Chartul. Maior. monast. *De eiusdem filuae* (donauit) - - *cauillas et hucias et si quid huiusmodi aliud eis in rurali opere necesse fuerit.*

HVCNOTICVS, Caluinianus. *Hucnotica persecutio*, apud le Brasseur Hist. Ebroic. p. 324. ex Epitaphio a. 1562. V. *Hugonotti.*

HVCTINVS, V. *Hutinus.*

† HVDERA. Ch. Henr. III. reg. Angl. in Suppl. ad Miraeum p. 106. *Et habeant in eadem villa sua huderam suam liberam et quietam.*

HVELLVM, f. ligo, Gall. *Houe*. Computus anni 1202. apud Brussel, de Vsu feud. to. 2. p. CLX. *Pro C. piceis, et L. Huellis et pro vectura a Beluaco vsque ad Archas VI. l. et XIII. sol.* *) Germ. Welle, est tam fascis virgarum, quam cylindrus.

HVERNVM, f. idem quod *Huba*, mansio, domus coloni. Charta Eduardi Confessoris anno 1044. in Monastico Anglic. t. 2. p. 901. *Praeterea addidi loco illi infra Londoniam partem terrae de terra illa - - cum Huerno eidem terrae pertinenti.* † *Huernum* ex eadem charta in Supplem. ad Miraeum p. 13.

HVESIVM, HVTESIVM, multitudinis clamor inconditus, quo vt plurimum quempiam insectatur: ex Gallico *Hus*, formato ex ipso sibillo, quo quis aliquem explodit, German. hetzen; *Huer* et *Huée*, etiamnum dicunt. Vita Ludouici Pii anno 840. *Quibus id agentibus, - - - conuersa facie in finistram partem, indigando quodammodo, virtute, quanta potuit, dixit his, Hutz, Hutz, quod significat, Foras, Foras. Vnde patet, quia malignum spiritum vidit, etc.* Monastic. Anglic. t. 2. p. 832. *Vnde verbera, Hutesiae clamores, quaerimoniae, sanguinis effusiones, emergere possent.* Fleta l. 3. c. 7. §. 6. *In coactionibus oportet, quod coactus statim cum euaserit, clamorem, strepitum et Hutesium faciat, et leuet.* Sed apud Practicos Anglicos, HVESIVM, vti scribitur in Legibus Malcolmi II. Scotiae Regis cap. 15. §. 1. 2. seu, vt apud alios passim, HVTESIVM, sumitur pro eo multitudinis clamore incondito, quo latronem, aut capitalis criminis reum, seu in ipso crimine deprehensum, seu fugientem ac latitantem, pagani omnes tenentur, insectari ac prosequi, donec comprehendatur, et in iudicis manus tradatur; ita, vt ex iis, si quispiam defecerit, id est, reum clamore

Digitized by Google

more infectatus non fuerit, multis subiaceat, vt est in Legibus Canuti Regis Saxonicis §. 26. Aliud tamen est *Clamor*, aliud *Huesium*, etsi saepe confundantur. Leges foresturarum Scoticar. c. 15. §. 4. *Et si non possit* (capere) *debet leuare*, *Huy et croy*. Et cap. 22. *Debet et leuare Hoy et cry*. Vbi *cry* est *clamor popularis*; *Huy* vero videtur esse clamor cum cornu. Iunguntur autem, quia vterque clamor adhibebatur. Will. Thorn. cap. 25. §. 9. *Venit cum clangore et Hutesio*. HVESIVM et HVTESIVM, saepe sumitur praeterea pro ea iurisdictione, ac cognitione criminum, de quibus *clamor leuatur*, in Monast. Anglic. to. 1. p. 767. to. 2. p. 893. 345. SECTA et SEQVELA VTHESII, cum *huthesio* leuato, loci incolae sequuntur malefactores. Vetus Charta in Additamentis ad Matth. Paris. p. 150. VTHAGIVM, pro *Vtesium*, in Charta Henrici III. Reg. Angl. apud Guil. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. p. 65. HVESIVM, alia notione accipit Iohannes Skenaeus de Verborum significatione p. 77. *Huesium*, inquit, *hoyesium, clamor, Gallice Oyer, Latine Audire, quod est in vsu in proclamationibus scilicet cum lictor armatus aut legatus populum conuocat, et orat, vt se audiat. Huchement*, dicitur in Ordinat. Metens. tit. 2. art. 52.

HAGONENSIS SOLIDVS, in Tabulario Narkonensi sub ann. 1226.

HVGONOTTI, haeretici recentiores in Gallia. Prosper Sanctacrucius de Civil. Gall. Dissent. apud Marten. to. 5. Ampliss. Collect. col. 1460. *Appellabantur eo tempore in Gallia qui ab Ecclesia desciuerant, Hugonotti, cuius nominis originem cum diligenter perspexissemus, inuenire non potuimus. Alii enim ad Hugonem quendam, qui multis iam annis contra Regem conspirauerat, referebant, alii, quod porta Turonensis ciuitatis, vbi frequenter congregari consueuere, de Vgoni appellaretur. Vtumque fit, iniquissimo animo ferebant, ac grauissimae iniuriae loco reputabant, cum Hugonotti appellabantur.* V. nagium in Origin. Gall.

† HVGNARE, obmurmurare, m tare, Gall. *Hongner*. Lit remiss a. 1257.

† HVCO, pro ligo, in Terrear. a.

HVIAS, *atis*, incola eiusdem v seu regionis. Acta S. Ottonis Iulii p. 367. *Quo die Milleni nes, tum Huiates, tum extern pulcrum Sancti visitant.*

† HVILA, oleum, HVILIARI mercator olearius, a Gall. *Huile* Comput. Ms. eccl. Abbauill.

HVISSARTVM, idem, quod *Essa tum*, silua in terram cultam redacta. Charta Thoissiacensis a. 1451. *Iuxta Huissarta Garnerii Ponceti.* Vide *Exartus*.

HVISSERIVM, VSSERIA, VSSERIVS, VSARIA, VSSERS, hippegus, nauis, qua equi transuehuntur, *Liuto* Genuensibus, *Palandrea* Turcis dicta, vt auctor est Remigius Nanninus. Philippus Mazerius in Vita S. Petri, Thomasii Patr. CP. n. 87. *Videlicet 60. nauigia inter galeas, Huiseria, et alia nauigia militum armatorum.* Et n. 91. *Inter galeas, Huisseria, ligna, naues et alia nauigia.* Godefridus Mon. S. Pantalconis an. 1224. *30 naues fecit fabricari, quae Vsseriae nuncupantur, quarum magnitudo tantae erat capacitatis, vt duo millia Militum cum dextrariis suis, et omnium armorum suorum pertinentiis, et praeterea decem millia aliorum hominum valentium ad pugnam, et ad bella cum armis suis in eisdem Vsseriis valeant transfeuri. Vsarias*, alio loco appellat. Vtitur et Caresinus Scriptor Venetus. *Vsarii* in Epistola Comitis S. Pauli de Expugnat. CP. Vocis etymon doctissimis viris Vossio, Somnero, et aliis hactenus incompertum, a Cangio indicatum in Notis ad Villharduinum. Vbi *Vsserias* sic appellatas obseruauit, a vocabulo Gallico, *Huis*, quod *fores* aut *valuas*, significat, quibus ostium clauditur, cum eiusmodi hippagones, receptis equis, foribus ad puppim occluderentur, ne maris vnda nauem occuparet.

HVIS-

RIVS CAMERAE, aulae ius, Gall. *Huissier de la cham-* Ordinatio Officiorum in domo inali an. 1320. t. 2. Hist. Dal- pag. 392. † HVISSERIVS ERVM, qui et *Hostiarius* et *s armorum* nuncupatur, Gall. *s d'armes*. Ch. Ms. an. 1376. *tiarius* 3.

peplum muliebre Brabantri- Flandris *Huycke*. Acta B. M. censis. to 4. Iunii pag. 632. *ipse Nivellis videret picturam pro rimonii annis in habitu saeculari um pepto brabantico, nigro, Hu- cham vulgo vocant*. V. *Huca*.

HVLCA, HVLCVM, idem quod mox *Hulka*. Instrum. an. 1412. apud Rymer. t 8. p. 755.

HVLCVS. (1) *Pastor*. Vetus Gloss. MS. Sangerm. (2) † Pro Vlcus. Gloss. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Floyrouc*, *Prov. Hulcus*, *ignatum*, *forunculus*.

HVLDA, hominium, veteri Scriptori apud Brouuerum l. 17. Annal. Treuir. p. 957. 1. Edit. ex Germ. Huld, fides, fidelitas, obsequium. V. Vitum Balduini Lutzemburg. Archiep. Treuir. l. 1. c. 5. l. 2. c. 3. t. 1. Miscellan. Baluzii.

HVLKA, nauis species oneraria, Flandris *Hulke*. Thomas Walsinghamus p. 394. *Commisit cum eis et cepit tres caricas, et unam Hulkam, et 4. balingarias*. V. *Hucha* et *Vlcus*.

HVLLAE, carbones ex terra nigra, quibus fabri vtuntur, Leodiensibus, apud quos primum reperti dicuntur sub anno 1200. hodie *Houilles*. Bruchemius an. 1198 *Carbones, quos Galli Hullas vocant, inuenti sunt iuxta Leodium in monte publico*. V. *Carbo*.

HVLLARII, qui eiusmodi carbones emunt. Radulphus de Riuo in Episcop. Leod. cap. 1. *Gregariorum militum, - - quorum plurimi erant Hullarii*. Cap. 23. *Hullarii Leodienses*; hinc traducta vox apud Gallos pro calonibus et praedatoribus in militaribus castris vel nebulonibus. Poeta MS. infimi aeui, post summum Willelmi Brittonis, ex Bibl. Collegii Nauarraei:

Sunt per quae cunctis obstant anathemata iuris.
Pseudo-pugil, nebulo, meretrix, fur, saltria, leno,
Et Decii factor Hoularia vilis et actor.

HOLERII, eadem notione. Edictum Iohannis Regis Franc. a. 1352. t. 3. Ordinat. p. 496.

HVLLVS. Monast. Anglic. t. 2. pag. 292. *Habendum et tenendum dictam pasturam in Hullis et holmis, etc.* Anglo-Saxonibus *hull*, et *hill*, est mons, collis, *Holmus* vel *Hulmus*, locus depressior aquis irriguus. V. *Hulmus*.

HVLMVS, HOLMVS, Anglis, Danis, Germanis, *Holm* vel *Holme*, eliuus, monticulus, collis. *Holm*, inquit Lelandus in Commentar. in Cygn. Cant. *eminentis loci, interdum et siluosi, et aquis circumsepti verticem aut eminentiam exprimit*. Addunt Camdenus in Insulis Britannicis, et Spelmannus, interdum *Holmes* dici depressiores et herbidas planities, plurimis ciuulis ad aquarum diuortiis circumfusas: quomodo videtur vsurpari Monastic. Anglic. t. 1. pag. 680. *Tres dales prati, et unum Hulmum, et aliquos fossites*. Et t. 2. p. 292. *Habendum et tenendum dictam pasturam in Hullis et Holmis in separabilitate etc.*

† HVMANALIS, humanus, in Testam. Ms. an. 1481.

HVMANARI, homo fieri, de Christo qui humanam carnem assumsit. Acta S. Franciscae Romanae to. 2. Martii p. 105.

HVMANATIO, incarnatio, qua Verbum Diuinum homo factus est. Bulla Nicolai IV. PP. apud Rymer. t. 2. p. 513.

HVMANATVS, *homo natus*. Caspar. Barthii Glossar. apud Ludewig. Reliq. MSS. to. 3. p. 454. Papias in Praefat. *Et pro me Papia multiplicibus obsito peccatis, ad Humanatum pro nobis Dominum exhorens*.

† HVMANISSIME. *Ibi humanissime sepultus*, ap. Oefelium t. 2. Script. rer Boic. pag. 519. forte pro *honestissime*.

HVMANITAS. (1) Cibus, potusque humanitati sufficiens, Varroni: Hinc *Humanitatem tribuere*, apud S. Maximum Taurinensem homil. de Non timendis hostibus carnalibus. *Humanitatem dare*, in Legibus Wisigoth. l. 9. tit. 1. §. 4. 5. 6. *Humanitatem ministrare* apud Marculfum, lib. 1. form. 11. quae est tractoriae. (2) Statura. Acta S. Agricolae Episcop. Cabillon. to. 2. Martii pag. 514. ex Gregorio Turon. *Humanitatis exiguae, facundiae vero magnae erat.* (3) Hominis vita, saec. 6. Benedict. part. 2. p. 820. (4) † Hominum vniuersitas. Ch. Ms. Henr. Aeduens. Episc.

† HVMATA, mendose pro *Hunata*, V. in hac voce.

† HVMATIO, sepulcrum. Obituar. S. Nicol. carbol.

HVMDRET, V. *Hundredus*.

† HVMECTAMEN, HVMECTATIO, *lo bagno*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

HVMECTARE, inundare, Gall. *Inonder*. Chron. paruum Ferrariense apud Murator. to. 8. p. 477. *Ceterum eum hic Sandali fluuius vadosus nimis agros Humectaret vicinos, et steriles esse faceret.* Hoc verbum vsurpat Columella pro *Humidare*.

HVMECTVS, paludosus. Chron. Monast. Noualic. apud Murat. t. 2. part. 2. col. 734.

HVMELETVM, villula, a maiori vico pendens, Gallis *Hameau*. Charta Henrici IV. Dicis Sleſiae a. 1288. apud Ludewig t. 5. Reliq. MSS. p. 427. V. *Hamellum*.

HVMELO, V. *Humlo*.

HVMERALE, idem, quod Amictus, vestis *Clericalis*, Sacerdotalis et Pontificalis, de qua suo loco. *Humerale* a superhumerali distinguunt Macri Fratres, quos consule in Hierolex. Gloss. Lat. Gall. *Humerale, Espauliere, Ephot.* Alcuinus lib. de Diuin. Offic. cap. Quid significent vestimenta: *Post Sandalia in Ecclesiae vestimentis sequitur Humerale, quod sit ex lino purissimo, etc.* Hugo a S. Victore lib. 1. de Sacram. c. 45. *Humerale siue amictus.* HOMORARIVM, pro *Humerale*, in Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis aerae 1016. apud Antonium de Yepez, in Chron. Ord. S. Benedicti. 5. Est etiam *Humerale*, vestis militaris Paulo IC. *Si tibiale vel Humerale miles alienauit, castigatus verberibus debet.* Ea autem vox non solum pars illa vestitus accipitur intelligitur, qua teguntur cataphractorum humeri, sed et quodcumque militare amiculum humeros contegens, Italis *Dorsiere, Schiniera.* V. Carolum de Aquino in Glossar. militari.

HVMERVLVS, axis, Gall. *Essieu*. Vita S. Columbae Abb. t. 2. Iunii p. 225.

† HVMERVS, nude pro armo vel membro porcino, quod domino praestare debet. Ch. Ms. an. 1173. V. *Spalla*.

HVMICVBAE, *sacerdotes humi cubantes ad Deorum responsa accipienda*, Laur. in Amalth.

HVMIDARE. Suppl. Antiquarii: *Humido, διαβρέχω, Irrigo.* Verbum Plinio notum.

HVMIGARE, humidum reddere, Gallis *Humecter*. Vindicianus Comes Archiatror. *Post haec a me aeger ad balnea mittitur, vt lauacro eius siccitas Humigetur.*

HVMILIARE. (1) Dehonestare. Concilium Triburiense a. 895. c. 41. *Frater vero eius, suadente diabolo, adamatus ab ipsa, clanculum eam Humiliauerit, et violatam reddiderit, etc.* Ita *Humiliationem* pro opprobrio et dedecore cuipiam illato vsurpant, S. Columbanus de Poenitentiarum mensura c. 18. et Cumeanus in Poenitentiali c. 3. V. *Humilitas*. (2) HVMILIARE SE, per adorationem inclinare se, genua flectere. Gloss. Gr Lat. MS. *προσπίπτω, humilio.* Anastasius in S. Marcello PP. *Comprehensus a Maxentio, vt negaret se esse Episcopum et sacrificiis se Humiliaret daemonum.* In S. Ioanne PP. p. 15. *Tunc Iustinus Augustus dans honorem Deo, Humiliauit se pronus, et adorauit beatissimum Papam Iohannem.* (3) † Deprimere, Gall. *Humilier*. Ch. a. 836. t. 6. Col-

Digitized by Google

Hist. Franc. p. 354. *Qui Christi humiliauerunt.*

ARI. Ita dicti in Italia, ma- Lombardia, viri quidem ac es regulariter, et in congre- viuentes, *eo quod in pauper- asperitate habitus* (quem al- ille aiunt,) *et gestus exterio- positione, et morum granitate, mnibus verbis et operibus suis, in offenderent Humilitatis ex- m.* Ita Iacobus a Vitriaco in Occident. c. 28. qui plura de rum institutis refert. Hunc post- modum ordinem cuius initia quidam ad Frider. I. alii ad Conradi, alii denique ad eiusdem Conradi succeſſoris Henrici tempora referunt, Lucius Papa, quod eiusmodi *Humilitati* haereticis dogmatibus ac superstitiosis obseruationibus addicti deprehenſi essent, abrogauit: confirmatis postmodum ab Innocentio III. in eorum et Pauperum de Lugduno, quorum Ordo pariter est damnatus, locum Ordinibus Fratrum Minorum et Praedicatorum, vt auctor est Conradus Abbas Vspergenſis sub an. 1212. V. *Fratres de Spiritu Sancto.*

HVMILIATIO. (1) Capitis inclinatio, vel genuflexio. Regula S Donati cap. 26. (2) Satisfactio propter delictum. Regula reformat. Monast. Mellicenſ. ann. 1451. apud Schramb. in Chronic. Mellicenſi p. 410.

HVMILIATORIVM. Charta Didaci Epiſcopi Compoſtellani aerae 1153. apud Anton. de Yepez in Chron. Ord. S. Benedicti to. 4. p. 437 *Inprimis confirmamus vobis, vt diximus, totum illud Monasterium, cum suis domibus, et seruis et cum cunctis, quae videtur habere Humiliatoria B. Iacobi Apostoli, etc.* An *Heremitoria.*

HVMILIS, titulus ab Epiſcopis in ſuis ſubſcriptionibus non ſemel aſſumtus; vt in priuilegio Pauli I. PP. apud Labbeum, to. 6. Concil. col. 1693. Hac etiam formula vſus Henricus Rex apud Puricellum in Baſil. Ambrosd. p. 534. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus, diuina fauente clementia. Humilis Romanorum Rex.* Quae tandem penes Monachos tantum remanſit.

HVMILITARI, humilem fieri, humiliari. Fauſtus Regienſis contra Neſtorianos, de Chriſto.

HVMILITAS. (1) Deiectio, opprobrium. Lactantius de Mort. Perſecut. n. 30. de Maximiano, Imper. qui purpuram deponere coactus fuerat: *Sic amisso Imperatoris et soceri honore, Humilitatis impatiens alias rursus insidias machinatus est* V. *Humiliare.* (2) Leontius Epiſcop. Arelatenſis, in Epiſtola ad Hilarum PP. *Et te decreuimus, quam primum hac Humilitatis nostrae epistola salutare.* V. *Humilis.*

HVMILITER, absque moleſtia. Otto Morena in Hiſt. Rerum Laudenſium apud Murator. to. 6. col. 991. *Imperator namque inde discedens, ac iter suum pacifice faciens, cum Veronam appropinquasset indeque Humiliter pertransire voluisset, etc* Vbi Muratorius: Bene Corius hoc verbum Italice reddens ſcribit, *Absque vlla molestia.*

HVMILITVDO, *humiliatio*, ταπείνωσις, in Gloſſ. Gr. Lat. in aliis Gl. MSS. ταπείνωμα.

HVMIPES, *sponsa dicta, quod rheda non veheretur.* Laur. in Amalth.

HVMISTERNIVM, humi cubatio. Vita S. Syncleticae to. 1. Ian. pag. 255.

HVMLO, HVMVLO, ex Gall. *Houblon*, quod a latino *Lupulum* formatum, eliſa litera L. Germ. Hopfen. Adalar. in Statutis Abbatiae Corbeienſis part. 1. c. 7. *Nec messes, vel prata colligendo, nec braces faciendo, nec Humlonem, nec ligna soluendo, etc.* Polyptychus S. Remigii Remenſis: *Summa census frumenti mod. 106. speltae 1416. ordei 732. mixturae 325. leguminis 11. Humulonis mod. 3. vermiculi vnc. 12. vini mod. 1567. etc.* HVMELO, HVMOLO, eadem notione. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 100. vo. *Restaurius seruus soluit, omni anno de Humelone mod. 1. et facit waclam*

HVMLONARIA, locus vbi *Humlo* nascitur. Charta Pippini Regis apud Doubletum Hist. Sandionys. lib. 3. p. 699.

HVMMELLVS, pro *Humerus*. S. Willhelm. Constitut. Hirsaug. lib. 1. c. 84.

HVMOLO, V. *Humlo*,

HVMOROSITAS, humiditas. Miracula S. Ambrosii Senens. t. 3. Martii p. 232.

† HVMVLARIVM, ager *humulo* seu lupulo consitus, apud Meichelbeck. tom. 2. Histor. Frising. pag. 362.

† HVMVLATOR, qui *Humularium* colit, ap. Pez. to. 6. Anecd. part. 3. p. 75.

HVMVLO, V. *Humlo*.

HVMVLVS, idem, quod *Humlo*. Spec. Saxon. lib. 2. art. 52. *Transcrescat siquidem Humulus sepem, que radices habet intra sepem, vel cuius fundo radices fixerit, quantum de Humulo attrahere per sepem potest, Humulum tollet, et quod extra manet, ad vicinum pertinet.* Eadem habentur in Wichbild. Magdeb. art. 128. Chronicon Florentii Episc. apud Eccardum de Origine Domus Saxon. col. 59. *Triginta sex oues et tot agnos, et octoginta 6. moldia Humuli, et viginti sex porcos pingues et viginti sex anseres.*

† HVNA, funis nauticus, rudens. Lit. remiss. Ms. a. 1353.

HVNDREDARII, et *Praepositi*, vel *Domini Hundredorum* vocabantur *Centenarii*, vt in Legib. Edw. Confess. c. 32. Hi vna cum hominibus decaniarum et hundredorum de litibus, et *Decani* de iis, quae minoris, vt suo dictum loco, *Hundredarii* vero de iis, quae maioris essent momenti, cognoscebant. HVNDREDARII SERVIENTES, Bedelli, apparitores, in Fleta lib. 1. c. 18. §. 2.

HVNDREDVM. (1) *Hundreda*, hundredariorum Comitia nude passim dicuntur, in quibus vna cum 12. Senioribus hundredi seu centuriae illi iudicabant, vt est in Legibus Ethelredi apud Vanatingum sancitis cap. 4. Leges veteres Legibus Inae subiectae, singulis mensibus exacta haec Comitia docent: *Hoc est in ... cium qualiter Hundredum teneri ... beat. Inprimis vt conueniant s... per ad quatuor hebdomadas, et fa... omnis homo rectum alii, - - - et ... cias suri rectum suum, etc.* (2) ... terdum vt apud Rattallum, *est ... tum esse de denariis, vel consuet... nibus faciendis Praepositis et Hund... dariis.* V. *Hundredes-Penny* in *H... dredum.* (3) Ipsa mulcta, qua ... hundredorum Comitiis interdum ... rogabatur, quae 8. fuit, librarum ... Leges Edw. Confessoris c. 21. (... V. *Hundredus*.

HVNDRED-SETENA. Priuilegium Edmundi Regis Angl. dat. an. 944. apud Malmesburg. lib. 2. de Gest. Reg. Angl. *Concedo Ecclesiae sanctae Dei genitricis Mariae Glastoniae - - - iura, consuetudines, et omnes forisfacturas omnium terrarum suarum, id est, burggerita, et Hundret-setenu, athas et Ordelas, etc.* Vbi Spelmannus: Nunquid legeris *Hundret-sceatena*? A *Sceat*, pro symbolo, quod *Hundredariis* solebat impendi, et hoc priuilegio iam remittitur. At Somnerus nihil mutandum censet, ex Textu vt vocatur, Rossensi, vbi haec vox, *constitutio hundredi*, redditur: *Debent habere constitutionem hundredi, quod Angli dicunt Hundret setene.* Saeta enim vel *Setena*, vt ipsemet observat Anglo-Sax. in compositione habitatorem, colonum, incolam significat; vnde *Hundret-setena*, de mulcta, quae ob crimen vel iniuriam in Hundredarium commissam exigitur, licet interpretari.

HVNDREDVS, HVNDREDVM, HVNDREDA, HVNDRETH, vel VNDREDVS, absque aspiratione, vt apud Petrum Blesensem Epist. 95. Anglis dicitur, quod Latinis *Centena*, *Centuria*, a voce Saxonica *Hundred*, *centum*, vnde Belgae *Hundert* eadem notione. Scribit Ioan. Stiernhookus lib. 1. de Iure Suenonum vetusto p. 30. districtus, seu Comitatus apud Vplandos et Suedos Cisiliuanos *Hundari* appellatos, quod centum vt plurimum villas, vel potius colonos continerent:

Digitized by Google

[illegible]nt. *Hundredorum* autem in Anglia [illegible]titutum ab Aluredo Rege profluxit: [illegible]m is indigenarum rapinas et eorum [illegible]essus cupiens compescere, vt auctor [illegible] Ingulphus Hundredas instituit. [illegible]ndredas seu *centurias*, vel *centenas*, [illegible] primus tamen instituit Aluredus, [illegible] earum vsum in Angliam inuexit; [illegible] longe antea apud Francos pro[illegible]nciae in *Comitatus*, iique rursum in *Centenas* vel *Centurias*, denique eae in *Decanias* distributae erant, vti in his vocibus docuimus. Sed quod de securitate inter indigenas stabilita, ac mutua vadatione narrant Scriptores, Aluredi prorsus videtur institutum. *Hundredi*, an certo familiarum vel villarum numero constiterint, haud omnino planum est. Geruasius Tilleberiensis lib. de Scacario part. 1. cap. penult. *Hundredum*, ait, *ex hidarum aliquot centenariis*, *vt hidam* ex 100 *acris* constitisse. Est autem *hida* tantum terrae, quantum vni aratro per annum sufficit, quod Latini aeui inferioris *Mansum* vocant, agri scilicet portio cum domicilio, vni familiae colonariae attributa: ita, vt *Hundredus* certo familiarum numero constiterit: quod de *Centena* apud Francos volunt. Neque aliud apud Bromptonum *Villa* videtur sonare, cum ait, *Hundretum Latine dici quod Wallice et Hibernice Cantredus*, *et continere centum villas*: vt et apud Ranulfum Castrensem lib. 1. c. 50. scribentem, *Wapentak* et *Hundret idem esse*, *quod procinctus centum villarum*. Videtur enim his locis *villa* idem esse, quod *colonia*, seu familia rustica, vni agri portioni addicta. HVNDREDES-PENNY, HVNDREPENY, praestatio quae ab hominibus hundredi Vicecomiti vel Hundredi praeposito, in oneris sui subsidium fiebat, et *Auxilium Vicecomitis* interdum vocitatur. HVMDRET, in Charta Henrici II. Regis Angliae ex Archiuo Beccensi: *Et in omnibus aliis locis solutas et liberas* (possessiones habeant) *et quietas de syre et Humdret et placitis et querelis*. HVNDRETVS AFFIRMATVS, tributum quod ab hominibus *Hundredi* exigitur, ad *firmam* datum. Computus an. 1305. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. p. 354.

HVNNISCVS. (1) Pro *Hunnicus*, inflexione Anglo-Saxonibus et Longobardis familiari. Carolus M. in Epist. ad Offam, Regem Merciorum, quam describunt Radulfus de Diceto, Willelm. Malmesburiensis, et Matth. Paris, seu quis alius, in Vitis Abbatum S. Albani: *Vestrae quoque dilectioni, vnum balteum et vnum gladium Hunniscum, et duo pallia serica duximus destinanda.* Vbi *Hunniscum*, non videtur esse adiectiuum gladii, quod vult Watsius; sed aulaeum ita nuncupatum, quod apud *Hunnos* texeretur, illudque esse, quod ἀμφιθυρον Ουννικὸν appellatur; in Epistola Chosrois apud Theophylactum Simocattam, l. 5. c. 14. (2) Equi ex Hungaria, vulgo *Hongres*. Vegetius lib. 4. Artis veterin. c. 6.

HVNNISONI, eadem notione ac *Hunnisci* 2. nisi pro *Hinnisoni*, a verbo hinnire. Will. Brito L. 11. Philippid.

- - - Nunc corpora forti
Prensa manu, quando spatium non inuenit ictus,
Hunnisonis depellit equis, nunc iuxta peremptis.

HVNONES, vel HVNNONES. Ch. Henrici III. Imp. a. 1056. et Henrici IV. Imp. 1065. ex Tabulario S. Maximini Treuir. *Constituimus etiam atque iubemus, vt Aduocati in Abbatia illa non nisi ter in anno placitare debeant, et illi, qui Hunones* (al. *Hunnones*) *in quibusdam locis dicuntur, tertio tantum anno, nisi recens furtum fuerit, aut ex parte Abbatis vocati fuerint, placitum habeant.* Meminit etiam *Hunonum* Charta Henrici V. Imp. an. 1112. et alia Conradi Comitis Lutzelinburgensis a. 1135. in eodem Tabul. Sed cuius ordinis illi fuerint, non liquet. V. Zyllesium, et Duchesnium in Hist. Luxemburg. † Iidem videntur qui apud Anglos *Hundredarii*. Gl. Florent. Ms. *Centurio vel tribunus, Hunno*. Ch. a. 1054. t. 1. Hist. Treuir. pag. 397. *Seruientes vero qui prae-*

Digitized by Google

graebendarii - - - nulli advocato neque Hannoni subiaceant.

HVOBA, V. *Huba.*

HVPA, lupulus, Flandris *Hop*, Germ. Hopfen. *Hurtus Huparum*, in Chr. Windesem. l. 1. c. 9. L. 2. c. 17.

† HVPVPATVS, plumis cristatus, Gall. *Huppé*. Ch. Ms. a. 1440.

HVRA. (1) Pileus villosus. Vitae Abbatum S. Albani p. 53. *Statimque assurgens*, (Episcopus Lincolnienſis) *in manu Regis per capitis sui galerum, qui Hura dicitur, resignauit id iuris, quod dicebat se habere in Ecclesia B. Albani, etc.* Vocem *Hure*, Galli de capite vsurpant. Vide Menagium in *Hurepois*. (2) Idem quod *Hira*, V. *Aera* 1.

HVRDAMENTVM, idem quod *Hurdicium*. Regestum Philippi Aug. Herouuallianum f. 128. *Non capiebant Comites Ebroicenses aliquam consuetudinem, nec eschallas, nec Hurdamenta ad Castellum Gallionis etc.* HORDAMENTVM, in Comput. an. 1202 apud Bruſſel de Vſu feud. t. 2. p. CCVII.

HVRDARE, cratibus munire. Will. Brito. lib. 1. Philip. p. 106. Gall. *Hourder*. † Perperam HVRTARE, in Chartul. Norman.

Hurtari turres et propugnacula, muros
Subtus fulciri facit.

HVRDATOR, qui *Hurdicia* seu crates ligneas facit. Computus an. 1202.

HVRDICIVM, HVRDICIVS, cratis lignea, qua obducebantur moenia, ne ab arietibus, vel missilibus lapidibus laederentur: seu vt ait Vegetius l. 4. c. 23. *vt impetus machinae materia molliore fractus murum non destrueret:* vel pali in sollatorum marginibus infixi, ne statim ad moenia *accessus pateret:* a Saxonico, *Hyrdl*, plectrum, cratis: Anglis *Hurdle*, vel a Teutonico Hörde, Hürde, quod idem sonat. Will. Brito l. 1. Philipp. p. 107.

Ictibus assiduis Hurdicia fracta recedunt.

Rogerus Houedenus p 680. *Combusserunt quatuor Hurdicios per ignem Graecum.* Idem p. 693. *Petrar sus, et Hurdicios suos et alias chinas suas bellicas parauerat.* dem habet Brompton. p. 1189. 12 HORDECIVM. Guillelmus Arm ricus de Gestis Phil. Aug. pag. HORDICIVM, interdum sumi pro machina bellica, seu ari Henr Knygthon. p. 2612. *Dei fecit insultum ad castellum eodem vsque ad noctem - - - et tunc red derunt illud: habuit namque v Hordicium forte et bene prouis cum quo ad tales insultus operatu est mirabilia in prosternendo muros castrorum.* HORDALICIVM. Assisiae Comitatus Campaniae a. 1284. V. *Vrdicius.*

HVRLATVM, V. *Huslotum,*

HVRSACRVM, *ignis sacer*, morbi genus, apud And. Resendium in Vita S. Aegidii Ord. Praedic. n. 99. ex Hebraeo אור, ignis et Latino *sacrum.*

HVRSLEGA, V. *Hursta.*

HVRSNIVM, idem, vt videtur, quod *Harnesium*, Gall. *Harnois.* Necrolog. Lauresham. inter Vindem. Litter. Fred. Schannati p. 31. *Dedit nobis Hursnium et equum et balteum vnum et arma.*

HVRSTA, Saxon. *Hurst*, Germ. Hurst, silua Hinc castellum quod in tutelam portus Auonienſis extructum est, a silueſtri situ *Hursta* dicitur. De hoc Lelandus:

Non tulit hanc labem magni mens Principis alta
Quin Hurstam statuit vindicis illa loco.

Inde *Hurslega*, pro loco silueſtri, eodem Lelando interprete in Comment. Cygn. Cantion. *Hurslega*, inquit, *Saxonice, Hurslege, vulgo Hurley: recentiores verterunt Lege, quod locum Latine significat in le et ley, sonat autem Hurste-lege, Latine silueſtrem locum.* Ex Spelmanno.

HVRTAGIVM, tributum quod pro facultate fingendi in portu anchoram exsoluitur, Gall. *Droit d'Hurtage.* Ch. a 1238. ex Chart. Gemmet. V. *Anchoragia.*

† HVR-

ARE, percutere, cum vi alio pellere, Gall. *Hourter*, Germ. . Lit. remiſſ. Mſ. a. 1352.

S, HVRTARDVS, Spelmandetur eſſe Aries integer; nec immerito, cum inter oues rer numeretur. Monaſticum to. 2. p. 666. *De multoni. de Hurtis et muricis 207. de 121. et de agnis 100.* *) A Ger- Hirten, cornibus petere. HVRDVS, vox eiusdem originis et onis. Domesdei, in Monaſtico nglice t. 3. p. 306. *Item 100. acrae de mariſco, et valet acra communiter per annum 3. den. et paſcunt in mariſco et terris ſuſſeznis, 300. oues cum Hurtardis.*

HVSBANDREA, agricolae manſio, aedes vel certa terrae arabilis portio. Vetus Charta apud Spelman. *Kilketh, pro qualibet Husbandrea 2. den.* V. *Husbandus.*

HVSBANDVS, HVSBANDA, paterfamilias agriculturam exercens, oeconomus, Gallis, *Mesnager*. Teſtamentum Iohannis de Neuill. a. 1386. apud Madox Formul. Anglic. p. 428. *Item dum contingat me obire, volo, quod tota firma mea vnius termini tunc vltimo elapſi, condonetur omnibus tenentibus meis videlicet Husbandis, cotiers et bond.* Scotis praeſertim agricola dicitur; Anglis vero etiamnum *Husband*, maritum ſonat. A Saxonico deducit Spelmannus *Hus*, domus, et *Banda*, vinculum: quomodo Danicum *Huſzbon*, ſiue *Hoſzbon*, eadem notione interpretatur Pontanus in Chorogr. deſcript. Daniae p. 777. quaſi *domus columna* ſit maritus. In Legibus Inae Regis Weſt. Sax. c. 19. Edit. Saxon. ſeu Lombardi, *Husbanda*, ſumitur pro agricola, vt et *Husbandus*, in quoniam attachiamenta c. 23.

HVSBONDMAN, pro *Husbandman*, eadem notione. Ch. an. 1522. apud Madox Formul. Anglic. p. 288.

HVSBOTE, ius percipiendi lignum ad conficiendam domum, a Saxon. *Hus*, domus, et *Bote* multa. Ch. apud Madox Formul. Anglic. p. 188. *In omnibus aiſiamentis dictae villae de Malopaſſu, pertinentibus, et cum Husbote et haibote in praedicto boſco de Malopaſſu.* V. *Haibote.*

HVSCARLA, vir e familia, domeſticus, *famulus domeſticus*, ex Saxon. *Hus*, domus, et *Carle*, per translationem, *vir*, *homo*, proprie autem *maſculus*, *robuſtus*, *fortis*: vnde Carolus nomen, Gallis *Charles*. Houedenus poſt Simeon. Dunelmenſem et Florentium Wigorn. a. 1041 *Rex Anglorum Hardeknutus ſuos Huſcarlas miſit per omnes regni ſui Prouincias ad exigendum, quod dixerat, tributum.* Infra: *Vnde Rex ira commotus ob vltionem necis illorum - - - et caeteros Angliae Comites, omnesque ſuos Huſcarlas cum magno exercitu - - illo miſit.* Id eſt, domeſticos et aulicos. Simeon Dunelmenſ. a. 1065. *Eodem die primitus Danicos Huſcarlas Amanidum et Rauenesheartum de fuga vetractos - - - peremerunt.* Occurrit haec vox ſaepe in Domesdei: *Burchardus Huſcarle* pariter *Regis Edwardi* dicitur et mox *Teignus* (i. Baro) *Regis Ed.* Ita ibidem, *Huſcarli Comitum* non ſemel occurrunt. Denique tit. *Brideporte*, tit. *Warham*, et tit. *Dorſett*. *Et gilda pro 10. hidis, ſcilicet ad opus Huſcarlium vnam marcam argenti.* Id eſt, huſcarlis, et pro eorum profiſcuo, praeſtandam. *Huſcarlorum* Danicorum dignitatem pluribus deſcribit Ius aulicum Noruegicum vetus cap. 26. ex verſione Ioannis Delmeri.

HVSGABLVM, quaſi cenſus domus, ex *Hus* domus, et *Gable*, cenſus. Monaſt. Anglic. to. 3. p. 154. V. *Gablum.*

HVSGENVS, familiaris, domeſticus famulus, Belgis *Huys-genoot*, Germanis Hausgenoß, ab Haus, domus et Genoß familiaris. Codex MS. Conſuetud. Eccl. Colonienſis. Vide Schilter. in Gloſſar. Teuton. V. *Huſe.*

HVSIA, equi ſtragulum, Gall. *Houſſe*. Ch. a. 1259. apud Perardum in Burgundicis p. 494. *Equi cum Huſiis* V. *Houſia.*

HVSKARLA, V. *Huſcarla.*

HVSLADA, eſt *annua quaedam exactio*, inquit Ioannes a Leydis l. 7. c. 26.

quae scilicet a singulis aedibus, vel *focis*, aut familiis exigitur, ex *Hus*, domus, et *Lada* lex, mulcta, praestatio. Diploma Ottonis III. Imp. a. 985. *Beneficium cum omni vtilitate, excepto quod vulgari lingua vocatur Huslada.* Nisi legendum sit *Huslota*, V. mox *Huslotum*.

HVSLGENGA, HVSLGENGVM, in Legibus Inae Regis Saxonicis §. 15. et 19. in Latinis vero §. 18. perperam *Hulsgonges*, et *Hulsgengas*, Lambardo interprete, Saxonibus est *pater familias*: Welocho *Catechumenus*, Somnero denique *Eucharistiae* praeceptor, ex Saxon. *Husl*, Eucharistia, et *Genga*, vel *Ganga*, ire, adire, vnde *to husl gan*, est Eucharistiam adire, *Huslgenga* proprie parochianus.

HVSLOTVM, tributum, cuius mentio in Chartis aliquot apud Willelmum Hedam p. 65. 78. 85. 2. Edit. vbi interdum *Hurlatum* perperam habetur, vt et in 1. Edit. p. 246. 256 262. Vox ex Germanico confecta *Hus* domus, et *Lot*, tributum, census, *focagium*. V *Cogechulst*.

HVSONES, maiorum piscium species, Germ. Hausen, esox. Thwroczius in Andrea Rege Hungaria cap. 43. Vetus Charta apud Browerum in Antiquit. Fuldensib. l. 3. c. 11.

HVSSERIVS, V *Huisserius*.

HVSSIA, V. *Housia*.

HVSSITAE, Iohannis *Hus* in Bohemia Sectatores. V. Diarium Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6.

HVSTILIMENTVM, suppellex domestica, *Vtensile*, unde forte vox nata. Ioan. Fortescutus de Laudib. Legum Angliae cap. 36. Versio Anglica habet *Hustlements*. V. *Vstensilia*.

HVSTINGIA, V. *Hustinum*.

HVSTINGVS, curia, ita dicta non modo in vrbe Londoniensi, sed et in Wintoniensi, Lincolniensi, Eboracensi, et apud *Schipwey*, insula in borealibus Cantii partibus, ex Hus, domus et Ding, causa, quasi *domus causarum*, vel vbi *causae* agitantur. Ita censet Spelman. At Somnerus *Hustingum*, dictum contentit, quasi *Hyst - Thing*, id est, *supremum iudicium*, ab *Hyhsta* i. supremum, et *Thing*, iudicium. Ianus Dolmerus, ad Ius aulicum Norvegicum vetus pag. 503. *Huustinus*, praetorium vertit vocemque effictam ait ab *Huus*, domus, et *Ting*, forum; quasi domesticum forum. De Hustingo Londoniensi, Leges Edu. Confess. c. 25.

HVSTINVM PONDVS, dictum ab *Hustingo* Londoniarum ciuitatis Angliae praecipuae Curia suprema, quod in ea fortean pondus ad examen caeterorum ponderorum asseruaretur. Charta antiquissima lib. Rames. sect 32. et 127. apud Spelmannum: *Ego Aetelgina Comitissa do - - - - duos cyphos argenteos de 12, marcis ad pondus Hustingiae Londoniensis.* Tabularium Corbeiense Char. 236. *Sub censu duarum marcarum boni argenti Hustino pondere.*

HVSZARONES, HVZARONES, militia Hungarica leuis armaturae. Gall. *Housarts*, vel *Hussarts*. Epistola ann. 1589. apud Ludewig. Reliq. MSS. to. 6. pag. 324. *Huszaronibus autem Pechi Ferentz, qui quoque erectis signis perfide et perpetua infamia nos deseruerunt.* Decretum 38. Matthiae Regis apud Carolum de Aquino in Gloss. milit. *Quia nonnullae gentes potissimum vero leuis armaturae, siue Huzarones hoc facere consueuerunt. etc.*

HVTESIVM, V. in *Huesium*.

HVTHSCARLA, V. *Huscarla*

HVTICA. Otbertus Abbas Gemblacensis in Vita S. Veroni n. 2. *Quaedam cista vulgo Hutica dicta, quantitate magnitudinis ampla, quae supra beati viri tumbam stabat annonae plena.* Sic in excuso, pro qua voce perperam viri docti *Butica* restituunt: est enim *Hutica*, quod Belgae Gallici *Huche* vocant, cista maior ac longior. V. *Hucha*. VTICA, absque aspiratione. Charta Heccardi Comitis Augustodun. ex Tabulario Persiacensi in Burgund.

† HVTINARE, rixari. Lit. remiss. Ms. a. 1357.

HVTINVS, († rixa, contentio, iurgium, Gall. *Hutin*, vnde) cognomen, quo donatus Ludouicus X. Rex

Digitized by Google

...e, quod ut quidam pu-
...dhuc in puerita esset, ri-
...tentiones cum sodalibus
...taret; nam et de pueris
...nt, *Il aime le Hutin*, id
..., *le tintamarre, les que-*
...ttom. Francogal cap. 27.
Regis Ludouici Hutini, quo
prisca lingua nostra Turbu-
...ficatur.
... Glossae Isonis Magistri.
...; *Hutten mapalia ed magalia*
...sunt, id est, casae pastorum,
... tugurium. Hinc Gallorum
... eadem notione. *Heute, Heu-*
...ne Logette, in Tabul. S. Quin-
...in Insula fol 24.
...A. (1) Modus agri cum habi-
...e coloni, i. q. *Huba*. Ch. a.
...4. ap. Pe. 2. t. 6. Anecd. part.
... 313. (2) *Discriminale, orna-*
...m capitis mulierum, Gall. Hu-
...Glossar Lat. Gall. Cod. 4120.
... eine Haube. V. *Huyba.*
...VATA, galerus, pileus, quo
... milites cassidis loco caput te-
... Gall. *Huvette*. Ch. a. 1320.
... Probat. t. 4. Hist. Occit. pag.
...V. *Huua.*
...I, vestis species, vel vestis or-
...tum. Instrum. ann. 1303. in
...Monast. Sangerm. inter Instrum.
...LXXIV. *Item quod nullus defe-*
...fra metas Monasterii apparen-
...huetos. Legendum forte *Hou-*
... V. in hac voce.
... in *Huesium.*
...A, vitta crinalis, Belgis *Huy-*
... Ind. onomast. ad calcem t.
... Act. SS. V. *Huua* 2.
...ONES, V. *Husxarones.*
...NVM VELVM, vitrea fenestra,
...eco ὑάλινος, vitreus. Fridego-
... Vita S. Wilfridi saec. 3. Be-
...part. 1. pag. 180 Vtitur eti-
...rudentius Peristeph. 12.
... camuros Hyalo insigni varie
cucurrit arcus.
...NAGIVM, IVERNAGIVM,
...ll. *Hiuernache*, vel *hiuernage.*
... *Hiemale* Fletae lib. 2. c. 73.
... 19. *Hiemalis annona*, in
... ann. 1178 in Probat. Hist.
...nsis. pag. 349. *Fruges Hie-*
males, in speculo Saxon. L. 2. art.
48. §. 11. Charta Mauricii Episcop.
Parisiensis. ann. 1190. apud Bro-
lium: *Duos modios Hibernagii in*
campiparte eiusdem villae, etc. Ch.
a. 1218. ex Tabul. Portus regii:
Mathaeus de Meudun miles dedit Mo-
nialibus S. Mariae de Porregio tria
sextaria ordei et totidem Hibernagii
in sua decima de Meudun. Ob-
seruandum vero *Hybernagii* nomi-
ne, non quoduis seminis hyema-
lis genus intelligi, sed proprie
de illa frumenti specie accipiendum,
quam *secale maius*, Gall. *Ségle*, vo-
cant. *Hybernagium* autem dicunt
quod ante hyemen seratur, quo eti-
am nomine distinguitur ab hordeo,
auena, pisis, etc. quae *Marceschia*
et *Martium* dici solent, Gall. *Mars*
et bled marsois, quod ineunte Mar-
tio serantur. Porro, cum de *Hyber-*
nagio in veteribus Instrumentis oc-
currit mentio absque alia determi-
natione, vix aliter haec vox intelli-
genda videtur quam de miscello fru-
mento, Gallis *Bled méteil*, quod
Chartae sequentes non obscure innu-
unt. Charta Guidonis de Campis
ex Chartul. Calensi p. 54. *Nec*
non et quatuor sextariis ad mensuram
de Kala bladi ybernagii scilicet boni
et legatis Mixtolii percipiendis singu-
lis annis. Tabul. S. Remigii Re-
mens. *Duos modios laudabilis bladi*
persoluet --- medietas bladi erit auena,
reliquum hiuernagium, cuius hiuer-
nagii medietas erit frumentum, medie-
tas siligo. IVERNAGIVM. Donatio
facta Monasterio Camerae fontis a.
1208. YVERNAGIVM, in Fleta l. 2.
c. 41. §. 1. et in veteri Charta in
Hist. Montmorenc. p. 43. HY-
BERNATICVM. Polyptychus
Floriacensis: *Arant ad Hybernati-*
cum unusquisque perticas 4. et ad tra-
misium perticas 2. Codex MS. Irmi-
nonis Abb Sangerm. fol. 12. recto:
Soluunt in pascione denarios IIII.
arant ad Hibernaticum perticas IIII.
ad tremissum perticas II.

HYBERNATICA FESTIVITAS, S.
Martini, in Vita Aldrici Episcopi
Cenoman. p. 155. et alibi.

Digitized by Google

HYBERNIVM, HIEMATIO, παραχείμασία, in Gloſſario Graeco-Latino.

HIBERNVM, unde, pro *Hibernum tempus*, hiems. Capitulare I. ann. 809. c. 35. et Capitul. 2 eiusdem anni c. 13. *In Hiberno et in aeſtate.* Adde lib. 3. Capitul. c. 57. S. Ambroſius Serm. 38. *Miſer peccator dum Hyberni rigorem metuit, ibi tenebrarum frigus incurrit.* Vetus Chron. MS. laudatum a Baluzio: *Hybernus grandis et durus.*

HYCONIA, imago, ex Graeco εἰκών. Charta Adelelmi ann. 975. Chartul. Floriac. fol. 35.

HYDA, HYDAGIVM, V. *Hida, Hidagium.*

† HYDRA, mendoſe pro *Hida*, in Inſtr. to. II. Gall. Chriſt. p. 131. Ibid. pag. 146. rectius legitur *Hida.*

HYDRIA, metreta frumentaria, interdum liquidorum, et vini: *Vacder*: Ita Sambucus ad Leges Hungaricas.

HYDRIAE, inter miniſteria ſacra recenſentur ab Anaſtaſio in S. Leone PP. pag. 27.

HYDROMANCII, inquit Hincmarus Remenſis, tom. I. p. 125. *Sunt, qui in aquae inſpectione umbras daemonum euocant, et imagines vel ludificationes ibi videre, et ab iis aliqua audire ſe perlibent.* Antiquitus eſt quod de huiusce diuinationis ſpecie tradit S. Auguſtinus Ciuit. de Dei. l. 7. c. 37. *Num et ipſe Numa, ad quem nullus Dei propheta, nullus ſanctus Angelus mittebatur, Hydromantiam facere compulſus eſt: vt in aqua videret imagines deorum, vel potius ludificationes daemonum, et quibus audiret, quid in ſacris conſtituere et obſeruare deberet. Quod genus diuinationis idem Varro a Perſis dicit allatum.*

HYDROMELIPOLIVM, locus, vbi Hydromeli diſtrahitur, a Graeco ὑδρομελ et πωλέω vendo, in Actis SS. Iunii. to. 2. pag. 1010.

† HYDROPARASTATAE, haeretici, Manichaeorum aſſeclae, in Cod. Theod. l. 7. 9. et 11. ſic dicti forte quod aquam exhiberent diſcipulis ſuis potandam.

HYDROPHAGI. Geruaſii Tilber- ſis Otia Imperialia apud Leibnit. I. Script. Brunſuic. p. 984. *A tra parte deſcenditur ad Agypt hinc ad inſulam, in qua naſcu nutrientes barbam ad genua, qui cupantur Hydrophagi, quia piſces dos comedunt.* Videtur potius gendum *Ichuyophagi*, ἰχθυοφάγοι

HYDROPHYLACES, cuſtodes aq rum, Latinis Caſtellarii, in ve Inſcriptione apud Reyneſium p. 5 Gregorius X. PP. lib. 5. tit. II. c 12. in ſexto. *Cuſtodes aquarum (quos Hydrophylacas nominant, queit infigi ſolent, annotatione ſignati.* Iis praeerat *Conſularis aquarum* L. I. de Aquae duct. et L. I. de diuers offic. V. Frontinum de Aquaeductibus.

HYDROPICARE, hydropem facere. Alanus lib. 4. Anticlaud.

HYDROS, *Pſalmus, quem cantio componit organi.* Papias MS.

HYEMA. Regula Magiſtri c. 81. *Inquinamenta caccaborum, cucumae vel Hiemarum, nec non et foci calorem ſuſtineant.* Legendum *Zemarum. V. Zema.*

HYEMALES FRVGES, V. *Hybernagium.*

HYEMANTES, Graecis χειμαζόμενοι dicti Poenitentes publici, qui propter enormia et turpia quaedam delicta, etiam ab ipſo Eccleſiae porticu, vbi caeteri poenitentes ſtabant, arcebantur, coacti ſub dio remanere omnibus aeris iniuriis expoſiti, induti cilicio, etc. vel vt quibusdam placet, χειμαζόμενοι, dicti *Daemoniaci*, quod hi inſtar nauis χειμαζομένης, huc atque illuc iactarentur. Vide Hofmannum, Macros fratres, Suicerum in Theſauro Eccl. V. χειμάζομαι, et Gloſſ. mediae Graecit. in χειμαζόμενοι.

HYLE, materia, a Graeco ὕλη. Geruaſii Tilber. Otia Imperialia apud Leibnit. to. I. Script. Brunſuic. p. 886. *Hanc confuſam machinam mundialem velut primordialem materiam, nunc Hylen, nunc chaos, nunc terram, nunc abyſſum, nunc aquas nominans.*

† HY-

Digitized by Google

...ATVS, in sylua genitus ... Cod. reg. 7641. *) Germ. ... vel Holsate, vnde nomen ...um et Holsatiae.

..., materialis, apud Mabill. ... Analect. p. 164.

...NDVRVM, vinculum gra...; vox ibrida, vt videtur, ...eo ἴλλω, vincio, πᾶν, om... durum. Hist. Miscell. apud ...tor. to. 1. part. 1. 159. *Ex ...anduris constrictos trahens Bul... captos, quos extra portam au... decollari praecepit.*

...ERA, dies, Geaece ἡμέρα. Acta S. Swithuni to. 1 Iulii. p. 336.

† HYMNARE, Subst. V. *Hymnarium.*

HYMNARIVM, vel HYMNARIVS, liber hymnos continens. Leo Ost. lib. 2. c. 52. *Duo etiam Hymnaria in choro habenda. Hymnare* in Synodo Oxoniensi ann. 1287. cap. 12. *Ympnare*, apud W. Thorn. pag. 1935.

HYMNICHARE, laudare, praedicare. Fr. Arnonis Scutum Canonic. apud R. Duell. Miscell. L. 1. p. 12. V. *Hymnizare.*

HYMNIDICVS, HYMNODICVS. Vita S. Leonis IX. PP. auctore Wiberto Archid. apud Murator. to. 3. p. 294. *Hymnidicam totius Cleri harmoniam suis diris euincebat vocibus.* Placidi Diaconi Supplementum Viror. Illustr. Cassin. c. 8. apud eumdem to. 6. col. 68. *Extant quoque libri duo, in quibus celeberrima nonnulla Sanctorum et Sanctarum sacra vario describuntur metro, eorumque gesta Hymnidicis proferuntur modulis.* Vita S. Seueri Archiep. Rauennae, in Appendice apud eumdem to. 2. p. 193. *Gaudeamus - - quia hodie alternantibus Hymnodicis Angelorum choris intrauit pascua aeternae haereditatis.* Adde Marten. to. 6. Collect. c. 810.

† HYMNIGERAE VOCES, quae *hymnos* decantant. Hist. Nem. to. 1. Prob. p. 4.

HYMNISONVS. Miracula S. Iohannis Beuerlac. to. 2. Maii. p. 79. *Clarus quoque, viso quod factum fuerat miraculo, Hymnisonis concrepat laudibus.*

HYMNIZARE, ex Graeco ὑμνίζειν, laudare, praedicare. Ioan. de Ianua. *Hymnizare, laudare, vel hymnos cantare.* Honorius Augustod. lib. 3. c. 38. *Similiter* saepe expugnauerunt, et Deus, Deus meus, *tristitiam*, Laudate *vero Hymnizat laetitiam.* S. Gerardus in Miraculis S. Adelardi, tom. 1. Ianuar. pag. 121. *Cumque simul Ecclesiam Hymnisantes repetissent.*

HYMNODIA, hymnorum decantatio, canticum, ap. Duell. lib. 1. Miscell. pag. 12

HYMNODICVS, V. *Himnidicus.*

† HYMNOLOGVS, officium religiosum apud paganos, in Inscript. Grut.

HYMNVS. *Hymni*, Eucherio et Isidoro lib. 1. de Eccl. Off. c. 6. *Carmina quaecunque in laudem Dei dicuntur, vocantur.* Ruffinus in tit. Psal. 72. *Hymni sunt cantus continentes laudem Dei. Si sit laus, et non sit Dei, non est Hymnus, Si sit laus et Dei et non cantetur, non est Hymnus. Oportet ergo vt sit Hymnus, habeat haet tria, laudem et Dei, et canticum.* Sed et Psalmos Hymnos interdum vocat Cassianus L. 3. de Coenob. Instit. c. 6. vt et Victor Vitensis lib. 1. de Persecut. Vandal.

HYMNI AMBROSIANI, ab Ecclesia recepti, vt testatur Concil. Turon. II. c. 23. Toletan. IV. c. 13. praeterea Regula S. Benedicti. cap. 17. in qua nude *Ambrosianum* pro *Hymno Ambrosiano* habetur. Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. c. 6.

HYMNVS ANGELICVS, dicitur a Scriptoribus Ecclesiasticis, hymnus ille, qui in Missa canitur: *Gloria in excelsis Deo*, quod initium nempe illius, ex hymno in Domini Natalitio ab Angelis decantato, desumptum sit. HYMNI ANGELICI, appellatione donatum etiam interdum *Trisagium*, auctor est Micrologus. c. II. et Capitul. lib. 6. 173. Te igitur *non inchoent sacerdotes nisi post Angelicum Hymnum finitum.*

HYMNVS EVANGELICVS, seu *de Euangelio*, idem qui *Angelicus*, Bele-

Digitized by Google

Beleto c. 36. HYMNI FERIALES, qui in Feriis canuntur, apud Ioannem Episcopum Abrincensem de Offic. Ecclesiasticis. HYMNVS S. MARIAE, *Magnificat*, apud Ioannem Abrincens. Episc. de Offic. Eccl. HYMNVS TRIVM PVERORVM, olim inter Missarum solemnia decantatus, vt patet ex Breui Expositione antiquae Liturgiae Gallicanae apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 92. HYMNVS S. TRINITATIS, qui Graecis τρισάγιον, is scilicet, qui canitur ab utraque Ecclesia, in die Parasceues Graece et Latine, *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*, Ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Marcellinus Comes in Chronico. HYMNVS, *Te Deum laudamus*, vulgo tribuitur S. Ambrosio et S. Augustino, in libro Psalmorum M. S. quem Carolus M. ad Hadrianum PP. misit, qui in Caesarea Bibliotheca asseruatur, vt auctor est Lambecius, et apud Durandum lib. 5. Ration. c. 3. n. 31. Vnde *Hymnum Ambrosianum* vocant Gualterus Teruanensis, in Vita S. Caroli Comitis Fland. c. 38. In Breuiario Casinensi scripto sub Paschali II. PP. quod asseruatur in Bibliotheca Institutionis Parisiensis Oratorii Iesu, inscribitur *Ymnus Sisebuti Monachi*. Ita etiam in alio Cod. MS. Bibliothecae Vaticane apud Card. Bona in libro de Diuina Psalmodia. In Psalterio Gallico Latino, exarato circa tempora Henrici I. *Hymnus S. Nicetii* dicitur, vt auctor est Visserius Armachanus, lib. de Symbolis. Siue, inquit, hic intelligendus fuerit Nicetius, siue Lugdunensis, siue Treuirensis. Huius hymni mentio est in Concilio Triburiensi ann. 821.

HYNE, seruus praedio excolendo addictus, seruus glebae, Angl. *Hine*. Testament. Iohannis de Neuill. ann. 1386. apud Madox Formul. Angl. p. 428. *Item volo quod CC. marcae - - - distribuantur inter carucarios, plaustravios et custodes animalium meorum, videlicet Hyne, Nethirdes*, et *Schephirdes, per discrecionem Executorum meorum.*

HYOPA, hirtus, setosus, ex Gr. ὗς, porco similis. Luitprandus in Legat. p. 81. Edit. 1600. de Polycephoro Imp.

HYPANTE, V. in *Hypapanti*.

HYPAPANTI, barbare, ex Gr. ὑπαπαντή, qua appellatione dicitur, festum Purificationis B. Mariae, ab *occursu* seu obuiatione tunc facta a sene Simeone, et Anna vidua, unde et *festum S. Simeonis* appellari in Codice Remensi Libri Sacrament. Gregorii M. monet Menardus, cui concinit Anastasius in Sergio PP. p. 62. Vgutio: *Ypapanti. indeclinabile*, id est, *obuiatio, vel occursus; Vnde representatio Domini in templo*, i. *festum Purgationis B. Mariae Virginis dicitur Ypapanti, et tunc Simeon occurrit Christo et obuiauit et in ulnis suis accepit eum et praesentauit.* Flodoardus L. 3. Hist. Rem. V. Vghell. to. p. 528. HYPANTE, aut HYPANTI, corrupte dicitur apud plerosque Scriptorum de Diuinis Offic. Alcuin. lib. de Diuin. Offic. Amalar. lib. 3. et alios.

HYPATIA, missilia ab Imperatoribus et Consulibus in populum sparsa. Hist. Miscell. apud Murator. tom. 1. part. 1. pag. 162. *Superposuit ei chlamydem et auream coronam, et ita processerunt iactantibus Imperatoribus Hypatiam et trimisia et hemisia et numismata noua usque ad magnam ecclesiam.* V. Gloss. med. Graecit. in Τραπεζα.

HYPATVS, YPATIVS, dignitas in Aula CPolitana, cuius mentio est in Epist. 36. 38. 227. Ioannis VIII. PP. (ὕπατος, Graecis, Consul, vt in Numismatibus passim occurrit.) Anastasius in S. Agathone PP. p. 54 *Post haec Patricii, Ypati, omnesque inclyti introierunt, Hypati ciuitatum*, apud Leonem Ost. lib. 2. c. 37. *Ioannes Imperialis Patricius Caietanus filius Docibilis Hypati.* Ioannes VIII. PP. Epist. 38. *Docibili et Ioanni Hypatis Caietae.*

HYPERBERETAEVS MENSIS, October, Macedonibus ὑπερβερεταῖος. Ca-

Digitized by Google

Apost. to. 1. Concil. Hisp. 5.

BOLI LAPIDES, (Aristo- ὑπέρβολοι) *quibus ad cernitigatis, scelerati in profundum ebantur. Ager Hyperbolus, ribus obnoxius lapidis indicio umnae.* Vocabul. Sussannaei.

BOLICVS, V. in *Hypo-*,

ICVS, vel vt habet Vgutio *tus, superbus.*

RPERATA TERRAE, V. in *perperum.*

PERPERVM, moneta Imperatorum Byzantinorum aurea, sic appellata, quasi ex auro eximie rutilo et recocto confecta esset, quod pluribus docet Cangius in Dissertatione de Imperatorum Constantinopolitanorum nummis, vt et hanc monetae aureae nomenclaturam vix cognitam ante nostrorum in Orientem expeditiones. Willelmus Tyrius lib. 18. c. 24. *Viginti duo millia Hyperperorum, et tria millia marcarum argenti examinatissimi - - - dicebatur esse largitus.* (Editio Basileensis ann. 1564. habet *Hyperorum.*) Male igitur dixit Robertus Caenalis lib. de Mensuris et ponderibus: *Hyperpereum nummum esse qualis apud nos est Grossus Mediolanensis.* HYPERVS, apud Bernardum Thesaurarium de Acquisitione Terrae sanctae, apud Murator. tom. 7. col. 678. PERPERA, in Charta Petri Ziani, Ducis Venet. ann. 1211. in Hist. Bellunensi. p. 109. PERPERVM. Guntherus in Hist. Hieros. c. 8. PERPARVS, non semel, apud Acher. to. 8. Spicil. p. 272. apud Murator. tom. 6. col. 336. et 343. PERPRE. Albericus an. 1236. ISPERI, et YPERPERI, in aliquot Chartis, laudatis in Historia Cangii Franco. Byzantina. PVRPVRATI, pro *Hyperperi*, apud Tudebotum, L. 2. Baldricum, et Guibertum L. 4. Hist. Hierosol. c. 5. etc. HYPERPERATA TERRAE, vt *Librata terrae*, de qua infra, Reditus terrae, vel agri tot hyperperorum. Charta Roberti Imperat. CP. apud Odoricum Rainaldum ann. 1222. n. 25. PERPIRIARII, ita dicti in Regno Cyprio, regnantibus Lusinianis, homines, qui licet liberae conditionis, obnoxii tamen erant ratione 13 hyperperorum, quae domino feudi pensitare quotannis tenebantur.

HYPOBOLICVM INSTRVMENTVM, scriptum de *Hypoboli* donatione, apud Sidonium L. 7. Ep. 2. V. Salmasium de Modo usur.

HYPOBOLON, dotis est incrementum, vel quod mortuo marito uxori superstiti redditur supra dotem, quod est instar donationis propter nuptias. Graecis ὑποβόλιν, ab ὑποβάλλειν, addicere. Ita Lexion Caluini; V. *Augmentum dotis.*

HYPOBRICHIVM, ὑποβρύχιον, submersio, abyssus. Tertullianus de Idololat. cap. extremo.

HYPOCAMISIVM, vestimentum, quod subtus camisium est, ὑποκάμισον, apud Codinum, in Origin. CP. et alios, quos laudat Meursius. Glossae MSS. *Ypocamisium, vestis super camisiam.* Leg. *subter.* Anastasius Biblioth. in Vita S. Ioannis Eleemos. num. 35.

HYPOCARTOSIS, tectorium, siue crusta, qua parietes et camerae inducuntur. V. *Camaradum.*

HYPOCAVSTORIVM, in Monasteriis, vbi Monachi simul sese calefaciunt, *Chaufoir.* Vita S. Thiadildis Virg. num. 7.

HYPOCISMA. Lex Wisigoth. lib. II. tit. 1. §. 5. *Si quis medicus Hypocisma de oculis abstulerit, et ad pristinam sanitatem perduxerit infirmum, etc.* Lindenbrogius in MSS. aliquot *Hypocrisin* legi monet, ex quo *Hypopiosin*, restituit Vossius, ex ὑπόπυον *i. collectio puris copiosi sub cornea oculi tunica.* † *Hypochyma*, to. 4. Collect. Hist. Franc. p. 135. vt efferunt etiam medici, vel *Hypochise*, a Gr. ὑποχύμα, oculi suffusio.

† HYPOCONDRIA, vox medica in Summ. Instit. Iustin. l. 1. tit. 11.

HYPOCRISIS, V. *Hypocisma.*

HYPODIACONISSA, V. *Frigdera.*

HYPODIACONVS, Subdiaconus, quo vocabulo vtitur passim S. Cyprianus in Epistolis. V. *Subdiaconi.*

HYPO-

Digitized by Google

HYPODROMVM, seu potius *Hypodromus*, longior porticus, *Galerie*. Papias MS. *Ypodromum, domus declinationis, ad necessitatem, et per gyrum habens arcus deambulatorios, super quos ambulant homines*. Ordericus Vitalis lib. 2. p. 412. *Hypodromum et per gyrum arcus deambulatorios*. YPODROMVS, in Catholico Paruo, *Trauail de cheual*, vbi equi ferantur, *Trauaglio*, Itali, de qua voce Menagius in Origin. Italicis, forte pro *Hippodromus*, tametsi alia sit vocis significatio.

HYPOGAEA, pro *Hypogaeum*. Anonymus in Miraculis S. Vsmari per Flandr. n. 6.

HYPOPSALMA, S. Augustino lib. 1. Retractat. c. 20. est, *quod ad singulas Psalmi partes succinitur et respondetur*. Galli vocant *Refrain*.

† HYPOSARCHA, vel potuis *Hyposarca*, υποσαρκη, Hydropisis species. Acta SS t. 1. Aug. p. 272.

HYPOTAMVS, pro *Hippopotamus*. Epistola Iohanni Presbytero, seu Regi Abissinorum falso adscripta ad Calcem MS. Corbeiensis. *In terra nostra oriuntur et nutriuntur elephantes, dromadarii, cameli Hypotami*.

† HYPOTECATIO, obligatio, oppigneratio. Ch. Ms. a. 1351.

HYPOTHECA, officina, Gall. *Boutique*. Verum mendum esse pro *Apotheca*, merito quis suspicatur. V. *Apotheca*.

HYPOTHECARE, et HYPOTECARE, oppignerare, obligare, Gall. *Hypotequer*. Ch. Adolfi. Imp[illegible] ann. 1292. apud Ludewig. to[illegible] Reliq. MSS. p. 435.

† HYPOTHECARIVS, pharm[illegible] pola, Apotheker, ap. Marten. [illegible] Anecd. p. 194.

HYPPARCHVS, V. *Hipparchus*

HYPPERVS, V. in *Hyperperum*.

† HYRINES, *conuenientiae, ser*[illegible] Glossar. vet. Cod. 7613.

HYRITIVS, erinaceus. Sugerius [illegible] Ludouico VI. c. 16.

HYROBI, *qui ungulas non diuidit*; [illegible] pias.

HYRPEX, V. *Herpix*.

HYSITIVM, farcimentum. Apitius de Re culinaria. lib. 2. c. 1. *Et exinde Hysitia plassantur, quod est, effinguntur*. V. *Isicium*.

HYSITIATVS, fartus. Idem Apitius lib. 8. c. 7. *Pullus Hisitiatus, lepus Hysitiatus*.

HYSOPVS Vgutioni, *herba est*, - - - *et dicitur Sparsorium aquae, quia in quibusdam locis fit ex ea herba, vel propter similitudinem purgationis*. Inuentarium Ecclesiae Eboracensis in Monastico Angl. to. 3. p. 171. *Vna magna cuua pro aqua benedicta, cum Ysopo de argento ponder. 9. lib. 3. unciar*.

HYSTERICVS MORBVS, mulierum morbi genus, Gall. *Suffocation de Matrice*, a Graeco ὑστέρα, uterus, matrix. Vita S. Philippi Nerü to. 6. Maii. p. 633.

HYVERNAGIVM, V. *Hybernagium*.

I.

I. (1) Littera numeralis, quae 100. denotat, unde versus:

I. C. compar erit, et centum significabit.

Seu vt habet Vgutio.

I, retinet centum, vocalibus unatenetur.

In Notis antiquis I. unum valet. Eidem literae si recta linea superaddatur, mille significat. (2) *I, in superscriptione cantilenae, iusum vel inferius insinuat, gratitudinemque pro g. interdum indicat*. Ita Notkerus Balbulus opusc. *Quid singulae litterae significent in superscriptione cantilenae*. Vide A. (3) I. quandoque mutatum in A. *Balanx* pro *Bilanx*, Gall. *Paresse*, pro *Pigritia*, Latinum *Tango*, pro θέγω. Frequentius in E. *Placetum*, pro *placitum*, *Basilecus* pro *Basilicus*, Gall. *Enfer* pro *Infernus*, etc. I. consonum in G. saepius, et vicissim. Promiscue fere scribuntur *Gardinum*, *Iardinum*, *Gaola*, *Iaola*, etc. Idem I. con-

Digitized by Google

sonum pro *Ch. Inable pro Cha-* Eiusdem perpetua mutatio est apud Italos, vt *Gieſu* pro *Guiſto* pro *Iuſtus*, *Giurare Iurare*. I. quandoque subla- *Strumentum*, pro *Iſtrumentum*. neceſſe eſt moneam, I. pro Y. us reperiri, vt Y. pro I. Mu- nes aliae rariores. (4) † I. pro in vett. Inſcript. apud Vignol. 335. (5) † Aliquando voci- praeponitur, vt videre eſt in *onſio*.

IABLE, rudens, Gall. *Chable*, vel *Cable*. Epiſt. an. 1113. apud Mart. tom. 1. Collect. Ampliſſ. col. 1114.

IABVS, *id eſt Deunx XI. uno ſubtracto de libra*. Papias.

IACCA, Gallis *le ratelier des cheuaux*. Vegetius L. 1. Artis veterin. c. 56. *Cratis quae Iacca* (alias *cocca*) *vocatur a vulgo, pro equorum ſtratura nec nimis alta ſit - - - nec nimis humilis*.

IACCHENSES FLORENI, moneta Catalaunis et Aragonis nota, quae ſic dicta eſt, vt videtur ab vrbe *Iacca*. Ch. an. 1316. apud Marten. t. 1. Anecd. c. 1348.

† IACEA, mentha. Gloſſar. Mſ. Lat. Gall. a. 1340. *Iacea dicitur Gallice Menthe*.

† IACELLVM, *vna rete*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ. Ital *Giachio*. V. *Iacula* 2.

IACENTIA. (1) *Subciua, reliqua*, in Gloſſis Iſid. Melius in excerptis *ſubciſiua*. Dicitur de fundis inter colonos indiuiſis, quae reliqua erant. *Iacens* enim quae ſunt ſine poſſeſſione, teſte Papiano lib. 37. tit. 3. leg. 3. (2) IACENTIAE, i. q. *Adiacentiae*, appendices domus, Zubehör, apud Murat. in Antiq. Eſtenſ. p. 203.

IACENTIVVS, V. *Arbor*. 1.

IACERE. (1) Giſtum. Ch. Ludouici VII. an. 1144. pro Monachis Argentolii, in Regeſto Philippi Aug. Herouualliano f. 152. *Praeter Iacere, noſtrum, et exercitum et equitatio, nem*. Alia eiuſdem Regis et anni in Tabul. S. Dionyſii. *Tolliam de annona, quae dicitur meſtiua, auenam, quam accipiebat ab unoquoque hoſpite, porcos ſeu freſcingias, anſeres et Gallinas; Iacere et procurari, ſiue ipſe, ſiue ſui, - - - corueias, etc.* (2) IACENTIBVS COLVMNIS, opus nouum impedire, id eſt priusquam aedificium eductum et eleuatum fuerit, in Lege Baiwar. tit. 11. c. 6. §. 1. (3) Abiicere, contemnere, negligere. Statuta Canonicorum Regul. apud Raimundum Duellium lib. 1. Miſcell. p. 87. (4) † *Iacere foedus*, pro inire ap. Murat. t. 21. p. 92. (5) † *Iacere de partu, de puero* cubare ex puerperio, in Act. Mſ. Inquiſit. Carcaſſ. an. 1308. V. *Geſina* 1. et *Iaſſina*.

† IACHA, inter res aromatarias recenſetur, in Conuent. Saonae. ann. 1526.

IACHERIA, terra noualis, Gall. *Iachere*. Tabularium Foſſatenſe: *Habet corueins octo diebus per annum, - - - in Iacheriis duobus diebus, in binalibus totidem, et in ſeminalibus totidem, in marceſchiis uno die, et in vindemiis uno die*. V. *Gaſſaria*, et *Iaſcheria*.

IACHTIVVS, ad iudicium citatus, V. in *Abiectire*.

IACINTVS, pro *Hyacinthus*, lapis pretioſus, apud Bernardum de Breydenbach, Itiner. Hieroſol. 111.

IACIS, pro *Aiacis*, vicaria, diſtrictus. Vetus formula apud Baluz. to. 6. Miſcell. p. 552. V. *Aiacis*. 1.

IACKE, IACQVE, ſagum militare, quod loricae induebatur. neſcio an a *Iacobis* factioſis, de quibus mox, nomen ſumpſerit. (*) Germ. Jacke eſt toga, veſtis rudis ruſticorum) Thomas Wallſinghamus an. 1379. p. 239. *Quod mille loricas, vel tunicas, quas vulgo Iackes vocant, redemerit de manibus creditorum*. Infra p. 249. *Arreptum quoddam veſtimentum ipſius, quale Iacke vocamus, et impoſitum lancae, pro ſigno ad ſagittas ſuas poſuerunt*. V. *Iaqueta*

IACMIVM, *Iacmarium Seruitium Matrimonii*, non ſemel recenſentur inter debita domino feudali ſeruitia in Recognitionibus de Voura apud Vibarienſes tom. 2. ex Archiuo Principis

cipis *de Rohan*, vt fol. 349. vbi legimus. *Sunt homines litgii prout ceteri homines videlicet talhabiles in Seruiciis iacmariis matrimoniorum.* Haec *Iacmaria matrimoniorum seruitia*, nihil aliud forte sunt, quam census, domino suo soluere tenebantur, ii homines ligii cum maritabantur. Haud scio, an a Graeco γάμος, nuptiae, *Iacmia* seu *Iacmaria seruitia* dici potuerint census huiusmodi. V. *Forismaritagium* et *Maritagium*.

IACOBI, ex Gallico *Iaques*, appellati factiosi quidam in argo Bellouacensi, ab eorum Capitaneo, quem *Iaque Bonhomme* vocabant sub an. 1358. de quibus copiose Froissartes 1. vol. cap. 187. 188. 189. Matth. Villaneus lib. 8. c. 67. Continuator Nangii Gall. MS. etc. qui factionem ipsam *Iaqueriam* nuncupant. V. Luetum in Hist Bellouac. tom. 2. pag. 544.

IACOBIPETA, V. *Iacobita*.

† IACOBINI. (1) V. *Iacobitae* 2. (2) Iidem qui *Iacobitae* Dominicani, in Ch. Mf. a. 1317.

IACOBITA (1) Qui peregrinationem instituit ad S. Iacobum Compostellanum, *Pelerin de S. Iaques*. Vgutio: *Iacobita qui petit Ecclesiam S. Iacobi*. Ioannes de Ianua habet *Iacobipeta*. vt et Gloss. Lat. Gall. Sangerm. (2) IACOBITAE. IACOBINI, in Aegypto et in Terra sancta, dicuntur Christiani quidam certis haeresibus ac prauis opinionibus infecti, ob quas a Patriarcha Constantinopolitano olim excommunicati, et ab Ecclesia Graecanica sequestrati sunt. Ita autem appellati a quodam Iacobo Seueri Patriarchae Antiocheni discipulo, qui annuente et praecipiente Timotheo Patriarcha Alexandrino Christianos ad sectam Dioscori Alexandrini Patriarchae reuocabat: cuius haeresin amplexus Anastasius Imp. ideo non semel *Iacobita* dicitur in Chronico Orientali ab Abrahamo Ecchellensi edito pag. 59. 60. 120. 121. 122. *Iacobitas* et *Iacobinos*, promiscue appellant Iacobus de Vitriaco in Histor. Hierosol. cap. 74. Aithonus c. 13. 14. Willebrandus ab Oldenborg. in Is T. S. initio, etc. (3) IACOTAE, dicti Dominicani, seu giosi Ordinis S. Dominici, eis *Hospitale Peregrinorum S. I* Parisiis ad mansionem assign primitus fuerit. Albericus, eo Magn. Chron. Belg an. 120

IACOBVS. (1) Minutior mo vulgo *Iaques*, cuius mentio in ris Beneharn. Rubr. de *Peages* 12. et in Consuetud. Solensi ti art. 4. *Iakes* moneta, nescio an glica, occurrit etiam sub Henri VI. apud Will. Stanford. lib. 2. Placitis Coronae, c. 30. V. *Iaquetus*, (2) † Sagum militare, Gall. *Iaque*, Germ. Jacke. Litt. remiss. Mf. a. 1374. (3) V. *Iacobi*.

† IACONIA, *id est lucrum exequiarum et funerum*, in Stat. Mf. eccles. S. Laur. Rom.

IACQVE, V. *Iacke*.

IACQVETA, species vestis monasticae, imo et toga quaeuis etiam laicorum, Germ. Jacke. Statut. Cisterc. ann. 1519. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1642. V. *Iacke*.

† IAQVETVS, a Gall. *Iacquet*, Iacobus, in Ch. Mf. a. 1277.

IACTANDA, *gloriatio*, *glorificatio*, in Gloss. MSS. ad Concilium Sardicense cap. 15.

IACTARE. (1) Deiicere, *Iester à bas*. Capitula ad Legem Alamannor. cap. 40. *Si quis alium de caballo iactat*, etc. In ipsa lege tit. 67. *Si quis liber liberum in vita de caballo Iactauerit*, etc (2) Aliquid proiicere ad significandum rem aliquam esse a se dimissam. Charta an. 968. ex paruo Chartul. S. Victoris Massil. fol. 7. *Recognoscentes, quia nullum directum habebant de ipsis campis et de ipsis vineis, et se querpiuerunt, et stipulauerunt, et intra iacentem Iactauerunt et calcauerunt.* V. *Festuca*, *Innestitura et Laisus*. (3) DECIMA IACTATA, V. *Decima*.

IACTARIVS, V. *Iacturarius*.

† IACTATOR, calculus, Gall. *Ietton*. Memor. D. Camerae Comput. Paris. V. *Iactus* 8.

IA-

Digitized by Google

ORIVM, machina bellica, ela complura simul vel certe s emittebat, *Petraria*. Galbert. Caroli Comitis Flandr. n. 96. , f. traditio quae fiebat olim endo festucam, vt dicitur in us *Festuca* et *Inuestitura*. Ven- an. 1070. Marcae. Hisp. col. *Ego Rangardis Comitissa* (Bi- nsis) - - - *per hanc scripturam tionis meae vendo vobis omnes et dretaticos, possessiones vel ritates, quas ego habeo, - - - homines vel feminae habent, - - - per me, per fevos, vel per alodia, vel per baiulias, siue per conuenientias, vel per dimissiones, vel Iactitiones, seu luctuosum, siue decimum, vel qualescumque voces in comitatu Redens. etc.*

IACTIRE, in ius vocare festucam in sinum proiiciendo. Placitum Caroli M. an. 812. apud Mabill. lib. 6. de Re Diplom. Ch. 36. *Tunc ipse Salacus per triduum seu amplius, vt lex habuit, placitum suum legibus custodiuit, et ipso Yingulfo ibidem Iactiuit vel solsediuit: et memoratus Yingulfus nec a dicto placito venit, nec vllum dixerit ad vicem suam, qui pro sonia nunciasset, sed Iactiuus exinde in omnibus apparuit.* Hic *Iactiuus* non tantum significat eum, qui in ius vocatur eo quo diximus modo, sed eum, qui vadimonium deseruit, *Abiectire*.

† IACTISSIVS, proiectus, in Ch. Ms. a. 1417.

IACTVRA. (1) Poena. Atto Vercell. Episc. in Libello de pressuris Ecclesiast. to. 8. Spicil. Acher. p. 46. (2) V. *Iectus*, 2.

IACTVRALE, ἐπιζήμιον, *damnosum*. Suppl. Antiquarii. Gloss. Lat. Graec. Sangerm. *Iacturale* ἐπιτίμιον mulcta, poena.

IACTVRARIVS, *qui frequenter iacturam patitur, i. damnum*. Glossae Isid. Papias habet *Iacturarius*. Iohan. de Ianua. *Iactarius, Iactuarius, qui frequenter damnum patitur, et proprie qui res suas iactat in mare imminente et grauescente tempestate. Iacturarius, a, um, damnosus, patiens, vel inferens damnum*. Gl. Lat. Gall. Sangerm. *Iactarius, Iactuarius, Domageux ou qui souffre domage.*

† IACTVRATVS, iacturam passus, tom. 7. Collect. Hist. Franc. pag. 375.

IACTVS. (1) ὑπαρτία, missile. Ita non semel vsurpat Censius Camerarius in Ceremoniali Romano, apud Baron. an. 1191. (2) Gall. *Iet. Iacti*, falconariae artis magistris dicuntur laquei de corio facti, qui pedibus falconum imponi solent, *vt cum eis retineantur, et iactentur ad praedandum, qui ob hoc Iacti dicuntur, quod cum eis iaciuntur falcones, et emittuntur ad praedam.* Ita Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi, c. 38. et alibi. GETVS, eadem notione, Ital. *Geti*. Constitutiones Friderici Regis Siciliae cap. 115. (3) Statuta Rudolphi Episc. Trecor. an. 1439. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1148. Haud scio an *Iactus*, seu *Elatio* hic recte exponi queat, per hastam publicam vel auctionem, adeo, vt *domini temporales*, et alii, de quibus agitur, prohiberent, ne subditi sui *ad firmam* reciperent decimas Clericorum: vt hi cogerentur, eas praeconis voci subiicere, hacque ratione ipsi temporales domini *viliori* pretio possent illas comparare. Textus non videtur satis emendatus. (4) IACTVS MISSIONVM, irrogatio, seu distributio pecuniae a ciuibus pro communibus impensis exigendae. Charta Philippi Regis apud Perardum pag. 348. (5) IACTVS MARIS, littus, seu potius agger, mari impositus, *Reiet dela mer, Iettée*. Ch an. 1242. in Probat. Hist. Guinensis p. 502. *Vendit totam terram, - - - cum omnibus suis appendiciis, scilicet dico et Iactu maris.* Vbi *Dicus* est Gallicum *digue*, Germ. Deich, agger. Consuetudo Bituric. (6) † Id quod manu mensurae super additur, die Zugabe. Ch. a. 1139. t. 2. Monum. haer. antiq. p. 16 (7) † Gall. vulgo *Terre - iet.* Pact. Ms. a. 1515. *Et habere debere per degam dictorum vallatorum suum iactum passagium.* (8) Calculus, Gall. *Ietton*. Ch. Ms. Caroli V. a. 1375.

Digitized by Google

(9) Computatio quae cum calculis fit. Lit. remiss. Ms. a. 1354. (10) † Prima perscriptio, Gall. *Iect*, *Minute*. Lit. remiss. Ms. an. 1453. (11) † *Iactus*, *vexatus*, σκυλευθεις. Germ. *Iactatus*. Castigat. in vtrumque Glossar. V. *Iactare* 2.

IACVLA. (1) Pro *Iaculum*, telum, apud Marten. lib. 2. de Ritibus Eccl. p. 242. (2) *Genus retis*. Glossar. Lat. Gall. Cod. 7679. V. *Iacellum* et *Iaculum*.

IACVLARIS, ἀκοντιστης, qui iaculatur, in Glossis Sangerm. MSS.

IACVLATOR. Chart. Amelii Episcopi Tolosani in Tabular. Abbat. Conchensis n. 1. *Tali pacto, vt nullus miles, neque cliens, neque Iaculator, etc.* Idem forte, qui *Arcubalistarius*.

IACVLVM. Gloss. Isidor. *Cassiculum*, *Rete*, *Iaculum*. Legendum est, *Cassiculum*, *Reticulum*, vt apud Festum.

IADELLVS, genus vasis, fortean idem quod Gallicum *Iale*, Gabata. Ch. Geraldi Abbat. S. Ioannis Angeriac. ann. 1385. ex Chartulario eiusdem Monasterii p. 460. *Item debet facere Iadellos et scutellas et tersoria ipso die ad faciendum Mandatum*. V. *Ialla*.

† IADRVM, Ital. *Zadro*, theatrum, ap. Scip. Maffei in Veron. illustr. part. 4. p. 193.

† IAFARINVS, crocei coloris; Ital. *Zafferano*, crocus, Saffran. Ch. Ms. an. 1031.

† IAIA, caueae species ad piscandum. Ch. Ms. an. 1215. *De singulis nauigiis hominum piscantium in Iais -- anguillam vnam*. V. *Gaia*.

† IAIXVM, terra inculta, ager virgultis obsitus. Ch. ann. 1056. apud Stephanot. tom. 10. Fragm. Ms. pag. 282.

IALAGIVM, IALEAGIVM, ius mensurae, ad quam exiguntur dolia vinaria, Gall. *Droit de iaugeage*. Litterae Officialis Andegau. a. 1269. ex Archiuo S. Albini. Tabular. S. Albini Andegau. *Donauit in opus pauperum consuetudinem illam quam habebat in Eleemosyna S. Albini, i. e. banagium de proprio cellario eleemosynarii. Dedit etiam consuetu[illegible] ialeagii quam habebat in cellar[illegible] minico monachorum.* † HAL[illegible]IIVM, in Ch. Ms. ann. 130[illegible] *Gellagium* et *Galo*.

† IALDVS, ab Itali. *Giallo*, l[illegible] croceus, flauus. Inuent. Ms. [illegible] Sedis Apost. a. 1295. V. *Ialidus*.

† IALEA, mensura liquidorum [illegible]dem quae *Galo*. Lit. remiss. M[illegible] 1357.

IALETVS, modus agri, vel si[illegible] *modii* pars duodecima. Hemer[illegible] Hist. Viromand. p. 313. *Rodu[illegible] Eques legauerat testamento octo [illegible]tos nemorum suorum de Mortier, octo ialetos terrarum suarum arabilium, duas falces pratorum suorum siluatorum in prato de Anisiaco.* Occurrit rursum in Ch. Walcheri de Rumigniaco a. 1231. ex Archiuis S. Nicasii Remensis. V. *Galetus* in *Galo*.

† IALETVM, in Ch. Ms. ann. 1374.

† IALIDVS, i. q. *Ialdus*. Stat. crimin. Riper. c. 20.

IALINVS, pro *Hyalinus*, coloris vitrei, ὑάλινος. Ch. an. 1197. apud Vghellum tom. 7. p 1274.

† IALLA, vasis genus liquidis continendis aptum, Gall. *Iaille* et *Ialle*. Arest. MS. a. 1345. V. *Galo*.

IALLEIA, V. *Galo*.

IALO, V. *Galo*.

IALLEAGIVM, V. *Ialagium*

† IALLEATA, mensura liquidorum eadem quae *Galo*, in Ch. Ms. ann. 1263.

† IALOIGENVS, mensura annonaria, Gall. *Golenée*. Lit. remiss. Ms. ann. 1360. V. *Golena* et *Ialotus*.

IALONATA, V. in *Galo*.

† IALONEIA, herbarum fasciculus, Gall. ol. *Iaglonée*. Ch. Ms. ann. 1266.

† IALOTVS, mensura annonaria, i. q. *Ialoigneus*, Gall. *Ialoi*. Ch. Ms. Phil. Pulcri. ann. 1312. V. *Galo*.

† IALOVSVS, a Gall. *Ialoux*, zelotypus, in Lit. remiss Ms. an. 1395.

IAMBELEGVM, *id est*, *pentametrum*, apud Papiam. Agit, vt videtur, de metro seu carmine, quod *iambo* constet.

IAM-

Digitized by Google

ICARE, tegere, operire Sup-
nt. Antiquarii: *Iambricat*, σκέ-
καλύπτει. Leg. *Imbricare*.
ICES, καλυπτῆρες, *tegmina*,
: vel legendum est *imbricare*
brices, quae voces sunt notae,
orte *lambricare*, a Gall. *Lam-*
, lacunare, et *Lambrices* a
Lambris, lacunar: Gallicum
n *lambris* dictum est ab *ambri-*
quae Festo sunt *regulae*, *quae*
ansuersae asseribus et tegulis inter-
ponuntur. Turnebus l. 14. Aduersar.
c. 12. *Lego in Festo ambrices regu-*
las esse non tegulas, vt quidam male,
id quod sensus ipse declarat, *sed et*
Francorum lingua quae articulo addi-
to tabellas quibus lacunaria texuntur,
aut aedes obducuntur lambrices vo-
cat, *quod cum fit*, *lambricari pro*
ambricari dicit.

IAMELLOCTVM, pannus e pilis camelorum contextus, Ital. *Ciamelloto*, Gall. *Camelot*, in Constit. Friderici Reg. Siciliae c. 93. V. *Camelotum*.

IAMIAMQVE, continuo, in lib. 32. Cod. Th. de Decur.

IAMMVNDLING, IAMVNDILINGI, seruorum, seu glebae adscriptorum species apud Germanos, qui a *litis* et *colonis* distinguuntur in veterib. Tabul. etsi vtrisque adiungantur. Ch. Ottonis M. a. 937. in Priuilegiis Ecclesiae Hammaburgensis, p. 149. et apud Goldastum to. 2. Constit. Imper. p. 43. *Si vero aliquis ex libertis voluerit Iammundiling vel litus fieri*, *aut etiam colonus ad monasteria supradicta*, *cum consensu cohaeredum suorum non prohibeatur a qualibet Potestate*, *sed habeat licentiam nostra auctoritate*. *Habeat quoque potestatem praedictas Adalgeg successoresque eius Ecclesiae Hammaburgensis Archiepiscopi*, *super liberos et iammundlingos Monasteriorum supradictorum in expeditionem*, *siue ad placitum Regis*. In Ch. Henrici II. a. 1003. et 1014. in iisdem Priuileg. p. 155. 156. *Litis*, *colonis*, *atque iammundilingis*. Censet Spelmannus *iammundilingos*, eosdem esse cum *Commendatis*, liberis scilicet, qui se alterius dominio ac protectioni commendabant, ex Saxon. *Gemundian*, *protegere*: vnde *mundium*, protectio, tutela; et *ling*, quae est terminatio vocabulorum Anglo-Saxonibus familiaris, et *hominem* fere, aut *hominum* speciem denotat, vt in *Adeling*, *Esterling*, et alibi docemus.

IAMNVNC, ex die praesenti, continuo: occurrit non semel in Cod. Th. locis a Iac. Gothofredo indicatis.

IAMPNA. Monast. Anglic. t. 3. p. 22. *Pasturas*, *mariscos*, *boscos*, *iampna*, *bruerae*, *communias*, *piscarias*, *redditus*, *etc.* Litterae an. 1544. apud Rymerum to. 15. p. 59. *Centum acras prati*, *ducentas acras pasturae*, *centum acras Iampnorum et buerorum*, *etc.* Conuentiones an. 1551. p. 266. eiusd. tomi: *Iampna*, *brueria*, *mariscos*, *boscos*, *etc.* *Iampna* dici videntur loca iis arbusculis obsita quas Armorici *Ian* vel *Iaon* noncupant. Hae autem arbusculae iunipero fere similes, pro foliis habent spinulas.

IAMTVM, ἐκπάλαι, in Excerptis Gloss.

IAMVNDILINGVS, V. *Iamundling*.

† IANESTARIA, ager *genistis* obsitus, Gall. ol. *Iannaie*. Ch. Ms. an. 1242.

† IANETI, nummi argentei a Iano rege Cypri cusi. Lit. Ms. an. 1277. V. *Ianneti*.

† IANGVLARIA, garrulitas, nugae, a vet. Gall. *Iangle*. Notit. vet. inter Probat. Hist. Sabol. p. 338.

IANITORES, ostiarii, *qui vltimi Ecclesiastici ordinis sunt*, ait Eginhardus in Vita Caroli M. V. *Ostiarius*.

IANITRICES, αὐταδέλφων γυναῖκες, in Gloss. Gr. Lat. MS. in quo perperam scriptum *Inanitrices*. Gloss. Gr. Lat. edit. συννυμφος, *consponsus*, *ianitrix*. Io. de Ianua: *Ianitrices dicuntur vxores duorum fratrum*, *quasi eandem ianuam terentes vel per eandem ianuam iter habentes*. Ex Isidoro l. 10. c. 8. et Gloss. eiusd. Vid. l. 4. D. de Grad. et affin.

IANIZARI vel IENIZARI, copiarum Turcicarum milites praestantissimi, Gall. *Ianissaires*, qui a pueritia omnibus militaribus exercitationibus

Digitized by Google

nibus instructi praecipuum sunt robur imperii Turcici. *Ianizaros* passim memorant recentiores, qui de rebus Turcicis scripsere. Vide Carolum de Aquino in Lexico Militari.

IANIZZERI, officiales tertii ordinis in cancellaria Romana. Vide Octau. Vestrium l. 1. et 2. de Iudic. Aulae Rom.

IANNETI, nummi argentei, a Iano, Rege Cypri, cusi, in Statut. Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani tit. 19. §. 33.

IANTACVLVM, *cibus quo soluitur ieiunium ante prandium; vnde Iantaculare et Iantaculari, idem quod Iantare vel Iantari, comedere ante prandium, soluere ieiunium secundum Hugutionem.* Io. de Ianua, qui reprehendit quosdam *qui corrupte solent proferre haec vocabula per e. in prima syllaba, scil. Gento, as, etc.* Qui scribantur hae voces, hodie satis notum. Vsi sunt quidam e Latinis. V. *Deieiunare* et *Gentare.*

IANTAR, parata, gistum, pastus, a Latino *ientare* forte: quod confirmatur ex antiqua scribendi ratione, de qua mox in *Iantaculum.* Ch. Lusitanica aerae 1168. in Hist. Episcop. Portensium 2. parte p. 20. *Pro parata, quod vulgo dicitur iantar: scilicet vt Episcopus accipiat pro illo iantare omnem illam terram, quam habebat Ecclesia sanctae Mariae, etc.*

† IANTICLVM, *prandium. Ianto, prandeo*, in Glossar. ant. V. *Iantaculum.*

IANTILIA, λίθοι τραχεῖς, διακοπτόμενοι, lapides asperi, diffissi; in Glossis Lat. Graec. Sangerman. et aliis.

† IANVARIVM, clathrum, Gall. *Grille.* Consuet. Ms. monast. Burdegal.

IANVARIVS, ianitor, Vide in *Exclusor.*

IANVATOR. Io. de Ianua: *Ianitor et Ianuator, qui obseruat Ianuam.*

IANVINI, monetae species cusa Ianuae, in Annal. Genuens. Ogerii Panis ad a. 1204. Iacobi Auriae ad a. 1282. † IANVNINI, in Ch. Ms. a. 1278. V. *Bruneti.*

IANVM. Ch. Longobard. an. 7[illegible] apud Vghellum in Archiepisc. Be[illegible]uent. *Nec non Ecclesia S. Merc[illegible] quae posita est in iano nostro, et ipso iano circa ipsam Ecclesiam lar[illegible] sumus terram modiorum 500.*

† IANVS, flauus, Gall. *Iaune.* S[illegible] Placent. l. 1.

IAOLA, pro *Gaola*, carcer, G[illegible] *Geole.* Computus a. 1202. apud Brussel ad calcem t. 2. de Vsu fe[illegible] p. CXLI. V. *Geola.*

IAPEX, *velox*, in Gloss. Sangerma[illegible] MS. num. 501. An *Iapyx*, venti[illegible] spirans ex Iapygia seu Apulia, G[illegible] ἰάπυξ ἄνεμος. Haud scio an huc referri queat vox *Iapygus*, quam vsurpat Cosmas Materiensis apud Mabill. saec. 5. Benedict p. 115.

Cosmas Martyribus sacris carmen dedit actus,
Gregorii precibus mente pia Iapygus.

IAPIDES, *spolia*, apud Papiam.

IAPPA, *Iuppa*, vestis species, Gall. *Iupe*, German. infer. Jope, Jupe. Diarium Belli Husitici apud Ludewig. t. 6. p. 192. V. *Iupa.*

IAPYGVS, V. *Iapex.*

IAQVE, V. *Iack.*

† IAQVEI, iidem qui *Iacobi*, cuius factionis *Iaquerie* nuncupatae, praecipui auctores fuerunt plebeii Parisienses, vti docent Annales Victor. Ms. ad a. 1358.

† IAQVEMARDVS, loricula annualis contexta, i. q. *Iacobus* 2. Memor. D. Cam. Comput. Paris.

IAQVERIA, V. *Iacobi.*

IAQVERII, V. *Iacobi.*

IAQVETA, species vestis monachicae, imo et toga quaeuis, Germ. Jacke. Statuta MSS. S. Victor. Massil. an. 1531. V. *Iacqueta.*

† IAQVETONVS, sagum militare, quod loricae superinduebatur, i. q. *Iacke.* Ch. Ms. a. 1481. Vide *Iacobus* 2.

IAQVETVM, genus vestis. Proclamatio Consilii Massil. circa a. 1400. V. *Iacqueta.*

† IAQVETVS, minutior moneta, Gall. *Iaquet.* Ch. Ms. an. 1469. V. *Iacobus* 1.

IAREA,

Digitized by Google

a, pro *Garba*, Gall. *Gerbe*, n. Garbe, Manipulus. Tabu- S. Martini Pontifar. IARBA CENTII. Ch. Thomae Abbat. erm. a. 1250. *Tenemur cuilibet igam cum blado conducenti mi- are in granchia noſtra de pyrodio garbam vaccentii et in Mona- noſtro duos panes.* Similia iis- fere verbis habentur in Ch. missionis hominum de Theoda- Choiſiaco, etc. a. 1250. ex Ar- iv. eiusd. Abbatiae. An vicia pro equis?

IARDENVM, hortus, Gall. *Iardin.* Computus an. 1333. Hiſt. Dalphin. t. 2. p. 276. IARDINVM, eadem notione, apud Marten. t. 3. Anecd. col. 81. V. *Gardinum.*

IARDINARIVS, IARDINERIVS, cultor *iardini*, Gall. *Iardinier*, apud Lobinell. in Gloſſ. t. 3. Hiſt. Pariſ.

† IARDINELLVS, IARDINETVS, dimin. a *Iardinus*, hortus, Ital. *Giardinetto.* Ch. Mſ. a. 1269.

† IARDINVLVS, idem, in Ch. Mſ. a 1241.

IARDINVS, V. *Gardinum.* † Ab horto vtcumque diſtinguitur in Stat. crimin. Saonae c. 42.

IARLERI, apud Suecos, iidem, qui *Earles*, apud Anglos, Comites. Snorro Sturleſonius in Chron. Norwegico, vbi de Herleuo: *Rex offerebat illi iarleri nomen et comitatum.*

IAROLIVM, f. repagulum, Gall. *Barriere.* Computus a. 1202. apud D. Bruſſel ad calcem t. 2. de Feudorum vſu p. CXCVI. col. 2. *Pro liciis circa foſſatos faciendis, et pro iarolio villae parando, et pro pane portato apud Bellum montem XXIIII. l. III. ſ. et dim.* V. *Garroltum.*

IARRA. (1) Species vaſis, Gall. *Iarre*, Ital. vulgo *Giarra.* Vita B. Martini Solitarii t. 1. Aprilis pag. 807. *Accidit autem vt cucurbitulam Martini implere oleo iuſſus procurator monaſterii idrram oleo vacuam eſſe nuntiares.* Miracula MSS. Vrbani V. PP. XX. *Iarras ſeu hidrias plenas aquae roſaceae.* V. *Gerla* et *Gerula* 2. (2) † Alia notione in Ch. Phil. V. a. 1318. *Vſagium - - - ad iarras, quae alias vocantur querqus, et ad fagos.* V. *Iarro.*

IARRECTA, vernacula lingua, inquit Rocchus Pirrus in Epiſcopis Catanenſibus, ſcapha eſt, qua homines alueo fluminis terrae traiiciuntur.

† IARREIA, IARRERIA, IARRETA, i. forte quod *Iarrecta.* Ch. Mſ. Will. duc. Aquit. a. 1126. *Concedo - - - cimiterium eccleſiae et Iarretam cum terris ſibi appendentibus.* Apud Beslium p. 405. in Ch. a. 1087. legitur *Iarreria*; inter ſchedas vero Mabillonii habetur *Iarreia.* Idem f. ac *Iarrigia.*

IARRETVS, ſpecies piſciculi. Statuta Maſſil. l. 1. c. 17. *Piſces minuti, ſcilicet ſardinae, iarreti, ſerclet, boguae, etc.* Heſychio ἰάρεαξ, eſt piſcis genus, vnde dictus videtur *Iarretus.*

IARRIA, GERRIA. Ch. fundationis Abbatiae Brolii Grollandi in dioeceſi Lucionenſi a. 1109. apud Sammarthanos: *Ego Aimericus de Bulio dono et concedo Deo et B. Mariae et praedictis Monachis ipſum locum, qui vocatur Brolium Gollandi, et Gerriam illam, et terram, quae ante eſt, et extenditur vſque ad terras Airaudenſium, et determinatur de valle, quae ſubtus iarriam illam eſt, vsque in viam, quae Thalemundo venit.* IORIA, eadem notione. Ch. Friderici I. Imper. a. 1157. apud Guichenonum in Bibl. Sebuſ. p. 179. *Pratis, paſcuis, ſiluis, ioriis, montibus, vallibus, etc.* Cum in hoc poſteriori loco deſideretur vox *garricis*, quae in ſimilibus Chartis paſſim apponitur, ſuſpicio eſt *iarrias, gerrias, ioriasue* nihil aliud eſſe quam *garricas*, terras incultas ſeu loco virgultis obſita: hanc notionem patiuntur loci citati, neque alienam puto ab illo, quem nobis exhibet Ch. an. 1222. ex Camera Comput. Sabaudiae, vbi legitur: *Accepit in feudum lo iorrat de Candubrio.* Coniecturam hanc noſtram doctiorum iudicio ſubiicimus.

IARRIGIA, pro *Garrigia*, de qua in *Garricae*, terrae incultae et paſcuae. Gall. *Iarrige.* Ch. Willelmi Pictav. Comit.

Digitized by Google

Comit. a. 1073. inter Instrum. t. 2. nouae Gall. Christ. col. 466.

† IARRO, IARRONVS, quercus species, Petragoric. *Iarryc.* Ch. Mſ. an. 1206. V. *Iarra* 2.

IARROSSIA, viciae genus, Gall. *Iarroce*, Hiſpan. *Algarova*, Gall. *Iarouſſe*. Ch. an. 1096. e Tabular. Caſae Dei.

IARSA, ſcarificatio. Liber ordinis S. Victoris Pariſ. MS. cap. 65. Vide *Garſa*.

† IASCHERIA, terra proſciſſa et nondum ſeminata, Gall. *Iachere*, ol. *Iaſciere*. Ch. Mſ. an. 1218. V. *Iacheria*.

† IASIA, equa, vt videtur. Reg. Epiſc. Niuern. a. 1287. *Duae Iaſeae ad trahendum vineam*.

IASSEFATVM, nauigii Perſici ſpecies apud B. Ordericum de Foro Iulio in Peregr. n. 6. † IASSETVM, t. 6. Ian. Act. SS. p. 988.

† IASSILE, i. q. *Iaſſum*, ſ. quod in eo iacent pecora. Ch. Mſ. a. 1341. V. *Ialoneia*.

† IASSINA, puerperium, Gall. *Geſine*, in Gloſſar. Prov. Lat. Hinc *Iaſſinerio mulier*, quae iacet ex puerperio, t. 4. Hiſt. Nem. Prob. p. 26. V. *Geſina* 1.

IASSIVM, quile, Prouincialibus *Ias*, in Ch. an. 1473. ex Schedis D. de Mazaugues, et in Conuentione an. 1522. ex Archiuo Eccl. Maſſil. V. *Iaſſile*.

† IATRICOLABON, *vertibella*, *i. forſex medicinalis*, in Gloſſ. ad Alex. Iatroſoph. Mſ. l. 1. Paſſion.

IATROMEA, IATROMAEA, medica mulier ab *ἰατρὸς*, medicus, et *μαῖα*, obſtetrix. Vetus inſcriptio apud Gruterum p. clɔ. cx.

† IAVARINA, i. q. *Iauelina*. Stat. Montisreg. p. 167. V. *Gieuerina*.

IAVELINA, ſpecies haſtae, Gall. *Iaueline*. Statuta Eccl. Meld. inter Inſtrum. Hiſtor. eiusd. Eccleſ. to. 2. p. 513.

IAVELLA DE BVSCHA, lignorum faſcis, in Tabul. Solemniacenſi. Occitanis *gauel* eſt faſcis ſarmentorium, aliis *iauella*, quod vltimum etiam pro ſpicarum mergite aliisue faſciculis accipitur. Quidam vocem *iauelle* deducunt a *capella*, ſeu *ca[illegible]ius*, manipulus; alii ab *hapſus*, [illegible]nipulus, Celſo, quod *hauelle* [illegible] *iauelle* olim dictum velint. D. de C[illegible] ſanoua *iauelle* quaſi *garbelle*, a *gar*[illegible] dictum opinatur. V. Menagium [illegible] Etymol. Gall.

IAVELLVS. Tabular. Foſſatens[illegible] *Apud Foſſatum - - - falceias*, *in[illegible]las*, *gurgites*, *et iauellos quam plu[illegible] - - - habet*. V. *Iauella*. † Locus. [illegible] videtur, in fluuio *iauellis* ſeu faſ[illegible] culis coarctatus piſcium capiendoru[illegible] cauſa. V. *Gordus*.

† IAVGERIA, officium dolia vinaria ad bolidem exigendi vel explorandi, Gall. *Iaugeage*. Reg. S. Ludov. ad a. 1316.

† IAVGIA, doliaris capacitatis index et norma, Gall. *Iauge*; vnde IAVGIATOR, doliorum explorator. Ch. Mſ. a. 1344.

† IAVLARIA, carcerarium, ſeu quod domino carceris vel *Iaulario* ab incarceratis praeſtatur, Gall. *Geolage*. Ch. Mſ. an. 1330. V. *Geolaria* et *Ieularia*.

† IAVLARIS, IAVLARIVS, i. q. *Iaulerius*, to. 7. Ordin. reg. Franc. p. 668.

IAVLERIVS, carceris cuſtos, Gall. *Geolier*. Codex MS. Conſuet. Toloſ. fol. 41. vo.

† IAYNA. (1) Quercus, trabs quercina, t. 3. Hiſt. Nem. Prob. p. 149. V. *Iarro*. Hinc (2) Locus quercubus conſitus, quercetum, in Ch. Mſ. a. 1468. Inde etiam

† IAYNETA, armorum ſpecies, haſta, cuius haſtile ex quercino ligno eſt. Ch. an. 1362. to. 2. Hiſt. Nem. Prob. p. 248.

† IAZALLVM, IAZVLVM, *Aſur*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 7692.

IBALIA, *maris habentia*. Gloſſ. Iſid. ad quas Graecuius: quid ſi ſcripſerit: *Ibis*, *auis Aegyptia*. V. *Hibalcio*.

IBER, *ἡμίονος*, mulus, in Gloſſis Sangerman. MSS. V. *Iberus* 2. et *Imbrus*.

IBERNAGIVM, pro *Hybernagium*, de quo ſupra, frumentum hyemale, Gall. *Hiuernage*. Ch. Miniſtri Hugonis et Capituli Maioris Monaſt. a. 1224.

IBERVS.

Digitized by Google

vs. (1) Pactus Leg. Salicae 3. § 3. *Quicunque alienam do- violenter disturbauerit, et do- si pro firmamento iberus habuisse tur, qui hoc fecerit, MDCCC. culpabilis iudicetur.* Vbi Wen- us, *iberus*, culmen interpreta- ita vt *culmine* seu summo tigno ui impositio, tunc confecta et oluta censeatur; ex Germ. vt ait, r., quod est *culmen*, vnde Bel- e *Ewer*, et *Eberboom*, supremum gnum, vel tignum. *Veber* certe Germanis *supra* sonat. Paulo aliter ab Eccardo *iberus* ad verbum reddi- tur, scilicet *superior domus*, sicque pro *iberus* ait legi *domus superius* in Decretione Clotarii. Deinde obser- uat Saxonibus *oener* esse *superior*, ab *ober*, supra; *Haus* vero vel *Hus* denotari *domum*: hincque tandem dicit hunc esse legis sensum: *Si do- mus destructa, loco tecti, quod alias infimae et vni tantum contignationi incumbebat, praeter illam adhuc aliam contignationem super impositam (ein oberhaus) haberet multam 1800. de- nariorum solui debere.* (2) Equus Hispanicus. Willelmus Brito l. 11. Philipp.

IBEX, *rupicaprae genus*, in Amalthea. Chron. Noualiciense l. 2. c. 5. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 703. *In eo quippe monte asserit popularis vulgus haberi nonnulla ferarum gene- ra, sicut et in Cenisio monte, vrsi, ibices, capreae, etc.*

† IBLADA, piscis marini genus. Tract. Ms de Pisc. c. 60. *Melanu- rus, quem Plautus ophtalmiam vocat, ab oculorum magnitudine, i. e. ocula- tam: sicut et nunc Romani ochiata, Massilienses oblado, Nicenses iblada - - - Omnes ab oculis nomen po- suerunt.*

IBLOSVS, locus, nisi fallor, ebulis constitus, Gall. *Hieble*, sambucus hu- milis. Praeceptum Caroli Simplicis apud Mabill. t. 3. Annal. Benedict. p. 696. col. 2.

IBNALIS, *genus aspidis, dicta quod somno necat.* Gloss. Sangerm. MSS. Est pro Graeco ὑπναλή.

IBRIONES, V. *Cribriones.*

† ICABA, via, iter, vt videtur. Ch. a. 1065. ap. Murat. t. 1. Antiq. Ital. p. 197. *Icaba publica, qui pergiebas ad area nostra.*

ICANATI, cohortes militares, V. *Do- mesticus.*

ICASVDIA, bona caduca. Statuta Capituli Glandatensis a. 1327.

ICERE, pro dicere. Iudicium a. 821. inter Probat. nouae Hist. Occitan. col. 56.

ICHINARIVS, species vasis, V. *Hi- chinarius.*

ICHONIMVS, pro *Oeconomus*, in Litteris a. 1155. apud D. de Laurie- re to. 1. Ordinat. pag. 12. V. *Ico- nomus.*

ICHRIARIVS, species vasis, V. in *Hichinarius.*

ICINVS, species animalis, V. in *Eri- cius* 1.

ICIVM, *quasi exicus, nullo remanente.* Gloss. Iisd. Gebhardus in Crepun- diis ait scriptum fuisse *exitium*, *exi- tus*, exitium autem esse ἔξοδον, vt initium pro initu, εἴσοδον.

ICON, pro *echo.* Gl. Bituric. *Icon, Saxum, quod sonum captans etiam verba loquentium imaginatur.*

ICONA, ICONIA, imago, ex Graeco, εἰκών. Gloss. Lat. MS. Reg. col. 1013. et Papias: *Iconia, figura, imago.* Frodoardus de Pontificib. Romanis. Ebrardus in Graecismo:

Icos imago sit, quod probat Iconia.

ICONICVS, icone expressus, in Actis SS. Maii to. 7. p. 189. vbi de B. Pe- tro Perrdno.

ICONISMA, εἰκονισμός, iconica re- presentatio. V. locum in *Textus.*

ICONOMVS, pro *oeconomus*, apud Io. de Ianua. *Despenseur des choses de l'ostel, menager*, in Glossar. Lat. Gall. Sangerm. *Iconomia, Mena- gierie*, ibid. *Procuratores* seu *iconomi* non semel apud Lobinell. to. 3. His- tor. Paris. p. 330. et 332. ICHO- NOMVS est apud Willelm. Brito l. 3. Philipp. V. *Cenones.*

† ICONVM, *rotunditatem*, in anti- quis Glossis.

ICOS, V. *Icona.*

ICOSAHEDRVM, *aquae humiditas*, apud Papiam in MS. Bituric. Editus habet, *Isoaedrum.* Proprie est apud

Geometras corpus solidum viginti constans faciebus planis εἰκοσάεδρον, quod habet viginti sessus.

ICTIFER, piscosus, a Graeco ἰχθύς, piscis, et Lat. ferre, in fragmento Hist. Brittan. Aremor. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 831. † Legend. *Ichthiofer.*

ICTIO, *percussio*, Io. de Ianua; *Percussian*, *ferrure*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

ICTOFAGVS, pro Graeco ἰχθυοφάγος, qui comedit pisces. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Ictofagus*, *qui mene* (mange) *poisson.*

ICTVARE, flagellis caedere: nam vt habet Papias, *ictus proprie sunt flagellorum*, *ab agitando dicti.* Theod. Campedonensis in Vita S. Magni c. 6. *Non est tibi necesse eum ictuari, etc.*

ICTVS. (1) ICTVS ORBVS, qui non apparet, qui *sanguini* effuso opponitur, *liuor et tumor*, in Lege Saxon. c. 1. §. 2. Gloss. Gr. Lat. πηδὸς, *caecus*, *orbus.* Bracton. l. 2. tract. 2. c. 5. §. 7. *Si inueniantur plagae apertae*, *vel brussurae per ictus orbos.* ICTVS CAECI, iidem qui *orbi*, *Caecae plagae*, Apuleio lib. de Herbar. virtutib. c. 3. Leg. Henrici I. Reg. Angl. c. 94. ICTVS APPARENS, caeco et *orbo*, opponitur. *Plaga aperta*, in Ch. laudata. ICTVS CVBITI, species sortilegii apud Hispanos. Concil. Liman. ann. 1582. † ICTVS DEFENSALIS, quo quis se defendit in Ch. Ms. an. 1385. † ICTVS MACHAT, *massa*, seu claua inflictus, sine sanguinis effusione. Lit. remiss. Ms. an. 1333. † ICTVS PLANVS, percussio quae gladio, qua planus est, fit, to. 8. Ordin. reg. Fr. p. 126. † ICTVM EIICERE, pro inferre, in Lit. remiss. Ms. an. 1389. (2) Cognitio iudicis de ictu inflicto. Ch. Henrici Imper. an. 932 apud Miraeum in Cod. Donat. piar. c. 30. *Confirmamus eis bannum et Iustitiam impetum et burinam*, *ictum et sanguinem*, *reperturam*, *etc.* (3) ICTVS PRIMI, prima acies, Gall. *l'Avantgarde.* Rodericus Toletan. l. 8. de Reb. Hisp. c. 9. *Exercitum suum disposuit in totidem aciebus: primas ictus habuit Garcias Romerii: secundam a Eximinus Cornelii, etc.*

IDALMA, f. facies, quae praeferebat speciem benignitatis, a Graeco ἴδαλμα, species. Belegrini Novalic. Epist. ad Ioannem PP. a. 965. apud Murator. to. 2. part. col. 758. *Sanctissime Vates*, *cui tenter vestrae clementiae benignitatem requirimus*, *suppliciterque priam ingenuitatem vestri idalmi flagitamus, vt etc.*

IDEA, imago. Vetus Inquesta apud Puricellum in Ambrosiana Basilica p. 1037. V. *Idolum.*

† IDEMPTITAS, a Gall. *Identité*, aequalitas, paritas. Libert. Ms. villae de Berco an. 1290. Vide *Identitas* 1.

† IDEMTITARE, iterare, tom. 10. Collect. Hist. Franc. p. 61.

IDENTITAS. (1) Quaeuis actio repetita. Vita Abb. S. Albini: *Ne identitas in Claustro acedinm parturiret i. en faisant toûjours la mesme chose.* Miracula S. Adalberti Egmundani c. 11. *Identitas satietatis mater est.* V. Stephanum Tornacensem Epist. 27 (2) IDENTITAS, pro idem. Paschasius Radbertus in Epitaph. Walae Abb. Corbeiensis l. 2. c. 2. *Ideo identitas est paene et in rebus ecclesiarum, etc.* (3) † Ius, quod domino superiori competere solet. Ch. Ms. Nic. episc. Camerac. an. 1249. *Volentes identitatem et subiectionem et iurisdictionem omnimodam - - retinere.*

IDERVS. Placitum a. 860. apud Mabill. Diplomat. p. 534. *Sed ipse tantum postulauit, vt diebus vitae suae ei habere licuisset, et in S. Petro aliquid daret pro idero iuxta suam voluntatem.* † Leg. forte *Iberus*, domus.

IDERZON, sepimentum, V. *Derzon.*

† IDIDA, *solamente*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

IDIOCERA, ἰδιοχείρον, *Ecrit privé.* Rolandinus in Summa Notariae c. 3. *Sagacitates vero in deponentem et depositarium, ne depositum alteri detur, nisi sicut ordinant, multimode fiunt: aliquando per idioceram, aliquando per*

Digitized by Google

...tapham, et multis aliis mo-

...LANA, herbae genus, por-... Gall. *Pourpier.* Gloss. Lat. ...n. 1352. *Idiolana, pource-*

...MELA, cantica festo propria, ...d. onomast. to. 4. Act. Iun.

...OPACIO, *la passione intrinsica.* ...ll. Lat. Ital. Ms.

IOTA. (1) Illiteratus, imperitus. Gloss. Gr. Lat. Ἰδιώτης, ὁ μὴ γράμματα, *rusticus, rudis.* Ἰδιωτία, *rusticitas.* Papias: *Idiota, propria vel rustica lingua contentus. Idiota, rusticus, indoctus, ignarus, sine literis.* Gloss. Aelfrici: *Idiota, ungelaered,* i. illiteratus, indoctus. Will. Brito in Vocabular. *Idiotae dicebantur, qui propria tantum lingua naturalique scientia contenti, literarum studia nesciebant, unde dicebantur sine litteris, non quod litteras non scirent, sed quia artem Grammaticae propitiam non haberent.* Liberatus Diaconus c. 7. de Maximiano Patriarcha Constantinopolitano: *Constans quidem in fide vera, idiota autem sermone.* Caelius Aurelian. l. 1. Acutor. c. 11. *Apud inertes, quos idotas appellant.* (2) IDIOTAE, dicti etiam Monachi, qui vulgo *Conuersi* appellantur, seu qui nullo Ordine Ecclesiastico donati, vt est apud Allatium lib. de Narthece veteris Eccl. p. 15. Vdalricus l. 2. Consuetud. Cluniac. c. 10. Interdum et qui literas, seu *legere* nesciebant *idiotae* appellati Gregorius M. l. 9. Ep. 9. (3) Priuatus. Sententia Iuonis Carnotensis Episc. pro Monast. S. Martini de Campis: *Testis fuit, se vidisse Presbyterum de Hienuilla, seruos et liberos parochiales ex debito ad sepulturam suscepisse, seque interfuisse; Presbyterum vero Puteacensem in praesentia Presbyteri de Hienuilla tantummodo locum suscepisse idiotae i viri priuati.* (4) IDIOTA, IC. Anglis, dicitur a natura stultus, qui numerare non potest 20. denarios, et patris vel matris nomina ignorat, vel quam aetatem habet, et similia: eiusmodi enim nulli rei suae gerendae incapaces habentur. Haec Rastallus.

IDIOTICVS SERMO, in Vita S. Arigii Episcopi Vapincensis, rusticus.

† IDIOTVS, priuatus, to. 6. Aug. Act. SS. p. 704. V. *Idiota* 3.

IDITHVM. Lambertus Schaffnaburg. a. 1070. *Ipse denique, qui vt res certamini committeretur, vehementissimus auctor incentorque fuerat Rutgerus Comes, is nunc primus fugiendi auctor ac signifer apparebat, omnique, vt vulgo dicitur, vento citatior, montes et colles modernus Iditbum transmittebat.* Alcinus poem. 221.

Instituit pueros Iditbum modulamine sacro,
Vtque sonos dulces decantent voce sonora, etc.

Vbi vir doctus *Idithum* putauit esse auctoris nomen qui sub Carolo M. vixerit. Guil. Brito lib. 4. Philipp. V. 576. vti legendum:

- - - Praestructus ab illo
Esdra, qui docuit reparare volumina Legis
Atque Prophetarum, Psalmos, Idithique libellos,
Et Testamenti simul omnia scripta prioris.

Vbi editor ad marginem correctionis vice, reposuit, *f. iditemque.* Alii Psalmos Dauidis, qui pro *Idithum* inscribuntur, intelligi volunt, 38. 61. 76. de quo l. 1. Paralipom. c. 9. 16. 25. l. 2. c. 5. 29. 35. etc. Hieronymus in Psalm. 21. et Isidor. l. 7. c. 8. *Idithum, transiliens eos sike saliens eos, etc.* Io. de Ianua: *Idithum interpretatur transiliens eos vel saltans: quia quosdam humo inhaerentes, et ea quae in imo sunt cogitantes, et in rebus transeuntibus spem ponentes, transiliuit canendo iste, qui vocatur transiliens.* V. Chron. Alexandrinum p. 202.

IDOLAGIA, pro *idololatria.* Fulcuinus to. 6. Spicil. Acher. p. 543.

† IDOLATICVM, *idolo consecratum.* Glossar. Bibl. Ms. annon. ex Bibl. Reg.

IDOLOTRARE, pro *idololatrare*, idola colere, in Vita S. Bernardini, t. 5. Maii p. 268. * et alibi.

digitized by Google

IDOLATRIA, pro *idololatria*. Epitaph. S. Isidori Hispalensis Episcopi.

IDOLATRICVS, pertinens ab idololatriam, in Origine Belli Husitici ap. Ludewig. t. 6. p. 184.

IDOLIVM, locus, in quo idola colluntur. Ita Magister in Glossario: *Idolium, templum idoli, locus idolorum.* Alibi: *Idolium est locus, in quo idolis immolabatur: Idolothytum, sacrificium, Idolum, res ipsa, cui immolatur.* Rursum: *Idolium, servitus idolorum.* In alio MS. Cod. *Officium idolorum.* Versificator quidam:

Est locus idolium, quod ibi datur,
i. - - idolothytum.

Papias: *Idolium, locus, vbi idololatrae venerantur et colunt idolium.*

IDOLICVS, pertinens ad idolum. *Idolica nebula*, in Inuentione S. Cataldi Episc. t. 2. SS. Maii p. 570.

IDOLOLATRA, pro *idola*. Nicolaus de Braia in Ludouico VIII.

IDOLOLATRARE, idola adorare, in Concil. Eliberit. cap. 1. Gall. *Idolatrer.*

† IDOLVM, imago, effigies, ap. Bened. abb. Petroburg. edit. Hearn. t. 2. p. 523.

IDOMADA, pro *hebdomada*, in Hist. Dalph. t. 2. p. 284.

IDONEARE. (1) IDONEARE SE, idem quod *idoneum se facere.* Ch. Caroli M. apud Mabill. EDVNIARE, praeferunt Edict. Rotharii Reg. Longob. tit. 109. §. 9. et Leges Gromoaldi tit. 1. §. 3. EXIDONEARE, *Idoneum se reddere*, purgare se. Capitula Caroli C. tit. 9 cap. 6. Lex Aleman. tit. 17. §. 5. et Decretum Tassilonis, §. 12. *Si autem tres annos indurauerit opus ancillae, et parentes eius non exadoniauerint eam, vt libera fuisse, etc.* vbi Cod. MS. *Exidoniauerint*, alius *Adexoniauerint.* (2) † Legitimum iurique censenum declarare, asserere. Ch. a. 1115. ap. Murat. in Antiq. Estens. p. 315.

IDONEITAS, facultas. Leg. Luitprandi Reg. Longob. tit. 74. §. 1. *Nullam exinde habeat idoneitatem, etc.* Io. de Ianua: *Idoneitas, aptitudo, vtilitas, conuenientia*; *Idoneites, ... venables*, in Gl. Lat. Gall. Sange.

IDONEITAS LOCORVM, com... ditas, apud Ottonem Frising. Ep... lib. 1. de rebus gestis Frideric... Imp. c. 3.

IDONEVS. (1) Innocens, qui ab omni delicto immunis est, *Idoneus* sit iuri stare. Ioan. de Ianua: *Idoneus, irreprehensibilis.* ...tus Leg. Salicae tit. 76. §. 1. *Ille postea, qui rogatus fuerit, si hoc idoneum se cognoscat, se de... postea cum duodecim per sacramentum... absoluere.* Infra: *Si se idoneum agnoscit, etc.* IDONEVM SE FACERE, sacramento ab imposito crimine se purgare, exuere, in Capitul. Caroli M. l. 3. c. 89. (2) IDONEVS, siue liber, in Speculo Saxon. l 3. art. 26. 29. Ita videtur vsurpasse S. Fructuosus in Regula c. 13. *Alius de Genealogia et gente sua fatetur esse Principes, alius de parentibus, alius de germanis, alius de cognatis, alius de fratribus et consanguineis et idoneis, alius de diuitiis, etc.* Vbi *idonei* dicuntur honorabiliores, vt *idonei serui* et *liberti*, in Lege Wisigoth. l. 9. tit. 3. quibus ibidem opponuntur *vilissimi.* (3) † Mundus, Gall. *propre, net.* Vet. Poenitent. Ms. Cod. reg. 943.

† IDRAGVLA, *lo sono del organo. Idragulicus, dolze sono de organi.* Gl. Lat. Ital. Ms.

IDRERON. Lex Longobard. l. 1. tit. 19. post §. 5. in Editione Boeriana haec habentur, quae desunt in Lindenbrogiana: *Si quis sepem alienam ruperit, i. idreron, comp sol.* 6. V. *Derzon.*

† IDRIA, pro hydria, in Gl. Prov. Lat. Cod. reg. 7657.

IDROMALVM, *vnguentum quod fit ex aqua et malis*, Ioan. de Ianua. Vox hibrida ab ὕδωρ et malum.

IDROMELLVM, apud Rymer. to. 8. pag. 404. pro *hydromeli*, ὑδρομέλι, aqua melle mixta, aqua mulsa, Gall. *Hydromel.*

IDROR, *diabulus, ferus*, in Glossis Sangerm. MSS. n. 501. Suspicor legendum, *idrus, diabolus, serpens.* V. mox *Idrus.*

IDRVS,

...ρος, hydrus, serpens aqua... a. 1028. ex Tabul. S. Ma... ...gau.

...ultra idus prouectus. *Idua...* in Barthii Glossar. ex Gui... ...t. Palaest. *Iduato Aprili*, ...md. Guibertum l. 1. Vitae ...

...ὅμοιος, similis, in Gl. Lat. Gr. ...germ. MSS. *Iduum*, ὅμοιον. Sup... ...m. Antiquar.

...ORVS, ἀστυνόμος, *aedilis*, *curator* ...*bis*. Supplem. Antiq. Lege et v. *Vicarus*.

IECTARE AD IVDICIVM, in ius citare, vocare. Constitutio Caroli M. apud Spelman. in *abiectire*: *Nullus praesumat hominem ad iudicium sine causa iectare, nisi iudicatum fuerit*. V. *Abiectire*.

IECTIGARE. Pseudo-Ouidius l. 1. de Vetula:

Sicut multoties agitur furiis agitatus,
Sicut iectigatis, cuius nerui sunt resoluti.

Id est hac et illac membra disiicit.

IECTIO, defectus, in Capitul. Caroli C. tit. 31. §. 33. V. *Abiectire*.

IECTISCERE, iectiuum facere, vel potius de eo qui *iectiuus* fit; ibidem.

IECTIVVS, i. q. *Abiectus*, qui vadimonium deseruit, defecit. Formulae vett. Bignon. c. 1. V. *Abiectire*. V. *Abiectire* et *Geitiuus*.

...CTVS. (1) Piscatio, V. *Tractus* 2.

...ECTVS LAPIDIS, pro *iactus* lapidis, in Vita MS. S. Winwaloei ... 103.

...DDA, V. *Ledda* in *Leudis*.

IEHINARE, tormentis rem ab aliquo quaerere. Lit. remiss. Ms. a. 1350. *...ses - - bis fecit torqueri sine iehinari*. V. *Gehennae*.

...VNALES DIES, dies sacri ieiunii, ... Statut. Collegii Cornubiae an. ...0. apud Lobinell. t. 3. Hist. Pa... ...p. 500.

...VNITAS, abstinentia, ieiunium. ...itur Caelius Aurelian. l. 1. Acu... c. 11. l. 2. c. 10. et lex 4. Cod. ...d. de Suariis.

...VNIVM. (1) IEIVNIVM QVADRAGESIMALE, in hoc differt a caeteris ieiuniis, quod in aliis post nonam, in hoc autem post vesperam reficiebantur. Microlog. cap. 49. IEIVNIVM PASCHALE, apud Hincmarum, *obseruantia paschalis*, apud Gregor, in libro sacram. Idem quod quadragesimale. IEIVNIA QVATVOR a Latinis primitus obseruata, docemur ex Philastrio in Catal. haeres. V. *Quadragesima*. IEIVNIVM *Vernale*, *Aestiuale*, *Autumnale*, *et Hiemale*, *seu ieiunium primi*, *quarti*, *septimi*, *et decimi mensis*, vel *quatuor temporum*, vbi primus mensis est Martius, a quo annum auspicabantur; quartus Iunius, septimus September, et decimus December. Vide vetus Kalendarium Rom. editum ab Allatio lib. de Dominic. et Hebd. Graecor. c. 37. IEIVNIVM *in Litania Maiore*, indictum olim a Mamerto Episcopo Viennenesi, et ab Ecclesia postmodum obseruatum. Ioannes Abrincensis Episc. de Off. Eccl. pag. 55. IEIVNIA *temporalia*, qua in 4. temporibus fieri solent. Statuta Ordinis Cartusiensis 1. part. c. 3. IEIVNIVM *bannitum*, inquit Serrarius l. 1. Rerum Moguntiac. c. 32. fuit magnum et intensum ieiunium, quod ad Dei bannum, seu poenam, iramque auertendam ab iis suscipiebatur, qui se banno diuino dignos agnoscebant, (videat Lector, an haec probet) huiusque ad nostra fere tempora fuit in Moguntina Ecclesia vsus, et eo modo fere per triduam seruabatur, iisdem feriis, quemadmodum quatuor temporum ieiunia, sed aliis hebdomadibus, quas ad memoriam versiculo isto significabant:

Post SALVS et MISERI *tibi erunt ieiunia banni.*

Id est post dominicas, quibus canitur *salus* et *misericordia*, quarum illa est dominica 19. post Trinitatem, haec dominica prima post *quasimodo*. IEIVNIVM *dispensationis* est, quod celebratur in Vigiliis solennium dierum et magnarum festiuitatum, vt Natalis Domini Durant. l. 6. Rat. c. 7. n. 7. V. *Vigiliae*. IEIVNIVM *votiuae promissionis*, vt si quis vouet quod

Digitized by Google

quod certa die ieiunabit, vel a carnibus abſtinebit. Beletus c. 11. et Durand. lib. 6. cap. 7. n. 8. IEIVNIVM *poenitentiale*, *quod Eccleſiaſtico more poenitentialibus traditur ad remedium*, inquit Sigefridus Epiſcop. Moguntinenſ. Epiſt. 3. IEIVNIA *indicta* in poenitentiam, quo pacto redimerentur, docent Canones Saxonici ſub Edgaro Rege dati, cap. de Satisfactione §. 18. 19. (2) *Fames*. Barthii Gl. ex Roberti Monachi Hiſt. Palaeſt. *Hanc famis aſperitatem, vt ſuos probaret, euenire permiſit Deus. Nam et ſuos premebat ieiunio, et vicinas nationes diſterminabat gladio.*

† IENERARE, pro generare, in Ch. Mſ. a 1139.

IERARCHA, pro *Hierarcha*, a Graeco ἱεραρχης, qui ſacris praeeſt. Hoc honoris titulo Guibaldum ſeu Wibaldum Abb. Caſinenſem compellat Lotharius Imper. apud Marten. t. 2. Collect. Ampliſſ. p. 165.

IERARCHIA, dignitas Ierarchae, in Epiſtola Presbytero Iohanni ſeu Regi Abiſſinorum falſo adſcripta ad calcem MS. Corbeienſ.

IERARCHVS, vt *Ierarcha*. Sic inſcribitur Epiſtola a. 890. apud Marten. t. 1. Ampliſſ. Collect. col. 230.

† IERBVS, locus vel ager herboſus et paluſtris, Ital. *Erbaio*. Dipl. Otton. I. Imp. a. 962. apud Murat. t. 6. Antiq. Ital. p. 66.

IERCIA, agna, ouis quae nondum peperit, Picardis *Germe*. Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 27.

IEREMITA, nauis *igne Graeco* plena, Gall. *Brulot*. Memoriale Poteſtatum Regienſ. ad an. 1218. apud Murat. t. 8. col. 1092.

† IERGERIA, lolium. Gloſſ. Gall. Lat. Cod. reg. 7684.

† IERICHONICVM, locus vbi aluntur ſenes, in Supplem. ad Miraeum p. 295. V. *Gerocominm*.

† IERNAGIVM, pro *Iuernagium*, frumentum hyemale. Ch. an. 1165. inter Probat. Hiſt. Autiſſ. p. 22. V. *Ibernagium*.

IEROCOMIVM, locus vbi aluntur ſenes, V. *Gerocominm*.

IERONTICON, liber continens V[itas] Patrum, V. *Geronticon*.

IERVPREPES, ſacer, diuiuus, *Geroprepes*.

IES, exitus, ſemita, callis. Ch. Do[nat.] benſis a. 1466. *Iuxta terram Io[annis] Chabua quodam ies intermedio*

† IESA, *vel Ieſus, vel Iheſa, Giſar[ma]* in Gloſſar. Lat. Cod. reg. 7679. *Giſarma*.

† IESINA, ceſſatio. Ch. Mſ. a. 12[..] V. *Geſina* 2.

IESSE. Will. Thorn. a. 1097. *Ca[n]delabrum etiam magnum in choro a[e]reſum, quod Ieſſe vocatur, in partibus emis transmarinus*. Eiusmodi ſunt candelabra, ſeu *Polycandela* aerea etiamnum in aliquot aedibus ſacris, ab humo altius educta, et in latum expanſa, *arboris ieſſe* (vnde nomen) ſpeciem referentia. Seriem ſcilicet genealogicam Ieſu Chriſti, iuxta Iſaiam c. 45. et S. Paulum ad Romam c. 1. Sugerius libro de Adminiſtr. ſua p. 348. *Vitrearum etiam nouarum praeclaram varietatem ab ea prima, quae incipit a ſtirpe ieſſe in capite Eccleſiae, vsque ad eam, quae ſupereſt principali porte - - - depingi fecimus.*

IESVATI, V. *Fratres Ieſuatorum* in *Frater*.

† IESVLVS, puerulus Ieſus, in Act. SS. t. 1. Aug. p. 255.

IESVM, IESVS, lanceae ſeu ſpiculi ſpecies, V. *Geſum* et *Ieſa*.

† IETA, impoſitio ſeu impoſitionis aequa partitio. Libert. Montisfer. Mſ. a. 1291. V. *Gita*.

IETVS, piſcatio, V. *Tractus* 2.

† IEVLARIA, i. q. *Iaularia*, in Ch. Mſ. a. 1341.

IF, vox Gallica, taxus, Germ. Eibe. *Baliſtae de if*, in Epiſt. a. 1113. apud Marten. t. 1. Coll. Ampl. col. 1115.

IFFIGIARE. Gloſſ. Sangerm. MS. *Amendat, iffigiat, aut longe mittit, vel extra commendat*.

IFVNGIA, panis primarii genus, panis ſimilaceus, Anglis *Coked bread*. Anonymus priſcus:

Dic panem, lapidem: quoque dic ifungia, quare?
Hoc quid de facili fungitur omnis homo.

Haec

Digitized by Google

ec Spelman. Sed pro *Ifungia*, bere debuerat Grammaticulus *Sfungia*, quae Iſid. l. 20. c. 2. *ur panis, aqua diutiſſime laxatus, ſimilam medicam accipit.* Gloſſae q. MSS. *Sfungia, panis aqua di-* (f. diutius) *malaxatus.* V. *Panis Cokes.*

RERE, pro *ingerere*, in Geſtis credi apud Marten. t. 3. Anecd. 132.

ARVRES, ἀγνοῦντες, *ignari* in upplem. Antiquarii.

† IGNATIA, placentae ſpecies. Gl. Lat. Gall. Cod. 7679. *Ignatia, fouace, ab igne.*

† IGNATVM, morbi genus, carbunculus. Gloſſ. Prov. Lat. Cod. reg. 7657. *Floyronc, Prov. hulcus, ignatum, forunculus.*

IGNEARIVM, V. mox *Igniarium.*

IGNIA, Feſto, *vitia vaſorum fictilium*, nempe quod ignis eorum quaedam cauſa, vt habet Martinius: qui et iſtud refert ex Gloſſis: *Ignia, νοτία, φυσιάσεις*: pro quibus ſuſpicatur legendum, *ignia, νοτία* vel *νοτιὰ, πνεύσεις*, vt intelligatur nidus calidus, cui Gallina incubat, fomentum, aut *νοτία, πνεύσεις*, humor calidus, aqua calida, qua quis fouetur, *νοτία* enim eſt vligo, humor.

IGNIARIVM, *focarium.* Ioan. de Ianua. *Foyer* Gall. Gloſſ. Iſid. *Igniarius, ignem continens.* Gloſſar. Lat. Gall. Sangerm. *Ignearium, Fouyer, ignearius, contenant feu.* Onomaſt. apud Martinium: *Igniarium, πυρεῖον.* Lego ap. eumd. de Ianua: *Ignearius, ignem continens; ignearium, focarium.*

IGNIBVLVM, *thuribulum*, Ioanni de Ianua. *Encentier*, in Gloſſar. Lat. Gall. Sangerm. Vocem hanc vſurpauit Prudentius ead. notione.

† IGNICOMVS, cuius coma ignea eſt, t. 6. Collect. Hiſt. Fr. p. 52. *Sol igicomus* apud Auſon. ep. 7.

IGNIGREMVS, *igne crematus, vel igne cremans*, Ioh. de Ianua; *Brulé par le feu*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm.

IGNIFER TERMINVS. Incertus Gromaticus: *Lapis ſi mixtam venam habuerit, ignifer nomen habet.* Latinus et Myrſontius p. 261. *Termini Tiburtini, ſilicei, tofinei, ignifieri, etc.*

† IGNILIS, Belgis *Iokſe*, nummi argentei nomen, Schelinus, Gall. *Eſcalin*, ap. Leonin. Cancellar. Gelriae in Conſil. 49.

IGNIRE. (1) Accendere, Gall. *Alumer.* Vita S. Iohannis Gualberti to. 3. Iulii p. 381. (2) Fulgere, veluti ignis reſplendere, Gall. *Briller.* Apud Murator. to. 8. col. 328. (3) Inſtigare, inſtimulare, aſperare, Gall. *Irriter.* Apud Murator. to. 2. col. 241.

IGNIRI, vri, inflammari, Gall. *Bruſler.* Chronicon Comodoliacenſe apud Stephanot. Fragment. Hiſtor. to. 2.

IGNIS. (1) IGNIS BRIGIDAE, quem inextinguilem dicunt, etc. cuiusmodi fuit Veſtalium. V. Sylueſt. Giraldum l. 2. Topogr. Hibern. c. 34. 35. 36. 48. IGNIS GRAECVS, confectitius, *Feu d'artifice.* W. Neubrigenſis l. 4. c. 19. *Quodam ignis genere, quem Graecum dicunt.* Guibertus l. 7. Hiſt. Hieroſol. cap. 33. *Graecos, quos ita vocitant, ignes iniicere machinis, etc.* Ioan. Iperius in Chron. S. Bertini c. 23. part. 1. ap. Marten. t. 3. Anecd. col. 549. *Henricus cum paucis viriliter occurrit, et iniecto igne Graeco, omnes pene cum ſuis nauibus exuſſit.* πῦρ Ῥωμαϊκὸν, Theophani; *Ignis Romaicus*, Paulo Diacon. l. 21. Hiſt. Miſc. Ait autem Albertus Aqu. l. 7. c. 15. *huius ignis genus aqua eſſe inextinguibile*, quod reuera eſt, ſiquidem in ipſa aqua, ipſoque mari ardebat, vt obſeruat in Annalib. 11. Alexiad. p. 336. Willel. Neubrig. l. 4. c. 19. *Muris enim admotae* (machinae) *incendebantur ab hoſtibus quodam ignis genere, quem Graecum dicunt. Denique hoc genus arte confectum mirae eſſe potentiae dicitur, nec contrario cedere elemento.* † IGNIS PELASGVS, *dicitur Gallice Feus Gritois*, in Gloſſar. Lat. Gall. a. 1384. Aliud Cod. 7679. *Ignis pellagus, Feu Greioays.* NOVVS IGNIS, qui in Eccleſia Sabbato ſancto Paſchae, extin-

cto

cto veteri, accendi solet. Leo IV. PP. IGNIS PASCHALIS. Zacharias PP. in Epist. 12. ad Bonifacium Archiepiscop. Moguntinum: *De igne autem Paschali, quod inquisisti, a priscis sanctis patribus, ex quo per Dei et Domini nostri Iesu Christi gratiam, et pretioso sanguine eius dedicata est, quinta Feria Paschae, dum sacrum Chrisma conficitur, tres lampades magnae capacitatis, ex diuersis candelis Ecclesiae oleo collecto, in secretiori Ecclesiae loco ad figuram interioris Tabernaculi insistentes indeficienter, cum multa diligentia inspectae ardebunt, ita vt oleum ipsum sufficere possit vsque ad tertium diem: de quibus candelis, Sabbato sancto, pro sacri fontis baptismate sumtus ignis per Sacerdotem renouabitur.* Vita S. Kierani Episc. Sagirienſis num. 24. *Sanctus senex statuit vt in suo Monasterio ignis paschalis consecratus per annum non extinguerentur.* V. Serrarium l. 3. Rerum Moguntinar. p. 474. IGNIS LAPIDEVS dicitur apud Bernardum Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. c. 69. quod inscribitur *De igne lapideo*: vbi nominis rationem explicat his verbis: *Lapis pretiosus, de quo ignis est producendus, sub custodia iam dicti Apocrisiarii seruatur, etc.* IGNIS FRICATVS, pagana superstitio, Vide *Nodfyr*, et *Nedfri*. IGNIS PENNATIVS, materia ignita tormentis et machinis bellicis in castella et hostes immissa, Vide *Pennatius ignis*. IGNIS SILVATICVS. Simeon Dunelmensis, Florentius Wigornienſis, et alii a. 1048. *Ignis aëreus, vulgo dictus Siluaticus - - - villas et segetes multas vstulauit.* IGNIS INCENSIO. Iacobus I. Rex Arragon. in Foris Oscae a. 1247. fol. 12. vbi de testibus: *Tamen si postea venerit,* (is, contra quem testes adducuntur,) *et poterit probare, quod legitima causa fuit impeditus, quod non potuit venire ad diem praedictam, quia non potuit aquam transire, etc. non habeatur pro victo, sed detur sibi dies altera ad recipiendos testes, et tunc vocario aduersarii, et incensio ignis non habeat locum.* IGNIS IVDICIVM purgationibus vulgaribus acce tur: quod scilicet, manu in ig immissa, innocentiam suam quis ri tenebatur. Lex Ripuar. tit. §. 1. *Quod si seruus in ignem num miserit, et laesam tulerit, d nus eius, sicut Lex continet, de to serui culpabilis iudicetur.* Tit. §. 5. *Quod si in prouincia Ripu iuratores inuenire non poterit, ignem, seu ad sortem se excusare deat.* Hugo Flauiniac. in Chron p. 244. *Foimantiam autem hanc fuisse oblatam affirmare vbluerunt, indicatum fuisset etiam per ignis aquae iudicium.* Ch. Balduini Comitis Flandriae pro Gerardimontensibus, apud Miraeum in Diplomat. Belgic. p. 352. *Nemo cogatur inire duellum, vel subire iudicium ignis et aquae.* Ita perinde *iudicium ignis et aquae*, in Diplomate Henrici III. Reg. Angl. quod descripsit Seldenus ad Eadmerum, vt et Spelmannus in Gloss. *Ignitum iudicium*, in vet. Ch. *Igneum iudicium*, in Tabulario S. Albini Andegau. *probationem per igneum iudicium obtulit.* Sed vereor, ne haec postrema ad purgationem per *ferrum candens* pertineant, cum istiusmodi ignis iudicii alibi vix mentio habeatur. V. *Ferrum candens.* Matth. Westmonast. a. 1250. *Prolibitum est iudicium, quod fieri consueuit per ignem et per aquam.* Pro *examinatione ignis et aquae*, pecuniam extorquere Sacerdotes, verantur in Append. ad Concil. Lateranense III. parte 2. can. 3. 11. (2) IGNIS, pro *incendium*. Regimina Paduae ad an. 1291. apud Murator. to. 8. col. 426. (3) Ius cognoscendi de incendio. Ch. Henrici I. Reg. Angl. ex Histor. MS. Monast. Beccens. p. 36. (4) Idem quod *focus*, domus. Lex Ripuar. tit. 30. de seruo reo, vbi sic dominus loquitur: *Ego ignoro, vtrum seruus meus culpabilis an innocens de hoc exstiterit, propter ea eum secundum Legem Ripuariam super 14. noctes ad ignem repraesento.* §. 4. *Quod si postquam eum ad ignem applicuerit, fuga lapsus fuerit, etc.* Ch. an. 1138. in Monast. Pastorali Eccl. Paris. l. 7. cum.

Digitized by Google

m. 42. *Comes Theobaldus in Fe- S. Dionysii de vnoquoque igne il- villae pro taxamento* (seu tensa- nto) *vnum sextarium auenae ha- it: si vero aliquis ignium defuerit, mes nec de terra, si sine domo re- nserit, nec de domo, si sine igne erit, praedictum taxamentum habe- t.* (5) IGNIS DIVINVS, ignis cer. Chron. Andrense to. 9. Spi- leg. Acher. p. 411. *Eodem anno* 1129) *plaga ignis Diuini Carnotum Parisius, Suessionem - - - et alia multa loca mirabiliter peruadit, sed mirabilius per S. Dei Genitricem Mariam extinguitur. Iuuenes etenim, senes cum iunioribus, virgines etiam teneræ in pedibus, in manibus, in mamillis, et quod granius est in genis exuruntur et celeriter extinguntur.* IGNIS SILVESTER, ignis sacer, ἐρυσιπέλας, Gallis *Feu sauvage*. Rogerius Episcop. Abellinensis in Hist. Translat. S. Modestini et sociorum, n. 9. IGNIS GEHENNAE, ead. notione, in Vita S. Eleutherii Episc. Tornac. n. 19. IGNIS AGRESTIS, Vide in *Ampullae*. IGNIS INFERNI dictus, qui vulgo sacer, seu *erpeta*. Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacens. c. 6. IGNIS INFERNALIS, ead. notione. Instrument. MS. an. 1482. IGNIS PERSICVS, eod. significatu. Acta S. Dympnae Virg. et Mart. to. 3. Maii p. 488. † IGNIS S. FIRMINI, idem, in Lit. remiss. Ms. a. 1354. (6) IGNIS B. MARIAE, morbi genus, qui sub Iohanne Fr. Rege desaeuiit. Regest. Chartophylacii Regii num. 81. sign. 13. (7) IGNIS S. AMBROSII. Cassari Annal. Genuens. l. 1. apud Murat. to. 6. col. 255. *Clauarii, Scribani, Cancellarius pro vtilitate reipublicae in hoc consulatu primitus ordinati fuerunt: et ignis S. Ambrosii in hoc consulatu fuit anno Domini MCXXII.* (8) IGNIS VOLATILIS, haud scio an idem qui Gallis *Feu volage*, impetigo, lichen, Gall. *Dartre*. Vita B. Humilianae to. 4. Maii pag. 397. *Sicut cum recessisti a me nunquam illi et lateris dolorem sensi - - - Infirmitas illa vulgo Papici vocabatur, alio item vocabulo ignis volatilis, alio modo Gutta salsa nominatur.* (9) Dies. Martyrolog. Wandalberti t. 5. Spicileg. Acher. p. 346.

- - - Haec fulget tricenis ignibus vnda;
Hunc hyemis verisque tenent consinia mensem.

(10) † IGNIS IVDICIALIS, morbi teterrimi genus, quod describitur in Act. SS. to. 4. Sept. p. 774. (11) † Ius lignum exscindendi in nemoribus ad vsum ignis, lignario. Ch. a. 1126. inter Instr. t. 11. Gall. Christ. p. 235.

IGNITA. Regula S. Tetradii Presb. c. 26. *Haec licet minus idonei bellatores arma vobis spiritualia contra ignitas diaboli prouidemus.* Vbi *Ignitae* diaboli sagittae ignitae intelliguntur.

IGNITABVLVM, *ignis receptaculum*. Festus Onomast. *Ignitabulum*, πυρεῖον, quod latius patet vt etiam igniarium significet. Gloss. *Ignitabulum*, δαδὸς ξαβδίον πυροφόρον. Carolus de Aquino in Lexico Militari *Ignitabulum* exponit lignum duplex, quorum alterum leuius et rarius substernebatur, atque ab alio duriore, et in terebrae formam facto, tamdiu perforabatur, donec excitato calore ignem eliceret. Hac voce vsi sunt Solinus c. 18. et Macrobius l. 2. Saturn. c. 8.

IGNITEGIVM, hora, qua oppidorum incolae intra aedes suas se recipere, nocte adueniente et ignem suum tegere coguntur, campanae, quae inde *Curfu-bell* appellata, sono indicata, vt furtis nocturnis caueretur: Gallis *Couvre-feu*, († *Carrefeu*, *Cerrefeu*, *Quevrefeu*.) Id autem a Willelmo Notho Rege Anglor. primo inductum aiunt. Leges Burgorum Scoticor. c. 86. *Quando pulsatur ignitegium.* Statuta Leicheteldensis Eccles. in Anglia: *Est autem ignitegium qualibet nocte per annum pulsandum hora septima post meridiem, exceptis illis festis, quibus Matutinae dicuntur post completorium, in quibus ignitegium ex consuetudine non pulsatur.* PYRITEGIVM, ead. notione, in Vitis Abbatum S. Albani: *Non*

Digitized by Google

Non tamen vltra pyritegium hora loquendi protrahatur. Vide *Piritegium.*

† IGNITONITVS, f. pro *ignitosus*, ignitus, in Ch. Th. Otterbourne edit. Hearn. p. 113.

IGNITOSVS, ignitus, vel ignem euomens, apud Adamnanum lib. 3. de Locis SS. c. 6.

† IGNIVOMVS, ignem euomens, in Chartul. S. Vict. Massil.

IGNOMINIARE, ignominia afficere. Landulphus de S. Paulo in Chron. Mediolanensi c. 40.

† IGNOMINIOSITAS, ignominia. Lit. remiss. Ms. a. 1405.

IGNOMINIVM, pro *ignominia.* Papias.

IGNOS, ἀγνωσὲς, *ignotus.* Supplem. Antiquarii. In aliis Glossis habetur *Ignos*, γνωσὸς, sed legendum ἄγνωσος. In Sangerman. *Ignus* pro *ignos.*

IGNOSCE, formula loquendi Monachis olim familiaris, quomodo etiamnum viget apud Gallos, *pardonnez - moi.* Pelagius libello 15. n. 20.

† IGNOSCENTIA, innocentia. Lit. remiss. Ms. a. 1334.

IGNOTESCERE, pro *innotescere.* Chartular. S. Vandreg. to. 1. pag. 901.

IGNVS, V. *Ignos.*

IGVLVS. Epist. Eginhardi 26. sic clauditur: *Bene vale. Igulorum amantissime. Sic optet igulus tuus vetulus et infirmus.* Vbi nescio quis: *Igulus, videtur esse amicus obsequens.* Vide, annon legendum sit *Igalus*, pro *Aequalis*: nam Galli superioris aeui *igal*, pro *égal* dicebant, *aequales* autem Latinis, socii eiusdem ferme aetatis dicuntur.

IGVMENARGIVM, V. *Hegumeni.*

IHERATICVS, pro *hieraticus*, ab ἱερατικὸς, sacerdotalis. *Episcopi et Iheratici* id est, sacerdotes, apud Murat. t. 3. p. 139. col. 2.

IHEROCHOMIVM, mendose pro *gerocomium*, locus vbi senes aluntur, in Actis SS. Februarii t. 2. p. 539. V. *Gerocomium.*

† ILA, *Beckenhube*, in Twingeri Vocabul. Lat. Germ. Ms.

ILBERNVS, vestimenti genus. *Berniscript.*

ILIA, f. insula, Gall. *Isle.* Dipl. a. circiter 1000. ap. Marten. to. Amplissi. Collect. col. 356. *Et alodis habet terminos in fluuio dicunt Welena, et pergit per i rametalem, qui est vltra ipsam et peruenit ad ipsam iliam, etc.*

† ILINIRE, pro illinere, in Stat. min. Saone c. 50.

ILL, cum linea transuersa, in anti MSS. crebro reperitur, loco no nis proprii, pro *ille* vel *illa*, vt Formul. Marculphi et vet. al. Codi ciebus patet. Vide Itinerar. S. Willibaldi num. 25. Literis istis succesit postmodum litera N. qua nomen etiam proprium designabant: quod inductum videtur circa annum Christi millesimum, vt obseruat Menardus ad lib. Sacrament. Gregorii.

ILLA, σκώληξ κλίνης, in Glossis ἐυλὴ est vermis, sed proprie nascens in corpore ex putredine.

† ILLAESO, aduerbialiter vsurpari videtur, to. 7. Ordin. reg. Franc. p. 430.

ILLALDIONES, species seruorum, iidem qui *Aldiones*, in Constit. Caroli M. ab Amerbachio edita c. 15. V. *Aldius.*

ILLAPSARE, illabi, inclinari, verbum ab *illapsus* effictum. Apud Baluz. t. 6. Miscell. p. 336.

ILLARIA, quasi *Hilaria*, ab *hilaris*, festiuitas. Apud Marten. de antiqua Eccl. Discipl. p. 465.

ILLARIDARE, larido suffigere, apud Apitium.

ILLATIO. (1) In missa Mozarabica, est id, quod in missa Romana *Praefationem* vocant, quae in singulis missis propria est. (2) Donum, munus, tributum. Senator. l. 1. Epist. 16. *Sensimus auctas illationes: vos addita tributa nescitis.* Index veterum Canonum inter Concil. Hisp. to. 3. p. 37. col. 2. V. *Inlatum* et *Cathedraticum.*

ILLATOR, caluminator, qui alicui infert crimina, delator. Rutherius de contemtu Canonum t. 2. Spicil. Acher. p. 198.

† ILLA-

TVM, vulnus, plaga. Gloss. Gall. Cod. reg. 7692.

EBRARE, *illecebris attrahere.* de Ianua. V. *Inlecebrare.*

EBRITAS, pro illecebrae. ectura Cardinalis de Cusa de imis diebus.

ALIS, extra *legem* positus, *exbannitus*, *proscriptus*, cui legi ri stare non licet. Speculum onicum l. 2. art. 71. §. 1. *Quique contra edictum et aduersus ea erint, sicut illegales et banniti incentur.* Lib. 3. art. 34. §. 1. *A iudice proscriptus et in bannum Regis, seu illegalitatem inductus* §. 3. Vide *Exlex.*

ILLEGIARE, V. *Inlegiare.*

† ILLEGIBILIS, qui legi non potest. Inuent. Ms. a. 1366.

† ILLEGITIMATIO, ILLEGITIMITAS, filii non legitimi condicio. Lit. legitimat. Ms. a. 1353.

ILLETABILE, *immortale*, Papiae

† ILLETGIARE, pacto firmare, sacramento ligare. Ch. ex Tabular. Flamar. V. *Inligare.*

† ILLETVS, dimin. ab Ilex, quercus viridis, vel Ilicetum. Ch. Ms. a. 1283.

† ILLEVS, auis species. Bestiarius Ms.

D'un oisel oës, ainc ne fu deus
Qui en Latin a non Illeus;
Sen non ne sai en Roumans mie.

† ILLEX, sine lege, to. 10. Collect. Hist. Fr. p. 70.

ILLIABILIS, qui corrumpi non potest, aut contaminari. Lactant. l. 2. Instit. c. 7. *Illibabilis est* (sapientia) *tanquam lux.*

ILLIBARE, imbuere, instruere, ornare. Vita B. Notkeri Balbuli to. 1. April. p. 594.

ILLIBER, ἀνελεύθερος, in Gl. Graec. Lat. MS. Editum *Inliberalis* praefert.

† ILLIBERE, cum coactu, in Leg. Polon. t. 1. p. 101.

ILLIBERIS, ἄτεκνος, carens libris, apud Tertullianum adu. Marcion. l. 4. c. 34.

ILLIBERTARE, quasi libertatem auferre. Nicolaus Clemangis lib. de Armatis non soluendis.

ILLIBERTAS, priuatio libertatis, seruitus. Charta a. 1419. apud Rymer. t. 9. p. 790.

† ILLIBERTATIO, priuatio libertatis, in Leg. Polon. tom. 1. pag. 307.

ILLICENTIATVS, non obtenta licentia seu venia. Concil. Pisanum t. 6. Spicil. Acher. p. 313.

ILLICIBILIS, qui illicit. *Illicibilis voluptas*, apud Lactantium.

ILLICITATOR, qui tentat, vel agit illicita. Decretum Flauii Ecuigii Regis pro Concil. Tolet. XII.

ILLICVS, subitaneus. Miracula B. Wernheri Mart. to. 2. April. pag. 726.

† ILLIMARE, lima radere. Acta SS. t. 4. Iul. p. 150.

† ILLIMINARE, pingere, coloribus adumbrare. Inuent. Ms. an. 1476. V. *Illuminare* 3.

ILLINGVIS, *mutus*, Papiae, pro *Etinguis.*

† ILLION, parua insula, in Ch. Ms. a. 1463.

ILLIQVIRI, V. *Inliquiri.*

† ILLOCALIS, qui loco non est circumscriptus, vnde ILLOCALITER, non circumscripte in Ch. Ms. a. 927. V. *Localitas.*

† ILLOMINVS, idoneus, legitimus. Ch. Ms. a. 1327.

† ILLOSVS, *pieno de fraude.* Gloss. Lat. Ital. Ms.

† ILLVEVM, *l'anima che a pena.* Ibid.

ILLVMINARE. (1) *Baptizare.* Graecis φωτίζειν. *Illuminati*, φωτιζόμενοι. S. Paulus ad Hebraeos cap. 10. *Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum.* Acta S. Sulannae: *Adiuro te, Domine mi, per ipsum, quem Illuminasti, fratrem nostrum Claudium, ne me tardes illuminare etc.* DOMVS VENERANDAE ILLVMINATIONIS, Baptisterium, seu locus vbi *illuminatur* et Baptizatur, in Vita S. Marciani Presbyteri, t. 1. Ian. p. 612. (2) Accendere, Gall. *Allumer.* Guido Disciplin. Farfensis c. 21. *In coquina frater qui primus veneris diluculo, quamdiu solus fueris, nihil aliud gerere potuit,*

Digitized by Google

nisi focum Illuminare. (3) Pingere, coloribus adumbrare, *Enluminer*, Alcuinus Epist 1. *Quosdam stellarum ordine ceu picto cuiuslibet magnae domus culmine Inluminare gestio.* Guigo Prior Carthusiae lib. de Quadripertito exercitio Cellae c. 36. (4) † *Illuminare famam*, existimationem reconciliare. Lit. remiss. Ms. a. 1355.

† ILLVMINARE, substant. candelae, lucernae ecclesiarum, Gall. *Luminaire.* Ch. a. 1006. ap. Lamium in Delic. erud.

ILLVMINATIO. (1) Illustratio, Gall. *Enluminure.* Martenius Itiner. to. 2. p. 149. (2) V. alia notione in *Illuminare* 1.

ILLVMINATOR, aurarius pictor, qui libros variis figuris, iisque aureis condecorat, Gall. *Enlumineur.* Ordericus Vitalis l. 3. p. 480.

† ILLVMINATVS. *Illuminati* haeretici recentiores in Hispania, de quibus in Act. SS. t. 7. Iul. 646. V. alia notione in *Illuminare* 1.

ILLVSIO. Visus antiqui Cistercienses cap. 97. *Si et iste non aderit frater, quamuis Illusionem passus, hoc faciat.* Cap. 90. *Missas solennes debet cantare, etiamsi nocturno somnio Illusus fuerit.* Nomocanon, editus a Cotelerio cap. 117. Ἱερεὺς μέλλων λειτουργῆσαι, ἐὰν πέσῃ εἰς ξένσιν, etc.

ILLVSTER, pro *Illustris*, occurrit passim. V. *Illustres.*

ILLVSTRA, V. *Illustres.*

ILLVSTRAMEN, lumen. Acta S. Franciscae, num. 26. to. 2. Martii p. 109.

ILLVSTRARI, illustratus dignitate donari. Salvianus l. 4. de Gubernat. Dei.

ILLVSTRAS, vel melius ILLVSTRITAS, idem quod *Illustria dignitas.* Vtraque vox pluries occurrit in Sententia Sigismundi Regis Poloniae de felonia obiecta Ducibus Curlandiae, iisque Ducibus tribuitur, apud Ludewig. to. 6. pag. 217. 218. 220. et 225.

ILLVSTRES, honoratiores, vel qui hocce titulo donari erant. Anastasius in sancto Hormisda PP. *Qui ingressi una cum Grato Illustri Illustra* de feminis, in Tabul. S. Toni Virdun.

ILLVSTRIA DIGNITAS, dignitas titulus, qui *Illustratus dignitas*, citur Senatori l. 1. Epist. 4. et Epist. 11. 16. *Illustratus gradus*, L. 11. Cod. de Iud.

† ILLVSTRISSIMITAS, titulus norarius quo Cardinales compell tur a regibus Poloniae, ex Amyd in Stylo Datar. c. 15. p. 137.

ILLVTIBARDVS, qui barbam hab illotam et sordidam, apud Apuleiam Florid. c. 3. Quidam legunt *Inlutibardus.*

† ILNECHIA, nauigii species, V. in *Naca* 1.

† ILVA, lucanica. Glossar. Lat. Gall. Cod. 7692. *Ilua, Sauciſſe.*

† ILVM, pennae substantia medullaris, in eod. Gloss.

† IMA, ora, Gall. *Bord.* Reg. Cam. Comput. Paris.

IMAGINABILIS, *fictilis*, in Glossis Isonis Magistri. *Imaginabile, Aptum imaginatione percipi.* I. de Ianua.

IMAGINABILITER, per speciem imaginis vel figurae. Ioannes Abbas in Praefatione ad libellum Precum:

IMAGINALIS, constans imagine. S. Irenaeus l. 5. c. 11. *Hac Iudaeorum Imaginalis est descriptio.*

IMAGINALITER, vt *Imaginabiliter*, apud S. Augustinum Vita S. Winwaloei MS.

IMAGINARE. (1) Imaginem rei alicuius referre, effingere Alanus de Insulis in Planctu naturae: *Illic armilla colubri naturam Imaginans, etc.* Eadem notione Gellius. (2) † Imagine seu sigillo effigie insignito chartam munire, ap. Oefel. t. 2. Script. rer. Boic. p. 80. V. *Imaginatio.*

† IMAGINARIA, imago, figura. Martul. Bituric.

IMAGINARIVS. (1) Vicarius, Locum-tenens, qui vices alterius in rebus gerendis implet, et *imaginem* quodammodo refert. Vetus Glossar. Bibl. Regis. *Imaginarius sub posita persona.* Petrus de Vineis l. 2. Epist. 21. *Quem ad vos tamquam Imaginarium personae nostrae transmittimus.*

Lib.

Digitized by Google

b. 3. Epist. 9. *Filium nostrum ad tamquam Imaginarium nostrae esentiae destinamus.* Adde Epist. et 26. (2) IMAGINARIVS DO, in Concil. Turon. II. c. 3. us sculptile, aut pictum, (vel po- is Ordo seu locus imaginum,) quo nsu *Imaginaria pictura* dicitur ab nastasio in versione Concilii II. icaeni et in lib. 1. Beati Abbatis uersus Elipandum *Imaginarie*, id , secundum imaginem. Haec Ma- bill. de Liturg. Gall. p. 93. vbi in- tegram videre potes explicationem Canonis laudati. (3) IMAGINA- RII, fortilegi quidam ita dicuntur, *qui imagines faciunt, qui in possessio- nem praesidentium spiritum mittunt, vt ab eis de rebus dubis doceantur.* Ita Petrus Blesensis lib. de Praestigiis fortunae, seu potius Ioh. Sarisber. l. 1. Policrat. c. 12. et Vincentius Beluac. l. 25. c. 101. Iidem forte qui οἰκονικοὶ dicuntur in Gloss. Lat. Graec. *Imaginarii*, ἐικονικοι.

IMAGINATIO. (1) Pro *Imago*, seu sigillum sic dictum, quod eius, cu- ius erat praeferret imaginem. Char- ta Friderici I. Imp. apud Vghellum in Episc. Bobiensibus sic clauditur: *in huius cerae materia pro sigillo ex- pressa nostri vultus Imaginatio.* (2) † Pro *Machinatio* vt videtur, in Chron. Th. Otterbourne p. 158.

IMAGINATVS. (1) Imaginibus ad- ornatus, sculptus. Testamentum S. Remigii, Remensis Archiep. *Tibi haeredi meae Ecclesiae supra memora- tae iubeo Thuribulum et Imaginatum calicem fabricari.* V. *Ymaginatus.* (2) IMAGINATA VITA, quae solam habet virtutis imaginem, qualis est hypocritarum. Chron. Trudonis p. 346. t. 7. Spicil. Acher.

IMAGINEVS, imaginarius. Fortuna- tus l. 2. de Vita S. Martini.

IMAGINIFERI, qui vexilla, in qui- bus Imperatorum erant depictae ima- gines, in acie deferebant, apud Gruterum 562. 1. 1007. 1. in Gloss. Lat. Gr. *Imaginifer*, est πρωτόμορ- φος. Emendat Meursius, ποροτό- μορφος.

IMAGINIOLA, imaguncula. Chroni- con Abb. S. Trudonis l. 6. p 403.

IMAGO. (1) Masc. gen. *Cum paruo Imagine aureo ad figuram* D. N. I. C. in Charta an. 1398. apud Lobinell. t. 3. Hist. Paris. p. 227. (2) Vexil- lum Sanctorum imaginibus insignis- tum. Epistola Adriani PP. in Codi- ce Carolino 92. (3) IMAGO AV- RI, nummus aureus, regis imagine signatus. Regiam Maiest. l. 4. c. 40. §. 7. V. *Forma* 4.

IMAPVS. Vita B. Iohan. Abbat. Gor- zensis c. 9. n. 75. *Vas quoddam, quod Imapum dicunt, guttulae excipiendae vasi vinaria suppositum inve- nit.* Sic etiam praefert Editio Lab- bei. Sed *Hanapum* legendum arbitror. V. in hac voce.

IMBALSAMARE, vox Italica, Gal- lis *Embaumer*, corpus mortui *balsa- mo*, aliisque bonis odoribus condi- re. Memoriale Potestatum Regien. ad a. 1272.

IMBANCHITVS. Interpres Nouell. 88. c. 2. *Multis enim domos possi- dentibus in hac felicissima ciuitate, qui imbanchiti non videntur, mox futuris pensiones ab inquilinis accipe- re, calumniantur, etc.* Vbi Graec. πολλοὶ δὲ τοῖς οἰκίας κεκτημένοις κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν βακχαίνοντες, etc. Vox videtur de- ducta a *bancus*, ita, vt *imbanchiti* dicantur, qui in aedibus propriis *stallum*, seu sedem fixerint. V. *Ban- cus*, scamnum, sedile.

IMBANDITIO, ferculum, Gall. *Ser- uice*, ab Italico *Imbandire*, mensam instruere. Chronicon Placentinum Ioh. Demussis apud Murat. to. 16. p. 581.

IMBANNARE, in *bannum* mittere, in fiscum redigere. Hincmar. Laudun.

IMBANNIRE. (1) Idem, in Ch. Ms. a. 1179. (2) *Imbanniri*, inter- dici. S. Bernhardus Epistola 253. n. 9. V. *Bannum.*

† IMBARGVM, vulg. *Embargo*. Sta- tut. Genuens. l. 4. c. 14.

IMBASIO, adulteratio, ab Anglico *to Imbase*, adulterare. Dicitur ma- xime de iis, qui cudunt nummos adulterinos. Litterae anni 1550. apud Rymer. to. 15. p. 206. *Alki-*

Digitized by Google

misticam multiplicationem et peiorationem sine Imbasionem cuniae nostrae.

IMBASSIATOR, legatus, idem qui *Ambassiator*. *Negotia imbassiatoria*, t. 1. Monast. Anglic. p. 154.

† IMBASTARE, a Gall. *Embaster*, clitellas imponere. Inquisit. Ms. an. 1260.

† IMBATALLARE, IMBATEGLARE, IMBATTAIARE, munire, *batalliis* instruere. Guido de Vigeuano de modo expugn. T. S. cap. 5. 6. 12.

IMBATELLARE CASTRVM, idem, ab Anglico *to Imbattle:* quod tamen proprie dicitur de acie. *To Imbattle an army*, aciem instruere. V. locum in *Machicollare*.

† IMBAXATVRA, legatio, demandata rei cuiuscumque alicui cura. Ch. Ms. a. 1251. V. *Embaxaria*.

† IMBAXIATA, idem, to. 3. Hist. Nem. Prob. p. 33.

† IMBAXIATOR, legatus, ibid. t. 2. p. 204. V. *Embaxator*.

† IMBE, apiarium, a Germ. Imme, apis. Necrol. abbat. Altorf. in Alsat.

IMBELLIA, *debilitas*, ab *imbellis*, Io. de Ianua. Festus exponit: *Imbelliam*, *Belli inscientiam*. Macrob. lib. 12. Saturnal. *Tunc Poenus eludens ignauiam Imbelliamque militum eius pretiose armatorum, plane, inquit, satis esse credo Romanis haec, etiamsi auarissimi sint.*

IMBENEFICIARE, bona Ecclesiastica in feudum seu beneficium dare, apud Macros in fratres Hierolexico ex Burchardo de casibus S. Galli. Vide *Beneficium*.

† IMBERX, *pro Imbrex*, in Glossar. Lat. Gall. Cod. 7692.

† IMBIBESIA, vox ficta ab Henr. ab Heers obs. 8. ad potum, i. q. inedia ad cibum.

IMBILIVM, in Glossario Saxonico Cottoniano, exponitur *Leoht-leap*, V. coniecturam Somneri.

† IMBINDIARE OCVLOS, Ital. *Imbendare*, oculis velum obducere. Barelet. serm.

IMBLADARE, agrum *blado* seu segete conserere, i. q. *Bladare*. Ch. apud Rog. Houeden. pag. 785. *Bladum*.

IMBLADATIO, *fructus fundi*, *veure*, Nomenclatori Idiotismi diensis.

† IMBLADATVRA, agrorum ctus, *bladum* quoduis. Ch. M 1219.

† IMBLADIARE, i. q. *Imbladar* Ch. Ms. a. 1273.

† IMBLAVARE, idem, in Stat. cell. l 5.

IMBOBATVS, V. *Imbotatura*.

IMBLOCATVS. Cum legibus Ecclesiasticis vetaretur, excommunicatorum corpora sepelire, non modo in coemeteriis benedictis, et consecratis, sed ne quidem in humum vbiuis mittere, proindeque necesse esset, in plateis aut agris insepulta relinquere: ne tamen foetor nares, aut spectaculi horror mentes foedaret, illa vt plurimum humo iniecta, aut tumultuaria lapidum congerie operire solebant, idque *Imbloccare* dicebant Belgae Gallici, quibus *bloc* est tumulus quidam altior. Lambertus Ardensis p. 173.

† IMBOCCARE, IMBVCCARE, vox Ital. influere, os canalis vel fluuii aperire; vnde IMBVCCATVRA, officium IMBVCCATORIS, cui scilicet eiusmodi ostiorum cura demandata. Stat. Mutin. rubr. 202.

† IMBOGARE, i. q. *Imboiare*, vnde IMBOGATVRA, actio ipsa vinciendi, seu quod commentariensi ob id ab incarcerato soluitur. Stat. Cuman. c. 90.

IMBOIARE, *boiis* seu compedibus vincire. Ordericus Vitalis apud Chesnium Hist. Norman. p. 449. INBOIARE, in Gloss. Graec. Lat.

IMBOTVS, V. *Embotus*.

† IMBOSCA, insidiae, Gall. *Embuscade*; vnde IMBOSCARE, insidiari. Lit. remiss. Ms. a. 1361.

IMBOSCAMENTVM, IMBOSCATA, insidiae, Gall. *Embuches*, *Embuscade*, Ital *Imboscata*. Acta SS. Maii t. 5. p. 200. vbi de S. Arrone Episc. *Et esset ibi cum 25. sociis; vt faceret quamdam Imboscatam, etc.* Dominic. de Grauina in Chronico apud Murator. to. 12. col. 649. *Exercitus egre-*

Digitized by Google

itur civitate Neapolis, et ad sta- locum Imboscamenti quilibet se lit.

CARE, Italis, insidias struere, diis esse. Idem Dominicus de na col. 599.

SQVARE, idem, to. 2. Hist. Prob. p. 248.

OSSOLARE, IMBVSSOLARE, Italica, in *bussolam* seu arculam gium conicere, quod in ele- ibus fieri solet; unde IMBVS- LATA, ipsa electio. Statut. Mf. o castro Castil. an. 1371. Vide *ssola.*

IMBOTARE, vox Italica, Gall. *Entonner*, liquorem in *Buttam* seu lagenam vel dolium infundere: IMBOTATVRA, infusio in lagenam doliumue, in Ch. Mf. an. 1360. V. *Butta* Cupa.

† IMBOTATVRA, IMBOTATVS, impositio, exactio, vectigal, a verbo *Imbottare*, tributum exigere. Ch. a. 1466. to. 1. Cod. Ital. dipl. pag. 1382.

† IMBOZITVS, f. inaequabilis, V. in *Desbozare.*

IMBRACHIARE, amplexari, brachiis complecti, Gall. *Embrasser*, apud Goclenium, in Lexico philosophico.

IMBRACIARIA, iudicum corruptio, Angl. *Imbracery.* De eo dicitur, qui iudices corrumpit, quem Angli vocant *Imbraceour*, vel *Imbrasour.* Litterae Henrici VI. Angl. Regis an. 1460. apud Rymer. to. 11. pag. 456.

IMBRACVLVM. Acta S. Helerii Mart. to. 4. Iulii p. 150. *In Imbraculo enim ostii illius Ecclesiae Deum die noctuque exorabat.* Vbi doctiss. Editor Sollerius: *Imbraculum hic sumitur, ni fallor, pro tecto, quia in illud decidit imber, vel imbricibus tegitur; nisi forte quis cum MS. Rosomag. malit legere* Vmbraculum *pro loco, vbi est vmbra, qualis esse solet in porticu Ecclesiae.*

IMBRARE, quasi imbre perfundere, Gall. *Arraser.* Apitius l. 8. de Re culin. c. 6. *Imbrato buccellis panis et oleo modico*, i. perfundito.

IMBRESCERE, malesieri, quasi *imbre* perfundi. Lambertus Ardensis. Ludewig t. 8. p. 479.

IMBREVIARE, INBREVIARE, in *Breues* redigere, describere. Concil. Meldens. a. 845. cap. 42. et passim alibi.

† IMBREVIARIA, charta compendiaria, prima perscriptio, Ital. *Imbreviato.* Stat. Placent. l. 5.

IMBREVIATVRA, protocollum, ap. Laurent. in Amalthea. IMBREVIATVRA, apud Vghell. in Archiep. Mediol.

IMBRICITVR, *ὀμβρεῖται, βρεχεται*, pluit, in Glossis Lat. Gr. Sangerm. MSS. et apud Martinium, qui restituit, *Imbre icitur.*

IMBRIGARE. (1) In *brigas* seu lites et iurgia conicere, ap. Albert. Argentin. an. 1264. V. *Briga.* (2) † Turbare. Stat. Mutin. rubr. 42.

† IMBRIGVS, ebrius, Ital. *Imbriaco.* Tract. Mf. de Pisc. c. 107.

IMBRINGARE, vt *Imbrigare.* Statuta Massil. p. 68.

† IMBRIVM, pro Imbrex. Gloss. Lat. Gall. Cod. 521.

† IMBROCCATVM, pannus auro intextus, Ital. *Broccato*, Gall. *Broccard.* Steph. de Infest. Mf. V. *Broccatum.*

IMBROMARI, V. *Imbrumari.*

IMBROMIDARE, *ἐμβρωματίζειν*, cibum dare. Alexander Iatrosophista, l. 2. Passion.

IMBRVMARI. Papias: *Bruma, Graece edacitas dicitur: tunc enim maior appetitus cibi: inde Imbruminari dicuntur, quibus fastidium est ciborum.* MS. Bituric. habet *Imbrumarii.* Melius Gloss. Sangerman. MS. n. 501. *Imbromari quibus fastidium est ciborum. Broma, quippe edacitas est*, a Graeco *Βρῶμα*, cibus.

IMBRVS, *ἡμίονος, πρόβατον*, mulus, ouis. Gloss. Sangerman. Lat. Graec. MSS. V. *Iber.*

IMBRVTVS, Papiae: *sine intelligentia, imprudens.*

IMBVCCARE, V. *Imboccare.*

IMBVLVS, ab *ambulando*, *ambulatorium* ita Gloss. Isidori. Papias: *Imbuli dicti, vel quia sub volumine sunt, vel quia sub his ambulamus. Sunt enim*

Digitized by Google

platearum porticus hinc inde. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MS. *Imbulus, Porche large.* V. *Embolus.* † Forte Leg. *Inambulus.*

IMBVMENTVM, Papiae, *documentum.*

IMBVRSARE. (1) Nummos in *bursam* seu loculos dimittere, Gall. *Embourser.* Sic in Statutis Collegii Narbon. an. 1379. apud Lobinell. to. 5. Hist. Paris. p. 670. et in Concil. Auenion. an. 1509. apud Marten. t. 4. Anecd. col. 389. *pecuniam Imbursare*, dicitur, qui nummos in propria crumena recondit, sed interdum *Imbursare* est pretium, pro conuictu soluere, eo, quod pecunia ad conuictorum alimoniam destinata, in arca, quam *bursam* vocabant, asseruaretur. Statuta Collegii S. Bernardi apud eumdem Lobinell. t. 3. Hist. Paris. p. 167. *Qui vero minus quam dictam bursam Imbursauerit, nihil eidem de commune ministretur.* (2) † Nummos in vsus suos conuertere, Gall. *Embourser.* Testam. Ms. a. 1390.

IMBVRSATIO. (1) Solutio pretii pro conuictu, apud Lobinell. t. 3. Hist. Paris. p. 167. (2) † Vsus rei alicuius non suae. Testam. Ms. an. 1402. (3) † Apocha, charta solutae pecuniae, ap. Murator. to. 16. p. 1156.

IMBVSSOLARE, IMBVSSOLATA, V. *Imbossolare.*

† IMBVSTAMENTVM, IMBVSTATVRA, pro *Imbuccamentum* et *Imbuccatura*, apertura, itineris vel stratae caput. Arest. Ms. a. 1410.

IMBVTAMENTVM, ab *Imbuere.* Robertus Monachus Walciodorensis, in Prologo ad Vitam S. Foramanni Abbatis. *Sed quoniam Imbutamento artis Philosophiae minus fulti verbis has* (virtutes) *enucleare nequimus venustis etc.* Gloss. Antiq. MSS. *Imbumentis, documentis.* Glossar. Aelfrici: *Imbutor, vel eruditor,* Lareor.

IMBVTATVRA, († idem quod *Imbotatura.*) Chron. Estense apud Murator. to. 15. col. 509. *Dominus Albertus Marchio - - - ad eos inermis descendit, et multis eos blandis verbis allocutus, vt eorum impetum et furorem mitigaret, fecit eis tradi omnes scripturas gabellarum, Imbutaturae et extimorum, tam nouas quam veteres, qui statim accenso igne. - - - praedictas omnes scripturas et libros concremauerunt.*

IMENERIVS, liber *hymnorum*, in Enumeratione munitionum Somneriae a. 1260. V. *Hymnus.*

IMGLA vel IMGLVS. Confirmatio testamenti per Carolum M. apud Mabill. pag. 507. Diplom. et apud Murator. t. 2. part. 2. col. 746. *Morogenna domus - - - cum aedificiis, cortiferis, exauis, ortis, vineis, campis seu Imglis, vna cum Ecclesia, etc.* Si particula *seu* vocem praecedentem exponat, *Imglus* idem erit, quod Campus; verum haec particula saepe vim habet coniunctionis in veteribus Instrumentis. V. *Imlaria.*

IMIGERE, V. *Imugere.*

IMINA, species mensurae, Vide *Hemina.*

IMITABILITER, modo quem quis imitetur, in Donatione a. 1379. ex Regesto *Rubei* Camerae Comput. Prouinciae.

† IMITARIVM, pro *Mutatorium*, ap. Montisfalc. in Diar. Ital. pag. 294.

IMITAS, pars ima, inferior. Testamentum S. Remigii Remensis Episc.

IMITATIO, V. *Immutatio.*

IMIZILVM, IMIZINVM, etc. Anastasius in Leone III. p. 144. *Fecit vestem albam holosericam, ornatam in circuitu de mixilo.* Vbi alii Codd. habent *de micilo.* In Paschali p. 156. *Vela de fundato 14. de quadrapulo 14. similiter et de Imizilo 14.* Mox: *De Imizilo vela numero quatuor.* In Sergio II. p. 173. *Obtulit vestes de Imizilo quatuor.* In Leone IV. apud Murator, t. 3. p. 246. et t. 4. SS. Iulii p. 325. *Cum lista de chrysoclauo cum velis ex Imizino duobus.* In Nicolao I. p. 210. *Fecit - - - vestem de fundato vnam habentem historiam Leonum et in circuitu Myxinum.* Bulingerus *Imixilum* his locis serieum lenium, quod Italice dicitur *Ermesino*, vel Byssinum interpreta-

Digitized by Google

…etatur. Vide, an non idem sit, …od *Camisile*.

…ARIA, campi modus, vt videtur. …ndatum Radulfi Episc. Attreb, … 1217. apud Marten. to. 1. Am… Coll. Collect. c. 1190. *Rex Barba… offert pro deliberatione sua octo …ra meliora, quae habet, et Chri…mos quos habet in ciuitatibus suis, …l pro his omnibus dare perpetuos …narios tot, vt de his possit dimidium …lariae in latitudine vnius agri to…aliter cooperire.* Ex his coniecto …lariam spatium fuisse duorum *agrorum;* de agri spatio dictum est in *Ager*.

IMMACVLABILIS CONSCIENTIA, quae maculari nequit, seu inquinari, in Vitis Patrum Emeritens. inter Concilia Hispan. t. 2. p. 648. col. 1.

IMMACVLATIO, integritas, innocentia, in Actis S. Francisci de Paula n. 162. t. 1. p. 190.

† IMMAGINARE, vox Italica, pingere. Stat. Cadubr. l. 3. V. *Imaginatus*.

IMMAGISTRATVS, Papiae, *in honore positus*. V. *Inmagistratus*.

IMMAIORARE, augere. Acta Episcopor. Cenoman. p. 75. Mabill. to. 2. Analect. legit *Inmaiorare*. p. 79. *Quam ipse Emelioranit*. Charta Ludouici Pii Imp. in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. p. 88. *Et quas a nouo restruxit, atque immelioranit Inmaioranitque*.

† IMMALLATVS, encausto ornatus, distinctus, Gall. *Emaillé*. Ch. Ms. a. 1328. V. *Esmailliatus*.

IMMANCATIO, membrorum conseruatio, ne quis fiat *mancus*, seu mutilus. Indiculus precatorius ad Episcopum formula 22. inter Bignonianas: *Precamur vobis vt vitam et Immancationem et disciplinam corporalem ei concedere iubeatis*.

IMMANTARE, pallio induere, tegere. Radeuic. l. 4. de Gest. Frid. col. 65. V. *Ammantare* et *Mantum*.

IMMANTATIO, inthronisatio quae fit per pallium. Fastradus abbas Claraeuall.

IMMATIENS, ἀνέφικτος, in Gloss. Lat. Gr. Sangerm. Quem non possumus consequi. vox, vt videtur, ducta a Graeco μαχεῖν, quod Hesychius exponit ζητεῖν, quaerere, et praepositione *in* quae locum habet *a* priuatiui

IMMATRICVLARE, annectere, adiungere. Fundatio Monasterii de Altaripa apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 313. Gallis *Immatriculer*, in album referre.

IMMEDIETATE, pro immediate, sine ullo medio, tom. 3. Ordinat. Reg. p. 544.

IMMEDVLLARI, imbibi, quasi medullis infundi, inseri. Vita S. Ayberti, to. 1. April. p. 680.

IMMEDVLLATVS, imbibitus, medullis insitus. Iocelinus in Vita S. Patricii. n. 109.

IMMELIORARE, meliorem reddere, apud Simeon. Dunelmensem an. 616. Adde Vitam Aldrici Episc. Cenoman. p. 92. 93 159. 164.

IMMELIORATIO, in Charta a. 878. ex Appendice Marcae Hisp. c. 802.

IMMELENATVS, mulus, vel onus muli. Radulfus de Gestis Friderici I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 1195. *Misit ad eum* (Restagus) *quod non transiret, nisi daret ei centum summarios auri et argenti onustos. Imperator vero respondit, se libenter velle dare ei aurum et argentum, sed nisi Immenelatum unum*. V. *Azemela*, et *Innemilus*.

† IMMEMORANS, immemor. Acta SS. c. 2. Iul. p. 528.

† IMMEMORANTER, ex obliuione, t. q. Ordin. reg. Str. p. 611.

IMMENTARE, Papiae, *deprauare*.

† IMMENSIBILIS, immensus. Ch. Ms. Phil. V. a. 1328.

† IMMENSITAS, vniuersitas. Ch. a. 1225. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. p. 390. IMMENSITAS PVLCHRITVDINIS, dicitur de muliere praestantissimae venustatis, tom. 10. Collect. Hist. Fr. p. 262.

IMMENSVRATIM, sine mensura, immense. Saluianus lib. 6. de Gubern. Dei.

IMMERCIATVS, cui pro delicto impposita est poena, seu mulcta pecuniaria, apud Rymer. to. 10. p. 34…

Digitized by Google

In Priuilegiis Equitum S. Iohannis Ieroſol. p. 4. perperam legitur *Imminuerciatus*, vt et *Intramenta pecuniae*, to. 3. Hiſt. Hareur. p. 184. pro *Amerciamenta pecuniae*. V. *Amerciare*.

IMMERITE, pro *Immerito*, apud Thom. Madox Formul. Angl. p. 72.

IMMETALLATVS, ornatus, vermiculatus, Gall. *Emaillé*. Teſtamentum anni 1332. e Chartulario B. M. de Bono nuntio Aurelian. *Tres ſcyphi argentei Immetallati, ponderis quinque Marcharum. Duo bachini Immetallati*, apud Lobinell. in Gloſſar. ad calcem Hiſt. Britan. V. *Smaltum*.

IMMI, menſurae ſpecies, forte eadem, quae *Hemina*. Fundatio Murenſis Monaſterii apud Eccardum de Origine familiae Habsburgo Auſtriacae col. 231. *Reportat ad villicum duos panes et quartam hydriae de vino, et duo immi de auena ſine de hordeo*. Pro menſura lactis ſumitur alibi, V. *Seſter*.

IMMINERE. Papias: *imminet, inſtat*. Ita uſurpat Tertullianus de poenit. c. 6. Anaſtaſius in S. Fabiano, Gregor. Turonenſis et alii.

IMMINENTIA, inſtantia, apud Gregor. M. lib. 2. Ind. II. Epiſt. 29. lib. 3. Epiſt 10.

† IMMINVARE, pro Imminuere, in Act. SS. tom. 4. Iun. §20. V. *Minuare*.

IMMINVATVS, immunis. Chron. Farfenſe apud Murator, t. 2. part. 2. c. 635.

IMMINVERCIATVS, V. *Immerciatus*.

IMMINVERE, libertate et *immunitate* donare. Ch. a. 1291. e Chartulario S. Iohannis Angeriac. p. 277. Sed f. legendum *Immuniet* ab *Immunire*.

IMMINVTIO, immunitas. Eadem Charta Angeric. Videtur legendum *Immunitio*.

† IMMINVTOR, qui ſanguinem *minuit* ſeu detrahit. Stat. Synod. Tornac. a. 1366. V. *Minuere*.

IMMISSIO. (1) Exactio, vel violentia. Gregorius. M. L. 7. Ind. 1. Epiſt. 18. *Vel de loco aliquo, qui ad id pertinet, quocumque modo qualibet occaſione minuere, nec [illegible] miſſiones doloſas aliquas facere*. Ἐνέργεια, operatio. Iohann. Sarisb. lib. 2. Policrat. c. 17. de Daniele: *Sciens utique ſatellitem ſatanae ſubuerſionem hominum in angelum lucis transfigurari, et Immiſſiones fieri per angelos malos, etc.* (Vers. ſunt Pſalmi 77. v. 49.)

IMMISSVRA, *Sagittarum immiſſarum iactus*. Barthius in Gloſſario e Roberti Monachi Hiſt. Palaeſt.

IMMOBILE, bona immobilia, in Caffari Annalibus Genuens. ad an. 1162. apud Murator. to. 6. p. 278.

IMMOBILITARI, immobilem eſſe. Sebaſtianus Perufinus, in Vita B. Columbae Reatinae, tom. 5. Maii. pag. 360 Engelbertus de Longaevitate ante diluuium, c. 23.

IMMOLARE, offerre aliquod Eccleſiis. Tabularium Landauenſe, in Monaſt. Angl. t. 3. p. 192.

IMMOLATICIAE HOSTIAE, eſcae, carnes, idolis immolatae, in Poenitentiali Halitgarii cap. 6. et in Addit. 4. ad Capitula Caroli M. c. 54.

IMMOLATIO. (1) IMMOLATIO MISSAE, vulgo *Praefatio*, ſeu pars Miſſae, in qua fit ſacrificium, *Actio*. Acta SS. Iunii t. 4. p. 699. vbi de feſtis S. Iohannis Baptiſtae: *Immolatio Miſſae. Vere dignum eſt, nos tibi ſemper hic et vbique gratias agere, etc.* V. Miſſale Gothicum p. 263. (2) † Oblatio quae eccleſiis fit. Ch. ann. 1462. in Suppl. ad Miraeum p. 621.

IMMORA, *dilatio, proraſtinatio*, ὑπέρθεσις. Gloſſ. Lat. Graec. Sangerm. MSS.

IMMORANTER, ſine mora. Gloſſ. Graec. Lat. ἀνυπερθέτως, *Immoranter, incunctanter*.

IMMORIGERATVS, non morigerus, male moratus, in Chron. Modoetienſi apud Murator. tom. 12. col. 1129.

IMMOROSE, vt *Immoranter*, in Literis Caroli. VI Franc. Regis a. 1411. ex Libro viridi 2. Caſtelleti Paris. fol. 136.

IM-

Digitized by Google

…RALIS, INMORTALIS, …mortiferus, in Libert. Mſ. Bra… a. 1334.

…RTIFERVS, idem. Lit. re… Mſ. 1384.

…TIFICATVS, lib. 1. de Imit. … cap. 3. n. 3. qui ſibi plus …landitur et indulget, Gall. *Im…ſſe*.

IMMOTABILIS, immotus. Ch. … 863. tom. 8. Collect. Hiſt. Fr. … 558.

IMMOTABILITAS, ἀκινησία, in Gloſſ. Gr. Lat.

IMMOTORES, V. *Vſupelliones*.

† IMMOVILE, pro *Immobile*, res immobilis, ap. Vghell. t. 1. Ital. S. p. 534.

IMMVNDAE CARNES, a quibus Iudaei debebant abſtinere, quae fuerint, dicitur Leuitici, cap. II. quaenam vero fuerint Chriſtianis immundae, diſcimus ex Actibus Apoſt. c. 15. vbi Gentes recens ad Chriſtum conuerſae iubentur abſtinere, *a ſanguine* et *ſuffocato*. Hinc liquet quid ſibi velit Capitulum 100. Theodori Cantuar. Archiep. apud Acher. t. 9. Spicil. p. 71. *Qui carnes immundas manducauerint, et pleva, quae cum carne coquuntur ceſſare oportet a miniſterio*; hoc eſt, qui carnes cum ſanguine ſeu carnes ſuffocatas manducauerint.

† IMMVNDICITIA, immundities, in Areſt. Parlam. Pariſ. ann. 1394.

IMMVNDITIAE, purgamenta, V. *Mundillae*.

† IMMVNDITIATVS, immundus, immunditiis deſtinatus, ap. Murat. to. 20. p. 890.

† IMMVNIMEN, munimen; dicitur de ſigillo quo Chartae muniuntur. Ch. ann. 1216. tom. 1. Germ. ſacr. p. 361.

† IMMVNIRE, immunem facere. Ch. Mſ. a. 1114.

IMMVNITARIA INSTITVTIO, qua conceditur immunitas, in Charta Conradi Regis anni 971. apud Meneſterium Hiſt. Lugdun. pag. XXXVIII.

IMMVNITAS. (1) Ατέλεια, ἀλειτουργησία, in Gloſſ. Lat. Graec. quomodo *Emunitas* ſumitur, vti in hac voce docuimus; in Lege Longob. lib. 2. tit. 1. §. 21. 25. tit. in Capit. Caroli M. lib. 5 cap. 187. etc. (2) Locus *immunis*, aſyli iure donatus, cum de aedibus ſacris agitur, vt in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 30. 36. lib. 2. tit. 39. §. 3. 4. in Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 26. lib. 4. cap. 26. lib. 4. cap. 13. 51. 52. V. *Emunitas*. IMMVNITATIO, idem, quod *Immunitas*. Ch. Regis Boſonis pro Eccleſia Viennenſi an. 2. regni eius. IMMVNITIO, eadem notione. Ch. Roberti Ducis Burgundiae apud Perardum, pag. 348. IMMVNITATEM ECCLESIAE PERSOLVERE, id eſt, bannum, ſeu mulctam propter infractam Eccleſiae immunitatem. Synodus Pontigonenſis an. 876. can. 13. (3) † Protectio, tutela. Ch. ann. 844. inter Inſtr. t. 6. Gall. Chriſt. p. 275.

IMMVRARE, carcere includere. Poena alias ſatis frequenter irrogata haereticis aliisque grauiter delinquentibus, ac praeſertim iis, qui in iudicio conſtituti diu negarant veritatem, et ſe periurio obſtrinxerant. Chron. Triuetti ad an. 1222. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 572. V. *Murus*

IMMVRMVRARE REMEDIVM, illud quaſi *Immurmurando* implorare, in Vita S. Godebertae tom. 2. SS. April. p. 35.

IMMVTATIO, imminutio. Capitularia Caroli M. lib. 7. c. 445. *Monemus vt iura Eccleſiarum, ſicut a Patribus diuinitus inſpiratis ſunt ordinata, inuiolata permaneant. Nihil alienum improbus ambitus concupiſcat, nec per alterius imitationem ſuum aliquis quaerat augmentum.* Eadem habentur in Capitulari tertio incerti anni cap. 10. quod ad annum 814. refert Baluzius. Sed quamquam et in antiquis Benedicti Leuitae exemplaribus legitur *Imitationem*, contendit tamen idem Baluzius legendum eſſe *Immutationem*, idque probat ex lege Codicis Theod. relata eiusd. lib. cap. 477. vbi ſic habetur: *Quaecumque*

Digitized by Google

a parentibus noſtris diuerſis ſunt ſtatuta, temporibus manere inuiolata atque incorrupta circa ſacroſanctas Eccleſias praecipimus. Nihil igitur a Priuilegiis Immutetur, hoc eſt, *Imminuatur*, ex eiusdem Baluzii interpretatione, quae belle congruit, his verbis, *nec per alterius Immutationem* (ſeu *Imminutionem*,) *ſuum aliquis quaerat augmentum.*

IMMVTILATVS, integer; illibatus, in Charta ann. 1189. to. 8. Spicil. Acher. p. 203.

IMNARIVM, pro *Hymnarium*, liber continens hymnos ſolitos in Eccleſia decantari, legitur in Praefatione Franciſci Blanchini in Vitas Rom. Pontif. apud Murator. t. 3. p. 86. V. *Hymnus*.

† IMNELLA, porcella ablactata, vt videtur. Ch. Caroli regnum regentis a. 1358. *Item les harans teruiarum, imnellarum, qui valent ſex libras communiter annuatim.*

† IMON, pro imo, in Ch. Mſ. Petri Rob. milit.

IMPAGATVS, non ſolutus, V. *Pacare*.

IMPALARE. (1) In palum impingere. Lex Burgund. tit. 24. §. 2. *Si quodlibet animal, dum de meſſe aut de prato - - - expellitur, Impalauerit, etc.* Lex Ripuar. tit. 70. §. 3. *Si in ſepem animal Impalauerit*, §. 4. *Si autem deintus ſepem ſe in virgam Impalauerit.* (2) Papiae, eſt *Impugnare*.

IMPANALARE, ſchedulam referre, ab Anglico *Paneil*, pagina, ſchedula. Henricus VI. Rer. Anglic. in Ch. a. 1447. ap. Kennettum Antiquit. Ambroſden. p. 657. V. *Panellum* 2. et *Panellare*.

IMPANATORES. Sic Guitmundus l. 3. appellat Berengarii ſectatores, qui panem et vinum in Corpus et Sanguinem Chriſti *transubſtantiari* negabant: hocque deinceps nomine vocati ſunt Lutherani, qui panem una cum Corpore Chriſti in Euchariſtia remanere credunt.

IMPANATVS CHRISTVS, ead. ratione, dicitur Anonymo qui ab annis plus quingentis confutauit errores *impanatorum*. Huius Scriptoris Anonymi necdum editi excerpta refert Marten. tom. 2. Itin. p. 175.

IMPANELLARE, vt *impanalare* in ſchedulam referre, V. *Panellum* 2.

IMPANS. Papias: *Impans, in manu Regis ſeruus dimiſſus, extraneus et* Lex Longob. l. 2. tit. 34. de manumiſſionib. §. 1. *Similiter, qui per impans, i. in votum Regis dimittitur, ipſa lege viuat, ſicut qui amund (i. a tutela liber) factus eſt.* Edictum Rotharis tit. 91. §. 5. habet *Impans*. Cod. Eſtenſ. *Iufas*, alter Codex *Infans*, apud Murator. t. 1. part. 2. p. 34.

IMPARAGARE, puellam nobili et conuenienti coniugio copulare, V. *Diſparagare*.

† IMPARAMENTVM, munitio, propugnaculum, Gall. *Emparement*. Ch. a. 1362. in Probat. Hiſt. Autiſſ. p. 110. V. *Emparamentum*.

IMPARANTIA (1) Tuitio, ap. Marcam in Hiſt. Beneharn. p. 471. V. *Amparantia* et *Emparantia*. (2) † Sequeſtratio, vox fori Aragonenſis, a verbo *Imparare*, Hiſp. *Amparar*, ſequeſtrare. Ch. Mſ. ann. 1322.

IMPARARE. (1) Inuadere, occupare. Gall. *s'emparer*. Vſat; Barcinon. Mſ. col. 27. (2) † Munire, Gall. ol. *Emparer*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1366. V. *Amparare*.

IMPARCAMENTVM, iucluſio *parco* animalium ſeu hominum quae in damno ſunt, Pfändung. Monaſt. Anglic. tom. 1. pag. 819. V. *Parcus*.

IMPARCARE, *parco* includere animalia, quae in damno ſunt, quod etiam de reis hominibus vſurpatur. Bracton. lib. 3. de Corona c. 9. V. *Parcus*.

IMPARCATIO, i. q. *Impareamentum*. Monaſt. Angl. t. 2. p. 176.

† IMPARENTIA, tutela, protectio. Treuga Mſ. inter Henr. Reg. Angl. et Ioann. com. Armen. V. *Amparantia*.

IMPARTES, *expertes*, *ſine parte*, Gloſſae Iſid.

IM-

Digitized by Google

PARTICARE, ad *perticam*, seu rcam vel patibulum suspendere, ex all. *Enpercher*. Lambertus Ardensis . 169.

MPARTIRI, f. amplificare. Ch. . 1221. inter Instr. tom. 11. Gall. hrist. p. 257. *Exceptis duobus pedi- s terrae, quos reliquerunt extra sseia ad impartiendum ea, prout ne- esse fuerit.*

PARTITIO, mulcta, *emenda*. Vi- alis Episcopus apud Blancam in Comm. Rer. Aragon. p. 728. *Poena vero homicidii, flagitiorum aequalium vel maiorum, nec impartitiones, quae intercisiones vel incurrimenta vulgariter appellantur, etc.* V. *Incurrimentum.*

IMPASSIONABILIS, qui pati non potest. *Impassionabilis Deitas*, apud Christian. Lupum de Appellationibus pag. 890. ex fragmento Eutychetis.

† IMPASSIBILIS, qui sustineri non potest. Acta SS. tom. 3. Sept. pag. 452.

IMPASSIONATVS, *passionis expers*, Gall. *Apathique*, ex Goclenii Lexico Philosoph.

IMPASSVLATVS, desiccatus, ab Ital. *Impassire*, siccare. Catalog. Sanctorum apud Rocchum. Pirrum Siciliae Sacrae p. 61.

IMPASTARE. (1) In *pasta* seu pane coquere, Gall. *mettre en pate*, Ital. *Impastare*. Vita S. Guillelmi Fundatoris montis Virginis to. 5. Iunii p. 135. V. *Passimae*. (2) † Commiscere. Arnauld. in Rosar. Ms. lib. 2. col. 3.

† IMPASTATIO, commistio. Idem Arnauld. l. c.

† IMPATIENTIA VVLTVS, oris deprauatio. Annal. Victor. Ms. ad 1258.

IMPAVSABILIS, qui non *pausat*, quiescit. Fulgent. Myth. 1.

IMPAVSABILITER, incessanter, continue. Cael. Aurel. lib. 3. Tard. col. 2.

IMPECHEMENTVM, impedimentum, Gall. *Empeschement*. Tractat. ann. 1428. apud Rymer. to. 10. p. 390.

IMPECHIAMENTVM, vt *impechementum*. Identura ann. 1407. apud. eumd. Rymer. to. 8. p. 498.

IMPECHIARE, († in ius vocare, accusare.) Henric. de Knyghton a. 1256 *Et promisit Regi Nauarrae, quod nunquam eum impechiaret pro morte dicti Caroli de Hispania, etc.* i. impeteret, vel questionem moueret. Ita *Empescher*, vsurpat consuetudo Carnot. art. 32. Quam quidem vocem Gallicam, non ab *impedire*; sed ab *impetere* videntur accersere Spelmannus et Somnerus. Est enim *impetere*, idem quod in ius vocare, accusare, apud Gregor. Turon l. 4. c. 14. Hist. Flodoardum l. 3. c. 21. in Legib. Henrici I. c. 6. et apud Rymerum to. 8. p. 108. et alibi. Vnde *impetitio*, pro accusatione, vt in Iure Anglico, *sine impetitione vasti*, exponitur, *sans empeschement de gust*. Permutatio an. 1319. *Renunciantes - - - omni actioni, impetitioni, liti, iuri, etc.* Praeceptum an. 1321. apud Rymer. to. 3. p. 879. *Sine impetitione ponenda in corporibus hominum illorum, vel in nauibus, seu bonis antedictis*. *Impacciare* dicunt Itali, pro impedire, molestiam afferre.

IMPEDTORARE, pectori recondere. Auxilius de causa Formosi Papae.

IMPEDATVRA. Esdras l. 3. col. 5. *Et horum quaesita est generis impedatura, et non est inuenta.* Vbi Gr. Edit. Και τȣ̀των ζήτησις τῆς γενικῆς γραφῆς ἐν τῷ καταλογισμῷ, καὶ μὴ εὑρεθείσης. etc. Will. Brito in Vocabul. MS. *Impedatura, dicitur pedis mensura vel impressio, vel investigacio. Est autem peda, vt dicit Vgutio, vestigium humanum, unde dicitur, pedo, pedas, et per compositionem impedo, das, i. pedam facere, vel imprimere, vel inuestigare, et inde dicitur impedatura. Vnde 3. Esdrae 5. dicitur, - - - et generis sexta impedatura i. generis inuestigatio: vel genealogiae computatio, impedatura dicitur' quod sicut in deambulatione una peda post aliam terrae imprimitur et una alteri succedit, ita et inhuius icomputatione una peda post aliam minatur, et * aequaliter una alteri*

Digitized by Google

teri succesſit, obſervatur, et ſicut peda diſtinguitur a peda, et ſimiliter perſona a perſona. Adde Auctorem Mamotrecti. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. MS. *Impedatura, ou trace de pié.*

† IMPEDIAR, IMPEDIVM, *Empiengne*, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 7692. V. *Empedia.*

IMPEDIARE CANEM, eius pedes quodammodo mutilare, V. *Expediſtare Canem.*

IMPEDICARE. Papias: *Implicisſcere, implicare, illigare, irretire, impedicare.* † IMPEDICATVS, pedica conſtrictus, in Leg. Burgund. tit. 4. artic. 6.

IMPEDIENS, reus, in litem adductus et cauſam defendens. Apud Thomam Blount in Nomolexico Anglic.

† IMPEDIMENTOSVS, noxius, incommodus. Ch. a. 851. t. 7. Collect. Hiſt. Franc. p. 605.

IMPEDIOSE, cum impedimento. Vtitur Gocelinus in Translatione S. Auguſtini Cantuar. tom. 6. Maii. p. 434.

† IMPEDIRE. (1) In ius vocare, in Leg. Polon. t. 1. p. 310. V. *Impechiare.* (2) IMPEDIRE SE, curare, ſollicitudinem habere, Gall. *s' Embaraſſer.* Acta SS. t. 6. Aug. p. 535.

IMPEDITIVVM, quod obſtat, impedit, apud Ludewig. to. 6. Reliq. MS. p. 191.

IMPEDITOR, qui impedit, obſtat, apud Rymer. t. 5. p. 4.

IMPEDIVM, V. *Impedia.*

IMPEGNARE, ex Ital. *Impegnar*, impignorare, pignori dare, in Satur. Venetor. a. 1242. l. 1. c. 4.

IMPEIORARE, peiorem facere, V. *Peiorare.*

† IMPEIORATIO, rei in deteriorem ſtatum deductio. Ch. Mſ. a. 1317. V. *Peioramentum.*

IMPELLARE, pro *impellere.* Donatio Alphonſi VI. t. 3. Concil. Hiſp. p. 283. c. 2.

† IMPELLERE, agitare, ſuccutere. Dicitur de menſura, quae vt oppletior ſit, agitatur. Ch. Mſ. a. 1317.

IMPELLICATVS, *concubinatus, a pellice.* Papias.

† IMPENDIVM, la *fidelité*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ. Hinc pro ſeruitio feudali, ſeu hominis fidelitate, in Ch. Mſ. Aymari com. Valent. ann. 1324.

IMPENSA, farturae, ſeu condimenti ſpecies, de qua Apitius l. 8. de Re culinaria c. 7. et 8. Gloſſ. Lat. Gr. *Impenſa, ἀναλωμα, ἐλαιόγαρον.* Gloſſ. Iſid. *Conditura, impenſa.* Ita etiam Papias. Hinc forte *impenſam* vocabant Architecti, quarumuis rerum ad opus albarium commixtionem, vt Anonymus de Re Architectonica c. 18. 19. 23. Palladius de Architectura: *Nucleus impenſa meliore inducatur.* Alio loco: *Exacto pauimento ad regulam et libellam, ſupra impenſa teſtaceo mollior inducatur.*

IMPENSATVS, inopinatus. *Hora impenſata redire*, in Miraculis B. Raymundi, t. 5. Iunii p. 689. † Ital. *Impenſato*, Gall. *Empenſé*, ſenſu oppoſito.

IMPENSIO, donatio. Concil. Toler. VI.

IMPERACTE, otioſe. *Imperacte negligebat*, in Vita B. Aleidis, t. 2. Iunii p. 418.

IPERAMENTVM, cenſus pro *amparantia* ſeu protectione ſolutus. Saiſimentum Comitatus Toloſani a. 1271. apud la Faille, tom. 1. Annal. Toloſ. in Probat. pag. 28. V. *Amparantia.*

† IMPERANCIA, i. q. *Imparantia* 2. Ch. Mſ. a. 1300.

IMPERARE. (1) Vox medicis attributa, cum aegris remedia imponunt, quomodo ea ab iis *ordinari* dicimus, apud Arnobium Iun. in Pſalm. 143. Coelium Aurelian. l. 1. Chron. c. 4. etc. V. Iuretum ad l. 10. Symmachi Epiſt. (2) Inuadere, auferre, occupare, in Ch. a. 1137. in Anecd. Marten. to. 1. V. *Amparare.* (3) † *Imperare Antiphonam*, praecinere, in Ordinar. Mſ. S. Petri Auraeuall. (4) † *Imperante Chriſto*, formula ſaepius chartis inſcripta, eadem quae *Regnante Chriſto.* Chartul. S. Vincent. Laudun.

† IM-

Digitized by Google

MPERATIO, imperatum, iussum. Ch. a. 770. ap. Murat. t. 6. Antiq. l. p. 209.

ERATORICALIS, scripturae genus, V. in *Scriptura.*

MPERATRIX SVMMA, dicitur virgo genitrix Christi, in Ch. a. 945. ter Probat. vlt. Hist. Trenorch. p. 13.

ERATVS, iussus, mandatum. mmianus Marcell. l. 31.

ERE GRE, *instabiliter, vel sine certa mansione*, Ioh. de Ianua.

IMPERFECTVS, subst. defectus. In Miraculis S. Gengulphi t. 2. Maii. p. 651.

IMPERFICIVM, *superficium, cenaculum, ὑπερῶον*, in Glossis Sangerm. MSS. *Imperficium, ὑπερῶον, superficies*, in Supp. Antiquarii.

† IMPERFIDVS, perfidissimus. Constit. Frid. Imp. contra haeret.

IMPERIA, vel EMPERIA, a Gr. ἐμπειρία, peritia. Vegetius l. 4. de Re milit. c. 41.

IMPERIALE, panni pretiosioris species. Visitatio Thesaurariae S. Pauli Londinens. a. 1295. *Item tunica de Imperiali cum arboribus rubeis et leonibus aureis, etc. Item tunica de alio Imperiali, florigerata viridi et rubeo, etc. Item tunica ex alio Imperiali, quasi marmorea, etc. Frontale ad altare de Imperiali debili.* IMPERIALE DIADEMA, tiara Pontificalis, qua Clemens PP. V. Lugduni coronatus est. Chron. Triuetti t. 8. Spicil. Acher. p. 723.

IMPERIALES LITTERAE, antiquationis diplomata. Gallis *Lettres de recision.* Resignatio et venditio Ducatus Stinauiae ap. Ludewig. to. 5. p. 547.

IMPERIALIA, Imperii insignia, V. *Regalia.*

IMPERIALIS. Gloss. Graec. Lat. αὐτοκρατορικὸς, *Imperialis.* Ita autem proprie appellabatur Moneta Imperatorum, quae in Italia currebat iam inde ab an. 1187. Bulla Vrbani III. PP. pro Fratribus Cruciferis Hospitalis Bononiensis: *Ad indicium, quod eadem domus vestra specialiter B. Petri existat, 12. Imperiales nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluatis.* Chronicon. Ricardi de S. Germano a. 1236. *Hoc anno iusso Imperatoris Brundusii noui Imperiales cudunter, et veteres cassati sunt.* V. *Augustalis* et *Regales.*

† IMPERIARE, imperare, vox Ital. Ch. an. 870. ap. Pez. to. 6. Anecd. part. 1. p. 79.

IMPERIATVS, imperium. Godefridi Viterbiensis Pantheon apud Murator. t. 7. c. 378.

† IMPERIOSITAS, *maiesta imperiale.* Glossar. Lat. Ital. V. *Imperositas.*

IMPERIOSVS, *splendidus, speciosus.* Gasp. Barthii Gloss. ex Baldrici Hist. Palaest. *Tentoria Imperiosa.*

IMPERIVM. (1) Merum Imperium, ius summum. Curia generalis Barcinone a Petro II. Rege Aragon. acta a. 1283. c. 3. *Restituimus possessionem, vel quasi meri Imperii, omnibus illis qui ipso ab antiquo vsi sunt.* Transactio inter Priorem Cartusiae Vernensis et Rossolinum de Fossis Dominum Bormiensem ex Schedis Praesidis de Mazaugues: *Habere debeant merum Imperium et maiorem iurisdictionem, videlicet mortis illationem et membri abscissionem.* IMPERIVM MIXTVM, in Curia generali supradicta c. 4. Iustitia media. Vetus vocabular. Iuris utriusque: *Mixtum Imperium, est potestas media per quam ea quae sunt in iurisdictione media explicantur. Et dicitur mixtum, quasi ex iurisdictione et mero imperio, eo quod habet commodum pecuniarum.* Stephanus Tornacensis Epist. 132. *Iurisdictionem ciuilem usque ad rigorem, quam imperium mixtum quidam appellabant, sub potestate Comitis Flandrensis procuratorio nomine diu exercuit, etc.* MERVM ET MIXTVM IMPERIVM, saepissime in veteribus Instrumentis occurrit ad significandam omnimodam iustitiam, altam vti vocant, et bassam. Chart. fundationis Cartusiae S. Crucis in Maceriis insulae Barbarae p. 534. *Item quidquid habeo in villa de Treues cum omnibus iuribus et pertinentiis universis - - - exceptis bannis, clamoribus personalibus, mero et mixto imperio*

Digitized by Google

perio. (2) Titulus honorarius Imperatoris. Conſtitutio Theodoſii et Valentiniani Impp. apud Facundum Hermianenſem l. 8. c. 3. *Turbam atque tumultum, qui euenit in Oriente noſtrum cognouit imperium, etc.* Epiſt. Caroli M. ad Albinum et monachos Turoneſ. *Adlatae ſunt nobis literae de contemptu iuſſionis Imperii noſtri, etc.* Epiſtola Theodeberti Regis ad Iuſtinianum Imperat. *Amorem noſtrum erga Imperium veſtrum, etc.* (3) † Quaeuis iuriſdictio, t 11. Ordin. reg. Fr. p. 39. (4) † De ducatu Normanniae dicitur in Ch. an. 1066. inter Inſtr. to. 11. Gall. Chriſt. p. 59. (5) † Auctoritas. Ch. Mſ. ann. 1197. *Ego Warinus imperio domini Hugonis abbatis Cluniacenſis, prior monaſterii etc.*

† IMPERMVTABILIS, immutabilis, ap. Ludewig. t. 9. p. 589.

IMPERNATVS, vt *imperlatus* V. *Pernae* 2.

IMPEROSITAS, *maieſtas*, Ioh. de Ianua. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. MS. *Imperoſitas*, *Maieſté*, imperialis dignitas.

IMPERPETI, pro *perpetim*, perpetuo. Chartular. S. Vandreg. t. 2. p. 201. ex Ch. a. 1153.

IMPERS. (1) Καλυπτὴ, tegmen, in Gloſſis Lat. Gr. Sangerm. MSS. † Leg. *Imbex.* (2) *Expers, ſine parte. Ambr. ſuper Egiſippum: Veſtro praelio omnes implicabantur, nec erit noſtra vlla regio veſtri impers decoris.* Io. de Ianua. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Impers, ſens partie.*

IMPERSONALITER, altare ſeu Eccleſiam monaſterio vel Collegio tradere dicitur Epiſcopus, cum nullum ſibi ius reſeruat *perſonam* ſeu clericum, qui ei Eccleſiae deſeruiat, nominandi, aut certam praeſtationem, quam altarium redemptionem vocabant, accipiendi, cum inſtituitur noua perſona. Hac notione legitur to. 5. Annal. Benedict. p. 310. 387. et in Vita Vrbani II. PP. t. 3. Operum Poſthum. Mabillonii et Ruinartii pag. 213. etc. Vide. *Perſonae.* † Etiam de praebenda vſurpatur, vt in Ch. a. 1132. to. 10. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 429. Vade *imperſonaliter* dicitur altare aliudue beneficium cui monaſterio concedi, cum altare aut beneficii titulus nemini nominatim adſcribitur, totique conuentui tribuitur poſſidendum. *Inſtitutio quitur imperſonaliter*, t. 4. Conc. Hiſt. p. 170. id eſt, nemine nominatim appellato.

IMPERSONARE, in beneficio ſeu ecclesia *Perſonam*, i. Clericum conſtituere. Ch. Mſ. Hugon. du Puiſet Dunelm. Epiſc. IMPERSONATA ALTARIA, quae a *Perſonatu* libera ſunt. Ch. Henr. 1. reg. Fr. a. 1057. V. *Perſona.*

IMPERSONATVS. (1) Dicitur de Conuentu qui poteſtatem] habet *perſonam* in Eccleſia inſtituendi, apud Th. Madox Formul. Angl. p. 248. V. *Perſona.* (2) † Liber a *perſona.* Ch. Nicol. 1. Epiſc. Camerac. a. 1164. V. *Imperſonaliter.*

IMPERSVASIBILIS, cui nihil perſuaderi poteſt, apud Marten. to. 1. Collect. nouae in 40. part. 2. p. 24.

IMPERTINENS, ineptus, inſulſus, Gall. *Impertinent*, in Vita B. Coletae n. 54. tom. 1. Martii. pag. 553.

† IMPERTINENTIA, vox fori; dicitur de eo quod a re, de qua agitur, alienum eſt. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1341.

† IMPESATVS, gummi oblinitus, *Empeſé.* Guido de Vigev. Mſ. col. 8.

IMPESIVM, praelium, forte ſic dictum ab *impetu*, a vet. Gall. *Empainte.* Litterae Philippi Franc. Reg. a. 1329. to. 2. Hiſt. Dalph. p. 224. V. *Inpeteius.*

† IMPESTIS, *impubes*, ἄφθορος, in Gloſſar. Lat. Gr. Leg. *Inueſtis.*

IMPETEIVS, impetuoſus, violentus. Gloſſar. Lat. Gr. *Impeteius*, βίαιος. Sangerman. habet *inpeteius.* † Gall. ol. *Empeitous.*

IMPETERE, imponere, expetere, exigere. Praeceptum Lotharii Reg. Franc. pro Monaſt. S. Petri Carnut. apud Mabill. to. 4. Annal. Benedict. p. 689. V. *Impechiare.*

† IM-

Digitized by Google

ETICIO, petitio in iure, ex. Ch. a. 1278. to. 1. Amoenit. . p. 193. V. *Impetere.*

ETIGINOSVS, *dertreux, ron-x.* Gloſſar. Lat. Gall. Cod. .

TIGINOSITAS, *ſcabioſitas,* de Ianua.

PETIGO, *Cange*, in Gloſſar. Gall. Cod. 7692. V. *Forma* 12.

† PETRATIO, libellus ſupplex, coram iudice ſuperiori, omiſſo dio, ius ſuum proſequendi licentia petitur. Lit. a. 1356. t. 4. Ordin. reg. Fr. p. 177.

IMPETRATVS, Θυσία, in Gloſſis Lat. Gr. Sangerm. MSS. Sacrificatio impetratoria.

IMPETVM. Conuentio inter Arelatenſ. et Barralum a. 1245. e MS. D. Brunet fol. 79. Vo. *Non faciat dictus Barralus, nec fieri patiatur aliquod impetum - - - ante caput poniis, quod eſt Trencatallhiarum, per quod minus libere ire et redire poſſint.* Puto legendum eſſe *impedimentum.*

IMPETVS, agreſſionis crimen, V. *pergus.*

IMPEYSONATVS, f. inclinatus. Viſitatio an. 1347. to. 1. Hiſt. Dalph. p. 67. c. 2. *Domus mercati - - - quae male fundata et impeyſonata eſt a parte ſuperiori - - - reparetur.*

IMPHALERARE, phaleris inſtruere, ornare, V. *Phalerare.*

IMPIARE, profanare, impie agere, ſcelere contaminare. Gloſſ. Lat. Graec. *Impio,* μιαίνω. Gloſſ. Cyrilli: ἀσεβῶ, *impior, impie facio.* Ionas Aurelin. l. 3. de Inſtitut. laicali c. 15.

† IMPIATIO, profanatio, rei ſacrae violatio. Acta SS. tom. 7. Iul. pag. 267.

IMPIATVS, *ſceleratus*, apud Feſtum.

IMPIGNORARE. (1) Oppignerare, pro pignore tradere. Ch. a. 1292. apud Ludewig. tom. 5. pag. 435. (2) † *Faire aliance, i. amorem firmare.* Gloſſar. Gall. Lat. Cod. 7684.

IMPIGNORATIO, pignoris obligatio, Gall. *Engagement*, in Litteris a. 1348. apud Ludewig. t. 5. p. 568

IMPIGNORANTIA, in Ch. Bernardi Attonis Vicecomitis a. 1114.

† IMPIGNORATVRA, praeſtationis ſpecies domino feudali ſoluenda, cum fundus in pignus alicui aſſignabatur. Ch. Mſ. a. 1322.

IMPIGRABILE, ἐνεργέστατον, vt ex vett. Gloſſis legit Martinius, pro ἐναργέστατον, actuoſum, non pigrum.

IMPILARE, *conuicio proſcindere, caſtigare, impugnare*, Papias. MS. Bituric. *Impilaſti conuicio, pro cecidiſti vel caſtigaſti, impugnaſti.*

† IMPILORAMENTVM, *pilorii* ſeu numellae verſatilis ſupplicium. Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1370.

IMPINCTIO, impulſio, ſollicitatio. Notitia an. 1074. inter Inſtr. to. 1. Gall. Chriſt. p. 44.

IMPINGERE. Lex Salica tit. 33. §. 1. *Si quis Baroni viam obſtauerit, aut eum impinxerit, etc. In puteum aut in pelagus impingere*, tit. 43. §. 10. *Impingere in aquam*, vt in Addit. ad leg. Friſion. tit. 3. §. 31. *Impingere alium vt cadat*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 6. §. 5. tit. 16. §. 3.

† IMPINGVARI. Alex. Iatroſoph. Mſ. l. 1. Paſſion. c. 40. *Impinguantur enim magis* (humores) *ſub his, quam ad digeſtionem ſubueniant.* Vbi Gloſſae: *i. ſiccitate ingroſſantur.*

† IMPINGVERE, *eſtre gras dedens.* Gloſſar. Gall. Lat. Cod. 7684.

IMPIPERARE, pipere condire. *Oua impiperata*, in Conſuetud. MS. Monait. Solemniacenſis.

IMPIREVM, pro *empyreum*, ſummum coelum, Gall. *l' Empirée*, a Graeco πῦρ, ignis, prae lumine et ſplendore ſic appellatum. *Cum Angelis in impireo*, apud Marten. tom. 6. Ampliſſ. Collect. c. 1002.

† IMPIZARE, Ital. *Impinzare*, ſuffarcinare, obuoluere. Stat. Montis. reg. p. 167. *Telum impizatum in ſummitate.*

IMPLA, velum, Germ. Wimpel. Marten. de antiqua Eccl. Diſciplina p. 341. V. *Guimpla.*

IMPLACITARE, in placitum et ius vocare. Ch. Philippi. Aug. a. 1194. pro Atrebatenſibus. V. *Placitum.*

IM-

Digitized by Google

IMPLAGARE. (1) Plagis, id est, retibus irretire, apud Sidonium lib. 9. Epist. 6. (2) † Verberibus excipere, flagellis caedere. Acta SS. t. 6. Iul. p. 480.

IMPLAGIVM. (1) Isid. l. 19. col. 5. *Minus autem rete implagium dicitur a plagis; nam plagas proprie dicimus funes illos, quibus retia tenduntur circa imam et summam partem.* Cangius supra scripsit *Emplagium*: quod vide. † Leg. *Semiplagium*, V. in h. v. (2) Forte expletio, completio, Gall. *Remplage* vel *Remplissage*. Ch. Thomae Abb. Sangerman. a. 1248. e Tabulario ejusd. loci: *Licebit nobis et Ecclesiae nostrae habere bannum singulis annis in dicta villa de Antogniaco de duabus tonis, quae ibi sunt, vel aliis tantumdem tenentibus, cum duobus trossulis pro implagio.* V. *Implengagium* et *Remplagium*.

IMPLANARE. Ioan. de Ianua, et Will. Brito in Vocab. *Implanare, dicitur decipere, vel in errorem ducere. Vude Eccles. c. 15. 12. Non dicas, is me implanauit.* Et col. 34. *Qui implanatus est, etc. et componitur implanare, vt dicunt quidam, ab in, et planos (πλάνος) quod est error, vel vagatio.* Gloss. Lat. Gr. *Plano, ἀπυπλανάομαι. Implano*, apud Martinum qui pro *ἀποπλανάομαι* restituit *ἀποπλανάω*.

† IMPLANATOR, *impostor*, ap. Laur. in Amalth.

IMPLASTRARE, († infundere, intromittere.) Victor in Epist. ad S. Fulgentium: *Minoranit se paululum magnitudo, vt cum osculatur mortuum implastraret animam, et redderet puerum virum.*

IMPLASTRVM. (1) *Dictum eo quod induc atur*, Papiae MS. *Implaustrum*; pro *emplastrum*, *Emplatre*. (2) † Locus vacuus aedificandis domibus idoneus, i. q. *Amplastrum*. Chart. ann. 1248. tom. 5. Ordin. reg. Fr. p. 601.

† IMPLAVSTRVM, *lo implaustro*. Glossar. Lat. Ital. Mss.

IMPLECTERE, mulctam impositam soluere. Chartul. Aptense fol. 137. *Sit culpabilis et impleturus* (l. impleturus) *auri libras duas*. Hinc emendandum videdur Instrum. 1. to. nouae Gall. Ghrist. col. 1. *Tunc culpabilis et implecturi tantum libr auri XVI. componat.* V. *Plecta*.

† IMPLECTIO, cumulatio, a verb *Implere*. Ch. Ms. a. 1331. 2.

IMPLEGIARE, in *Plegium* mitter Lit. Henr. lib. reg. Angl. col. V *Plegium*.

IMPLEITAE, sumptus in emenda merces, vel ipse merces emptae, e Gall. *Empletes*. Fori Morlanenses art. 37.

IMPLEMENTVM. (1) An idem quod *impleita*? Litterae ann. 1541. apud Rymer. to. 14. p. 723. *Cum omnibus et omnimodis vasibus, iocalibus, ornamentis, bonis, catallis et implementis.* (2) Complementum, in Ch. Ms. a. 1479. *Ad implementum voluntatis fundatorum.*

† IMPLENGAGIVM, expletio, seu quod implendo dolio infunditur. Comput. Ms. ann. 1245. Vide *Implagium*.

† IMPLERE, impendere, insumere, Gall. *Employer*. Chart. Ms. ann. 1482.

IMPLETOR, fullarius, Goldasto ad Ephemerides Monast. S. Galli S. Kal. Dec.

† IMPLEX, f. velum. Inuent. a. 1003. t. 1. Hist. Treuir. p. 750. *Implices duo, dalmaticae diaconales 28.* V. *Impla*.

IMPLICAMENTVM, impedimentum. Remigius Autissiod. Homil. in Euang.

IMPLICARE. (1) Expendere, insumere, ex Gall. *Employer*. M. Pastorale Eccles. Paris. l. 2. Ch. 147. *Dedit 40. libras implicandas in augmentum communitatis.* IMPLICATVRA, *emploi*, in Ch. ann. 1247. (2) IMPLICARI IN SERVITIO, idem quod *incliuari*, de qua voce infra, in seruitutem redigi. Capitulare 3. an. 819. Edit. Baluzianae c. 3. (3) † Implere, in Ch. Ms. ann 1318.

IMPLICATRIX, ornatrix, *ἐμπλέκτρια*, in Gloss. Gr. Lat. quae capillos mulierum recte *implicare* nouit.

IM-

Digitized by Google

TVRA. (1) V. *Implicare* † Sumptus in emendas mer- me ces ipſae emptae, i. q. iae, Gall. *Emplette*. Lit. ann. rom. 9. Ordin. reg. Fr. pag.

CISCERE, *implicare*. Papias emendandae Gloſſ. Iſid. vbi: ſceret, *implicaret*; legendum pe *implicisceret*.

LICITA Stat. Genueſ. lib. 4. 3. *Implicitam vero declaramus tionem mercium per committentes minatam, in quibus ille, qui admi- ſtrat ſeu exequitur, non habet par- tem, ſed ſolum capit ſuas proui- ſiones.*

IMPLICITARE, in ius vocare, pro *implacitare*. Epiſt. an. 1153. to. 8, Spicileg. Acher. pag. 180. V. *Placitum*.

IMPLODERE. (1) Cum plauſu impo- nere. *Dicenti coronam implodit*, in Vita S. Eulogii tom. 2. Mar- tii pag. 91. (2) † Inferre, infli- gere. Act. SS. t. 5. Sept. p. 624.

IMPLOMBARE, pro *implumbare*, plumpo claudere, ſignare. Miracula S. Bononis t. 5 Maii p. 191. Vitruv. l. 10. c. 6. *Ferreos chodaces in ca- pitibus ſcaporum implombauit*.

† IMPLVERE, *emplouoir*, in Gloſ- ſar. Lat. Gall. Cod. 7692. V. *Implutus*.

IMPLVMBARI. Conſtitut. 20. in Appendice Cod. Theod. *Hinc ad- duci iuſſimus, et manus eius implum- bari*. Conſtit. 21. *Impliciti ſcele- ris auctores coercitos plumbo exilium, in quo omni vitae ſuae tempore affici- antur, accipiet*.

† IMPLVS, amplius. Hiſt. Nem. t. 3. Prob. p. 1.

IMPLVTVS, madidus, ſuper quem pluit. M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conſcientia. V. *Impluere*.

† IMPLVVIATVS, color ſimilis pul- lo ſiue nigro, ſic nominatus, quaſi fumato ſtillicidio implutus. V. Alciat. Emblem. 117. p. 550.

IMPLVVIVM, pluuia. Sugerius in Ludouico VI. c. 4.

† IMPOCIONABILIS, vene- natus, veneno infectus Lit. Mſ. an. 1336.

† IMPOCIONATIO, potio venena- ta Chart. Th. Otterbourne pag. 224.

IMPOENITENS, quem non poenitet, perſtans in peccatis Vox Biblica quae occurrit tom. 3. Concil. Hiſp. p. 122.

IMPOENITENTIA, peccandi pertinacia, apud Ioh. Sarisber. et alios recentiores.

IMPOENITVDO, ead. notione, in Barthii Gloſſar. ex Baldrici Hiſt. Pa- laeſt.

IMPOLLIRE, *detrahere, protrahere*. Papias.

† IMPOMENTVM, *deſrenier més, comme fruits*. Gloſſar. Gall. Lat. Cod. 7684. Aliud. Lat Ital. Mſ. *Impomentum, quello che ſe pone dapo cena, como fruti, e ſimile*.

IMPOMIFER, qui non fert *poma* ſeu fructus. Dicitur de quauis arbore fructus non ferente, apud Marten. to. 4. Anecd. c. 85. to 1. Ampliſſ. collect. col. 100. et alibi non ſemel. V. *Pomifer*.

IMPONERE PSALMVM, LITANI- AM, eſt eorum cantum incipere, et, quo vocis ſono decantari debe- ant, deſignare. Ordo Romanus: *Schola vero ad nutum Diaconi impo- nit Litaniam*.

IMPOPVLARIS, IMPOPVLABILIS. Papias: *Impopularis, inuſitata; im- populabile vero, illaeſum*.

IMPORCARE, ſulcare, porcas face- re. Gloſſ. Lat. Gr. *Imporco*, αὐλακίζω. Columella l. 1. c. 10. *Cum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inara- bimus, imporcatumque occabimus*.

IMPORTABILIS, δύσηνος, in Gloſſ. Gr. Lat. *Importabiles dolores*, apud Anaſtaſ. Bibl. in Hiſt. Eccl. vbi Theo- phanes ἀφόρητοι ὀδύναι. *Mulier im- portabilis omnibus et inuiſa*, apud S. Bernardum iu Vita S. Malachiae col. 25.

† IMPORTABILITAS, intoleran- tia. Ioann. de Cardaihaco in Serm.

IMPORTANCIA, IMPORTANTIA, Gall. *Importance*, momentum, pon- dus. Statuta Capituli Tull. a. 1497. c. 9. *Et ſi res ipſa eſſet magnae im- portanciae, etc.* Legitur *importan-*

Digitized by Google

tia, apud Acher. tom. 9. Spicil. p. 328.

IMPORTANS, vtilis, magni momenti, Gall. *Important*, apud Marten. to. 7. Ampliſſ. Collect. c. 900.

† IMPORTARE. (1) Aſportare, auferre, Gall. *Emporter*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1366. (2) Afferre, inducere, trahere, Ital. *Importare*, Gall. *Emporter*. Ch. Mſ. ann. 1264. Vid. *Importancia*.

† IMPORTIBILIS, intolerabilis. Rob. Auesbur. in Eduard. III. p. 239.

IMPORTITOR, *qui portas facit*, Io. de Ianua. *Faiſeur de portes*, in Gloſſar. Sangerm. Lat. Gall.

IMPORTVNARI, importune inſtare. Gonzo in Miraculis S. Gengulphi t. 2. Maii p. 649.

† IMPORTVNITAS, imbropitas, iniuria. Ch. Mſ. a. 1196.

IMPORTVNIVM, importunitas. Concil. Matiſconenſe II. can. 8.

† IMPORTVNVM, *in quo nullum eſt auxilium*. Laur. in Amalth.

IMPORTVNVS, pertinax, obſtinatus. Edictum Dominum de honore et adiutorio Epiſcopis praeſtando a. 800.

† IMPOS, qui non poteſt, impotens. Ch. Mſ. a. 1097.

† IMPOSITIONARIVS, vectigalium impoſitorum redemptor et exactor, Gall. *Impoſiteur*.

IMPOSITA. (1) Mandatum. Gloria poſthuma B. Ambroſii Senenſ. to. 3. Martii p. 243. (2) † Tributum impoſitum, Auflage, ap Oefel. to. 1. Script. rer. Boic. pag. 759. V. *Impoſitus*.

† IMPOSITIO, inſtitutio. Ch. Mſ. a. 1194.

† IMPOSITITIVM, *quod impoſitum et non naturale eſt. Impoſitiuum, nomen non a natura poſitum, ſed ad libitum*. Laur. in Amalth. adde Vlpian in leg. de Pupillo.

† IMPOSITOR AQVARVM, qui aquis praeeſt, vel qui ſuperiorem fluminis partem habitat, ap. Murat. t. 20. p. 976.

† IMPOSSESSIONATVS, qui non habet poſſeſſiones, i. e. bona ſolo. Leg. Polon t. 1. p. 262. V. *Poſſeſſionatus*.

IMPOSSIBILIS, impotens, *Impuiſſant*. Acta S. Pontii Mart. 3. Maii p. 278. *Licet incredu tua impoſſibilem Dominum no dixerit; ego tamen in nomine I ni I. C. credo, vt poenae tuae ad lum redactae, nullum corpori me lorem incutiant*.

IMPOSSIBILITAS, impotentia, becillitas. Translatio S. Iacobi Ap to. 3. Concil. Hiſp. p. 124.

IMPOSSIBILITER, coacte. V. *ſibilitas*.

IMPOSTA, vox Italica, Gall. *Impoſt* vectigal, tributum. Chron. Parmenſe ad an. 1302. apud Murator. tom. 9. col. 845. V. *Impoſtus*.

IMPOSTOR, V. *Impoſturare*.

† IMPOSTORIVM, *Deceptorium*. Cat. et Io. de Ianua.

IMPOSTRIX, quae decipit, imponit. Vita Vener. Idae Virg. tom. 2. April. p. 159.

IMPOSTVRARE, decipere, fallere, *Vſer d' impoſture*, ab *impoſtura*, quae vox priſco Latio vix nota: unde *Impoſtores* Chriſtiani olim appellati Vlpiano leg. 1. D. de Var. et extr. cognition. qui et *Impoſtura*, vocem vſurpat in leg. 3. de Crim. ſtellionat. vt et vtramque alii ſequioris aeui Scriptores. Anonymus de Orthographia: *Imponere, pro fraudem facere, aliquando dicitur, nude impoſtura vocatur, cum argumentum vel aurum viliori metallo adulteratur, et qui hoc facit, Impoſtor vocatur. Vnde etiam qui aliquid fraudis facit, aut ſimulationis, Impoſtor ſolet appellari*. Gregorius M. PP. lib. 3. Dialog. col. 14. *Hunc ſimulatorem dicere, et verbo ruſtico coepit Impoſtorem clamare*.

IMPOSTVRATIO, impoſtura, fraus, deceptio. Chron. Watinenſe inter Anecd. Marten t. 3. col. 824.

IMPOSTVS, tributum impoſitum, Gallis *Impoſt*. Charta ann. 1272. apud Ioan. Carpentarium in Hiſt. Cameracenſi. V. *Impoſta*.

† IMPOSVISTA, pro *Impoſta*, vectigal, tributum, ap. Vghell. t. 1. Ital. S. p. 427. V. *Impoſita*.

† IMPOTENTER, *tyrannice*, ap. Laur. in Amalth.

IM-

ENTES, mutilati, debiles, modo etiamnum *Impotens* dicunt Capit. 6. an. 81.. c. 7. Edit. Banae? *De viduis et orfanis et mutibus, etc. Impotens* ad matrimonium apud Albertum Argentin. ad.

OTENTIA. (1) Mutilatio, bri amputatio, debilitas. Lit. ff. Mſ. a. 1362. (2) Defectus uralis vel accidentalis, quo quis ulationi minime aptus eſt. Caluin. ex. Iurid.

POTIONARE, veneno propinato extinguere, unde Galli *Empoiſonner* habent. Ordericus Vitalis lib. 4. p. 532.

IMPOTIRE, *dineſtire, vt, impotiatis eum praebenda ſua, id eſt, dineſtiatis, derinatur ab impos, potis.* Ita Io. de Ianua. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Impotire, Dineſtir, Deſſaiſir.*

IMPOTVS. Lex Salica tit. 27. *De furtis dinerſis*, §. 8. *Si quis Impotos de melario aut de pirario tuleris, etc.* Editio Heroldi tit. 27. §. 21. *Si quis Impotus de pomario aut de pirario, etc.* Si fidem habeamus Eccardo, omnia ſunt ab *Impoſitus*, unde corrupte *Inpotus* et reliqua formata. *Imp* Cambro. Britannis quoque ſurculus eſt. Addit idem Scriptor: Nos a poſteriori *Inpoti* parte defleximus etiam noſtrum *Poten, Pfoten*, Surculos inſerere, *Propfen.*

IMPRAECEPS, pro *praeceps*, feſtinus, properans, apud Marten. to. 3. Anecd. c. 1661.

IMPREDATIO, praedatio, in Capitulis Caroli Calui tit 22.

IMPRAEGNARE, grauidare, grauidam facere. Vtuntur Io. Sariſber. lib. 8. c. 11. Lamb. Ardenſis apud Ludewig. t. 8. p. 389. et alii recentiores. Will. Brito Philipp. 5. vſurpat pro *Augere.*

Vtilius fuſos potes Impraegnare Philippo.

Vid. Voſſium de vitiis Lat. Ling. l. 1. c. 23.

† IMPRAEGNATIO, grauiditas, vnde IMPRAEGNATOR, qui grauidam facit. Stat. crimin Saonae col 24.

IMPRAEGNATVS. Idem Will. Brito, Philipp 7.

Et iam finis erat hyemis, tellusque calore.
Impraegnata nouo flores gignebat et herbas.

IMPRAEMEDITATE, ſine praeuia meditatione, imprudenter, ex templo. Butchius de Reformat. Monaſt. apud Leibnitium t. 2. Script. Brunſuic. p. 876.

† IMPRAEPVTIATVS. *habens praeputium, non circumciſus*, ex Tertull. ap. Laur. in Amalth.

† IMPRAESCIENTIA, *non praeſcientia*, ibid ex eod.

IMPRAESTABILIS. Saluianus l. 4. de Gubern. Dei: *Dicentes Deum incurioſum, Deum non intendentem, Deum negligentem, Deum non gubernantem, ac per hoc immiſericordem, et Impraeſtabilem, inhumanum, aſperum, durum.* Vbi Bratſicanus *impraeſtabilem* dictum a Saluiano Deum opinatur, *qui nihil praeſtet pro rei dignitate.* Martinius exponit, *Non placabilem, non propitium.*

† IMPRAESTANS, i. q. *Impraeſtabilis.* S. Irenaeus l 4. c. 75.

IMPRAESTARE, commodare, apud Lucium lib. 4. de regno Dalmat. pag. 220. V. *Praeſtare*, et *Empraeſtare.*

† IMPRAESTIMONIVM, dicitur de praedio, ad vſumfructum conceſſo, in Teſtam. an. 1256. to. 1. Probat. hiſt. geneal Portug. p. 33. V. *Praeſtimonium.*

IMPRAESTITVM, IMPRAESTITVM, mutuum, Ital. *Impreſtito.* Murat. to. 12. p. 483. *Impreſtita* etiam dicuntur Dalmatis, contributiones, quae in communi ciuitatum neceſſitate fieri ſolebant, Gall. *Emprunts.* V. *Praeſtitum.*

IMPRAETERMISSE, ſine mora ac dilatione. Creſconius in Breuiario Canon. col. 129. Nicolaus I. PP. Epiſt. 7. col. 1. Epiſt. 39. *Continue*, ſine intermiſſione. Lambertus Ardenſis apud Ludewig. tom 8. pag. 490.

† IMPRAEVARICABILIS, inuiolabilis. Ch. Mſ. Pipini reg. Aquit. V. *Imprenaricabilis.*

Digitized by Google

IMPRAEVARICANDVS, inuiolabilis, perpetuo duraturus. Praeceptum Caroli Calui apud Baluz. t. 2. Capit. c. 1482.

IMPRECARI, bene precari. Translatio SS. Sebastiani et Gregorii n. 5.

IMPRECARIA, species exactionis, de qua sermo est in *Precaria*. Charta an. 1155. Histor. Lossensis p. 107. *Erit vero tam ipsum praedium, quam familia collata cum praedio, liberam ab omni aduocatorum exactione, siue Imprecaria, vel angaria, vel placitis, vel hospitiis.*

IMPRECATIO, *seu Benedictio Principis nouiter nati*, apud Mabill. t. 3. Analect. p. 502.

IMPRECATIONES, in vett. Instrumentis adhibitae, V. *Maledicere*.

IMPRECIABILIS, V. *Impretiabilis*.

IMPREMIA, σκιογραφία. Glossar. Videtur dici ab *Imprimo*; vt sit delineatio, quae primum tabulae alicui imprimitur. Martinius in Lexico. Supplem. Antiquarii praefert, *Inpremia*.

† IMPREMPTA, impressio, Gall. *Empreinte*. *Imprempta sigilli*, in Ch. a. 1351. V. *Impressura*.

† IMPRESSIO. (1) Quoduis opus quod adgredimur, Gall. *Entreprise*. Chartul. eccl. Andegav. V. *Imprisa*. (2) Sigillum, quod in eo impressa sit imago sic dictum, ap Hemecc. de vet. Sigill. c. 2. n. 8. p. 14. V. *Imprisa*.

IMPRESSOR, librarius, typographus, Gallis, *Imprimeur*, in Litteris an. 1552. apud Rymer. tom. 15. pag. 356.

IMPRESSORIA ARS, typographia, Gall. *Imprimerie*. Vtitur Trithemius l. 1. Exhortat. homil. 7. et Epist. 48. inter familiares.

† IMPRESSVRA, impressio. Memor. E. Cam. Comput. Paris. ad a. 1390. V. *Imprempta*.

† IMPRESSVS, *non pressus*: ex Lex. philol. ap. Laur. in Amalth.

IMPRESTARE, commodare, Gall. *Preter*, V. *Impraestare*.

IMPRESTITVM, V. *Impraestitum*.

IMPRETIABILIS, pretium o[illegible] perans, passim apud Matthe[illegible] Paris.

IMPREVARICABILIS, vt *I*[illegible] *uaricandus*, qui violari non [illegible] in Praecepto an. 878. apud M[illegible] tom. 1. Ampliss. Collect. [illegible] 207.

IMPREYSIA, vt *Imprisa*. Inst[illegible] an. 1342. Hist. Dalphin. to. 2. p[illegible] 441.

† IMPREZIA, expeditio milit[illegible] i. q. *Imprisa*. Hist. Nem. t. 3. Pro[illegible] p. 182. V. *Empresia*.

IMPRIMITVS, pro *Imprimis*, tom. 2. Annal. Benedict. pag. 702.

IMPRIMVM, eadem notione, pluries in Histor. Harcur. tom. 4. pag. 1397.

IMPRISA, IMPRISIA, militaris expeditio, vel quoduis opus, quod aggredimur, Italis *Impresa*, Gallicis scriptoribus medii aeui, *Emprise*, hodie *Entreprise*. V. Dissert. 7. Cangii ad Ioinuillam p. 126. 180 Epist. Ingerrani Dom. Cociaci in Chartul. Campan. Thuani fol 180. *Multum nobis cederet ad honorem, si Imprisam, quae sicut dicitur, aduersum vos et nos incoepta erat, dirumpere possetis, et illis cederet ad dedecus, qui Imprisiam illam, vt dicitur, incaeperant, nisi eis, quibus Imprisierant, auxilientur.* EMPRISIA, in Concil Roffiac. a. 1258 can. 1.

† IMPRISIA. (1) V. *Imprisa*. (2) Idem quod *Impressio* 2. *Sub imprisia regis Siciliae*, in Inquisit. Ms. a. 1311. i. q. sub sigillo.

IMPRISII, qui *imprisiae*, seu partibus alicuius fauent, vel alterius tutelam suscipiunt, quomodo dicimus *Emprendere*, vel *Entreprendre le party de quel'qun*, vnde vocis origo. Charta an. 1202. apud Brussel to. 1. de Feudorum vsu pag. 328. *Baroniis vero Pictauiae qui Imprisii nostri sunt et alii quos voluerimus, facient nobis homagium ligium.*

IMPRISINAMENTVM, apud Rymer. to. 2. 614. pro *Inprisonamentum*, quod mox vide.

IMPRISIONARE, V. *Prisionare*.

IM-

Digitized by Google

SIVS, V. *Imprisii*,

SONAMENTARE, in carcere coniicere, Gall. *Emprisonner*, r. tom. 15. pag. 64. Vide na.

SONAMENTVM, in carcere tio, Gall. *Emprisonnement*, Rymer. tom. 5. pag. 4. V. na.

ISONARE, vt *Inprisonamentare*, *Prisonare*.

ISONATIO, incarceratio, in mis Stat. Rob. 1. regis Scot. c. 9. V. *Prisonatio*.

IMPRISVS, ad certum diem vel locum indictus, a Gall. *Empris*, *Entrepris*, susceptus. Rymer. t. 2. p. 1073. *Est enim vista Imprisa inter ipsos duos Reges in media Quadragesima apud Belli Quadrum*. V. *Imprisa*.

IMPROBABILITER, imprudenter. Auto Vercell. apud Acher. t. 8. Spicil. p. 80.

† IMPROBATVM, malum, scelus, ap. Vlpian. L. 24. §. 3. ff. de Pignorat. actio.

IMPROBITAS. (1) *Pusillanimitas*, in Barthii Glossario, ex Gautherio de bellis Antiochenis. (2) Molestia, importunitas. Luc. II. 8. V. *Improbus*. (2) † Inuerecundia. Glossar. Lat. Germ.

IMPROBRIOSE, probrose. Epistola Cardinalis Sabinensis de expugnatione vrbis CP. an. 1453.

IMPROBROSVS, probrosus. Vita B. Caroli Boni n. 48. to. 1. Mart. pag. 137.

IMPROBVS, molestus. Hermes apocryphus l. 1. c. 3. *Sed tu non desinis in petendo reuelationes, Improbus enim es*. Infra: *Consummauit igitur enarrationem turris. Ego vero cum adhuc essem Improbus, interrogani illum*, etc.

IMPROCERATVS, non procerus, humilis. Gloss. Lat. Gr. *Improcerata*, ἐντελῆ, ταπεινά, ἀναρχα. Sed leg. *Improcera*, τὰ εὐτελῆ, etc. *Improcerata*, in Suppl. Antiquarii.

† IMPROCINCTVM, *acto a malicia*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

IMPROCVRATVS, orbatus, destitutus, cuius nulla cura est. Buschius de Reform. Monast. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsuic. pag. 858.

† IMPROHIBITIO, *licenter*, ἀκωλυτος. Germ. et Reg. *Improhibite*, in Castigat. ad utrumque Gloss.

† IMPROLIS, prole carens, in Act. SS. t. 3. Iul. p. 105. IMPROLIS, tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 521.

IMPROLOQVIBILE, ἀλάλητον, in Gloss. Lat. Gr. Supplem Antiquarii: *Inproloquibilis*, ἀλάλητος, *Inenarrabilis*.

† IMPROMITTERE, perperam pro *intromittere*, in Ch. a. 1105. ap. Lamium in Delic. erud.

† IMPROMPTARE, mutuari, Gall. *Emprunter*. Hist. Nem. t. 4. Prob. p. 43. V. *Impruntare*.

IMPROPERANTER, cum improperio. Promissio B. Thomae Mart. in Anect. Marten. t. 3. c. 1818.

† IMPROPERATOR, conuiciator, ap. B. de Amor. in Spec. Sacerdot. Ms.

† IMPROPERATVS, *non festinus*, ap. Laur. in Amalth.

IMPROPERIVM, dedecus, conuitium, iniuria, derisio. Sueno Aggonis filius in Histor. Danica.

† IMPROPORTIONALIS, *non egal. Improportionaliter*. Gloss. Gall. Lat. Cod. 7684.

† IMPROPRIARE, a proprio et natiuo sensu declinare. Stat. Mant. l. 2. c. 72.

IMPROPRIATVS, f. iure propriæ possessus, apud Rymer. to. 15. p. 69. *Ego Thomas Wryothesley - - - Cancellarius Angliae - - - tradidi - - - - Henrico VIII. - - - rectoriam meam Impropriatam de Southmymes*. Et infra: *Quae habeo aut nunquam habui de et in rectoria Impropriata de Southmymes in Comitatu*, etc.

IMPROPRIETARIVS, non proprietarius, qui rei alicuius non habet proprietatem et dominium. Albertus Mussatus apud Murator. t. 10. col. 765.

IMPROPVGNATVS, indefensus. Marcell. l. 29.

† IMPROTECTVS, protectione carens, indefensus. Arest. Parlam. Paris. a. 1361.

Digitized by Google

IMPROTRACTIM, sine mora, abiecta omni cunctatione. Litterae ann. 1402. apud Rymer. tom. 8 pag. 273.

† IMPROVIDENTIA, incuria, negligentia. Ch. a 1159. apud Lamium in Delic. erud.

† IMPRVNTARE, mutuari, Gall. *Emprunter*. Arest. Parlam. Paris. an. 1283.

IMPRVNTATVM, mutuum, ex Gall. *Emprunt*, V. *Mutuum violentum*.

IMPRVNTAMENTVM, mutuum. V. *Rogatio*, census.

IMPVBERE, Iohanni de Ianua, non pubere, vt exponitur in Glossis Lat. Gall. San-German. MSS. vbi *Impubeo*, *non croitre*, *non commencer avoir barbe*.

IMPVBLICARE, in publicum seu fiscum redigere, confiscare. Ch. Desider. reg. Longob. in Bullario Casinens. t. 2. p. 8. V. *Publicum*.

IMPVDEFACTVS, impudens, quem non pudet, in Epistola Montani Episcopi inter Concil. Hispan. tom. 2. p. 270.

IMPVDERATVS, IMPVDORATVS, impudens, absque pudore. Gloss. MS. *Impudoratus*, *inuerecundus*. Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanasio pag. 85 *Non despicis reuera conniperinos tuos Arianos*, *natos videlicet de Impuderato parte vestro diabolo*.

† IMPVDICARE, *corrumpre*, *violer*. Gloss. Gall. Lat. Cod. 7684. *Impudicatus*, *stupratus*, *impudicus factus*, ap. Laur. in Amalth. ex Festo.

† IMPVDOR, labes, macula, pudori opponitur. Lit. Ms. legitimat. an. 1351.

IMPVDORATE, pro *Impudenter*, dixit vetus Interpres l. 1. c. 21. et l. 2. c. 14.

† IMPVGNE, pro *impune*, t. 4. Ordin. reg. Fr. p. 591.

IMPVLATOR, *concitator*, *incitator*, in Glossario MS. Reg. Cod. 1013. Infra: *Impulsor*, *Hortator*, *Concitator*.

† IMPVLSA, dilatio, procrastinatio. Lit. remiss. Ms. a. 1337.

IMPVLSARE, excitare. Epistola encyclica Henrici V. Abb. Fuldensis ad alios Abbates Ordinis S. Benedicti. *Aliquem de statu Impulsare*, apud Marculfum l. 2. form. 52. Eum est deiicere, expellere, remouere.

IMPVLSATVS, illaesus. Ioh. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. to. 2. Maii p. 220.

IMPVLSORIVM ALAE. Fridericus II. Imp. l. 1. de Venat. c. 27. *Reliqua vero tertia pars alae descendit ab illo loco*, *qui dicitur Impulsorium Alae et Gallice dicitur* le bout *vsque inferius*.

IMPVLSVS, V. *Impellere*.

† IMPVNARE, pro *Impugnare*, t. 4. Ordin reg. Fr. p. 723.

IMPVNVS. (1) († Imperfectus, vitiosus, f. pro *impurus*.) Fleta l. 1. c. 20. §. 22. *Si mercedem acceperit, per quod huiusmodi pannos Impunos vendi sustinerent*. (2) Apud Ioan. de Ianua, vt impunis, sine poena. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MS. *Impunus vel impunis*, *non punis*, *sens peine*.

† IMPVRGABILITER, absque venia, ita vt ab indicta poena quis purgari vel absolui non possit. Ch. Ms. a. 1313.

IMPVRIA. (1) Pirmirius in Excerpt. ex libris Canonicis: *Qui Impurias quae dicunt homines super tecta (tectus*, apud Mabill. to. 4. Analect. p. 586.) *mittere*, *vt aliqua possint eis denuntiare*, *quod eis bona aut mala aduenianr*, *nolite eis credere*, *quia soli Deo est futura praescire*. (2) † *Ordure*, in Gloss. Gall. Lat. an. 1352.

IMPVRIMVS, f. pro impurissimus. Gloss Lat. Graec. *Impurimum*, *ἀκάθαρτον*. Supplem. Antiquarii praefert. *Inpurimum*. V. *Inpuricia*.

IMPVSTELLARE. Agnellus in Vita Sergii Episc. apud Murator. to. 2. p. 174. col. 2. *Cuncta atrii lychnia extinguantur*, *ne illis flammae candelarum nocte solatia praestent*, *et quod possumus occulte abdicare*, *omnia Impustellentur*, *ignorante Pontifice nostro*. Mutin. cod. clarius habet. *In cryptis celentur*.

IMPVTABILE, V. *Imputatio*.

IMPVTARE. (1) Non putare, existimare, apud Sidonium l. 9. Epist. 11.

Digitized by Google

mutio. (2) Amputare. Capitula veral. S. Victoris Massil. MSS. † Accusare, denuntiare, Gall. *Imputer*, *Emputer*. Lit. remiss. Ms. 1457.

IMPVTATIO. (1) *Nil aliud est, quam quaedam adscriptio eorum, quae quis tenere debent in his, quae sunt habenda ad differentium computationis, quae est cumulatio rerum in creditate, ex qua deductio fit.* Ita Gloss. Mangil. IC Pisaur. in Praef. ad Tract. de Imp. IMPVTABILIA, frequenter ibidem, ab *Imputare*, supputare. (2) Κατα λογισμος, *acceptilatio*, *imputatio*, in Gloss. Graec. Lat.

† IMRECILLOR, ἀρρωστω, in Gloss. Lat. Gr. At Gr. Lat. ἀρρωστω, *egroto*, *languesco*, *imuecillor*. Pro *imbecillor*, imbecillis sum.

† IMROS, ἀνεξυσιος, *impos*. Cuiac. Scalig. ad Fest.

IMSIVM, V. *Inuisum*.

† IMVGERE, IMIGERE, f. adaequare, complanare. Lit. remiss. Ms. a. 1454. *Ipso - - - existenti in suo operatorio carpenteriae, vtendo suo ministerio dolando et imugendo doelas eiusdem pipae seu dolii - - cum quadam doela pipae, quam imigebat etc.*

† IMVS. *Ad imum*, vltimo, apud Oefel. to. 1. Script. rer. Boic. p. 357.

IN, praepositionem, Germani, Poloni et Bohemi iis fere attribuunt, qui domini sunt locorum: caeteris nempe, *de*, *a*, vel *ab*, etiam iis, qui inde duntaxat orti vel oriundi sunt, etiamsi ibi non habeant, vbi pedem figant. Ita Martinus Cromerus lib. 1. Polon. p. 105. Addit Aegidius Boillaeus in Notis ad Ludouicum Daulam de bello Germanico p. 37. locorum vel dignitatum eiusmodi, primogenitos dominos nude, secundo genitos vero in iisdem perinde sese indigitare, cum in Germania feuda maiora diuisionem admittant.

† INA. Glossar. Caesar. Heisterbac. t. 1. Hist. Treuir. p 677. *Habemus de vico, qui est in Salninse, ocinas duas, id est casas duas, in qua sunt inae tres, quae vulgo nuncupantur patellae. Exit de vna ina in vnoquoque mense burdurae 13.* V. *Patella*.

INABSTINENTES, *impatientes*. Gl. Isid.

INACIDVM VINVM, pro *Mucidum*, vappa, vapidum vinum, Gall. *Vin pousse*. V. in *Vinum*.

† INACRESCERE, accrescere. Tertull. Scorpiac. vbi quidam Cod. habent *inagrescit*.

INACTE, nulla re acta, *Sans rien faire*. Chronicon Montis-Sereni an. 1156. *Hinricus Dux Fresiam hostiliter ingreditur, sed inacte reuertitur*.

INACTITARE, in acta publica referre. Litterae a. 1432. apud Rymer. t. 10. p. 517.

INACTIVVS, negligens. Capitulatio Caroli Mag. pro partibus Saxoniae, apud Holstenium in Collect. Romana c. 31.

† INACTVM, decretum, ab Anglic. *Enacted*. Chron. Ioan. Whethamst. p. 473.

† INACTVS, qui nihil egit. Chron. Sith. t. 9. Coll. Hist. Franc. p. 97.

INADIBILIS, inaccessus. Vita S. Eulogii Mart. t. 2. Martii p. 91.

† INADMISSIBILIS, non admittendus. Arest. Parlam. Paris. an. 1473.

INADMODIATIO, vt *Admodiatio*, locatio, datio ad *firmam*, in emphyteusim. Charta Theobaldi Comitis Campaniae.

INADORANDVS, non adorandus; († imo, valde adorandus.) Epist. Hadriani PP. to. 3. Concil. Hispan. p. 93.

† INADVERTANCIA, imprudentia, Gall. *Inaduertance*, t. 5. Ordin. reg. Fr. p. 700. INADVERTENCIA, in Lit. remiss. Ms. a. 1358.

INADVLATVS, qui non mouetur adulationibus. Epistola a. 1160. apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. col. 854.

INAENIGMATARE, in aenigmate repraesentare. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. in Actis SS. Iunii t. 3. p. LXXIV.

INAEQVALICALIS VARIANA MEDIA, scripturae species, Vide *Scriptura*.

Digitized by Google

† INAEQVALIS, iniustus, iniquus. Ch. a. 903. t. 4. Gall. Christ. Instr. p. 313.

INAEQVALITAS, aegritudo, inualitudo, ἀνωμαλία, *Indisposition*. Glossae Antiq. MSS. *Inaequalis, infirmis.* ἀνωμαλεῖν in Concilio Ephesino act. 1. p. 543. Edit. Labbei. Epist. Honorii Imp. ad Paulinum Episc. Nolan. apud Baron. an. 419. n. 20. *Cum Beatitudo tua de corporis Inaequalitate causata, itineris non potuit iniuriam sustinere.*

INAEQVVS, pro INIQVVS, apud Lobinellum in Glossario Hist. Paril. to. 3.

INAESTIMABILITER, turpiter. *Quidam ebrietati Inaestimabiliter incumbens, etc.* in Vitis Patrum Emeritens. t. 2. Concil. Hisp. p. 641.

INAFFABILIS, *insuauis et austerus ad loquendum*, Ioanni de Ianua: Gl. Lat. Gall. Sangerman. MS. *Inaffabilis, non disable, ou non recoutable, ou dure à dire*, vbi confunduntur *Inaffabilis* et *Ineffabilis*.

INAFFECTATVS, V. in *Capilli*.

INAFFECTIO, affectionis defectus. Vita S. Anscharii Corbeiensis Monachi c. 17.

† INAGNITVS, incognitus. Acta SS. t. 2. Iul. p. 681.

INAGRESCERE, V. *Inacrescere*.

† INALARE, *redolere, refragrare*, in vet. Glossar. Cod. 7613. pro *Inhalare*.

INALBARE SE, albas induere. Guidonis Discipl. Farfensis c. 7. *Sacerdos cum ministris Inalbent se.* V. *Alba*.

† INALIENARE, alienare, t. 9. Collect. Hist. Fr. p. 241.

INALTARARE, consecrare, dedicare, ornare, in Hierolexico Macri: quod vide.

INALTARE. *Valde altare, altam facere*, Willelmo Britoni in Vocabul. Vita S. Drausii Episcopi Suess. n. 3. *Talitor tantae nobilitatis lineam sanctis actibus Inaltauit.* Ordericus Vitalis n. 9. c. 754. *Turribus Inaltandis insistebant.*

INALTATIO, eleuatio, in maiorem altitudinem exstructio. Vita S. Medardi t. 2. Iunii p. 96.

INALTERABILITER, hoc est absque vlla alteratione, coniunctae cuntur duae in Christo naturae, uina et humana, in Concilio menorum an. 1342. art. 20. ap. Marten. to. 7. Ampliss. Collect. 336.

INAMARICARE, exacerbare, amum exulcerare, ad iram excita Gall. *Aigir, Irriter*. Codex Sacramentorum ante 900. annos M p. 394.

† INAMBIGVVS, certus, indubius in Ep. a. 864. t. 7. Collect. Hist. Fr. p. 400.

† INAMISMA, *la imagine*. Gloss. Lat. Ital. Ms.

INAMORARE, amore inflammare. Ioh. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. t. 2. Maii p. 247.

INAMORARI, amore capi, vox Italica, Petrarchae et aliis familiaris. Michael Scotus de Physion. c. 14.

INAMOROSVS, amore captus, incensus, apud Raymundum Duellium l. 1. Miscell. p. 241.

† INAMOVIBILIS, i. q. *Immobilis*, de bonis immobilibus. Ch. a. 1119. ap. Lam. in Delic. erud.

INANIMARE, animos addere, animare; Italis *Inanimare*, et *innanimare*. Vritur Galfridus Monemuthensis l. 8. c. 4. l. 10. c. 9.

† INANIRE, exinanire, ad nihilum redigere. B. de Amor. in Spec. Sacerd. Ms.

INANITAS, deliquium, animae defectio, Gall. *Défaillance, Evanouissement*. Acta SS. Iunii t. 1. p. 793.

INANITRICES, V. *Ianitrices*.

INANTE, in posterum, *d'ici en avant*, in Foedere Regum apud Nithardum lib. 3. an. 842. *Inanzi* Itali dicunt. Commodianus Instr. 46.

---- *Caue, vt non delinquas Inante.*

Inante diem, in ipso die. Gloss. Gr. Lat. εἰς τὴν πρὸ ταύτης ἡμέραν, *Inante diem*. Octau. Horatianus l. 4. Rer. Medic.

INANTEA, eadem notione. Sacramentum fidelium apud Pithoeum. † Pro praeterea, vlterius ap. Greg. Turon. l. 7. c. 28.

INAN-

NTIA, eadem significatione, Murator. to. 2. part. 2. col.

APOZIMATVS, *i. sine iure*, in ff. ad Alex. Iatrosoph. *Accipiant s et gallinas non satis pingues, pozimatas magis quam zimas.*

PPREHENSIBILIS, qui non est comprehendi. S. Paulinus ist. 32. n. 20.

APPRETIABILIS, sine pretio, qui non potest pro dignitate et excellentia satis aestimari. Concil. Tolet. XI.

† INAQVARE. (1) Aqua macerare, subigere. Stat. ant. Cumanae c. 75. (2) Irrigare, Ital. *Adacquare*. Stat. Cadubr. c. 99.

† INARMARE, ansa seu corrigia, Gall. *Enarme* nuncupata, scutum instruere. Arest. Parlam. Paris. an. 1304.

INCOLLATVS, f. pro *Incollanatus*, ab Italico *Collana*, catena. Pons interdum carenis ligatur. Chron. Parmense ad a. 1283. *Facti sunt omnes arcus sine voltae pontis de galeria, quae fuerunt numero octo. et Incollatus et planellatus per Dei gratiam et totus completus.*

† INCOLONVS, *fermo como colona*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

INCOLORATE, colorate, simulate. Epistola Gregorii X. PP. apud Marten. to. 7. Collect. Ampliss. col. 229.

INCOMA, INCOMMA. Gloss. Lat. MS. ex Bibl. Reg. Cod. 1013. et Gloss. Isidori: *Incoma, mensura militum.* Vegetius l. 1. c. 4. *Proceritatem tyronum ad Incommam scio semper exactam.* Ita enim in MSS. Cod. scribi monuere Stewechius et Scriuerius. Videtur autem *Incomma* fuisse palus quidam mensuralis, in castris ad hanc rem positus, vt ad eum admotis, qui ad militiam deligebantur, tyronibus, vel qui sponte ad militiam accedebant, an statura iusta ac legitima esset, examinarentur. Est enim ἔγκομμα, palus in terram defixus. Haec Salmasius in Notis ad Lamprid. p 199. Eam porro mensuram 5. pedum et semis fuisse colligi potest ex Dositheo l. 3. vbi quendam in militiam adscribi postulantem Adrianus Imp. scisitatus est, ποῖον μῆκος haberet, cui ille respondit, πέντε πόδας καὶ ἥμισυ. Vide Cuiacium lib. 2. Obseruation. c. 5. Certe milites non tantum aetate et fortitudine, sed et statura aestimatos palam est. Apud Frontinum l. 4. c. 1. n. 3. *Pyrrhus delectori suo fertur dixisse: Tu grandes elige, ego eos fortes reddam.* Hinc euanescit Rigaltii coniectura ad Agrimensores, qui apud Isidorum legendum censet, *haec groma, mensura limitum.* V. *Spatha.* ENCOMA, eadem notione. S. Hieronymus l. 2. adu. Iouianum: *Si tollis ordinem tabernaculi templi, Ecclesiae; si omnes qui a dextris sunt, vnum, vt vulgo dicitur, Encoma ad militiam probas, ne quaquam Episcopi, frustra Presbyteri, sine causa Diaconi sunt.* Sic Marianus Victorius in Scholiis ex quinque MSS. restituit hunc locum, de quo dissertatio est in Diariis Treuoltianis. Vide Carolum de Aquino in Lexico Militari, vbi coniicit non castrensem duntaxat mensuram fuisse *Incommam*, sed potius regulam ad multiplicem metiendi vsum idoneam: exponitur autem, inquit, tanquam mensura castrensis, quia eius notio ad nos peruenit a Vegetio in re militari.

INCOMARE, ad *Incomam* tyronum staturam metiri. Passio S. Maximiliani ex Edit. Oxoniensi. Vbi perperam editum *intumetur* et *intumatus.* Neque enim hoc loco *intumare* est *inscribere*, quod vult Editor cum *tyrones* non inscriberentur, nisi postquam ad *incomam*, seu *incommam*, essent applicati, id est ad palum, cui insculptae vel incisae erant

pedum, eorumque partium mensurae, ex Graec. ἐγκομμα, *Incisio*.

INCOMBRARE. (1) Arboribus excisis viam occludere, German. ol. verkümmern. Vide Valesii Notitiam Galliarum, p. 100. supra vocem et *Incumbrare*, *Combri*. (2) † Oppignerare. Pact. a. 1068. t. 2 Hist. Occit. Prob. p. 263. V. *Imcumbrare*.

† INCOMBRIVM, oppigneratio. Donat. Petri com. Biterr. an. 1054. V. *Incumbrare*.

† INCOMBRVM, idem, it. impedimentum, in Ch. a. 1092. t. 6. Gall. Christ. Instr. p. 133.

INCOMINATIO, pro *Comminatio*, in Charta a. 1190. apud Miraeum t. 2. p. 980.

INCOMITIARE, Iohanni de Ianua, *Comitium celebrare*, *vel eligere* (nempe quod in Comitiis publicis magistratus eligerentur apud Romanos) *vel inthronisare*, *vel in comitio et conuentu loqui*. Glos. Lat. Gall. Sangerman. MS. *Incomitiare*, *Entronizer en Consulat*. Festo *Incomitiare significat tale conuitium facere*, *pro quo necesse sit in comitium*, *hoc est*, *in conuentum venire*, scil. ad dicendam causam. Plautus: *Quaeso*, *ne me Incomities*. V. *Comitiari*.

INCOMMA, V. *Incoma*.

† INCOMMELINVS, i. q. *Espanus*, alienigena, extraneus, (*) German. Ankömmling, Einkömmling) Gall. *Incommelin*. Ch. a. 1323. ex Camera Comput. Insul.

† INCOMMODIOSVS, INCOMODOSVS, incommodus, damnosus, t. 7. Ordinat. reg. Fr. p. 193. et in Ch. Ms. a. 1402.

† INCOMMODITER, incommode, non sine detrimento. Ch. Ms. an. 1330.

INCOMMODVS, homo aegrotans, Gall. *Incommodé*, in Actis SS. Benedict. saec. 3. part. 1. p. 92.

INCOMMVNICARE, alterum possessionis suae socium et participem facere, vnde INCOMMVNICATIO. Charta an. 1160. inter Instrumenta Gall. Christ. t. 4. col. 180.

INCOMMVNICATVS obire dicitur, qui non sumto viatico moritur, apud Ordericum lib. 6. p. 616. V. *Inordinatus*.

INCOMMVNIS. (1) Non particeps. Capitul. Caroli Calui tit. 29. c. 4. (2) † Non communis, ap. Murat. t. 5. Antiq. Ital. p. 197.

† INCOMMVTABILIS, non commutabilis, t. 9. Collect. Hist. Franc. p. 306.

† INCOMMVTABILITER, sine commutatione, t. 10. eiusd. Coll. pag. 35. sq.

INCOMODOSVS, V. *Incommodiosus*.

INCOMPARABILIS, qui tanti pretii est, vt emi non possit, seu *comparari*. Bernardus de Breydenbach Itiner. Hierosol. p. 217.

† INCOMPASSIBILITAS, dicitur de officiis seu beneficiis, quae simul ab eodem homine exerceri vel possideri nequeunt. Arest. Ms. a. 1357.

† INCOMPASSIO, commiserationis oppositum. Barelet. in Serm.

† INCOMPASSIVVS, intolerabilis, impatibilis, i. q. *Importibilis*. Ordinat. reg. Fr. t. 5. p. 611.

INCOMPATIBILITAS, dissociatio, distinctio, qua fit vt alius cum alio non possit decenter sociari. Situs IV. PP. a. 1483. in Bullario Carmelit. p. 376.

INCOMPENSVM, idem, vt videtur, quod *Compensum*, praestatio, oblatio, collatio. Chronicon S. Trudonis apud Acher. t. 7. Spicil. p. 466. *Igitur Abbas Rodulphus audiens ea quae Abbates de suo dabant ad vestimenta fratrum*, *quia cum labore et dolore*, *et longe prius afflictione eis dedissent*, *timensque quia id post se posset accidere*, *vtile duxit tam animae suae quam fratribus*, *vt plene ordinaret et denominaret bona ad vestimenta fratrum iam amplius pertinentia*, *maxime quia fratrum numerus creuerat sub eo qui supra Incompenso vestiri non poterat*; id est, si bene coniecto, supra eo, quod ad vestimenta fratrum, ab Abbatibus tradi solitum erat et impendi. Vide *Compensum*.

INCOMPERENDINARE, *dilatare*. Glossae Arabico-Latinae.

† INCOMPESCIBILIS, qui compesci nequit. t. 10. Coll. Hist. Fr. p. 143.

INCOM-

Digitized by Google

MPETITIO, petitio, postula- Praeceptum Caroli Calui ann. apud Marten. nouae collect. part. 2. p. 5.

MPLACENTIA AERIS, illius mperies, apud Stephanotium 1. Antiquit. Wascon. MSS. pag. .

† COMPLEBILIS, *insatiabilis*, ληστος. Germ. *Incomprehensibilis*, *tabilis*. Castigat. in vtrumque loss.

INCOMPLETVS, imperfectus. Ch. Mf. a. 1318.

INCOMPOS, pro *Impos*, apud Wiltecellum in Miracul. S. Ioannis Beuerlac. num. 14. *Sui ipsius Incompos*.

INCOMPOSITVS, de cuius morte nulla facienda est *compositio*, seu nulla mulcta persoluenda. Leges Caroli M. apud Murator. t. 1. part. 2. pag. 98.

† INCOMPREHENSIBILIS, innumerus vel interplicabilis, in Act. SS. tom. 6. Sept. pag. 181. V. *Incomplebilis*.

INCONARDIVS, idem qui *Conardus*, passim occurrit. V. *Abbas* 5. et *Conardus*.

INCONBRARE, oppignerare, Gall. *Engager*, *Hypothequer*. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 611. Vide *Combri*.

INCONCARE, seu *Inconchare*, in concham seu scyphum immittere. Baldricus lib. 3. Chr. Camerac. c. 2.

† INCONCESSVS, suppositius, non concessus, t. 10. Ordin. reg. Franc. p. 486.

† INCONCILIABILIS, ἀδιαλλακτος, ex Cod. reg. in Castigat. ad vtrumque Glossar.

† INCONDERE, condere, reponere. Acta SS. t. 3. Aug. p. 478.

† INCONFECTVS, non complanatus, asper, inaequalis. Acta SS. t. 7. Iul. p. 204.

INCONFVSIBILITER, sine confusione, in Libello Episcoporum Ital. contra Elipandum, t. 3. Concil. Hispan. p. 99.

INCONGRVENTIA, inconuenientia, apud Tertull. l. 2. adv. Marcion c. 25.

INCONISMA, *imago vel figura*, in Glossis Sangerman. MSS. n. 501. V. *Icona*.

† INCONQVESTVS, qui *quaestari* seu exigi non debet. Ch. Mf. a. 1321. V. *Quaesta*.

INCONSCIENS, ἀσυνείδητος, INCONSCIENTIA, ἀσυνειδησία, in Glossis Cyrilli.

INCONSILIVM, ἀβουλία, in Gloss. Lat. Graec. vbi Edit. *Inconsultum*.

† INCONSOLABILITER, insolabiliter, t. 10. Collect. Hist. Fr. pag. 340.

† INCONSONVS, dissonus. Elmham in vita Henr. V.

INCONSTABILITIO, inconstantia, instabilitas. Esdras l. 4. c. 15. v. 15. et 15.

† INCONSTARE, constare, certum esse. Hist. Nem. tom. 3. Prob. pag 44.

INCONSVLTANS, imprudens, inconsultus. Canones Hibern. apud Marten. t. 4. Anecd. c. 8.

† INCONSVLTVM, *inconsultatio*, *malum consilium*, ex Cod. reg. in Castigat. ad vtrumque Glossar.

INCONTENTIONE, *mox de repente*. Papias. Melius infra *Incontinente*.

† INCONTENTVS, ἀκαπασχετος. Glossar. Lat. Gr.

INCONTESTANS, pro *Contestans*. *Incontestantem et asserentem*, quod non erat suae intentionis, etc. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 81.

INCONTINENTE, quam cito, quam maturius, ἐν τάχει, in Glossar. Graec. Lat. Gallis, *Incontinent*, *Incontinenti*, apud Ottonem Morenam in Histor. Rerum Laudensium p. 21. *Incontinenter*, apud Rymer. t. 1. p. 274.

INCONTINVITAS, pro *Incontinentia*, intemperantia. Acta SS. to. 5. Maii p. 161.

INCONTRA. (1) Pro *Iuxta*, Galli dicunt *Encontre*, vel *Contre*. Vetus Epitaph. Romae ad S. Pauli extra muros. (2) Pro ἀντικρύ, usurpat Anastasius in Hist. Eccl. *Et incontra transiens*, *ad portum Boni agri applicuit*.

Digitized by Google

† INCONTRADICIBILIS, qui contradici nequit, in Act. SS. t. 6. Iul. p. 480.

† INCONTRADICTE, sine vlla contradictione. Ch. Mſ. a. 1501.

INCONTRADICTORIE, idem, in Litteris a. 1389. ex Archiuis S. Victoris Maſſilienſis.

† INCONTRAM, contra, aduerſus, Gall. *a l'encontre.* Chart. Mſ. ann. 1374.

INCONTRVM, ſ. caducum, quidquid alicui caſu obuenit boni cuiusuis, ab Italico *Incontra*, occurſus, caſus. Teſtamentum an. 1347. Hiſt. Dalphin. to. 2. p. 545. col. 1. *Item, volo quod de praedictis omnibus dicta Dalphina ſit contenta et prohibeo quod in haereditate nihil aliud ratione dotalitii, donationis propter nuptias, quartae tertiae, Incontri, petere valeat.* Vide *Eſcaeta.* † Senſum vocis apertius docent Stat. Cadubrii L. 2. c. 108. *De Incontris dotium. Quae de dotibus dicuntur et ſtatuta ſunt eadem et de incontris dotium intelliganſur eſſe ſtatuta.* Vbi eſſe videtur id quod vxori a marito in compenſationem dotis aſſignatur. (*) Germ. Gegenvermächtniß, Wiederlage.) Ital. *incontro*, occurſus.

† INCONVALESCENTIA, inualetudo, infirmitas, ap. Murat. to. 5. Antiq. Ital. med. aeui p. 103.

† INCONVENCIA, pro *Inconueniencia*, difficultas, Ital. *Inconuertenza* in Lit. Mſ. Raim. com. Toloſ.

† INCONVENIENS, dicitur de carne, quam venum exponere non conuenit. Ch. Mſ. a. 1341.

† INCONVENIENTER, indecenter, tom. 7. Collect. Hiſt. Franc. pag. 421.

† INCONVENIENTIA, difficultas, incommodum. Epiſt. ann. 858. tom. 7. Collect. Hiſtor. Franc. pag. 519.

INCONVENIRE, non conuenire, dedecere, in Epiſtola ann. 1498. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 114.

† INCONVERSIBILIS, qui ad officium reduci nequit. Hiſt. Occit. t. 4. Prob. p. 407.

INCONVERTIBILES, duae Chri Domini naturae, diuina et humar dicuntur in concilio Toler. X quod neutra in alteram conue poſſit ſeu mutari. Vtuntur Terr adu. Hermogen. de Anima col. et S. Ambroſ. de Filii Diuinit col. 8.

INCONVERTIBILITER, immutal liter, in Epiſtola Ratherii tom. Spicil. Acher. p. 249.

† INCONVINCIBILIS, inuict inexpugnabilis. Nov. 44. c. 1

† INCONVINCIBILITER, mam feſto, in Ch. Mſ. a. 1294.

INCONVVLSE, immutabiliter, perpetuo, eo modo qui *conuelli* nequeat ſeu infringi. Litterae ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. pag. 579.

INCONVVLSIBILIS, qui *conuelli* nequit ſeu infringi, apud Morettum Antiquit. Nauarrae pag. 597. et in Decreto Eruigii Reg. pro Concilio Toletano XII.

INCONVVLSVS, vt *Inconuulſibilis*, inuiolabilis, in Praecepto Caroli C. an. 850. Marcae Hiſp. col. 786. *Inconuulſa ſimplicitas*, in Codice Theod. l. 12. tit. 14.

INCOPOLITVS, procurator, vicarius. Charta Henrici I. Reg. Angl. in Monaſtico Angl. to. 1. p. 123.

INCOPRIARE, ἐγκοπρίειν, conſpurcare, opprobriis et conuiciis quaſi κόπρῳ, ſeu ſtercore conſpergere. Gloſſae Iſidori et Pithoeanae: *Scurra, qui incopriatur, Scurrula qui Incopriat.* Id eſt, qui dicteriis impetit, et ſcurriliter exagitat. Commodianus Inſtrum. 19.

Incopriat ciues vnus deteſtabilis omnes.

INCORAM, pro *Coram.* Vide Iuretum ad Symmachum lib. 2. Epiſt. 3.

INCORDARI, inſpirare, in cor cogitationem ingerere, immittere. Vita ſanctae Ruſticulae Abbatiſſae Arelatenſis col. 27. Hac notione Plautus dixit *Incordiare*: *Vt vt me erga meritus eſt, tamen Incordies.*

INCORDATVS, ſui oblitus, ab Italico *Scordare*, obliuiſci. Vita B. Lucheſii t. 3. April. p. 596. INCORDATA, *ſcarlato tunica*, in Conſtitut.

Digitized by Google

...t. Frederici Regis Siciliae c. 106. ...*Cordatae tunicae*

...CORES, indigenae, V. *Enchori.*

...ORIARE, *in corium mittere*, Vgu...

...CORONARE, pro *Coronare*, vſur... Bertholdus Conſtantienſis ann. ...83. 1084. 1092. etc.

INCORONATIO, coronatio, in ...inuent. monaſt. Caſſin. a. 1497.

INCORPORABILIS, vt incorpora...lis, ſine corpore. *Habitus Incorporabilis*, apud Tertul. lib. 3. adv. Marc. col. 17.

INCORPORALIS, V. *Corporalis.*

INCORPORALITAS, qualitas incorporea. Vſi ſunt Macrob. in Somnio Scipionis lib. 1. c. 5. et 11. Tertul. de Anima. c. 7.

INCORPORALITER, ſine corpore, ſpiritum modo. Claud. Mamertus lib. 3. de Statu animae c. 14.

INCORPORARE. (1) Vgutio: *Corporare, corporeum facere, vel impinguare, vel in corpus immittere, inde Incorporare. Incorporare ſibi Chriſtum*, dixit Petrus Bleſenſis Epiſt. 86. et 123. quod idem eſt ac *ſumere Chriſtum* in ſacra Euchariſtia, et in propriam ſubſtantiam transferre. (2) Aggregare. Epiſtola Petri Abb. Cluniac. an. 1142. apud Marten. to. 1. Anecd. c. 395. (3) Gallis *Incorporer*, adiungere. Inſtrumentum an. 1348. Hiſt. Dalphin. to. 2. p. 576. *Humbertus Dalph. Vienn. vniens, Incorporans et annectens perpetuo et inſeparabiliter Dalphinatui ſuo caſtrum Miribelli.* (4) † Oppignerare, obligare, in Hiſt. eccl. Vien. p. 776.

INCORPORATIO. (1) Medicis, eſt cibi, qui ſumitur, digeſtio et in propriam hominis ſubſtantiam tranſmiſſio et traductio. Gloſſ. Graec. Lat. σωματικὴ τροφὴ ἡ παραδοσις, *Incorporatio.* Alexander Iatroſophiſta lib. 2. Paſſion. col. 79. *Cibi - - - qui ſtiptici ſunt, bene digeſtibiles et enanadoti.* Vbi Gloſſae MSS. *Enanadoti, i. facile Incorporabiles.* Graecis autem ἐναναδοτα dicuntur, quae facilem habent digeſtionem. (2) Interdum etiam pro oeconomia ſeu Incarnatione Chriſti vſurpatur. Ita non ſemel Philaſtrius, in Catal. haeref. (3) Denique vox Iuris conſultorum eſt, diciturque de bonis, quae in aerarium publicum ſeu in corpus fiſci rediguntur. Vide tit. Cod. Iuſt. de Bonis vacantibus et incorporatione et Cod. Th. de Incorporatione. INCORPORATIONES ECCLESIARVM, quibus redditus et decimae ſubtrahuntur eccleſiis parochialibus, vt aliis non parochialibus conferantur, prohibet Concilium Treuir. an. 1310. inter Anecd. Marten. t. 4. col. 242.

INCORPORATVS. (1) INCORPORATVM IVS. Bleyn. Inſtitut. pag. 103. *Alia dici poteſt iuris approbati diuiſio, in Extranagans et Incorporatum: quod enim in libris iuris quo vtimur, comprehenſum eſt non male ſpecialem iuris Incorporati ſortitur appellationem.* (2) † INCORPORATI, in eccleſiis Lugdunenſi et Viennenſi dicuntur Canonici ordine ſecundi. Acta Mſ. capit. eccl. Lugd.

INCORREGVDS, V *Incorregutus.*

† INCORREPTVS, non correptus, inemendatus. Ch. Mſ. a. 1245.

INCORRIGIBILIS, Gall. *Incorrigible*, inemendabilis, in Bullario Carmelit. p. 263. c. 1.

INCORRIGIBILITAS, contumacia, in Conſtitut. Sororum Poenitent. apud Raymund. Duellium lib. Miſcell. p. 176.

INCORRIMENTVM, V. *Incurrimentum.*

INCORTINARE, *cortinis* ſeu aulaeis ornare. De feſtiuitatibus SS. ad calcem Libri Iohan. Abrinc. de Off. Eccl. pag. 346. et 1679. V. *Cortina.*

INCOSTARE, *coſtas immittere.* Iohannes de Ianua in voce *Coſta.*

† INCOVRTINAMENTVM, aulaeum. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1352.

INCRALLVM, praeconium, promulgatio per praeconem a veteri Gallico, *Graile, Greille*, vel *Grelle*, ſpecies cornu, quo praecones vtebantur ad aliquid promulgandum. Vide *Gracilis.* Charta Ludouici VII. Regis a. 1441.

† INCRAPVTARI, *trop mangier*, Gloſſar. Lat. Gall. a. 1352.

IN-

Digitized by Google

INCRASSIARE, INCRASSARE, impinguare, ex Gall. *Engraiſſer*. Statuta antiqua Abbatiae Corbeienſis lib. 1. c. 7. *Porcos autem, aucas, et pullos, quos de ſuo molino incraſſiare debet, de ſuo nutriat.* Sed lege *Incraſſiare*, vel *Incraſſare*, vt eſt in Monaſtico Angl. to. 1. p. 691.

INCRAVDA, mendum pro *Merauda*, ſeu *Emerauda*, Gallis, *Emeraude*, Smaragdus. Teſtamentum. 1. Anecd. c. 1527

INCREDENTES, infideles, Saraceni, apud Ioan. Bromptonum pag. 1203.

INCREDENTIA, infidelitas, haereſis, apud Marten. t. 5. Anecd. col. 1798.

† INCREDERE, in vadimonium vel mutuo dare. Ch. a. 1323. ap. Murat. t. 1. Antiq. Ital. p. 187. V. *Accredere* 1.

INCREDIBILIS. (1) Incredulus. Vita S. Ettonis, t. 3. Iulii pag. 59. (2) Infamatus, inteſtabilis, qui teſtis eſſe non poteſt. Leges Edgardi. Regis §. 12.

† INCREDVLITAS, *inſolentia*, ἀπειθία Reg. *Detrectatio*, *incredulitas*, *inobedientia*. Caſtigat. in vtrumque Gloſſ.

† INCREDVLVM, cui fides adhiberi nequit. Ch. an. 1021. to. 10. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 361.

INCREMENTARE, incrementum dare. Pro eo, quod eſt, apud Paulum, 2. Corinth. c. 3. *Qui incrementum dat Deus*, S. Auguſtinus habet, *Dominus qui Incrementat.*

† INCREMENTATIO, incrementum. Chron. Io. Whethamſt. p. 380.

INCREMENTVM. (1) Charta Philippi Pulcri Fr. Reg. an. 1303. pro apanagio Comitis Ebroic. in Probat. Hiſt. eiusdem Comitatus p. 29. *Item griagia caſtellaniae de Meullento, excepto Incremento quod extenditur in feodis et retrofeodis et tenementis de l' Arche et caſtellaniae de Reumont - - prout caſtellania de Meullento diuiditur de dicto Incremento.* Alia Gallice exarata de eadem re ann. 1298. ibid. p. 23. *Item les griages de la chaſtellenie de Meullant, excepté les Creſſement qui ſe eſtendent és fiefs et arriere fiefs et és tenures de la Roche et en la chaſtellenie de Chaumont - - ſi comme la chaſtellenie dudit Meullent ſe deparſe dudit Eſcreſſement. V. Crementum* et *Cenſus creſcens.* (2) ξοάνα ἐπὶ ζυγοῦ. Gloſſ. Gr. Lat.

INCREPARE, arguere, vox Forenſis. *Increpare ſententiam, ſententia Increpata*, arguere vt male datam. Galli dicunt, *Blâmer vne Sentence*: in Speculo Saxon. lib. 2. art. 12 §. 9. 11. 13. lib. 3. art. 30. §. 2. art. 60. §. 2.

INCREPATVS, herniosus, ramicosus. Miracula B. Henrici Baucen. to. 2. Iunii pag. 387. *Increpatus et deruptus erat in parte inferiori.*

† INCREPIDA, INCREPITA, crepida, apud Barell. in Serm.

INCREPITVS. Chartularium Matisconenſe fol. 56. *Silua ex oriente terminat a circio Increpito.* Ibid. fol. 83. *Terminat a medio die ab ipſo Aldoni et genipereta Increpita.* An montoſus, vt vir doctus ſuſpicatur? An circius dicitur *Increpitus* ab Increpando ſeu ſibilando, quia dum flat ſonum vel ſibilum edit; *genipereta* vero *Increpita*, quod in igne crepitet iuniperus, dum accenditur?

INCRESCERE, († vox Ital. taedere, pigere.) Chronicon Fredegarii col. 60. *Nomina concubinarum, eo quod plures fuiſſent, Increuit huic Chronicae inſeri*; id eſt, piguit. Epiſtola Hincmari Rem. tom. 2. Spicil. Acher. p. 827. *Quibus enim Increſcere* (l. *Increſcit*, piget) *legere vel audire, quae ſcripta ſunt, etc.*

INCRETVS. (1) TERMINVS INCRETVS. Tabularium Briuatenſe ch. 127. *De tertio latere viam publicam, ex quarto latere campum cum Termino Increto.* Et ch. 372. *Et quarto latere terram S. Iuliani et Terminum Incretum in Flaico, etc.* Occurrit rurſus alio loco; verum in alia Charta legitur, *Terminum Incertum.* (2) † SILVA INCRETA, alta, ardua. Ch. a. 817. inter Inſtr. t. 12. Gall. Chriſt. p. 297.

INCRIMINARE, accuſare, in crimen adducere. Liber Pontificialis in Symmacho PP.

IN-

Digitized by Google

INCRINITVS, V. *Crinitus.*

† INCRITVS, integer, torus, pro *Inclytus.* Ch. a. 1010. ap. Murat. to. 1. Antiq. Ital. p. 185.

INCROCAMENTVM, Leguleiis Anglis, *Encrochement*, dicitur, cum dominus maiorem praestationem, vel maius seruitium a tenente vel vassallo exigit, quam debet. Ea enim actio vocatur *Incrocamentum* eiusmodi praestationis vel seruitii. Rastallus. Occurrit haec vox Gallica apud Knygthonum p. 2715. 2716.

INCROCARE, vnco suspendere, in crucem agere. Lex Salica tit. 69. §. 2. *Si quis hominem sine consensu iudicis de ramo, vbi Incrocatur, deponere praesumpserit, etc.* Galli *Encroier* dixere, quasi *pendre au croc*, Gloss. Lat. Gall. Thuanum MS. *Cacuminare, Encroier.* V. *Incroxare.*

INCRONIZARE. Will. Brito in Vocabul. *Comitio, as, i. Comitium celebrare, vel eligere, vel Incronizare.* Forte *Inthronizare.*

† INCROSTARE, vox Ital. incrustare. Steph. de Infestura Ms.

† INCROXARE. decussatim ponere, Ital. *Incrocicchiare.* Stat. Vercell. lib. 4. V. *Incrocare.*

INCRVSTATVRA, incrustatio. Gloss. Graec. Lat. μαχμώσεως, *Incrustatio.* Sanctus Cyprianus de Natiuitate Christi.

INCTIMARE, *Intimare*, denunciare, Gall. *Intimer*, in Charta ann. 1387. apud Menestrerium in Probat. Hist. Lugdun. p. 131. V. *Intimare.*

† INCVBANS, regnans, in throno sedens. Ch. a. 1079. tom. 12. Gall. Christ. Instr. p. 253. *Actum Trecis - - - regnante in coelis domino nostro Iesu Christo, sedente Gregorio papa - - - incubante Philippo rege in Gallia, tenente Tetbaldo comite Trecas.*

INCVBARE, cubare. Arest. Ms. a. 1411.

INCVBATOR. (1) Qui incumbit, sedulamque rei alicui dat operam. Concil. Herdense ann. 546. tit. 16. (2) Iniustus violentusque possessor, tyrannus, apud Macrobium. Seruius: *Apud nos Incubator imperii tyrannus dicitur.* S. Bernardus Epist. 236. n. 2. *Si non miseremini magnis et religiosis monasteriis, quibus omnino sub incubatore illo destructio imminet.* Gaudentius Donatista apud Sanctum Augustinum to. 9. c. 660. *Sed hoc non sciunt alienarum rerum Incubatores* (i. cupidi) *qui nec Deum audiunt dicentem, Non concupisces rem proximi tui. Incubare pecuniae.* Tullius dixit pro Inhiare.

INCVBI, INCVBONES. Glossae MS. ad Alexandrum Iatrosophistam: *Incubus, est passio, in qua dormientes suffocari et a daemonibus opprimi videntur.* Glossar. Graec. Lat. ἐφιάλτης, *Incubo.* Onomast. apud Martinium: *Incubones*, ἐπικεκυφότες. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. *Incuba, Surgefeur. Incubi vel Incubones, vne maniere de deables qui solent gesir aux femes.* V. *Dusii.* Vgutio: *A fando dicti sunt quidam Dei, qui voce, non signis ostendebant futura in lucis consulti a paganis: hi vulgo Incubi et Incubones, a Romanis vero Fornicarii dicuntur.* Hugo Archiepiscopus Rotomagensis lib. 3. de Haereticis col. 5. *Sciendum autem, quia neque monachi, neque Canonici, neque aliqui coram Ecclesia publice castitatem professi coniuges possunt fieri. Quod si secus agere tentauerint, Incubones reputantur et fornicarii.* Acto Vercell. Episc. lib. de pressuris Eccl. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 81. *Stulti enim episcopi non pastores, sed Incubones dici possunt, eo quod sanctam Incumbent Ecclesiam: non errantes requirunt oues, sed collectas etiam errare permittunt.*

† INCVBICVLARIVS, familiaris, intimus, ap. Ludew. to. 11. Reliq. p. 138.

† INCVCVLLARE, cuculla induere. Acta SS. to. 1. Aug. p. 268. V. *Cucullus.*

† INCVDO, incus, Ital. *Incude.* Tract. Ms. de re milit. et mach. bell. c. 151.

INCVLCARE, in aliquem proterue agere, proculcare. Concilium Arelatense I. can 17. *Vt nullus Episcopus alium Episcopum Inculcet.* Lemma canonis habet, *conculcet.*

IN-

Digitized by Google

INCVLCATIO ORDINVM, apud Lyndwodum in ſuo Prouinciali pag. 1679. dicitur de pluribus ſacris Ordinibus eodem die collatis: quod ibidem fieri vetatur.

INCVLCATOR, qui inculcat, pedibus calcat. Tertull. Scorp. c. 6.

† INCVLPABILIS, *qui culpari non poteſt*, apud Laur. in Amalth. Vtitur etiam Solin. c. 33.

INCVLPARE, culpare, Italis *Incolpare*. Will. Brito in Vocabul. *Imponere*, *Inculpare*, *Imputare*. Lex Salica tit. 42. §. 6. *Si ſeruus de quolibet crimine Inculpatus fuerit*, etc.

† INCVLTIBILIS, qui coli non poteſt, culturae inhabilis. Ch. Mſ. a. 1328

INCVLTIO, ruditas, ſeu barbaries ſermonis, apud Eulogium lib. 1. Memorial. SS. ſub finem.

† INCVLTVRA, non cultura, tom. 7. Ordin. reg. Franc. p. 674.

INCVMBENS, poſſeſſor, ab *Incumbere*, obtinere, poſſidere, vt eſt apud Iuriſconſultos. Litterae anni 1546. apud Rymer. t. 15. p. 85.

INCVMBRARE. (1) Impedire, quaſi *combros* opponere. INCVMBRAMENTVM, impedimentum, voces practicorum, ap. Bracton. lib. 4. t. 2. c. 6. INGOMBERARE, in vita S. Zitae num. 35. V. *Combri*. (2) Oppignerare, INCVMBRES, hypothecae, res oppigneratae. Ch. a. 1070. Murcae Hiſpan. p. 1157. V. *Comari*.

† INCVMBRVM, oppigneratio. Ch. a. 1093. t. 6. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 432. V. *Incombrum*.

† INCVNCTANTER, *inſtanter*, ap. Laur. in Amalth. ex Cath.

INCVRABILIS, qui non poteſt curari, Gall. *Incurable*, apud Iulgentium in Epiſtola ad Venantium.

INCVRABILITAS, incuria. Miracula B. Simonis de Lipnica tom. 4. Iulii p. 563.

INCVRARE, curionem, Parochum facere, Eccleſiae curam conferre. Charta an. 1220. inter Inſtrum. to. 4. nouae Gall. Chriſt. c. 246.

INCVRATVS. (1) Cui cura Eccleſiae data eſt, curatus. Charta Official. Lugdun. an. 1276. *Quod quotieſcumque inſtituetur, Incuratus impoſterum in dicta Eccleſia, ſeu etiam Capellanus, qui in dicta Eccleſia curam habeat animarum, etc.* (2) † Non curatus. Chart. Mſ. Gaufr. epiſc. Carnot.

† INCVRIABILIS, forte pro ſincerus, non affectatus, to. 10. Ordin. reg. Franc. p. 485.

† INCVRIALIS. (1) Qui officia ciuilia exercet. Ch. Mſ. an. 1309. V. *Curiales* 1. (2) Ruſticus, inhumanus, Germ. unhöflich. Acta SS. t. 2. Sept. p. 435. V. *Curialis* 4.

INCVRIALITER, inhumaniter, in Concil. Auenion. a. 1326. can. 4. V. *Curialiter*.

INCVRIOSITAS, incuria, negligentia. Canones Poenit. apud Marten. t. 4. Anecd. c. 44.

INCVRRAMENTVM, vt infra *Incurrimentum*. Litterae ann. 1273. apud Rymer. to. 2. p. 13.

INCVRRATORIA, V. *Curratorium*.

INCVRREGVTVS, mulctae et confiſcationi obnoxius. Conuentio Raimundi Comitis Barcinon. cum Ermengaudo Comite Vrgell. an. 1064. Marcae Hiſp. c. 1128. V. mox.

† INCVRREMENTVM, bonorum confiſcatio, Gall. *Encorrement*. Ch. Mſ. a. 1284. V. *Incurrimentum*.

INCVRRERE. (1) INCVRRI ALICVI, in mulctam Principis incidere. Statutum 2. Weſtmonaſt. col. 37. *Statutum eſt, quod eiusmodi tenentes capitalibus dominis aut Regi Incurrantur.* Haud eadem prorſus, vt videtur, notione in Homagio a. 1320. apud Rymer. to. 1. pag. 314. *Conceſſi quod omnes terrae meae, quas de ipſo Sauarico teneo, Incurrantur de me et haeredibus meis, ipſi Domino Regi et haeredibus ſuis in perpetuum, ad faciendum et diſponendum inde pro voluntate ſua.* (2) † Confiſcationi obnoxium eſſe. Libert. Montisfer. Mſ. a. 1291. INCVRSA TERRA, mulctae et confiscationi obnoxia. Ch. ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 836.

INCVRRILES AQVAE, quae non fluunt, V. *Curriles aquae*.

IN-

Digitized by Google

INCVRRIMENTVM, INCVRSVS, [illegible]lcta, quam quis incurrit, bono[illegible]m confiscatio, *Encourrement*, in [illegible]suetudine Burdegalensi art. 82. [illegible]rta an. 1264. in Regesto Comi[illegible] Carcassonae f. 26. *Pro parte [illegible]ra proponebatur, quod ratione in[illegible]dictionis, quam nos habemus in ci[illegible]ate Albiensi, Incurrimenta haere[illegible] et faidimentorum pertinebant ad [illegible]s, etc.* INCORREMENTVM. Charta a. 1233. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. p. 496. INCVRSIO, eadem notione, apud Rymer. to. 1. p. 734. in Litteris a. 1361. INCVRSVS, eadem significatione. Charta an. 1231. in Regesto Tolos.

† INCVRSAX, *crebro faciens incursiones*, ap. Laur. in Amalth. Occurrit ap. Sidon. l. 8. ep. 12.

INCVRSIO. (1) Confiscatio, V. *Incurrimentum*. (2) Ius bona alicuius fisco addicendi. Ch. a. 1499. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. pag. 388.

INCVRSVS (1) Lactantius lib. 4. c. 27. *Denique si constituatur, et is, quem constat Incursum daemonum perpeti etc.* Rursum: *Hominumque mentes motas, et malis Incursibus furiatas in sensus pristinos reponebat.* Iulius Toletanus in Prognost. lib. 1. c. 18. *Malignorum spirituum saeua vel cruenta Incursio.* Sextus Platon. de Medicina Animal. lib. 1. cap. 9. num. 16. *Efficit vt nec caducus fiat, nec phantasmata incurrat.* (2) Concursus hominum frequentia. Epistola Deodati PP. inter Concil. Hisp. tom. 2. p. 461. (3) V. *Incurrimentum* (4) † Qui poenam confiscationis incurrit. Curia 2. general. Tarracon. (5) † Actio qua quis poenam vel offensam incurrit. Ch. Ms. Phil. V. a. 1317.

INCVRTIS, idem quod *Curtis*. Sugerius in Ludouico VI c. 2.

INCVRVARE. (1) Subiicere, ditioni suae asserere. Rodericus Toletanus lib. 7. de Reb. Hisp. cap. 10. *Tandem etiam in Hispaniam cisfretauit, et fere suo dominio omnes Arabes incuruauit.* (2 † Obscoeno sensu. *Quando masculus masculum incuruat*, in Scripto cui titulus: *Ad peccatorem Sodomitam.*

INCVRVATIO, demissio, submissio. Concil. Tolet XI. c. 5. *Placuit definire qui nullis habitis rebus propriis aut in quocumque peruasores exstiterint - - - nulla eos Incuruatione status sui, seruituti hominum deberé addici.*

† INCVS, instrumentum ferreum quo falx acuitur. Lit. remiss. Ms. a. 1465.

INCVSIAE TERRARVM, f. pro *Incuriae Terrarum*, terrae incultae, *incuria* neglectae. Charta an. 1432. tom. 3. nouae Gall. Christ. c. 1204. *Terrarum Incusias in Territorio de Vergomas - - - situatas quae olim fuisse asseruntur cuiusdam pontis disrupti et collapsi, qui vulgariter muncupatur pons Iuliani, omnes ab integro absque diminutione quacumque, cum omnibus pertinentiis suis - - - eidem prioratui de Angulis vniuimus et annexuimus et incorporauimus.*

INCVSTODIA, incuria, negligentia, inaduertentia, in Legibus Kanuti Regis §. 97.

INCVSTODIRE, *in custodio habere.* Barthii Gloss. ex Fulcherio Carnot.

INDAEMONIATVS, vexatus a daemone. Acta B. Osannae, to. 3. Iunii 757.

† INDAGANTER, ferarum vestigia scrutando et persequendo. Colum. de re rust. c. 5.

INDAGES, pro *Indago*, indagatio. S. Orentius lib. 2. Commonitorii de Ebrietate.

INDAGINARE, cingere. Albericus in Chronico MS. ann. 1239. *Duo castra firmauit contra eos, vltra siluas et nemora in partibus istis fecit Indaginari, id est in placeta redigi.* Legendum *Pleisseta*. Vide in hac voce.

† INDAGINARIVS, cinctus. Ch. a. 1249. ap. Schwarz. in Hist. fin. princip. Rugiae p. 221. V. *Indaginare* et *Indago*.

INDAGIO, pro *Indago*. Ianssonius in Auctario Glossarum Isidori: *Indagionem, Inuestigationem.*

INDAGO. (1) In Gloss. Graec. Lat. *Indago* exponitur, παγις ἐπὶ ἀγρίων ζώων

Digitized by Google

ζώων. Apud Matthaeum Paris.: *Indago, quam vulgariter parcum dicimus* (Germ. Hag, Hain.) Ioan. de Garlandia in Synonymis:

Indago siluas siluisque latentia claudit.

Chronicon Hildesheimense an. 1126. *Ducenti vero expeditores Regem praecedebant ad praecidendas Indagines siluae, quae Bohemiam a Saxonia disterminat, dispositi.* Infra: *Tum niuium magnitudine, tum Indaginum incisione fatigati.* Tabular. Abbat. Montis S. Martini an. 1193. *Concesserunt mihi quandam Indaginem sui proprii nemoris, latam decem lanceis sartatoriis.* (2) Electio. Forma Electionis Episcopi apud Acher. to. 8. Spicil. p. 155. *Acta schedula huius Indaginis a corporea trabeatione Verbi diuini au. 910. indictione III. facta electione ista Nonas Ianuarii, regnante Carolo Rege.* (3) † *Circuitus animalium*, in Doctr. Alex. de Villa Dei. (4) † Indicium, probatio. Ch. a. 1889. inter Probat. t. 2 Hist. Occit. p. 24.

INDAMNVM, pro *Damnum*. Charta anni. 1060. apud Stephanot. to. 10. Fragment. Hist. MSS. p. 192.

INDAMPNIS, pro *Indemnis*, in Chartulario S. Vandregesili t. 2. p. 1123.

INDAMPNVS, ἀζήμιος, *indemnis, innoxius*. Supplementum Antiquarii.

INDARDVS, Altissiodorensibus *Indarel*, machina cuius ope naues vehebantur, aduerso flumine, vel locus prope pontem Altiss. vbi talis machina olim existebat. Statuta Capituli Altiss. circa an. 1400. *Singulis annis in festo resurrectionis Domini pro Indardo 7. libras - - - item pro eodem Indardo in festo B. Remigii 17. libras.* V. *Yndardus.*

INDEBILITATVS, debilis. Acta S. Valentini, to. 7. Maii p. 545.

INDEBITARE. (1) Aere alieno obligare, Gallis *Endebter*. Additio 4. ad Capitul. Caroli M. 94. *Nullus Presbyter - - - decimas vendere, aut dare, vel pignorare, aut indebitare praesumat.* (2) † INDEBITARI, aere alieno premi, in Cod. leg. antiq.

INDEBITATVS, contraria notio aere alieno liberatus, apud Mar t. 6 Ampliss. Collect. 307.

INDEBITE, immerito, iniuste. Rol dinus Patauin. de Factis in Mar Taruisina lib. 5. cap. 15 Laur in Amalthea: *Indebito, Contra douere.*

INDEBITOR, in Glossar. Arab Lat. *Deuotus, officiosus.*

† INDECENTIA, insufficientia. dic. Ms. a. 1287.

INDECIMATVS, qui non pendit cimas. Ch. an. 1241. inter Con Hisp. p. 498. c. 1.

† INDECISIM, dicitur de lite iniudicata, Gall. *Indecis*. Arest. Parlam. Paris. a. 1488.

INDEFECTIBILITER, citra defectum, constanter. *Perseuerauit Indefectibiliter vsque ad finem.* t. 1. Martii. p. 545.

INDEFECTIVVS, qui non potest deficere, perpetuo duraturus. Imitat. Chr. l. 3. c. 74. n. 2.

† INDEFENDERE, non defendere, de euictione non cauere. Ch. a. 1152. ap. Lam. in Delic. erud

† INDEFENSE, indistincte, vel nuda conuentione facta, in leg. penult. in fine C. de Constit. pecun.

INDEFENSVS, non defensus, cui nemo patrocinatus est, in Charta anni 1523. apud Ludew. t. 5. 323.

INDEFESA, locus pascuus, V. *Defensa, Defesa.*

† INDEFICIARI, *negare, abdicare, desniar, Prou.* Glossar. Prou. Lat. Cod. 7657.

INDEFLEBILIS, ἄκλαυστος, in Gloss. Graec. Lat.

† INDEGVARE, indagare, tom. 3. Hist. Nem. Prob. p. 33. Hinc. emendanda vox. *Indeguardo* ibid. p. 49. pro *indeguando.*

† INDELIBERATVS, dicitur de eo, quod in sola deliberatione haeret et non perficitur. Acta SS. tom. 4. Iul. p. 319.

† INDELITESCERE, delitescere. Acta SS. t. 3. Iul. p. 224.

† INDEMINVTE, minutatim. Epist. Hadr. 1. a. 776. t. 5. Collect. Hist. Franc. p. 551.

IN-

Digitized by Google

EMNIS, insons, qui nullum fe- damnum. Paulus Diac. in Vitis Emerit.

IMNISARE, damnum praee-, Gall. *Indamnifer*. Charta ann. 6. apud Lobinell. tom. 3. Hist. is p. 585.

IDEMPNITAS, damnum, de- mentum, t. 4. Ordin. reg. Franc. 109.

IDEMPTARE, V. *Indeptari*.

†IDEMVTABILIS, immutabilis. Baldricus Nouiom. lib. 1. c. 61.

†INDENGENTIA, pro indigentia, t. 4. Ordin. reg. Franc. p. 214.

INDENTARE. (1) Veteres dicebant *Occare*, quod occa dentata terrae infringerentur. Gloss. Gr. Lat. *σκαπτος, Fossura, occatio, indentatio*. (2) Dente infringere; Galli dicunt *Mettre la dent dedans quelque chose*. († Metaphor. redarguere, verbis grauioribus appellare.) Sanctus Pacianus Barcinon. Episcop. Epist. 2. (3) V. *Indentura*.

INDENTVRA, Gall. *Endenture*, IC. Anglis idem est quod *Chirographum*, nempe syngrapha, vel scriptura conuentionalis, alii, quae idem continet, quasi parallela, et ab ea decisa in modum dentium, vt pares esse et vna confectae videantur: vt si de rebus in iisdem contentis emergat controuersia, ad contractus veritatem firmandam eaedem *Indenturae* simul aptentur, et invicem sic collatas ex vna eademque confectas charta esse appareat. Eiusmodi *Indenturam* descripsit Will. Thorn. a. 1321. V. Littleton sect. 217. et Rymer. to. 1. vbi exhibet huiuscemodi Chartam Indentatam. Erant autem *Indenturae* non modo bipartitae, sed interdum tripartitae, quadripartitae, etc. pro contrahentium numero, vt est apud Littletonem sect. 370. *Tripartita Indentura* describitur in Monastico Anglic. to. 1. p. 280. INDENTATAE CHARTAE, eadem etiam dictae. Fleta lib. 1. col. 18. §. 4. *Indentatae Litterae* apud Rymer. to. 4. p. 101. et to. 13. pag. 708. *Madox* Formul. Anglic. p. 32. *Scriptum Indentatum*, tom. 2. Monastici Anglicani, p. 83. eiusmodi est *Indentura* illa apud Thomam Wallsinghamum p. 238.

INDEOCRONITVS. Conciliabulum Sardicense sub Iulio I. PP. *Inducentesque nouam sectam Indeocronisti Marcelli mixta Sabellio et Paulo*. Vox indubie corrupta, sed quae idem sonat quod Θεοσυγής, *Deo perosus*, in Gloss. Gr. Lat.

INDEPARATVS, imparatus, apud Marten. to. 3. Anecdot. c. 204.

INDEPTARI, pro *Indipisci* ab *Indeptus*. Festus habet *Indepsare*. Lucifer Calaritan. lib. 3. pro S. Athanasio. *Conspicis interea mandasse Apostolum vt vos Veritati resistentes Indeptemini Episcopi interuentu, vt per sanam doctrinam vestra punita esset blasphemia*. Ita emendant viri docti pro *Indemteminí*.

INDERENZARE, dirigere. Epistola Alfonsi Imp. Hispaniae ad Henricum Comitem Portugalliae.

†INDESTRVCTVS, integer, non destructus. Elmham in vita Henr. V. col. 42.

INDETAMENTIO. Sic apud Baluz. to. 3. Miscell. p. 20. terminatur Priuilegium Domnoli Episc. Cenoman. pro S. Vincentio: *Voluntate nostra perpetim auxiliante Domino capias firmitatem, Ans Iuliani legis Indetamentionem. Actum Cenomanis ciuitate an. XI. regnante Domini nostri Chilperici Regis pridie Nonas Martias*. Clausulam singularem et procul dubio mendosam doctioribus emendandam propono.

INDETERIORARE, deterius efficere, apud Marten. tom. 7. Amplissl. Collect. c. 1044.

†INDETERMINATE, indefinite. Stat. Cadubr. pag. 52. Vtitur Festus.

INDETERMINATVS. *innumerabilis, numerum excedens*. Barthii Glossar. ex Baldrici Hist. Palaest.

INDETRECTABILIS, Engelbertus de S. Mariae virtutibus part. 1. cap. 10. *Qui per Incarnationem Deus factus est homo, assumens omnia, quae ad humanae naturae proprietates Indetrectabiles sine non inconuenientes, aut indecentes, ex parte humanae animae et humani corporis*

pertinebant. Vbi per *Proprietates Indetrectabiles* eas puto esse intelligendas, quae sic humanae conuenirebant naturae, vt ab ea non potuerint detrahi et separari.

† INDEVCIA, inductus, suasio. Ch. Ms. Phil. Aug. ann. 1204. Vide *Inductio.*

† INDEVIABILIS, auia nusquam aberrans. Molin. in Consuet. Paris. tit. 1.

INDEVOTIO. (1) Neglectio diuini cultus, irreligio, Gallis *Indeuotion*, apud Marten. tom. 1. Collect. vett. Scriptor. part. 1. pag. 251. edit. in 4. (2) † Maleuolentia, in leg. vlt. Cod. de duob. reis stipul. et promit. V. Caluin. Lex. Iurid.

INDEX. (1) *Coticula, qua solet aurum explorari.* Sussannaeus in Vocabulario. Vox nota Vitruuio hac significatione. (2) Horologii index horarius, vel ipsa, quae horas sonitu indicat campanula. Regula Magistri cap. 54. (3) *Index canis*, Vide *Canis.*

INDEXTRARII, equites, vt puto, *dextrariis*, seu equis maioribus insidentes. Charta Friderici Ducis Austriae ann. 1309. apud Ludewig. t. 5. p. 534. *Cum centum armatis Indextrariis et cum centum balistariis equitibus.* Quid si legendum diuisis vocibus *in dextrariis.* V. *Dextrarii.*

INDICATOR, accusator. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 4. Apud Lampridium in Commodo: *Indices de Senatu, delatores de Senatu, etc.* V. Cuiacium lib. 6. Obseru. c. 24. et supra *Alator.*

INDICATVRA, aestimatio, pretium. Rob. Constantini Nomenclator insignium Scriptorum.

INDICENDVS, qui dici non potest, ineffabilis. Gloss. Cyrilli: *Indicendus, ἀλεκτος.*

INDICIALIS DIGITVS, V. in *Digitus.*

INDICIARE, dicare, monere. Chron. Modoet. apud Murator. to. 12. c. 1140.

INDICIBILIS, vt *Inlicendus*, Gall. *Indicible*, apud Iohann. Sarisber. Epist. 291.

INDICIBILITER, modo *indicibi* apud D. Calmettum to. 2. Hist. L tharingiae c. XXXVIII.

INDICIO, pro *Indictio*, apud Pa am. V. *Indictio.* 1.

INDICIVM. (1) Specimen rei, G lis *Echantillon*, *Montre.* V. *Dig* (2) † *Forum rerum agenarum dic* in vett. Gloss. Cod. 7641. (3) Pro *insidium*, insidiae. Lit. remi Ms. a. 1461. V. *Indicium.*

INDICTAMENTVM, Gall. *Endi ment*, apud Stanford L. 2. Plac Coron. col. 24. seqq. (vbi multa de Indictamentis) dicitur, vt ait Skenaeus ad Regiam Maiestatem L. 1. c. 1. §. 8. *Cum singuli de malefactoribus interrogantur; et singulatim respondere iubentur, si quos criminosos in prouincia nouerint Nam Indicamentum fit, quando Iustitiarius Regis per suos Clericos priuatim inquiri iubet, de delictis et maleficiis in ipsorum ballia commissis, et singulorum malefactorum nomina referri iubet in tabulas vt per Coronatorem attachiari et arestari possint, vt in itinere Iustitiarii compareant, et coram eo respondeant. Cognitio vero de Indictamento siue de criminibus per Indictamentum inquisitis, pertinet ad Iustitiarii cognitionem.* His consonant, quae habet Spelmannus; qui insuper addit *Indictamentum* esse accusationem 12. ad minus Inquisitorum, iuramento firmatam. INDICTAMENTVM DE VIRIDI, accusatio, delatio cuiusuis delicti in viride lignum commissi, vel etiam mulcta pecuniaria, quae pro eiusmodi delicto exigitur. Charta ann. 1091. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. p. 73.

INDICTARE, accusare; *Indictatus*, accusatus, apud Littletonem sect. 194. et in Libello accusationis Alexandri Neuillii apud Knyghton p. 2721.

INDICTATIO DE VIRIDI, idem ac *Indictamentum de viridi.* Charta ann. 1230. apud Kennet. ibid. pag. 209.

INDICTIO. (1) Idem, quod *Indictamentum.* Charta Edw. 1. Regis Angl. apud Guil. Prynneum in Liber

Digitized by Google

...tat. Angl. t. 3. p. 1141. (2) Annona, tributum, quidquid in praestationem indicitur, *Canon* possessionibus et agris impositus. Salvianus l. 5. *Qui exactionis publicae nomen quaestus proprii emolumenta vertebant, et Indictiones tributarias praedas suas etiam fecerunt.* Infra: *Indictiones tributorias ipsi interdum diuites faciunt, pro quibus pauperes solvunt.* Sidonius l. 13. Epist. 5. Quos - - - *inauditis Indictionum generibus exhaurit. Indictionale augmentum*, apud Ammianum lib. 17. pag. 90. Id est, *superindictum*, de quo tit. Cod. Th. lib. 11. n. 6. *Indictitia onera*, apud Cassiodorum lib. 5. Var. Epist. 14. Asconius in haec Ciceronis verba lib. 2. in Verrem. cap. 2. *Quando illa* (Sicilia) *frumentum, quod deberet, non ad diem dedit? Quando id quod opus esse putaret, non vltro pollicita est? Quando id quod imperaretur recusauit?* obseruat omne pensitationum genus, *Canonis, Oblationis, Indictionis*, in hoc capite positum esse. *Canon* in frumento constitebat, et ad certum diem pendebatur. *Oblatio* spontanea erat; *Indictio*, praeter ordinem et de nouo imponebatur. Haec vera apud antiquos et recentiores *Indictionis* notio. *Exactio noua seu Indictio*, in Conuentionibus Ludouici Regis Siciliae cum Arelatensibus ann. 1385. ex MS. D. *Brunet.* Plinius in Panegyrico Traiani cap. 29. *Nec nouis Indictionibus pressi ad vetera tributa deficiant.* (3) INDICTIO, Latinis appellatur numerus quindecim annorum annis Christi addi solitus, *ad cauendum errorem, qui de temporibus forte oboriri poterat, institutus*, ait Beda de ratione temp. cap. 48. Indictionum mentionem ante Constantini M. tempora non fieri constat; quae aliquot Constantii Imp. primum, ac deinde subsequentium Augustorum constitutionibus adscriptae leguntur in Cod. Th. quarum laterculum contexit Iacobus Godofredus in Prolegomenis ad eundem Codicem. Verum non vna eademque est vbique Indictionum ratio, cum diuerse ab communi vsu interdum attexantur, adeo, vt aliae ab anno 312. aliae ab ann. 313. 314. et 315. consurgant. De nominis ratione non minor est difficultas, etsi ab *indictionibus*, seu functionibus tributariis manasse, constans fere sit opinio, quod vox ipsa *fusionis*, quae *indictioni* tribuitur, omnino euincit, vti in hac voce obseruatum. Sed cur 15. annorum spatio *indictiones* finiri placuerit, quoue tempore id primum vsurpari coeperit, cum multae multorum coniecturae sint, nulla satis probabilis affertur, inquit Petauius. Vide quae in hanc rem congessit Baronius an. 312. n. 104. et seqq. (4) Bannum, proclamatio ante nuptiarum benedictiones, in Praeceptis synodalibus Petri de Collemedio Archiepisc. Rotomag. ann. 1245. V. Inductum 4. (5) INDICTIO PRO ANIMA, quaeuis donatio quae alicui Ecclesiae ea conditione fit, vt pro donantis salute preces fundantur. Charta ann. 1251. t. 3. nouae Gall. Christ. inter Instr. col. 216. (6) INDICTIO STATVTA. S. Gerardus l. 1. Miracul. S. Adalhardi cap. 8. *Exitur ad processionem, venitur ad statutam Indictionem;* hoc est, ad locum indictum et designatum, medio itinere, inter Ambianorum vrbem et Corbeiam, ad quem processionaliter cum sacris reliquiis Ambianenses et Corbeienses conuenire consueuerant *octauis Rogationum.* Hic locus hodieque *Indictum* dicitur, Gallice *Lendit*, teste Mabillonio. (7) † Feriae indictae. Notit. vet. ap. Menag. in Hist. Sabol. p. 135. V. *Indictum* 3. (8) † Idem quod *Sacra* seu diploma principis, labente Imperio Romano, vel quod *Literae de credentia.* V. to. 1. Noui Tract. diplom. p. 333.

INDICTIONALIS INDICTITIVS, V. *Indictio.* 2.

INDICTOAVDIENS, immorigerus. Interpres Irenaei lib. 4. *Filii patribus Indictoaudientes.*

† INDICTOR, qui ius habet indicendi de aliqua re. Libert. ciuit. Mimat. a. 1469.

INDICTVM. (1) Gloss. Lat. Gr. *Indictis, constitutis.* Ebrardus in Graecismo cap. 10. et Willelmus Brito in Synonymis:

Edicunt Reges, indicit festa Sacerdos,
Praesulis Indictum, dic Edictum fore Regum.

Charta Caroli M. in Actis Episcopor. Cenoman. pag. 261. *Quia nostram iussionem atque nostrum Indictum et praeceptum contemsit atque praeuaricauit.* (2) Idem, quod *Indictio*, tributum, apud Symmachum lib. 10. Epist. 41. (3) Nundinae, feriae indictae, publicatae. Libellus Fulconis Comitis Andegauensis an. 1096. apud Holstenium in Collectione Romana part. 2. Pro loco, vbi *Indicti* nundinae fiunt, vsurpat Rigordus an. 1205. † INDICTVM, idem, nundinae, in Lit. an. 1375. to. 6. Ordinat. reg. Franc. p. 144. (4) Bannum, proclamatio. Charta Libertatum oppidi *des Ais* in Biturigib. an. 1301.

INDICVLVM, incerta *notione.* Lambertus Ardensis p. 161. *Hic gradalia et Indicula de area in aream, de domo in coquinam, de Camera in cameram.* V. mox *Indiculus.*

INDICVLVS, vel INDICVLVM. (1) Epistola, sed proprie ea, qua quid praecipitur, seu *indicitur*, quae videtur vocis origo; († vel etiam notitia seu index ad modum epistolae scriptus, quo aliquid *indicatur* aut notificatur.) Nam in Vita sancti Desiderii Episcopi Caduric. cap. 8. habetur *Indiculus Dagoberti Regis*, ad Sulpitium Archiepisc. Bituricensem, quo praecipit, vt eum ad Cadurcensem Ecclesiam ordinet ac consecret. Eiusmodi est formula 6. apud Marculfum lib 1. quae inscribitur *Indiculus Regis ad Episcopum, vt alium benedicat.* Sic porro Dagoberti Indiculus clauditur: *Quod vero indicimus manus nostrae subscriptione, vt mos est, decreuimus roborare.* Interdum tamen pro quauis Epistola hanc vocem deprehendere licet apud Gregorium Turon. lib. 8. c. 2 Marculfum lib. 1. form. 9. lib. 2. form. 42. 50. in Capit. Caroli Magni l. 4. Append. 3. c. 5. etc. INDICVLVM, neutro gen. apud Auitum Vienn. Epist. 28. (2) INDICVLVS, Bedae de Temporum ratione, cap. 47. Tabula cereo Paschali affixa, de qua in *Cereus Paschalis.*

† INDICVS. (1) Belgis *Ingedyct*, quibus *Diik* est agger, Germ. infer. Binnendeich. Ch. a. 1269. in Supp. ad Miraeum, p. 602. *Totam terram de indico et vtdico.* V. *Dicus.* (2) Mendose pro *Sindicus*, in Stat. crimin. Saonae p. 115.

INDIESCENS DIES, dies incipiens, primum diluculum, apud Ludewig. t. 6. p. 163.

INDIFFERENTER. (1) *Sine dilatione.* Ita Glossae MSS. Regiae ad canon. 12. Concilii Nicaeni ἀδιαφόρως, in Gr. Eaedem Glossae ad can. 4. Concilii Ancyrani: *Indifferenter, Indistanter.* Ad can 10. Concilii Laodic. *Indifferenter, sine dilatione, id est, sine prolongatione.* (2) † Promiscue, sine vlla exceptione, Gall. *Indifferemment.* Inquisit. Ms. ann. 1268.

† INDIFFERENTIALIT-ER, sine differentia, indistincte. Iudic. a. 1385. to. 11. Amoenit. litter. p. 231.

INDIFFICVLTARI, difficultatibus impediri. Acta SS. t. 2. Maii. pag. 258.

INDIFFICVLTER, absque difficultate, apud Ioannem VIII. PP. Epist 43.

† INDIFINITE, assidue, continuo. Epist. a. 1097. ap. Murat. t. 5. Antiq. Ital. p. 390.

INDIGENATIO, ius indigenae, apud Rymer. t. 15. p. 37.

INDIGENTIA, quidquid necessarium est ad vitam. Chron. Fontanell. apud Acher. tom. 3. Spicil. pag. 227.

INDIGERIAE, naturae necessaria. Guidonis disciplina Faruensis lib 1. c. 22.

INDIGETARE, inuocare. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 17. *Vestales ita Indigetant, Apollo medice, Apollo Paean.* Verbum ab antiquo *Indu* pro *in* et *citare*, hoc est, *vocare*, ductum, vt contendit Vossius lib. 1. de Vitiis serm. cap. 34. et in suo Etymologico. V. *Indigitamenta.*

IN-

Digitized by Google

IGNANTIA, pro *Indignatio*, in
a S. Carthaci Episcopi. Spicil.
ntanell. MS. p. 220.

DIGNARE, indigne, indecenter
ere, agere, ab Ital. *indegno*, in-
mus. Barel. in serm.

IGNARI, vindicare. Gesta Re-
m Francor. cap. 23.

NDIGNE, immerito. Bulla Ms.
. XXII.

INDIGNVM, iniustitia, molestia, damnum. Charta ann. 1233. ex Chartular. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1333.

† INDIGNVS, ita sese inscribit Richardus Normannor. dux in Ch. Ms. a. 1015.

INDIGRESSA VIA, per quam nemo digressus est, transiuit, in Actis SS. Iunii. t. 2. p. 338.

INDILATE, absque *dilatione*, statim. Fulcherius Carnotensis lib. 1. Hist. Hieros.

† INDIMINVTVS, absque minutione, integer. Hist. Io. VIII. an. 880. to. 9. Collect. Hist. Franc pag. 191.

† INDIRIMENTVS, continuus, non interruptus, tom. 6. Annal. Bened. p. 639.

† INDISACVM, instrumentum rusticum, cuius vsus declaratur in Inuent. ann. 1479. ex Tabul. Flamar. *Item plus vnum indisacum, cum quo est assuetum plantare palmites siue vineas.* Germ. Dusack.

INDISCIPLINABILIS Gall. *Indisciplinable*, indocilis, apud Murator. t. 12. c. 437.

INDISCIPLINATA. Speculum Saxonic. l. 1. art 59. *Si ei tumultus et Indisciplinata, hoc est, insolentias, inobedientiam in iudicio liceat prohibere. Indisciplinata dissensio*, apud Simeonem Dunelmens. an. 1141.

INDISCIPLINATIO, relaxatio a disciplina et a recta viuendi ratione. Possidius in Vita S. Augustini cap. 25. ἀταξία in Graeco.

INDISCIPLINATVS, disciplinae expers, moribus dissolutus, apud Cyprianum Ep. 4. edit. Oxon. Augustinum Ep. 50. ad Bonifacium. *Indisciplinate agere*, in Speculo Saxon. l. 1. art. 54.

INDISCIPLINOSVS, expers disciplinae, *Indisciplinosa loquela*, Eccl. 23. 7.

INDISCISSE, indistincte, generatim, in solidum. Charta XI. saec. ex Chartular. Aprensi fol. 58. *Idem ipse qui vendidi cum vxore, seu filiis ac filiabus meis Indiscisse confirmo.*

† INDISCVSSVS, non examinatus, Gall. ol. *Indiscus*. Epist. Nicol. 1. a. 863. to. 7. Collect. Hist. Franc. p. 394.

INDISGREGABILIS, indiuiduus. Acta SS. Vitalis, et Valeriae tom. 3. April. p. 565.

INDISPAR, inaequalis, in Miraculis S. Seruatii Episcopi Traiectensis,

INDISPENSABILITER, Gall. *Indispensablement*, necessario, apud Robertum Goulet in Compendio Iurium Vniuersitatis Paris. fol. 3.

† INDISPOSITIO TEMPORIS, intemperies. Acta dissolut. matrim. Lud. XII.

INDISPOSITVS. (1) Intestatus, qui sine testamento decedit. Gloss. Gr. Lat. ἀδιάτακτος, *Indispositus*, *V. Inordinatus*. (2) Interdum etiam *Indispositus* idem valet ac inualetudine affectus. Gallis *Indisposé*, S. Augustinus Ep. 217.

† INDISSIMILITER, simili modo. Acta SS. t. 1. Mart. p. 474.

INDISTANTER, incunctanter. Vtitur Matthaeus Westmonast. a. 1244. † Occurrit et pro continue, indesinenter, in Act. SS. t. 6. Aug. p. 478.

† INDISTANTIA, *la propinquita*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

INDISTEMPERATVS, intemperatus. Iacobus de Vitriaco. lib. 3. Hist. Orient. apud Marten. to. 3. Anecd. c. 273.

INDISTRINGIBILIS TERRA, quae inculta est, et vacua. V. *Distringibilis*.

† INDITIALIS, qui indicat rei alicuius veritatem. Ch. an. 943. to. 1. Hist. Treuir. p. 279.

INDITIO, pro *Inditio*, exactio noua et insueta. Conuentiones Ludouici Regis Siciliae cum Arelatensibus an. 1385. ex MS. D. *Brunet*, fol. 7. V. *Inditio*. 1.

Digitized by Google

† INDICTIONARIVM, index. Mag. Gasp. Haslachi. V. *Indiciare.*

INDITVM, V. *Indictum* 2.

INDITVS. Gloss. MS. Reg. c. 1197. *Indita, data siue insinutata. F. insinuata.* Alibi: *Inditur, infertur*, i. in Acta refertur. INDITI PVERI, pueri monasterio *Oblati*, de quibus in hac voce.

INDIVICABILITER, indiscriminatim, absque vlla diuisione. Concil. Armenorum an. 1342. apud Marten. to. 6. Ampliss. Collect. c. 359.

INDIVIDVARE, *indiuiduum constituere.* INDIVIDVATIO, *singularis constitutio*, in Lexico Goclenii.

† INDIVISIO, opponitur diuisioni seu partitioni haereditatis paternae. Ch. Ms. a. 1247.

INDIVISIVM, indiuise, vna, simul. Sententia L. Decani Remensis ann. 1199. e Tabulario Compendiensi.

INDIVOLVS, qui per vim aliquid aufert, Gallis *Voleur.* Praeceptum Caroli C. an. 859. *Indi* vel potius *Indu*, pro *in* antiquitus positum fuisse alibi obseruatum. Vide *Involare.*

† INDOCTVS, *imbecillis, insciis, nepos*, ἀδαημων. Gloss. Reg.

INDOLENTIA, pro *Indoles*, apud Felicem Girwensem in V. S. Gutthlaci. n. 9. 11.

INDOLES, V. *Indolis.*

INDOLETIA, *indolentia, carentia doloris*, in Amalthea ex Glossis.

INDOLIS vel INDOLES. (1) Adolescens, puer. Glossae Gr. Lat. εὐφυὴς, *Ingeniosus, Indolens*, εὐφυία, *hoc ingenium.* Sic in Gloss. MS. Passio S. Arremiae Pureolani Mart. *Dum adhuc Indolis, hoc est, iuuenilis aetatis annos gereret.* Vita S. Aridii Episc. Vapincensis: *Sui quoque moris erat neminem contemnere; et si aliquem ad erudiendum suscepisset, Indolem primo quidem ob rudimenta infantiae blando commendans intimabat magistro, vt teneram iustruens foueret aetatem.* Praesertim vero sumitur haec vox pro puero vel adolescente studioso ac laborioso, et vti vulgo dicimus, *bonae ac praeclarae Indolis.* Gloss. Lat. Graec. *Indolis,* ἐπίκονος, σπουδαῖος. *Indoles,* ἐπίκονοι. Est enim *Indoles*, vt est apud Seruium ad 10. Aeneid. *Imago quaedam virtutis futurae. Spes in puero* in Gloss. Isidori καλὴ ἐλπὶς ἐν νεότέρῳ, in Gloss. Lat. Graec. *Imago futurae bonitatis*, in Glossis MS. Vnde spectat ea potissimum nobilium ac principes adolescentes vel pueros quorum in rebus gerendis virtus spectatur. Ita Crispus *commodae Indolis iuuenis*, apud Eutropium, *Gratianus* apud Ammianum l. 31. *praeclarae indolis adolescens* appellatur. (2) Titulus Principum, adolescentium maxime, honorarius. Monachus Sangallensis lib. 2. de Rebus Caroli M. cap. 15. *Quo etiam tempore epistolam ad vestram Indolem direxit, etc.* Epist. Angilberti Archiepisc. et Andreae Patriarchae ad Ludouicum II. Imp. an. 855. *Quibus auditis omnes vnanimiter pro vestra Indole, omnipotenti Deo gratias egerunt, etc.*

INDOLARIA, pro Indolentia, occurrit apud Sidonium in Epithalamio Polemii. V. Sirmondum ad hunc locum.

INDOLORIVS, Ἀνάλγητος, *stupidus, carens dolore*, in Supplemento Antiquarii.

INDOLVS, sincerus, probus, Gr. ἄδολος, sine dolo. Chartular. Landuenecense. *Ego quaedam mulier Indolis moribus stemate regalium orta, nomine Winargant.* Occurrit non semel in eodem Chartulario.

† INDOMINATVRA, pro *Indomicatura*, dominium. Ch. Ms. ann. 1463.

INDOMINICALIS, V. *Dominicalis.*

† INDOMINICATA, idem. Ch. Ms. a. 1158.

INDOMINICATIO, Vide *Dominicatio.*

INDOMINICATVRA, dominium, proprietas, possessio. Hist. Mediani Monasterii. p. 271.

INDOMINICATVS, adiect. ad dominum pertinens. Ch. Ms. Henr. Imp. a. 1012.

INDOMINICATVS, subst. eadem notione, ac adiect. ad dominum pertinens, proprius, non datus in feudum. V. *Dominicatus*, Subst. et Glos-

Digitized by Google

ossar. Lobinelli tom. 3. Histor. ris.

OMITAS. Aimoinus L. 2. de ac. SS. Georgii et Aurelii num. *Exinde vero, quos per Indomi- m linguae male praesumpserat,*

ORMIS, *insomnis*, ἀκοίμητος, oss. Lat. Graec.

ORMITABILIS, qui non dormit, a dormire nequit, in Libello pre- um Marcellini et Faustini. p. 25.

INDORMITVS, soporatus, torpore affectus, Gall. *Endormi*. Acta SS. t. 3. Iun. p. 460.

INDORSARE. (1) Ioanni de Ianua. *Supra dorsum ponere: quod vulgo dici solet interfellare*; *Endorsser* in Glossar. Lat. Gall. Sangerm. (2) Gall. *Endosser*, chartae dorsum, seu tergum, vel cuiuscunque scripti partem auersam, aut exteriorem inscribere. Proprie vero indorsatae litterae dicebantur *Breuia citationum*, seu *Submonitionum*, quod in eiusmodi breuium, per quae a Rege actori reum in iudicium adducendi facultas dabatur, dorso seu tergo citatio et submonitio ab Apparitore vel *Seruiente*, reo facta, vt in iudicio compareret, adscriberetur: vnde INDORSATIO, executio citationis vulgo in foro Anglicano dicitur. V. Statuta Dauidis II. Regis Scotiae cap. 18. et 41. V. *Redorsare*.

INDRICTO, f. recta, Gall. *Droit*. Vetus traditio apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. c. 23. *Propterea donamus ad Monasteria de foreste nostra - - - vsque in ipso vado in Prumia; et de ipso vado, Indricto vsque in Melina flumen*. Vereor ne legendum sit *indicto*, quasi *indicato*.

INDVBIAE. (1) *Indumentum*. Gloss. Isid. Legendum, vt apud Plautum, *Induuiae*, cui contrarium *Exuuiae*. *Induuiae arboris*, cortices, apud Plinium. (2) Perperam pro *Induciae*. Gl. Isid. *Indubias, belli interuallum, id est, pax bello manente. Indubies, pax bellum inueus*.

† INDVBITANS, certus. Ep. Nicol. I. a. 863. t. 7. Coll. Hist. Fr. p399..

INDVBITANTER, sine dubio, in leg. 3. Cod. Theod. de Haereticis.

† INDVBIVS, non dubius, indubitabilis. Ch. Mf. a. 1217.

INDVCERE. (1) Installare, INDVCTIO, installatio. Prouinciale Eccles. Cantuar. lib. 3. tit. 6. (2) † Abigere, Germ. entführen. Lit. remiss. Mf. a. 1397. (3) † *Caraxare*, in vet. Glossar. Cod. 7641.

INDVCIALIS, INDVCIARIVS, Iohanni de Ianua, spectans inducias; *Appartenant a treues*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.

INDVCIARE, eidem Ioanni de Ianua; *differre per inducias, vel inducias facere et constituere*. Saepius occurrit apud Scriptores inferioris aeui pro moras nectere, procrastinare, differre, vt apud S. Bernardum Ep. 303. Sic recentiores, praesertim Iurisconsulti, procrastinationes, moras et dilationes passim vocant *Inducias*, quamuis Latini hanc vocem non soleant vsurpare, nisi pro pace vel cessatione a bello in certum tempus inter hostes inita Varias iuris *Inducias* exponit Caluinus in Lexico.

† INDVCIATVS, cui induciae concessae sunt. Ch. an. 1372. to. 2. Hist. Treuir. p. 111.

INDVCIVM, induciae, intercapedo, in Vita S. Willibaldi, to. 2. Iulii. p. 511.

INDVCTA. Liber fundationis Monasterii Gozecensis p. 230. *Vbi in breui spe sua frustratus moritur, et super Inductam B. Michaelis sepelitur*.

INDVCTIBILIS, qui facile inducitur. Caelius Aurel. L. 2. Acut. c. 37.

INDVCTILIS PORCVS, sus quae porcellos *ducit* et nutrit, vt videtur, Zuchtsau, quae *Ductrix scrofa* dicitur in Lege Baiw. tit. 12. cap. 4. §. 2. Charta Ottonis Episc apud Schannattum Vindem. Litter. p. 45.

INDVCTIO. (1) Suasio, qua quis inducitur ad aliquid faciendum, apud Ludew. t. 6. pag. 156. Auctor. ad Herennium hac notione dixit. *Quod alieno inductu fecerit*. (2) Installatio, V. *Inducere* 1.

INDVCTITIVS, inuectitius, adscititius. Gloss. Cyrilli *Inductitius*, ἐπείσακτος.

INDVCTIVVS, qui inducit, excitat, mouet. *Inductiua persuasio*, in Chron. Siciliae apud Marten. to. 3. Anecd. col. 97. *Inductiua viae et media licita et honesta*, apud Rymer. tom. 8. p. 453.

INDVCTOR. (1) Qui inducit, impellit, excitat. Gloss. vet. *Inductor*, εἰσακτὴς. (2) V. in *Canis Ductor*.

INDVCTORIVM, pro eo, quod inducitur, vel illinitur. Occurrit apud Nithardum. *Inductorium facere*, apud Plinium.

INDVCTVS, pro Indutus, apud Murat. t. 10. c. 399.

INDVCVLA, *indumentum*, Ioan. de Ianua. Martinius in Lexico et Laurentius in Amalthea addunt, *Vestis interior*.

INDVLCARE, dulce facere. Tertull. adu. Iudaeos c. 13.

INDVLCORARE, eadem notione. Onomast. apud Martinium.

INDVLGENTIA. (1) Lex, qua Imperatores Romani in quinquennalibus et decennalibus leuiorum criminum rei vinculis soluebantur, vt est in Cod. Theod. de indulgent. crimin. (2) Venia, culpae condonatio, poenae remissio. Synodus Pistensis can. 3. (3) In Ecclesia Romana, remissio aut relaxatio poenae vel *poenitentiae* pro peccatis, vel debitae, vel impositae, vti describitur a S. Gregorio Nysseno in Epist. ad Letoium. Ita *Indulgentiam* accipiunt Iurisconsulti, pro poenae relaxatione. Eckehardus Iunior de Casibus S. Galli. cap. 2. INDVLGENTIAE DIES, in Translat. S. Maurini Abb. inter Acta SS. Benedict. saec. 5. p. 338. Coena Domini, sic dicta, quod hac die poenitentes absolui consueuerint. V. *Absolutionis dies*.

INDVLGIBILIS, pronus ad indulgendum, apud Acher. to. 10. Spicil. p. 144.

INDVLSATVS VINO, indulsus vino, inebriatus, apud Ludewig. to. 8. p. 100.

INDVLTOR, qui indulget, parcit et non vlciscitur, tom. 1. Concil. Hisp. p. 231.

† INDVLTVM, Gall. *Indult*, pontificis gratia de re, quae a iure communi aliena est. Bulla Pauli IV. 1599. in Contin. magni Bu. Rom. part. 4. p. 74.

INDVMINA, Papiae, *Indum*. Vetus versio Iosephi l. 17.

† INDVPEDARE, *impedire*, in Gloss. Cod. 7641.

INDVPERARE, pro Imperare, sertim apud Poetas, vt INDV RATOR, pro Imperator, metri tia. Gloss. Lat. Graec. Sangerm. et Supplement. Antiquarii: *Indu rare*, ἐπιτάσσειν. Acta S. Cassiani Mart. apud Fontaninum ad calcem Antiq. Hortae. p. 345.

† INDVPLARE, duplicare, ap. Oefel. t. 2. Script. rer. Boic. p. 692. V. *Duplare*.

INDVRARE, ferre, pati, Gall. *Endurer*. Capitula Caroli C. tit. 36. cap. 34.

INDVRATIO, apud S. Augustinum et Theologos, durities animi, pertinacia, qua quis peccare non desinit. Gall. *Endurcissement*.

† INDVRATINVS, facile indurans. Arnald. in Rosar. Ms.

INDVRATOR. Gloss. Graec. Lat. σομω, *ferrumino*, σὸμωμα, *ferrumen*, σομωτὴς, *indurator*.

INDVRITIA, duritia, obstinatio, peruicacia, apud Rymer. t. 3. pag. 714.

INDVS, INDICVS COLOR, caeruleus, seu *Aureus*, quod id genus metalli ex India advehatur, in Monast. Angl. t. 3. p. 315. 316. et alibi passim.

† INDVSCILE, *endouille*, in Gloss. Lat. Gall. a. 1352. Aliud Cod. 7692. *Indusillae*, *Andoille*.

INDVSIAMEN, *indumentum*, Ioanni de Ianua. *Vestement*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

INDVSIARI, *indui vestibus*, *vel ornari*. INDVSIARIVS, *vestiarius*. Papias. *Indusiatus*, reuestitus, *Indusio* indutus, apud Plautum. *Indusiarii*, *vestiarii*, in Glossis Isidori. Martianus Capella l. 1.

INDVSSATVM, ἐπιδαψιλευθὲν, *abundans*, in Supplemento Antiquarii. *Indussatus*, ἐπιδαψιλευθεὶς, in Glossis Sangerm. Lat. Graec. MSS. ἐπιδαψιλεύομαι, apud Synesium exponitur,

Digitized by Google

nitur. Addo corollarium et auctarium. † Leg. *Indultata*, vel *Indulgitata*, de qua voce Nonius.

† INDVSTRIA, modus, ratio, in Ch. a. 1358. to. 12. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 90.

† INDVSTRIALIS, ad *induſtriam*, ſeu artem pertinens. Ch. a. 1400. in Acceſſ. ad Hiſt. Caſſin. part. 2. p. 507.

INDVSTRIARE, *docere*. Papias et Gloſſ. Iſid.

† INDVSTRIOSE, artificioſe, callide, to. 7. Collect. Hiſtor. Franc. p. 295.

INDVSTRIS, induſtrius. *Ciues in artibus induſtres*, apud Murat. to. 11. col. 22.

† INDVSTRIVS, *fauchons*, in Gloſſ. Lat. Gall. a. 1352.

INDVTIARIVS, V. *Induſiari*.

INDVVIVS, pro Indubius. Charta Hiſpan. apud Sandouallium in Epiſ. Pampilon. p. 62.

† INEA, pro *Aenea*, idem quod infra *Inno*, V. in hac v.

INEBRAE, V. *Inhibrae*.

INEBRIVIATVS, in *breui* ſeu indiculo deſcriptus. Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1 cap. 6. V. *Imbreuiare* et *Inbreuiare*.

INEDAX, ὀλιγοφάγος, in Gloſſ. Graec. Lat. et Supplemento Antiquarii, qui parce edit.

† INEDIBILIS, non edulis, non eſculentus. Ch. Mſ. a. 1266.

INEDICIBILIS, ineffabilis, qui edici nequit, Gall. *Indicible*. Sermo Rabodi Epiſ. Nouiam a. 1081.

INEDIVS, ieiunus. Vita B. Iacobi Philippi tom. 6. Maii. p. 168.

† INEFANS, inter ſpecies aromaticas recenſetur, in Conuent. Saonae a. 1526.

† INEFFICAX, dicitur de exercitu qui nihil obtinuit, in Annal. Victor. Mſ. ad a. 1219.

INEFFIGIABILIS, qui fingi, ſeu figurari nequit. Tertull. de Anima, cap. 24.

INEFFIGIATVS, non figuratus. Tertull. de Anima cap. 9.

INEFFRENATVS, effrenatus, non frenatus. Concil. Treuir. ann. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 241.

† INEFFVGABILITER, ſine effugio. Praecept. Chilper. a. 583. t. 4. Collect. Hiſt. Franc. p. 624.

† INEFRENATVS, i. q *effrenatus*, in Ch. Mſ. a. 1302.

† INEFRONS, *ſenza fronte*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

INELEEMOSYNATVS, cui non eſt erogata eleemoſina. Gerardus Abb. in Vita S. Adalhardi n. 17.

INELIGIBILIS, qui ad aliquam dignitatem non poteſt eligi, in Bullario Carmel. p. 243. c. 2.

† INELIGIBILITAS, facultatis inopia, vt quis ad dignitatem aliquam vel aliquod officium poſſit eligi, vel ab iis repulſa. Stat. S. Flori Mſ.

† INEMBOSCATVS, in inſidiis poſitus. Proceſſ. crimin. a. 1488. V. *Imboſta*.

INEMENDABILE, V. *Emenda* 1.

INEMERIBILIS, non emerendus. Tertull. de Reſurrectione carnis cap. 18.

† INENATABILIS, vnde enatari nequit. Tertul. de Idolol. c. vlt.

INENGIVS, vt mox *Ineptis*. Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 13.

INENNIS, minor, qui nondum annos pubertatis attigit, aut nondum eſt ſui iuris. Speculum Saxon. l. 1. tit. 23. art. 1. *Vbi filii Inennes ſunt, agnatus expeditiorias accipit res.* Vim vocabuli eamdem habet Gallicum *Nonage*, quod paſſim occurrit apud Littletonem.

INEPTITVDO. (1) INEPTITVDO LOCI, locus ad habitandum ineptus, in Bullario Carmel, p. 52. c. 1. (2) † Vox fori, circumſtantiarum repugnantia, cum quis ſcilicet crimine purgatur ex abſentia. Lit. remiſſ. Mſ. an. 1341. (3) † Vitium, Gall. *Defaut*. Ch. Mſ. a. 1303.

† INEPTVS, vitioſus. Areſt. Mſ. an. 1450.

INEQVITARE, equitare, apud Apuleium, lib. 6. et Solinum. cap. 45.

INERASIO, neglecta et omiſſa raſura, in Maceriis Inſulae Barbarae t. 1. p. 175.

INERGIA, vt *Energia*, Iohanni de Ianua. V. *Energia*.

Digitized by Google

INERGVMENVS, pro *Energumenus*, apud Ordericum Vital. lib. 2. pag. 422.

† INERTIA, morbi genus, torpedo. Act. SS. t. 7. Iul. p. 267.

† INERTICVLA, *la vitenigra*, in Gloss. far. Lat. Ital. Ms. *Inerticula vitis*, Plinio, cuius vinum tenue est.

† INERTICVLVS, *remissus, pessimus.* Gloss. vet. Cod. 7641.

INERTICVS, *grauis, ignarus, remissus*, Ioan. de Ianua.

INERTIOSVS, *piger, segnis, tardus*, apud Papiam. Male in Glossis Isidorianis: *Inesis, segnis, piger.* Legendum *Iners*, vel potius *Inertiosus, segnis, piger.*

INERTITVDO, ἀδρανία, *Inertia*, in Supplement. Antiquarii et in Gloss. Lat. Gr. Sangerm.

INESCATORIVM, illecebrae, inuitamentum. Iohan. Sarisber. l. 3. Polycratici. c. 7.

† INESCATVS, metaphorice pro mortuus. Acta SS. tom. 1. Aug. pag. 267.

INESIS, V. *Inertiosus.*

INESSE, pro Interesse vel Esse in. Ionas Monachus Bobiensis in Vita S. Bertulfi Abbat. cap. 6. *In cuius obsequo ego Insui.*

† INEVASIBILIS, vnde euadere impossibile est. Acta SS. t. 6. Aug. p. 196

† INEVITABILIS, mortiferus, t. 20. Collect. Hist. Franc. p. 200.

INEVATIBILITER, ita, vt nullus locus sit euadendi, apud Acher. Spicil. t. p. 291.

INEVENTILATVS, minime ventilatus. *Paleae Ineuentilatae*, in Vita S. Eugendi Abb. c. 2.

INEVITABILITAS, id quo fit vt aliquid vitari non queat, apud Duchesnium t. 4. p. 159.

† INEXAMINATVS, non examinatus, to. 7. Collect. Hist. Franc. p. 294.

INEXAVDIBILIS, *qui facile exaudiat.* Barthii Gloss. ex Baldrici Hist. Palaest

INEXCEPTIONALITER, sine exceptione; V. locum in *Confarreatio.*

INEXEMPLVS, incomparabilis, cuius nullum extat exemplum, vel f. historia seu exemplis insculptis decoratus. Vita S. Leonis PP. III. Iunii. t. 2. p. 580. *In circuitis laminis marmoreis ornauit* (triclinium) *atque marmoribus Inexemplis strauit.*

† INEXIBILIS, cui exire non licet, ap. Stephanot. in Antiq. Bened. Lemov. Ms. part. 1. p. 654.

† INEXPEDIBILIS, inextricabilis, ap. Murat. tom. 2. Script. Ital. pag. 183.

† INEXPERIBILIS, inexpertus. Vet. interpr. Comment. Orig. in Math. tract. 30.

† INEXPIABILITER, modo inexpiabili, to. 10. Collect. Hist. Franc. p. 531.

INEXPLEBILITER, *incessabiliter, perseueranter.* Ita Glossae MSS. ad can. 15. Concilii Ancyrani.

INEXPLORATVS, non probatus. Index veterum Canonum, to. 3. Concil. Hisp. p. 3. c. 2.

INEXPVTABILIS, infinitus, qui supputari ob multitudinem non potest, apud Colum. L. 9. c. 4.

INEXQVISITVS, totus, integer; († vel potius per emtionem acquisitus, V. *Exquisitus.*) Testamentum Widradi Abbat. Flauiniac. saec. 3. Benedict. part. 1. pag. 684. V. *Exquisitum.*

† INEXSOLVBILIS, immensus. Ep. Theodeb. reg. to. 4. Collect. Hist. Franc. p. 58.

INEXTIMABILIS, pro *Inaestimabilis*, immanis, summus, incredibilis. Chron. Estense apud Murator. t. 15. c. 356.

† INFACTIBILIS, qui fieri nequit. Comed. sine nomine Ms.

† INFACTVS, non factus. Ch. Ms. a. 1312.

INFAIDARE, inimicitias exercere, Germ. befehden, in Legg. Edmundi reg. apud Culintonam editis. Vide *Faida.*

INFALISTATIO, poenae species. Radulfus de Hengham in summa parua cap. 3. - - - *Commisit feloniam, ob quam fuit suspensus, vtlagatus, vel alio modo mortis damnatus, vel demembratus, vel apud Douere Infalistatus, vel apud Surthampton submersus etc.* Vbi Editor ac Interpres vocem

a *Falaisiis*, seu marinis aggeribus deducit, quod apud Dubrenses ones in *Falaisiis* extremo supplicio afficerentur: quo casu legendum *Infalisiatus*.

INFALLANTER. (1) Certo, profecto dubio, Ital. *Infallante*. Cod. Ital. pl. t. 1. p. 703. INFALANTER, Act. SS. to. 2. Aug. pag. 587. V. *Fallum* 1. (2) Sine fraude, in Codicill. Caroli Andegau. a. 1481.

† INFALLIBILIS, qui in errorem non inducit. Comoed. sine nomine Mss.

† INFALLIBILITER, i. q. *Infallanter* 1. Constit. Mss. Carmelit.

INFALSARE, adulterare, scriptum corrumpere. Vita S. Gregorii PP. t. 2. Martii p. 205.

INFAMARE. (1) Diuulgare. Acta SS. Martii t. 3. p. 816. V. *Famare*. (2) † Accusare, criminari; vnde INFAMIA, accusatio, criminatio. Ch. Ms. a. 1389.

INFAMATORIVS, contumeliosus, iniurius, in Vita S. Catharinae Sen. t. 3. April. p. 954.

INFAMIA. (1) Vituperium, probrum, detrectatio. Paschasius Radbertus in Epitaphio Walae l. 1. c. 7. (2) † Molestia, oppressio. Ch. Ms. a. 1246. (3) † Accusatio, V. *Infamare* 2.

INFAMIVM, pro *Infamia*. Indiculus luminosus, liber sic inscriptus.

INFANARE, apud Gualterum in Vita Caroli Comitis Flandriae n. 52.

INFANC, INFANG, manuum iniectio, a Saxonico *in*, praepositio, et *Fang*, manus, quasi manu apprehensio, vnde *fangen*, capere. Lex Baiwar. tit. 3. c. 1. §. 3. *Si in eum contra legem manus iniecerit, quod Infanc dicunt, etc.* Ita tit. 4. §. 3. et tit. 5. §. 3.

† INFANCIDIA, mendose pro *in Faucidia*. V. *Faucidia*.

INFANCIO. *Infanciones*, Hispanis dicuntur nobiles inferioris ordinis, quos ii hodie *Hidalgos* vocant, Galli *Escuiers*. Leges Alfonsinae, seu partitae part. 2. tit. 2. lege 13. *Catanes et valuasores son aquellos fijos dalgo en Italia, aque dizen en Espanna Infançones*. Ita *Infançones* etiam appellantur, in Charta Adelfonsi Regis Aragon. aerae 1158. apud Blancam p. 540. Sic vero primitus nobilium ac Militum filii appellati, qui nondum per aetatem Militari cingulo, nec proinde Militari appellatione donati erant: quod etiam apud Gallos obtinuit. Hieron. Blanca in Comment. Rerum Aragon. p. 734. *Militum vox et Infancionum id sonat, vt priori equestris ordinis viros nuncupemus, quos vulgari sermone Caualleros, posteriori vero quos votare solemus Hiiosdalgo*. De Infancionibus Hispanicis et multiplici eorum ordine, nonnulla habet Vitalis, Episcop. Oscensis. *Sunt enim quidam*, inquit, *Infanciones, quidam homines seruitii, siue signi. Infancionum autem alii Ermunii, alii Franchi de Charta vulgariter appellantur. Ermuniorum* (al. *Hermuniorum*) *autem Infancionum alii Barones vel vici homines, alii Mesnadarii, alii simplices milites, alii Infanciones simpliciter nominantur etc.*

INFANCIONA, vxor *Infancionis*, apud Vitalem Episcopum.

INFANCIONIAM SVAM PROBARE, id est, nobilitatem, ingenuitatem, in Charta Alfonsi Regis Arag. a. 1325. apud Blancam p. 807.

INFANS. (1) *Infantes* apud Scriptores non semper dicti nuper nati, et qui fari nesciunt, sed quique pueri apud Afros praesertim, vt obseruat Baronius an. 303. n. 36. ex Victore Vitensi l. 3. de Persecut. Vandal. p. 43. Vbi *Lectures infantulos* exilio traditos scribit. INFANTES, pueri symphoniaci, vulgo Gallice *Enfans de Choeur*. Ordo Romanus. † INFANTES ALBAE, iidem quod Alba induantur, Gall. *Enfans d'aube*. Ch. Ms. a. 1487. INFANTVM OFFICIVM, apud Ioannem Episc. Abrincensem de Offic. Eccles. Id est, puerorum, quod canebant in Natiuitate Domini. (2) INFANTES MONASTERII, iidem, qui vulgo *Oblati*, *Nutriti*, de quibus suis locis agimus. Capitula Theodori Cantuar. cap. 34. (3) Liberi, quomodo *Enfans* dicunt Galli. Glossae MSS. ad Canones Concilio-

rum

Digitized by Google

rum. *Proles*, *Infantes*. Conuentus apud Marsnam §. 3. in Annalib. Franc. Bertin. a. 851. (4) INFANTES ET PVERI, promiſcue, dicti etiam Magnatum filii, qui nondum ex aetatis defectu, feudorum paternorum poſſeſſionem adierant, quae a *cuſtodibus*, vel *tutoribus* deſeruiebantur, donec ad legitimam ii perueniſſent aetatem. Verbi gratia, Fridericus Henrici II. Imp. filius, quem ſpectabat Apuliae ſeu Siciliae regnum ex matris iure, *Infans Apuliae*, appellabatur, *quia iuuenis erat*, ait auctor Chronici Senonienſis c. 19. INFANTES AC PVERI, interdum praeterea indigitabantur, et ſi fortean praediorum paternorum adiiſſent poſſeſſionem, vel certe eorum poſſeſſores audirent. Charta Alemannica 76. Goldaſti: *Notaui diem Martis 4. Non. Octob. ſub poteſtina manu Hludouici Regis et Pueri, et ſub Adalberto Comite.* Charta an. 1088. apud Beslium in Epiſcopis Pictauienſibus: *Sub regimine Regis Francorum, Aquitaniae Ducatum tenente Guillelmo Infante Pictauorum Comite, etc.* INFANTES, appellati in Hiſpania Regum filii. Vitalis Epiſcopus Oſcenſis. (5) Neophyti, recens baptizati. Sanctus Zeno Veronenſ. Epiſcop. Inuitatione 8. ad Fontem. (6) † INFANS AVLAE, puer honorarius, Gall. *Page*. Memor. H. Cam. Comput. Pariſ. (7) V. *Impans*.

INFANTA, vox non recentioris vſus apud Hiſpanos quam *Infantiſſa*, ad deſignandas puellas ex regia progenie oriundas. Concil. Ouet. a. 1115. t. 3. Collect. Concil. Hiſp. p. 325.

INFANTARE, infantium cibo alere, inſtar infantis nutrire. Tertull. l. 1. adu Marcion. c. 14.

INFANTATICVM, ius *Infancionis* vel *Infantis*, quidquid ad eum iure pertinet, *Infantazo*, in Chronico Roderici Cid. c. 2. Charta Adelfonſi Regis Caſtellae aerae 1209. in Hiſt. Segouienſi c. 18. §. 3. 4. ſic claditur: *Anno primo quo Rex ſereniſſimus praefatus Aldefonſus Infantaticum a Rege Fernando patruo ſuo recuperauit.*

INFANTIA. (1) Species hydropiſis. Miracula S. Franciſci Solani to. 5. Iulii p. 900. *Maria Ximenez - - - granida hydropiſi, quam Medici Infantiam vocant, ex natura ſua valde difficiliter ſanabili, toto corpore et ventre intumuit.* (2) INFANTIAE, infantiles luſus, nugae. Vita B. Colenae t. 1. Martii p. 541.

† INFANTIALIS, ad infantiam pertinens, puerilis. Acta SS. t. 2. Iul. p. 502.

† INFANTILITAS, infantia. Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684. *Infantilitas, enfenteté. Infantiliter, enfentiuement. Infantilis, enfenture choſe.*

INFANTIOSVS, *plenus infantia, i. Infantilis*. Ioannes de Ianua.

INFANTISSAE, nobiles puellae. Lucas Tudenſis in Chron. p. 88. V. *Infans* 4. et *Infanta*.

INFANTISSIMVS, apud Prudentium lib. Periſteph. hym. 14. et Paulinum in Epiſt. 12. n. 5. *Ineloquentiſſimus* exponitur in Gloſſis Iſonis Mag.

† INFANTVLA, puella iunior. Acta SS. t. 5. Sept. p. 623.

INFARIA, *non fatua, falſa, aut fatuum efficit.* Gloſſ. Iſid. legendum: *Infatua, non fatua, falſa; Infatuat, fatuum efficit.* V. Graeuium.

INFAS, V. *Impans*.

INFASCIARE, faſcia obuoluere, in Actis S. Franciſci de Paula, to. 1. April. p. 124.

INFASCINABILIS, ἀβάσκαντος, in Gloſſ. Graec. Lat.

† INFASTVS, *in honore poſitus, vel quae ad ſacra pertinent.* Gloſſ. vet. Cod. 7641.

† INFATVATIO, fatuitas. Barel. in Serm.

INFATVATVS. (1) († Hebes, ſtultus, rebus ſuis male conſulens.) Herimannus de Reſtaurat. ſancti Martini Tornac. c. 94. de Hugone Capeto: *Proditione ac dolo Aſcelini Laudunenſis Epiſcopi, nocte Laudunum ingreſſus cum militari manu Karolum Regem cognatum ſuum, qui cognominabatur Infatuatus, in turre Laudunenſi cepit, victumque catenis regno priuauit.* (2) † Fatuus, ſapore carens, t. 6. Collect. Hiſt. Fr. p. 397.

INFAV-

Digitized by Google

INFAVCIDIA, pro *in faucidia*, in Teſtamento Widradi Abb. Flauiniacenſis ſaec. 3. SS. Benedict. part. 1. p. 686. V. *Faucidia*.

INFAVSTITVDO, infortunium, in Miraculis S. Remacli c. 14.

† INFAVSTVS, falſus, infectus, t. 10. Ordin. reg. Fr. p. 486.

INFE, ἄρξον, *incipe*, *Infit*, *Incipit*. Supplem. Ant.

INFEARE, in *feudum*, ſeu beneficium conferre. V. *Infeodare*.

INFECTORIVM, βαφεῖον. in Gloſſ. Lat. Graec. Sangermanens. Locus vbi inficitur ſeu tingitur.

† INFECTVS, nude, pro lepra vel peſte affectus, in Ch. an. 1297. ap. Lam. in Delic. erud.

† INFEDVCIARE, in *fiduciam* ſeu pignus dare, in Ch. an. 821. apud Murat. t. 1. Antiq. p. 587. V. *Fiducia*.

INFELICARE, *infelicem facere*, *affligere*. Papias. Occurrit apud Plautum non ſemel, vt et *Infelicitare*.

INFENDERE, *valde offendere*, *facere iraſci*, Iohan. de lanua; *Correacier*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm. Supplem. Antiquit. *Infendere*, ἐπεπεῖναι, ἐπλιμάτισαι, *Increſcere*, *Infrondeſcere*. Leg. *Intendere*, († ſeu potius *Infindere*.)

INFENDITOR, ἔκδικος, in vet. Gl. Defenſor. Supplem. Antiquarii *Infenditor*, σύνδικος, *patronus*, *defenſor*.

INFENSARE CVRIAM. Quoniam Attach. c. 16. §. 5. *Nec debet Balliuus, ſeu alius index, facere ſe partem in aliquo placito pro aliquo: nec debet dare aliquam rationem pro parte ſua, niſi ad infenſandam Curiam in Wardis petitis, vbi ſectatores ſunt legis minus ſcientes.* Vbi Skenaeus, *Infenſare*, eſſe *Informare* ait, cum ſcilicet iudex ea ſuggerit Aduocatis, quae vel per lapſum, vel per ignorantiam praetermiſerint, iuxta illud Iuris Ciuilis: *Iudex poteſt ſuppłere ea, quae Aduocatis deſunt.*

INFENSOR, accuſator, aggreſſor, qui crimen aut delictum opponit. Auxilius lib. 2. de Ordinat. in praefatione.

INFEODARE, in *feudum* conferre, in Inſtrum. t. 4. Gall. Chriſt col. 593.

INFEARE, in Ch. ap. Puricell. in Ambroſ. Baſil. p. 432. V. *Feudum*.

INFEOFAMENTVM, traditio vel acceptio in *feudum*. Quoniam Attachiam. c. 45.

INFEOFARE, INFEOFFARE, vt *Infeodare*. Prius occurrit paſſim, poſterius vero in Charta an. 1401. apud Rymer. t. 8. p. 206.

INFERCIALE, V. *Inferiale*.

INFERENDA, tributum, quod fiſco infertur. Gloſſ. Lat. Graec. *Inferendum*, εἰσκομιστέον. Additio 4. Capitul. cap. 84. col. 116. *Tributum, quod Inferenda vocatur - - - hoc eſt duo ſolidi pro vacca.* Adde Capitulare a. 829. c. 15. Charta Childeberti Regis Franc. pro Monaſter. SS. Sergii et Bacchi Andegau. *Clementiae regni noſtri ſuggeſſit, quod de curtibus praedictae ſanctae Baſilicae, quae nominantur - - - annis ſingulis Inferendam ſolidos 6. inferendales, et alios 6. de remiſſaria auri pagenſis inferendo in fiſci ditiones reddebant.* Geſta Dagoberti c. 37. *Centum vaccas Inferendales, quae ei de Ducatu Cinomanico annis ſingulis ſoluebantur, etc.* Quo ſpectat Charta Childeberti Reg. Franc. ex Tabular. Corbeienſi apud Bollandum: *Eo quod bonae memoriae proauus noſter Dagobertus quondam Rex per ſua auctoritate manu ſua roborata, vaccas cento ſolduris, eo quod in Inferenda de pago Cinomaneco in fiſci ditionibus ponebatur* (al. *ſperabatur*) *ad ipſam ſanctam Baſilicam annis ſingulis conceſſiſſet.* Perperam *cartas*, pro *vaccas* habet Charta Chilperici Regis apud Mabill. t. 4. Actor. SS. Ord. S. Benedicti p. 623. in qua eodem verba recitantur. Vbi infra: *Vt ſi conſtat antedictus Princeps Dagobertus quondam Rex ipſas vaccas cento Inferadabas* (lege *Inferendales*) *de ſupradicto pago Cinomoneco, quod annis ſingolis in fiſci ditionibus ſperabatur, per ſua auctoritate ad ipſa Faſelica conceſſit, etc.* Fredegarius c. 74. *Quingentas vaccas Inferendales annis ſingulis a Chlotario Seniore cenſiti reddebant.*

INFE-

INFERENTIA, intolerantia. Lambertus Ardenſis apud Ludewig. t. 8. p. 437.

INFERETRARE, *feretro inferre*, apud Lambertum Ardenſem p. 19. V. *Feretrum*.

INFERILIA, infernalia, ſubterranea. Gloſſ. Lat. Graec. *Inferilia*, κατα-χθόνια.

INFERMENTARIA, *tacita*, *diſſimulata*. Ita Papias MS. et Editus.

INFERMITARE. Supplementum Antiquarii: *Infermito*, πέσσω, *ſubigo farinam*.

INFERNALIS MORBVS. *A morbo qui dicitur S. Antonii vel Infernalis*, apud Marten. in Onomaſtico ad calcem t. 5. Anecd. V. *Ignis inferni*.

INFERNALITER, modo pernicioſo, qui *inferni* poenas ſecum trahat, apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 120.

INFERNVM. (1) Anus, podex. Medicina Salern. p. 208. edit. 1622. (2) † Purgatorium, in Offert. miſſae pro defunctis.

INFERRARE, in catenas, ferrum ſeu vincula coniicere. Ch. a. 1302. Hiſt. Dalphin. t. 1. p. 98.

† INFERRATVS. (1) Ferro fixus, t. 3. Hiſt. Nem. Inſtr. p. 205. (2) Incantatus, faſcinatus, to. 7. Bibl. Ciſterc. p. 1.

† INFERRIARE, i. q. *Inferrare*, vox Ital. vnde INFERRIATVRA, actio catenis vinciendi. Stat. Montis-reg. p. 269.

INFERRIRE, pro Inferre, ſcilicet in fiſcum, habetur in Charta Chlodouei III. ann. 692. apud Felibian. Hiſt. San-Dionyſ. p. XII.

INFERTARE, V. *Infertor*.

INFERTIALE, *illacrimabile*, Papias. MS. Sangerman. habet *Inferciale*.

INFERTILITAS, ſterilitas, in Litteris a. 1559. apud D. Secouſſe t. 3. Ordinat. Reg. p. 342.

INFERTOR, dapifer, qui dapes infert, παρασθέτης, in Gloſſ. Lat. Gr. Schol. Iuuenal. Sat. 6. *Miniſter, Infertor*. Gloſſae antiquae: *Infertat, importat, miniſtrat*. Lex Salica tit. 11. *Si quis maiorem, Infertorem, Scancionem occiderit*. Vbi perperam Editio Heroldi *Infeſtorem* praefert.

INFERTVM. Iſidorus l. 20. cap. 3. *Infertum, vinum, quod altario libatur atque offertur*. Gloſſ. Aelfrici: meſſe-vin, id eſt, *Vinum quod ad Miſſam offertur*. V. *Fertum*, *Confertum*.

INFERTVRIA, pro *Infertorium*, vas, quo aliquid infertur, ſiue thus ad thuribulum, vel dapes ad menſam. Charta aerae 1016. apud Yepez in Chron. Ord. S. Benedicti to. 5. In alia eiusd. Rudeſindi, ibid. *id eſt, turibulorum ex auro, cum ſua Offerturia, capſas argenteas, etc.*

INFESTARE, offendere, inuadere. Papias: *Infeſtari, obinrgare, altercari, infectari*. Regiam Maieſt. l. 2. c. 63. §. 1. *Vaſſallus non poteſt Infeſtare dominum ſuum, ſalua fide homagii ſui*. † INFESTARE SE, feſtinare, celerare. Act. SS. t. 6. Iul. p. 47.

INFESTATVS, morbus equinus, *cum equus videtur habere collum parum extenſum, ita quod digitis vix poteſt capi vel aſtringi, et in ſuo motu velut infunditus impedire videtur et eius oculi lacrymantur*. Ita Petrus de Creſcentiis lib. 9. de Agric. cap. 21. Vbi Gallicus Interpres vertit, *Enfeſture*. Italis, *Infeſtato*, eſt qui doloribus vexatur.

INFESTINATIO. Concil. Narbon. an. 791. inter Inſtrum. nouae Hiſt. Occitanae to. 1. col. 27 *Oſtendit quod nullo modo Epiſcopum ponere illuc potuiſſe ob Paganorum Infeſtinationem*; id eſt, *Infeſtationem*, vt lubentius legerem.

INFESTIO. Hiſtoria Monaſterii Nouient. apud Marten. t. 3. Anecd. col. 1155. *Ipſo anno coepit Abbas iam dictus debilitari, ita quod in manibus eius et cruribus puſtulae tumeſcerent, ex quibus ſanies ebulliebat. Quo morbo ſemper inualeſcente, diſcrimen ei impoſitum eſt Inueſtionis, et probandus ad menſem et dimidium in ſequeſtro recluditur*. Videtur legendum *Infectionis* hacque voce contagionem ſignificari, Gall. *Infection*. Sententiam confirmat ſegregatio vnius menſis cum dimidio, tantundem enim temporis ſegregari ſolent, qui peſtilentia inficitur.

INFE-

STOR, pro *Infertor*, Vide in v.

ESTVCARE, per *festucam* in possionem mittere, in Ch a. 1300. Hist. Guinensi. V. *Festuca.*

ESTVMINARE, *mare latrotinan- infestare.* Laurentius in Amalea.

EVDARE, feudum conferre, in udi possessionem mittere. Charta 1270. ex Archiuo Maioris-monasterii. V. *Feudum.*

INFEVDATIO, collatio in feudum, in Charta Caroli Rom. Regis an. 1348. apud Steyer. in Commentariis ad Historiam Alberti II. Ducis Austriae col. 149.

† INFFRENATVS, freno instructus. Acta Inquisit. Carcass. Ms.

INFIBLARE, infibulare, cingere, circumdare et ligare, apud Apicium l. 8. c. 7.

† INFICATIO, *la negacione del debito.* Gloss. Lat. Ital. Ms.

† INFICATVS, INFICHATVS, infixus. Statut. ciuil. Cuman. cap. 30. 96.

INFICERE, pro Inferre, apud Interpretem S. Irenaei l. 2. c. 29.

INFICIARI. Lucifer Calaritanus l. 1. pro S. Athanasio p. 52. *Testis falsus non impunitus eris, et qui accusat inique, non effugiet et tamen fuisti ausus inficiari Athanasium*; id est, falsi criminis accusare, eique iniuriam inferre. INFICIATOR REGINAE, id est, accusator, apud Gregor. Turon. l. 5. c. 49. INFICIATRIX, apud Hepidannum in Vita S. Wiboradae. Apud Nonium *Inficiatores*, dicuntur *falsi criminis obiectores*, ex Cicerone l. 1. de Oratore. In Glossis Graeco-Lat. ἀγυιᾶων, *Perfidus, fraudulentus, inficiator.* Vetus Interpres Iuuenalis ad illud Sat. 13. v. 23.

Quae tam festa dies, vt cesset prodere furem.

Quid tam sacrum celebratur, vt non quotidie deliquant Inficiantes homines. Vbi *Inficiantes* dici videntur homines praui.

INFICIATVS, infectus, corruptus. Miracula S. Gibriani to. 7. Maii p. 621.

INFICIENTIA, negligentia, incuria, apud Marten. t. 2. Amplissi. Collect. col. 1342.

INFIDARE, idem quod *Infiduciare.* Concil. Legion. a. 1012. can. 42.

INFIDELES, qui fidem Christo non habent, vel Regi dominoue feudali iam iurarunt, non seruant. Capitul. Caroli M. l. 4. c. 34. Concil. Dusiac. I. p. 399. V. *Fidelis.*

INFIDELIA, ἀπιστία. Gloss. Lat. Gr. V. *Infidia.*

INFIDELITAS erga Regem dominumue feudalem, in Leg. Longobard. l. 1. tit. 34. V. *Infidelis.*

INFIDIA. Gloss. Graec. Lat. ἀπιστία, *Incredulitas, Infidia, diffidentia, perfidia.* Ita et in Gl. Lat. Gr.

INFIDIS, infiduus. Pactum a. 1232. apud Acher. Spicil. t. 9. p. 283.

INFIDVCIARE, in *fiduciam* seu pignus dare. Lex Longob. l. 2. tit. 29. V. *Fiducia.*

† INFIGERE, inferere. Pontif. Mogunt. Ms.

INFILARE. (1) Vox Italica, Gallis *Enfiler*, filo traiicere. In actis S. Francisci de Paula, t. 1. April. pag. 185. (2) † Filo seu funo colligare. Guido de Vigeu. Ms.

INFILATVRA FICVVM, series ficuum filo traiectarum, in iisdem Actis p. 147.

† INFILÇARE, INFILSARE, filo seu lino traiicere, Gall. *Enfiler.* Stat. ant. Florent. l. 3. c. 12.

INFINALITAS. Guigo Prior Carthusiae de Quadripertito exercitio Cellae c. 25. de Deo: *Nec potest vllo modo, vel pro sua puritate maculari, vel pro sua simplicitate diuidi, vel pro sua immensitate comprehendi, vel pro sua Infinalitate mensurari.*

IN FINE, locutio Gallica, *Enfin*, tandem, Germ. endlich apud Marten. t. 4. Anecd. col. 29.

† INFINGERE, *tangere, vel colonem immutare.* Gloss. vet. Cod. 7641.

INFINIBILIS, infinitus. Apuleius de dogmate Platonis.

INFINITABILIS, *negabilis*, in Glossis Sangerm. MSS. n. 301. Legendum *Inficiabilis.*

INFI-

Digitized by Google

INFINITARE, *in infinitum protrahere*, apud Goclenium in Lexico Philosophico.

INFINITILOQVENTIA, *infinitas sermonis, scil. cum sermo non potest reperire exitum.* Idem Goclen.

INFIRMARE, aegrotare, infirmum esse. Agnelli Liber Pontif. apud Murator. t. 2. p. 182. col. 2. Passiuum *Infirmari* pluries occurrit in Euangelio secundum Iohannem c. 11. et alibi.

INFIRMARIA. (1) Nosocomium, conclaue infirmorum, in Monasteriis praesertim, Galliis *Infirmerie:* in Tradit. Fuldens. l. 3. trad. 53. apud Matthaeum Paris a. 1252. Thomam Stubs de Actib. Pontificum Eboracens. an. 1285. INFIRMARIAE GENERALES, in Consuetudinibus Cluniacensibus a. 1301. e MS. B. M. Deauratae, idem quod *Minutiones generales*, stata nimirum tempora, quibus sanguis Monachis *minuebatur*, seu vena secabatur. INFIRMITORIVM, vt *Infirmaria*, nosocomium, in Chronico Montis-Sereni a. 1170. 1184. apud Willelmum Thorn. a. 1312. etc. INFIRMATORIVM, apud Caesarium Heisterb. l. 1. c. 35. l. 9. c. 2. et in Chronico Montis-Sereni an. 1219. pag. 124. INFIRMERIVM, eadem notione, apud Fontanum Hist. Auenion. pag. 178. (2) Interdum est ipsum *Infirmarii* officium, vt apud Innocent. III. l. 14. Epist. 121.

INFIRMARIVS, officium Monasticum, *Frater, cui cura infirmorum commissa est*, ait Lanfrancus in Statutis Ordinis S. Benedicti c. 9. INFIRMARIAE MONIALES, in Ch. Ms. a. 1249.

† INFIRMATORIA, i. q. *Infirmaria* 1. in Probat. t. 2. Hist. Burg. p. 219.

INFIRMATORIVM, INFIRMERIA, V. *Infirmaria* 1.

INFIRMITAS. († Damnum, calamitas, pernicies. Ch. a. 1401. inter Prob. t. 3. Hist. Nem. p. 157.

INFIRMITATES, feminalia, subucula, aliaue eiusmodi indumenta interiora, sic dicta vel quod pro infirmitate Monachis concessa fuerint, vel quod iis infirma corporis seu pudenda tegerentur. Bernardus in C dine Cluniac. part. 1. c. 74. n. 42

† INFIRMITATVS, infirmus. C Th. Otterbourne p. 189. Vide *firmare.*

INFIRMITORIVM, V. *Infirmaria* 1

INFISCARE, in fiscum redige confiscare. Lex Aleman. tit. 25. 26. *Res eius Infiscentur in publi* Annales Franc. S. Nazarii an. 7 *Possessiones vero vel agros eor omnes Infiscati esse noscuntur.* Vi *Fiscus.*

INFISTVLATVS, morbo *Fistula* dicto laborans, V. in *Fistula* 2.

† INFITEOS, emphyteusis, in Ch. an. 1033. apud Murat. to. 1. Antiq. p. 17.

INFITEVS, *negator rationis meae*, ab *Inficiari.* Ita Iso Magister in Glossis. Videtur legendum *Infitens.* Glossae Lat. Graec. *Infitentes*, ἀρνούμενοι. V. *Inficiari,*

† INFIXERE, pro infigere. Lit. remiss. Ms. a. 1355.

INFLABELLARE, inspirare. Tertull. adu. Valent. c. 23.

INFLABILIS, qui potest inflare, vel inflari, actiue enim sumitur et passiue. Lactantio de Opificio Dei c. 11. Cael. Aurel. l. 2. Tardorum c. 2.

INFLAMIA, inflammatio. Miracula MSS. Vrbani V. PP.

INFLAMINATVS, incensus, quasi flamine inspiratus. Vita S. Marcellinae Virg. t. 4. Iulii p. 232.

INFLATICVS, inflans. *Inflatico tumore turgescens*, in Vita S. Guthlaci t. 2. April. p. 46.

INFLATOR, qui inflat. Gloss. Graec. Lat. ἐμφυσητὴς, *Inflator.*

INFLATVRA, inflatio, Gall. *Enflure.* Miracula MSS. Vrbani V. PP.

INFLEBILIS, V. *Indefletibilis.*

INFLICTIO, (idem videtur quod expositio, expostulatio.) Charta anni 1306. fol. VIIIxx. VII. Regesti Ioannis Comitis Pictau. ex Chartophylacio Regio: *Cum humili inflictione significatum nobis fuit*, hoc est, *afflictione*, vt videtur; hic enim sermo est de querimoniis delatis ad Comitem. *Multa Inflictione corrige*, in Cod. Theod. l. 9. tit. 17.

INFLIN-

Digitized by Google

INGERE, infligere, in Stat. ctiSaonae c. 32.

ORARE. Odo Cluniac. serm. Benedicto: *Plebs vrbana, nobis viris conferta, Clericorum honestis quasi inflorata personis*, Id est, in modum campi dicta floribus. *Ecclesiam possessionibus variis ditatam personis honestis Inflorare*, apud Acherium 8. Spicil. p. 187. *Inflorari, honore florido vigere*, apud Barthium in Glossario ex Gauterio de Bellis Antiochenis.

† INFLVENTIA AQVARVM, inundatio, t. 3. Hist. Nem. p. 19. Instr.

† INFLVOR, influxus, in Act. SS. t. 2. Sept. p. 217.

INFOCARE, verbum Italicum, candefacere, inflammare. Acta S. Franciscae Rom. t. 2. Martii p. 164.

INFODERARE, intus vesti pellem aut pannum villosum assuere. Computus an. 1333. Hist. Dalphin. to. 2. p. 275.

INFODERATVRA, pellis vel pannus villosus vesti assutus, ibidem.

† INFODITVS, pro infossus, Gall. *Enfoui*, in Tabul. Fossat. fol. 3.

INFOEDATIO, pro *Infeodatio*, traditio in feudum, apud Laguille Hist. Alsat. pag. 32. Probat. col. 2. Vide *Feudum*.

† INFOEDERABILIS, implacabilis, inexorabilis. Acta SS. to. 3. Sept. p. 163.

INFOEDERABILITER, implacabiliter, sine foedere. Petrus Damianus in Vita S. Odilonis c. 10.

INFOLLARE, V. *Follis* 3.

INFOLLONICATVS. Gloss. Graec. Lat. ἀκκαθος, *Rudis*, *Infollonicatus*, *Impolitus*. Sic etiam MS. qui fullonis operam non habuit.

INFORARE, *In foro placitare*, Gloss. Isid. Plautinum verbum, quod interpretantur, in ius vocare.

INFORCERE, munire. Charta Communis Suession. apud Perardum p. 336. V. *Infortiare*.

INFORCIA, vis, violentia, Gall. *Force*. Charta Philippi Franc. Regis in Hist. Harcur. to. 4. p. 1347. V. *Fortia*.

INFORCIAMENTVM, munitio. Priuilegium a. 1265. ex Chartul. S. Ioannis Carnot. V. *Fortia*.

INFORCIARE, vt *Infortiare*, munire, V. in hac voce.

INFORCIATI SOLIDI, quorum materia purior erat minimeque adulterata, V. *Moneta Fortis* in *Moneta*.

INFORCIATVM RVBRVM, Gall. *Rouge foncé*, spissius, minusque lucidum, in Actis Episcoporum Cenoman. p. 390.

INFORESTARE, in siluam conuertere, i. q. *Afforestare*, ap. Matth. Paris. a. 1245. V. *Foresta*.

INFORMACEVS, *formarius paries, qui duabus tabulis circumdatis, tamquam in formam infercitur*, in Amalthea.

INFORMARE, docere, monere. Gall. *Informer*, apud Lobinell. in Gloss. to. 3. Hist. Paris. INFORMARE SE, inquirere, Gall. *s'Informer*, in Diplomate Xysti IV. PP. t. 3. Concil. Hispan. p. 687. INFORMARI, edoceri, certum fieri, Gall. *Etre Informé*, apud Rymer. t. 6. p. 662.

INFORMATIO, Gall. *Information*, inquisitio. Apud D. Brussel to. 1. de Feudorum vsu p. 233. Occurrit alibi.

INFORMITAS, deformitas, apud Iulianum Toletanum lib. 3. Prognost. c. 30.

INFORNARE, verbum Italicum, Gallis *Enfourner*, panem in furnum immittere, inducere. Occurrit in Memoriali Potestatum Regiens. ad an. 1288. apud Murat. to. 8. col. 1147. V. *Infurnare*.

† INFORRARE, pellitio instruere. Stat. Placent. l. 6. V. *Infoderare*

INFORTES, pro *Fortes*. Cathwplus in Epistola ad Carolum Magnum.

INFORTIARE. (1) Munire, Gall. *Fortifier*. Charta a. 1195. apud D. Brussel de vsu Feudorum t. 2. pag. XVI. V. *Fortia*. (2) † Securiorem facere. Ch. Ms. a. 1234. (3) † *Fortiam* seu vim inferre, Gall. pl. *Inforser*. Lit. remiss. Ms. a. 1385. V. *Fortia* 2. (4) † *Infortiare curiam*, eam competenti iudicum numero munire. Iudic. Ms. a. 1267.

INFORTIATI, species monetae *fortis* seu purioris minusque adulteratae. V. *Moneta Fortis* in *Moneta*.

† INFORTIATIO, munitio, in Ch. Mſ. a. 1256.

INFORTIATVM, pars vna Digestorum Iuris, quod barbari nostri Iurisconsulti in tres partes diuisere, *Digestum nouum*, *Infortiatum*, et *Vetus*: quae nomina Bulgari et Azonis saeculo nata tum primum aiunt, nomenclationis etymo hactenus incerto, cuius quidem meminit Robertus de Swapham, qui vixit sub Henrico III. Rege Angliae, in Chronico Monasterii Petroburgensis: quo loco ait, Benedictum, eiusdem Ecclesiae Abbatem, qui mortuus est anno 1194. descripsisse plures libros iuridicos, atque in iis *Institutiones Iustiniani*, (sic) *cum Authenticis et Infortiato*, *Digestum vetus*, *tres partes*, *cum Digesto nouo*, *summam Placentini*; *totum corpus Iuris in duobus voluminibus*. Apud Seldenum in Praefat. ad Angliae Historicos, editos anno 1652. n. 8.

† INFORTIATVS, dicitur in foro ecclesiastico is, in quem vltima monitio seu excommunicationis sententia lata est. Sentent Mſ. a. 1246.

† INFORTIFICATIO, opponitur *Infortiatigni*. Ch. Mſ. a. 1376.

INFORTVNARE, infortunatum reddere. Praefatio pro benedictione coniugum in Missali Paris.

INFORTVNIOSVS, infortunatus, apud Guibertum l. 3. de Vita Sua cap. 3.

† INFORTVNIVM, maleficium, scelus, in Probat. to. 1. Histor. Nem. p. 180.

INFRA, passim pro *Intra*, vnde Italicum *Fra*. INFRA BREVE, breui, propediem, Gall. *Dans peu*, apud Rymer. t. 4. p. 633. col. 1. INFRA SE, vel INTRA SE, quod Galli dicunt, *A part soi*, *en soimesme*. Acta S. Ceciliae Virg. et Mart. *Tunc Valerianus respiciens*, *coepit intra se legere*, *etc.* Mox: *Cumque hoc Infra se legisset*, *etc.*

INFRACTIO ATRII ECCLESIAE, pro qua solent exigi 30. libra, vt est in Epistola Droconis Episcopi Bellouacensis ad W. Coëpiscopum. INFRACTIO BVRGI, *Castri*, *Vrbis*. V. *Burgbrech*. INFRACTIO PACIS, *vel ordinis*, *vel Christianitatis*, *vel legalitatis*, in Leg. Henrici I. Reg. Angl. c. 21.

INFRACTOR, qui infringit, violat, destruit, apud *Madox* Formul. Angl. p. 240.

INFRACTVRA. (1) Delictum, crimen, vel quidquid leges *infringit*, et contra eas fit. Leges Henrici I. Regis Anglic. cap. 68. *Redduntur duae librae pro Infractura ordinis*, *etc.* Charta Caroli C. apud Doublet. in Hist. Sandionysiana c. 788. (2) Effractura, actio effringendi. Inter Formulas Bignonianas art. 26. exstat *Cautio de Infracturis*, cuius initium ita concipitur: *Contigit quod cellarium vel spicarium vestrum Infregi*, *et exinde annonam vel aliam raupam in solidos tantos furaui*, *etc.* INFRACTVRA BVRGI, V. *Burghbrech*. INFRACTVRA CHEMINI. Charta Communiae Meldensis an. 1179. *Si quis in chemino in alium violenter manus iniecerit*, *et clamor inde processerit*, *et de hoc conuictus fuerit*, *Infracturam chemini forisfractor* 7. *solidis emendabit*. INFRACTVRA ECCLESIARVM, in Capitulis Caroli Calui, apud Baluz. t. 2. Capit. col. 150.

† INFRAMISSIO, quidquid alicui possidendum assignatur, et in ius, possessionem mittitur. Ch. an. 1227. apud Murator. to. 4. Antiquit. pag. 440.

INFRAMITTERE, interponere, Gall. *Entremettere*, a voce *Mittere*, *Mettre*. Ratherius Veron. Episc. in Apologetico.

INFRAMVRANEVS, infra seu intra muros vrbis, vel castri. Gregorius Turon. l. 7. c. 22.

INFRANARES, mystax, superioris labri barba. Gloss Sancti Benedicti: *Infranares*, *μύσαξ*. V. Sidonium l. 1. Ep. 2.

† INFRASIA, ornamenti species, Gall. *Fraise*. Ch. Mſ. a. 1360. *Infrasia de argento*, *et corrigium vnum de argento*. V. *Aurifrigium* et *Orfresium*.

IN-

Digitized by Google

INFRAVDARE, defraudare. Act. SS. t. 2. April. p. 429.

† INFRENDA, pro *Inferenda*, in Capit. Caroli M. a. 770. t. 5. Collect. Hist. Fr p. 719.

INFREQVENTATVS, infrequens, rarus. Sidonio l. 4. Epist. 10. et l. 9. Epist 15.

† INFRESCAYRARE, herbis recentibus vel arborum ramusculis locum refrigerare. Comput. a. 1400. inter Prob. t. 3. Hist. Nem. p. 150. Vide *Fresqueria.*

INFRIGDARE, refrigerare, *Rafraischir.* Alexander Iatrosoph. l. 1. de Passionib.

INFRIGIDARE, ead. notione. *Aestivo tempore vinum Infrigidare*, in Chron. Mellic. p. 417.

INFRIGIDATVS, frigefactus, rigens frigore. In Actis SS. to. 1. Iulii p. 586.

INFRIXATVRA, fimbria. Constitut. Fredereci Regis Siciliae c. 93.

† INFRONITVS, i. q. *Infrunitus, foul, indiscret*, in Gloss. Gall. Lat. Cod. 7684. V. *Frunium.*

INFRONTARE. (1) Terminari, Gall. *Aboutir.* Charta a. 855. Marcae Hispan. col. 789. (2) INFRONTARE SESE, opponere sese, quasi frontem fronti opponere. Isidorus Pacensis in Chron. aera 769.

INFRONTATIONES, fines, limites, apud Mabillonium to. 5. SS. Bened. p. 89.

INFRONTATE, impudenter. Fulgentius: *Catillare est per alienas domos Infrontate gyrare.*

INFRONTATVS, impudens, absque fronte, infrunitus. Concil. Ticinense sub Benedicto VIII. PP. in Praefat.

INFRONTVOSVS, vt *Infrontatus.* Rolandinus Patav. de factis in Marchia Taruisina l. 10. c. 16.

INFRVCTIFER, qui non fert fructus. Non semel legitur in Chartis: *Arbores fructiferae et Infructiferae, etc.*

INFRVCTVARE, fructus, seu grana in terram mittere. *Enfruiter*, in Consuetudinibus municipalibus.

INFRVCTVS, vsusfructus. Charta Officialis Remensis a. 1238. in Tabulario Compendii.

INFRVNITAS, dementia. Translatio S. Guthlaci, t. 2. April. p. 56. Vox *Infrunitus* non semel occurrit apud Senecam et alios recentiores pro Imprudens, fatuus, insipiens. V. *Frunium.*

INFRVNITVS, V. *Frunium.*

† INFRVTECTVS, qui non fert fructus. Chart. S. Vict. Massil.

† INFVBILITVS. *Vsque in balma infubilita*, in eodem Chart. forte quae immediate subtus est.

INFVCATE, absque fuco, in Instrumento t. 3. nouae Gall. Christ. col. 146.

† INFVCATVS, sincerus, sine fuco. Elmham. in vita Henr. V. c. 89.

INFVGARE, in fugam agere, coniicere. Io. Biclarienſis: *Claudius vix cum 300. viris 60. millia ferme Francorum noscitur Infugasse.*

INFVLA, casula, planeta, vestis sacerdotalis. Hugo a S. Victore in Speculo Eccl. l. 1. c. 6. *Casula, quae alio nomine planeta, vel Infula dicitur*: vbi perperam editum *Infusa.* Statuta Ecclesiarum Cadurc. Ruthen. et Tutel. apud Marten. t. 4. Anecd. col. 716. *Infula seu casula quae alias vestes cooperit caritatem significat, quae virtutes continet in se omnes.* Inuentar. Eccl. Nouiom. an. 1419. *Item vna alia Infula nigra de sargia foderata de tela viridi.* Statuta Synodalia Alberici Episcopi Placentini an. 1298. *Nullus Presbyter seu Rector Ecclesiarum ciuitatis - - - debeat portare Infulas sub biretis.* In vltimo hoc loco *Infulas* intelligo *Fascias* ad tegendum caput vel ornandum: qua notione vocem *Infula* vsurparunt Latini. Qualis autem fuerit antiquorum Infula docet Seruius in librum 10. Aeneid. Virgilii: *Infula*, inquit, *Fasciae in modum diadematis, a qua vittae ab vtraque parte dependent: quae plerumque lata est, plerumque tortilis ex albo et cocco.* INFVLAE ECCLESIASTICAE. Translatio SS. Sebastiani et Gregorii, saec. 4. Benedict. part. 1. p. 396. *Religiosa Monachorum concio ecclesiasticis Infulis redimita stabat prospectans, vnanimi deuotione vniuersalibus Officiis animata, vt pro-*

tectori ac patrono perenniter habituro congrua ſuſcipiendi ferret obſequia.

† INFVLAE PRAEFECTVRAE, pileus, quo praefectus Romanus dignitate inueſtiebatur. Caelemon. Rom. Mſ. † INFVLAE RECTORIALES, ornamenta quae ad Rectoris dignitatem. Statut. Vniuerſ. Aquenſ. a. 1483. † INFVLA, pro quouis pileo, in Statut. pro comit. Venaiſſ.

INPVGES, ἄπυγος, *qui est tristis natibus*, in Supplemento Antiquarii.

INPVRATVS, *inpurus semper*, in Glossar. Sangerman MSS. n. 501.

INPVRICIA, *immunditas, immundicia, spurcitia, inlunies*, ἀκαθαρσία, in Gloss. Graec Lat.

INPVRIMVS, V. *Impurimus.*

INQVADRVS, quadratus, Gall. *Quarré.* Charta apud Eccardum Orig. Habsburgo Austriac. col. 110. *Iuxta magnos et Inquadros lapides muri.*

INQVAESTA, inquisitio, Gall. *Enqueste.* Non semel occurrit. V. *Inquesta.*

INQVANTARE, V. *Incantare*, 2.

INQVANTATOR, V. *Incantatores* 2.

INQVANTVS, V. *Incantum.*

† INQVARTARE, pro *inquantare* in Stat. Vercell. lib. 1. p 19.

INQVASSABILIS, qui quati non potest, inconcussus, vtitur Archithrenius in Prologo.

† INQVASSABILITER, inconcusse, ap. Marten. tom. 8. Ampl. Coll. p. 438.

INQVASSATVS, V. *Inquissatus.*

INQVASSIBILIS qui quassari non potest, seu infringi; in Chartulario S. Vandregesili, tom. 1. p. 880.

INQVERITVS, ἀζήτητος, *Indiscussus*, in Supplemento Antiquarii. † Leg. *Inquaesitus.*

IN-

INQVESTA. (1) Inquisitio iudiciaria, Gall. *Enquete*. Passim occurrit. V. *Inquisitores*. (2) † Quod propter *Inquestam* domino vel iudici soluitur. Ch. Mss. a. 1527.

† INQVESTARE, inquirere, interrogare, in Lit. remiss. Ms. a. 1391.

† INQVESTICIO, inquisitio, to. 7. Ordinat. reg. Franc. p. 661.

INQVESTIO, idem. Lex Salica a Carolo M. emendata, de homicidiis Clericorum, art. 2. edit. Eccardi p. 171. *Si autem statim in prima Inquisitione Comiti responsum fuerit.* MS. Guelf. habet *Inquestione*.

INQVESTVS. (1) († Testis, vt videtur, qui in *inquesta* audiendus profertur.) Census et debita Bigorrae fol. 3. ex Camera Comput. Paris. *Raimundus, Garsias et Willelmus la Masa dederunt Comiti Enqnestos y ante aquam et s. retro aquam, qui dixerunt veritatem de la Ost, de Laueda, secundum quod ipsi viderunt et audierunt de Ecclesia S. Martini, et de honore, qui ibi pertines de Gallegos, dederunt Inquestos, et hostes Comitibus Bigorrensibus.* V. *Questa*. (2) Pro Inquisitus. *Inquesta diligentius veritate*, in Charta a. 1242. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 2. p. 1497.

INQVIES, strepitus, turba. Vita S. Vdalrici t. 3. Iulii. p. 150. *Inquies nocturna*, Plinio lib. 14. cap. 22. molestia est, seu vigilia. Alibi *Inquies*, adiectiue dixit pro Inquietus, vt et Apuleius, etc.

INQVIESCERE, quiescere. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 52.

† INQVIETARE, molestare, turbare. Suger. in vita Ludou. Grossi.

† INQVIETAS, INQVIETATIO, INQVIETVDO, molestia, vexatio. Praecept. Caroli M. a. 779. tom. 5. Collect. Hist. Franc. p. 741. Aliud Rob. reg. an. 1008. to. 10. Ibid. p. 592.

INQVIETATOR, qui inquietat, turbat, molestus est. Tertull. de Spectaculis, cap. 23.

† INQVIETVDO, strepitus, quo alii turbantur. Stat. Ms. Praemonstr. V. *Inquietas*.

INQVILINA, quae alicubi habitat, instar inquilini. *Anima Inquilina est carnis*, apud Tertullianum de Resur. carnis cap. 46.

INQVILINATVS, habitatio inquilini, apud eumdem Tertull. de Anima cap. 38. et Sidon. lib. 5. Epistol. 19.

† INQVILINVS, *sergeant*. Glossar. Lat. Gall. Cod. 7692.

† INQVIMATISMA, *infusio*, in Gloss. Ms. Alex. Iatrosoph. l. 1. c. 85.

INQVIMATIZARE, infundere. Ita Glossae MSS. ad lib. 1. Passionum Alexandri Iatrosophistae: *Multi etiam ex ipsis opium praesumpserunt Inquimatizare*. Ex Graeco ἐγχυματίζειν.

INQVINARIA, lues, contagio. Papias in MS. Bituric: *Contagium, Morbus dictum - - - ipse Inquinaria sine pestilentia, vel lues dicitur.* Forte legendum *Inguinaria*. Vide in hac voce.

INQVIRERE, perquirere. *Furem Inquirere*, in Lege Longob. l. 1. tit. 25. §. 55. Adde §. 50.

† INQVIRIMENTVM, acquisitum aere proprio. Ch. ann. 1160. inter Probat. t. 2. Hist. Occit. p. 576. V. *Acquerementum*.

INQVISITIO. (1) Tributum, exactio publica, *Quaesta*, vel quod ab *Inquisitoribus* indicebatur, et exigebatur, vti infra obseruamus. Leouigildus Cordubensis Presbyter lib. de Habitu Clericorum: *Quem Inquisitio, vel census, vel vectigalis, quod omni lunari mense Christi nomine soluere cogitur, retinuerit, etc. Census Inquisitionum*, dixit Lex 5. Cod. Theod. de Censu. (2) † Lis, causa; vnde INQVIRERE, litem instruere. Lit. an. 1079. to. 4. Ordin. reg. Franc. p. 48.

INQVISITIONALES ARTICVLI, Gall. *Les articles d'une Enquete*. Charta anni 1376. to. 1. Hist. Dalphin. p. 82. † INQVISITIONALES TITVLI, in Chr. Ms. an. 1501

INQVISITORES, appellati extra ordinem in prouincias delegati, de tributis ac vectigalibus cogniturі. *Inquisitor Galliarum*, in veteribus

Digitized by Google

Inſcriptionibus. Maxime vero ita dicti, qui a Regibus Franciae in prouincias delegati, id munus obibant, quod olim Miſſi Dominici ſub prima et ſecunda Regum ſtirpe, et *Iuſtitiarii itinerantes* in Anglia. ii e *Magiſtris Parlamenti* delecti, mittebantur in dioeceſes, vt de Balliuorum, Iudicum, aliorumque Miniſtrorum Regiorum exceſſibus inquirerent, et de iis ad *Parlamentum* referrent. Nangius in Geſtis S. Ludouici pag. 366. *Super forefactis, quae tam ad perſonam ſuam, quam ad Praepoſitos et Balliuos ſuos ſpectabant, mittebat pluries per regnum ſuum Inquiſitores diligentes et fideles; et inuentas iniurias emendari et reſtitui faciebat.* INQVISITORES OFFICII *Iuſtitiae Aragonum*, qui a Rege delecti, in ſummum iuſtitiae Magiſtratum, quem iuſtitiam vocant, ſeu in illius facta, conſilia, et delicta inquirunt. V. Blancam in Commentario Rerum Aragon. pag. 771. INQVISITORES FOREFACTORVM *in Bailliuiis a D. Rege dati*; quibus ſcilicet incumbebat forefacta, i. emendas, a damnatis iudicio Balliuorum exigere, et ex iis debita Regum perſoluere, et male aut contra iuris ordinem exactas et perſolutas emendas *reſtituere.* Ch. an. 1279. 1260. INQVISITORES FORESTARVM, qui extra ordinem mittebantur in prouincias ad examinanda foreſtariorum et aliorum in foreſtis publicis delicta. INQVISITORES TABVLAE, curia generalis Cataloniae in villa Perpiniani, ſub Petro Rege Arag. an. 1333. V. Tabulam tenere. INQVISITORES FIDEI, ex quo in Gallias ſeſe immiſit haereſis, a qua diu, vt auctor eſt Sulpitius Seuerus fuerant intactae, dedere operam Chriſtianae gentis Principes, vt in ipſis initiis euelleretur, vel ſaltem, ne altius radices ageret, miſſis identidem in prouincias ea labe infectas, viris vitae probitate ac ſcientia probatis, fidei Inquiſitoribus, qui in haereticos grauius inquirerent, eorum explorarent prauas opiniones, ad rectam fidem reducere, conarentur, qui ab ea defecerant, et in errore perſeuerantes pertinacius tandem mnarent, curarentque vt a Iu bus ordinariis iuſta de iis poen geretur. Eiusmodi *Inquiſitorum* primum auditum in Gallia no cum Waldenſium haereſis aliqu thol ci Regni prouincias in Tum enim in Concilio Tole quod anno 1229. contra haere iſtos coactum eſt, Legatus Apo licae Sedis, qui ei praeerat: *Ne deretur, ſicut erat vir circumſpect et prouidus, obmittere aliqua de contingentibus, mandauit Inquiſitionem fieri, contra haereticos ſuſpectos de haeretica prauitate*, vt ait Guillelmus de Podio - Laurentii cap. 40. Adde Concil. Valentinum et Albienſe. Delecti vero ii potiſſimum ex Fratribus Ordinis Praedicatorum. Idem Scriptor cap. 43. Verum cum intra officii ſui praeſcriptos fines, vix ſe continerent Inquiſitores, atque de cauſis quae ad regios iudices ſpectabant, iudicare tentarent, regio Diplomate coerciti ſunt. Charta Philippi Pulcri an. 1302. tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. p. 611.

† INQVISITORIA FIDEI, inquiſitorum fidei ſententia. Inuent. Chartar. reg. a. 1482.

INRADIARE, *denigrare*, in Gloſſ. Arabico. Lat.

INRATIONABILITAS, V. *Irrationabilitas.*

INRATIONABILITER, ſine ratione, iniuſte. Charta apud *Chorier* to. 1. de Statu Polit. Dalph. p. 245.

INRATIONABILITER FORNICARI, apud Criſconium in Breuiario c. 99. ex Synodo Ancyrana col. 16. 17. dicuntur ἀλογενόμενοι.

† INRATIONALIS, rationis expers, irrationalis. Tertull. in Scorp. c. 10.

INRATIONIS. Formulae Andegau. n. 52. apud Mabill. in Supplemento Diplomaticae p. 86. et to. 4. Analect. p. 265. *Vnde ante hos dies Inrationis fuerunt pro vinia ſua, in loco qui dicitur illo.* Charta Chlodouei III. Franc. Reg. an. 693. apud Felibian. Hiſt. S. Dionys. p. XIV. *Dum exinde in noſtri vel ſupra ſcriptis viris praeſentia Inrationis adſtabat.*

Digitized by Google

ſtabat. Vtrobique legendum diuiſis vocibus *in rationes*, pro *Inrationis*, vt patet ex ſimilibus formulis relatis in voce *Ratio*, vbi docetur his verbis: *In rationes eſſe, venire etc.* idem ſignificari, quod Iuri ſtare.

INRAZELLARE, vt ſupra *Derazellare*, naui vehere. Extractum computi an. 1321. Hiſt. Dalphin. to. 2. p. 160. c. 1.

† INRECESSIBILIS, Origeni in Comment. ad Matth. tract. 32. ἀχωρίστος. Vetus eiusd. Interpres: *Chriſtus a ſe ipſo inreceſſibilis eſt.*

INRECISVS, non reſciſſus, confirmatus. Ch. apud Mabill. t. 3. Analect. p. 210.

INRECTVM, *falſum*, in Gloſſis Arabico Latinis, i. non rectum.

INRECVPERABILITER, V. *Irrecuperabiliter.*

INREFERTIBILIS, qui referiri ſeu repleri non poteſt. Act. SS. Iulii 4. p. 93.

INREGAVDITIO. Capitula Caroli M. a. 803. *de nuper auditis et compertis*, apud Baluzium. *Nemini liceat ſeruum ſuum propter damnum a ſe dimittere: ſed iuxta qualitatem culpae dominus eius pro ipſo ſeruo reſpondeat, aut componat quidquid ille fecit uſque ad ſemiplenam leudem liberi hominis: quidquid ſuper hoc fuerit, inregauditio eſſe videtur.* Quo loco apud Sirmondum in Notis ad Capit. Caroli C. p. 25. habetur *irregauditio.*

† INREGISTRARE, in *regiſtra* referre. L. nig. Ep. Carnot. ad a. 1394. V. *Regeſtum.*

† INRELIGIOSITAS, periurium ad Sanctorum reliquias, in Act. SS. t. 6. Sept. p. 503.

INREMEDIABILITER, modo irremediabili, apud Muratorium to. 8. col. 320 † INREMEDICABILITER, t. 4. Sept. p. 48.

† INREMISSIBILITER, ſine remiſſione, in Stat. Mſ. eccl. S. Laur. Rom.

INREMORSVS, qui remorderi ſeu refelli non poteſt. Apud. Acher. t. 2. Spicil. p. 231.

INREPTIO, pro irruptio, in Capitul. Caroli C. tit. 49. §. 2.

† INRESPIRABILIS, dicitur de loco, vbi reſpirari non poteſt, apud Tertull. de Idolal. c. vlt.

INRESVRGIBILIS, vnde quis non poteſt reſurgere, in Chart. Aptenſi fol. 62.

INREVERENS, V. *Irreuerens.*

INRICVS, V. *Iniſus.*

† INRIGATIO MENSVRAE, quod menſurae ſuperadditur et quaſi conſpergitur, in Stat. Mſ. eccl. Tull. a. 1497.

INRIGITAX, ἀρδευτής, *irrigator.* Sup. Antiq.

† INRIGVVS, pro irriguus, paſſim in chartis.

INRIPARE. Pactus Leg. Salicae tit. 29. §. 26. *Si qui clauſuram alienam ruperit, etc.* pro quo Codex Loiſellianus praefert, teſte Pitheo: *Si quis meſſem alienam in furtu aut inripauerit aut meterit, etc.*

INRISVS, ἀγέλαστος, *inriſibilis*, in Suppl. Antiq. † Caſtigat in vtrumque Gloſſ. *Inricus inuiſibilis*, ἀγέλαστος. Germ. *Irriſus, Irriſibilis.* Reg. *Inuiſus, Inuiſibilis.*

INROTARE, rotae ſupplicio punire, V. *Rotare.*

INROTVLARE, in rotulum ſeu acta referre. Conſtitut. Philippi Aug. Fr. Reg. ann. 1218. apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. pag. 37. V. *Rotulus.*

INROTVLATIO, relatio in *rotulum*, p. 37.

INRVBIDVS, impudens, inuerecundus, in Actis S. Martinae Virg. apud Mombritium c. 3.

INRVDIS. Gloſſ. Gr. Lat. MS. Ἀπαίδευτος, *indoctus, inrudis, erudis.* Ἀπαιδευσία, *inruditio.* Editum *indoctus, ineruditus, rudis, ineruditio.*

INRVMPIBILIS, ἀῤῥηκτος, in Gloſſ. Graec. Lat.

INSABATATI, Valdenſium ſecta, V. *Sabatati.*

INSACCARE, in ſaccum mittere, Gall. *Enſacher*, V. *Saccare* et *Eſſaccare.*

† INSACO, mendoſe, forte pro *Iaroſſia*, to. 4. Ordinat. reg. Franc. p. 641.

Digitized by Google

INSACRAMENTARE, sacramento et iureiurando firmare. Gesta Abbatum Lobiensium p. 599.

INSAISINARE, Gall. *Ensaisiner*, in possessionem mittere, *insaisinare se*, in possessionem venire. Ch. Caroli Fr. Reg. a. 1405. apud Menester. in Probat. Hist. Lug. p. 128. col. 2. *Se insaisinare seu possessionem acquirere poterant.* V. *Saisire.*

INSAISIRE, eadem notione in Miracul. sancti Walarici to. 1. April. p. 29.

INSALATA, vox Italica, Gall. *Salade*, aceraria, oluscula sale oleo et aceto condita. Acta S. Francisci de Paula t. 1. April. p. 184.

INSALATIVM, eadem notione. Elogium S. Catharinae Sen. t. 3. April. p. 965.

INSALSATVS, insulsus, nullo sale conditus. Io. de Monsteriolo apud Marten. to. 2. Ampliss. Collect. col. 1419.

INSALVS, *ἀβελτερος*, *absurdus*. Supplem. Antiq. Forte legendum *insulsus*.

INSANCTVS, *ὁ μὴ ἅγιος*. Gl. Lat. Graec.

INSANIENTIA. Glossae MSS. ad Prudentium; *Bacchantia*, *Insanientia*.

† INSANIOSE, insane, in Consuet. Normann. c. 26.

INSANIRI, insanum haberi. *Ab omnibus insanieris*, in Actis S. Theodorae t. 3. April. p. 573.

INSANITAS, apud Papiam, *nugacitas*, *insanitas*, *inutilitas*.

INSANVS, non sanus, valetudinarius, Gall. *Malsain*. Vtuntur Vegetius l. 2. de Arte Veterin. c. 6. Gariopontus l. 5. c. 12. et alibi et Fleta l. 2. c. 79. §. 3.

† INSAPIENTIA, *amentia*. Germ. *Insipientia*, in Castigat. ad vtrumque Glossar.

INSCALARE. (1) Murum scalis admouere, vel scalis muro admotis locum ingredi, *Escalader une place*. Knygthon. (2) † Scalam, quae criminis poena est, ascendere. Lit. remiss. Ms. a. 1358. V. *Scala* 1. et *Scalatio*.

† INSCELESTVS, sceleris pur[illegible] Bened. abb. Petroburg. t. 1. p. [illegible]

INSCIDVS, *συφὸς οἴνου*, *stringor ni*, seu vis astringendi. Suppl. A[illegible] tiquarii. † Germ. *Viscidus*.

INSCIOLVS, ignarus. Guidonis [illegible] sciplina Farf. c. 58.

INSCITIARI, ignorari, si tamen [illegible] ra lectio est; videtur enim lege[illegible] dum *insitiari*. Litterae a. 1372. [illegible] Rymer. to. 6. p. 745. *Inscisti[illegible] certe praesens actus non poterit, nec futura posteritas ignorare.*

INSCIVS, ignotus, to. 1. SS. Martii p. 438.

INSCONTRVM, commutatio mutua, Gall. *Contre-echange*, Ital. *all' Incontro*, *En contre-change*. Murat. t. 9. col. 871.

INSCRIBERE. (1) Accusare, in Lege Burgund. cap. 7. Concil. Autissiod. c. 41. (2) † Assignare, addicere; vnde INSCRIPTIO, assignatio, obligatio. Leg. Polon. to. 1. p. 232.

INSCRIPTIO. (1) Accusatio. Lex Burgund. tit. 77. qui est *de Inscriptionibus*: *quotiens seruus vocatur in crimine, et necesse est vt iudicio sub inscriptione tradatur, etc. Vinculum inscriptionis*, in Edicto Theoderici Regis §. 13. in Capit. Caroli M. l. 7. c. 328. Dicitur illud qua accusator se erga accusatum constringit, si in probatione deficiat, vt poenam *reciproci* subeat. Quomodo etiam *inscriptio* sumitur in Formulis Lindenbrog. 117. 118. Lex 14. Cod. Th. de Accusat. et inscript. (2) Documentum donationis. Concil. Glouesthoense a. 800. INSCRIPTVM, eadem notione. Diploma Hugonis Comitis Campaniae, to. 5. Annal. Benedict. p. 672. col. 1. (3) FALSAE INSCRIPTIONES, *phylacteria*, *aut ligaturae*, *quae imprudentes pro febribus*, *aut aliis pestibus adiuuare putant*, in Caroli M. l. 6. c. 72. (4) V. *Inscriptus*.

INSCRIPTVM, V. *Inscriptio* 2.

INSCRIPTVS, pro non scriptus. Glossar. Gr. Lat. INSCRIPTI LAPIDES, et *Inscriptiones*, pro terminis, apud Agrimensores.

† IN-

Digitized by Google

[illegible]CVM, vna, simul. Ch. a. 1277. [illegible] Lam. in Delic. erud. Vide *In*[illegible]

[illegible]CRARI, pro exsecrari, occur[illegible] in Gloss. Graec. Lat. Επαρῶμαι, [illegible]*ro*.

[illegible]ECTABILIS, ἄτμητος, in Gl. [illegible] Lat. † Leg. *Insecabilis*.

[illegible]CVRITAS, periculum, apud [illegible]rten. t. 1. Ampliss. Collect. col. [illegible]506.

INSECVS, εγγύς, *insequens*. Supplem. Antiq.

INSECVTIO, persecutio, in Miscella.

† INSECVTVS, quem quis insequitur, to. 7. Collect. Hist. Franc. p. 118.

INSEDABILIS, *indesinens*, ἀκατάληπτος, in Glossis Latino-Graecis.

† INSEDVCIBILITER, sine deceptione. Vet. Interpr. comment. Orig. in Matth.

† INSEDVMEN, insitum, arbor insita, in Stat. Placent. l. 5.

† INSELLABILIS, *que l'en ne puet enseller*, in Gloss. Gall. Lat. Cod. 7684. V. *Insellare*.

INSELLAMENTVM, INSELLATVRA, instratum *sellae*, in Tabular. Eccles. Gratianopolit.

INSELLARE, ephippio seu *sella* equum vel mulam instruere. Fragm. de origine Comit. Niuern. apud Labbeum t. 1. Bibl. M. SS. p. 399. V. *Sellare*.

INSELLIS, *sine ictu sellici corporis*. Papias.

INSEMITATIO, ἀνοδία, in Gloss. Lat. Graec. cum deest semita, via, iter.

† INSENESCIBILIS, ἀγήρας, ex Cod. reg. in Castigat. ad vtrumque Gloss.

† INSENNIVM, merces, pretium, Gall. *Salaire*. Ch. a. 1362. t. 2. Hist. Nem. Prob. p. 242. V. *Ensennum*.

INSENNOS, forte ex Graec. ασεμνος. Alcuin. in Poëm.

Auxiliare senem, nostros rogo, tu per amicos,
Est locus insennos, auxiliare senem.

INSENSIBILIS. (1) Expers sensu. *Insensibilia simulacra*, Lactantio l. 1. Instit. Diuin. c. 20. *Insensibilis*, Gellio, qui sensibus nequit percipi. (2) † *Imprudens*, ἀσυνετος. Reg. *Insensatus*. Castigat. in vtrumque Glossar.

INSENSIBILITAS, stupor vel durities animi, Gall. *Insensibilité*. Ch. Ludouici Reg. Fr. a. 1484. apud Baluz. t. 2. Hist Aruern. p. 230.

INSENSIS, *sine sensu*, Ioh. de Ianua; *Sens sen*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.

INSENSVALIS, carens sensu. *Insensualis res*, apud Cassiodorum lib. 2. Epist. 40.

INSENSVALITAS, sensus priuatio, apud Baluz. to. 7. Miscell. p. 193.

INSENSVRA, thuribulum, Gall. *Encensoir*, in Testamento a. 1415. apud Rymer. t. 9. p. 279.

† INSEPARABILIS, indiuiduus. Castigat. in vtrumque Gloss.

INSEQVILLA. Ruricius Lemouicensis Episcopus l. 2. Epist. 13. *Superest, vt quod illius in bono tribuit gratia, vestra in domino custodiat insequilla.*

INSERARE. (1) Sub sera claudere. V. *Serare*. (2) † Inserere. Glossar. Prov. Lat. Cod. 7657.

† INSERATIO, implicatio, Gall. *Insertion*, ap. Arnauld. in Rosar. Ms.

† INSERATVS, cera imbutus, t. 2. Hist. Nem. Prob. pag. 318. V. *Enseratus*.

† INSERCVLARE, inserere, inoculare, apud Murat. t. 1. Antiq. Ital. pag. 215. Vnde INSERTETVM, surculus insititius, ibid. INSERTATVM, in Act. SS. to. 6. Aug. p. 704. V. *Insertorium* 2.

† INSERENARE, *esclardir*, *faire clair*, in Glossar. Gall. Lat. Cod. 7684.

INSERTATVM, INSERTVM, V. *Inserculare*.

INSERMA, pro *inferma* vel *gisarma*, gesum, spiculum. Computum an. 1336. t. 2. Histor. Dalphin. p. 326. V. *Gisarma*.

INSERTORIVM. (1) *Lorum quo scutum apprehenditur*, in Amalthea. Sussannaeus in Vocabulario: *Insertorium telamon, porpax, scuti lorum anuli vice, inter quod et ipsum scutum*

tum inſeruimus manum. (2) Seminarium, vbi arbores inſeruntur. Gloſſ. Iſidor. *Poſtmurium, inſertorium.* Graeuium conſule.

INSERVIRE, in ſeruitutem reuocare, ſeruitia exigere, ſeruitiis addicere. Capitula ad Leg. Salic. c. 1. §. 7. *Si vero aliquis eum iniuſte inſeruire tentauerit, et ille cartam ingenuitatis ſuae oſtenderit.* Lex Baiwar. tit. 6. c. 3. §. 1. *Vt nullum liberum ſine mortali crimine liceat inſeruire.*

INSETARE, *filo ſetam adaptare*, Io. de Ianua.

INSIBILIS, († rudis, ruſticus, imperitus.) Simeon Dunelmenſis an. 881. de Normannis, Franciam inuadentibus: *Mirabile videri poteſt, quod inſibiles hoſtes contra tam fortem bellicoſumque populum auderent inſurgere.*

† INSICITAS, *inſcientia, la ruſtigita*, in Gl. Lat. Ital. Mſ.

† INSIDIA, capſula, pyxis, quod monetarum probationes in ea ſeruentur ſic dicta. Ch. Mſ. a. 1386.

INSIDIAE, idem quod vigiliae, excubiae, *Guet.* Fleta l. 2. c. 4. §. 3. de Officio Mareſcalli. INSIDIAE PENSATAE, in Statuto S. Ludouici, quod legitur in Diſſertat. 29. ad Ioinuillam, quae verba reddunt in eius verſione Gallica, *Agait et fait apenſé.* Gloſſ. Gr. Lat. Ἐνέδρα, *inſidiae, obſeſſio.* MS. Codex S. Germani habet, *inſidium, ſubſeſſum.* V. *Penſabiliter.*

INSIDIARE, inſidias ſtruere. Formulae vetores apud Bignonium c. 30.

INSIDIATRIX, quae inſidiatur, apud Ammian. non ſemel.

INSIDIVM, V. *Inſidiae.*

INSIDVITAS. Gloſſ. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Sedulitas, inſiduitas, aſſiduitas.*

INSIGILLARE, idem quod ſigillare, ſigillum apponere, in Legib. Adelſtani Regis apud Bromptonum.

† INSIGNA, vexillum, ſignum, Ital. *Inſegna.* Stat. ant. Florent. lib. 3. c. 65.

INSIGNARE. (1) Indicare, quaſi *ſigno* oſtendere, *Enſeigner.* Decretum Taſſilonis de Popularibus Legib. §. 4. In Gloſſ. Gr. Lat. Ἐγχαράσσειν, eſt *inſignare, inciſare.* Apud veterem Iuuenalis Interpretem, Sat. 10. v. 55. *Inſignare*, σφραγίζειν. (2) † Inſtruere, munire, in Sta. Tornac. p. 76.

INSIGNARIVS, V. *Inſigniarius.*

INSIGNE. (1) Vexillum, Ital. *Inſegne*, Gall. *Enſeigne.* Leo Oſt. l. 4. c. 75. (2) Sagum militare, *armis et inſignibus* diſtinctum illius, cui ius erat. Thwroczius in Geiſa M. c. 55. (3) Sigillum. Diploma S. Henrici Reg. Rom. an. 1003. apud Marten. to. 1. Collect. Ampliſſ. col. 263.

INSIGNIAE, pro inſignia, in Concilio Mexicano a. 1585. inter Hiſp. t. 4. p. 389. *Inſignia* fem. genere dicunt Hiſpani.

INSIGNIARIVS, armiger, qui ſcutum domini, eius inſignibus adornatum, deferebat. Gloſſ. Gr. Lat. Ὁπλοπαροχος, *Inſigniarius, armiger.* Martinius habet *Inſignarius.*

INSIGNIFICABILIS, *qui ſignificari non poteſt.* Gloſſ. Sangerman. MSS. n. 501.

† INSIGNITAS. (1) Celebritas, t. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 268. (2) Dignitas, immunitas. Areſt. Mſ. a. 1385.

INSIGNIVM. (1) Signum. Sueno in Hiſtor. Danica c. 3. *Quam* (Chriſti crucem) *matris tumulo ob memoriale inſignium deſtinauit erigendam.* (2) Miraculum. Chron. Epiſcopor. Metenſium to. 6. Spicil. Acher. pag. 644.

† INSIGNIVS, inſignis; t. 2. Hiſt. Nem. Inſtr. p. 33.

INSIGNVM, vt *Inſigne* 1. vexillum. Rolandinus Patau. de factis in Marchia Taruiſina l. 5. c. 23.

INSILIARIVS, prauus conſiliarius qui *forconſiliat.* Wigorn. a. 855.

† INSILITVS, *nobilis, clarus*, pro inclitus, in vet. Gloſſ. Cod. 7641.

INSILIVM, malum ac prauum conſilium. Simeon Dunelm. a. 1003.

INSIMVL, ſimul, vna, in Ch. Caroli C. apud Doubletum Hiſt. San-Dionyſ. p. 781.

INSIMVLATOR, accuſator. Pacatus Paneg. Theodoſ. c. 43. Auxilius in Libello de cauſa Formoſi PP. apud Mabill.

Digitized by Google

Mabill. t. 4. Analect. p. 610. personas inducit colloquentes, *insimulatorem*, qui accuset, et *actorem* qui defendat formosum. *Insimulator piscium*, Apuleio in Apolog. Accusator est magiae quae fit ex piscibus.

† INSIMVLTARE, simul conuenire, sich versammeln. Chron. Io. Whethamst. p. 352.

† INSINCERE, non sincere, in Act. SS. t. 7. Iul. p. 255.

INSINVAMEN, inspiratio, doctrina. Bosquet. Histor. Eccl. Gallic. part. 2. pag. 5.

INSINVARE. (1) Docere, vnde Gall. *Enseigner*: hanc quippe vocem vernaculam ex hac Latina deduxit Salmasius ad Histor. Aug. p. 101. Certe *insinuare*, est εμφανίζειν, *insinuatio*, διδασκαλία, in Gloss. Lat. Gr. S. Hieron. Epist. 155. *Nudius tertius cum 118. Psalmum tibi insinuare conarer, etc.* V. *Insignare*. (2) Practicis, in acta publica referre, Gall. *Insinuer*. Instrum. an. 1388. apud Th. Madox Formul Anglic. p. 429. (3) Inscribere, insculpere. Boninc. Hist. Sicul. apud Lam. in Delic. erud.

INSINVATIO, εμφάνισις, Nouella 15. Iustiniani c. 3. In acta publica relatio, Gall. *Insinuation*. Ch. a. 1309. ex Archiuo D. de Montesquiuo: *Renunciantes nihilominus omni exceptioni - - - et legi dicenti donationem excedentem quingentos aureos sine insinuatione iudicis non valere*. V. alia notione in *Insinuare* 1.

INSINVATIVVM, Macris fratribus in Hierolexico, *donum a Clericis praestitum Episcopo in principio sui ingressus vt in eius gratia insinuarentur*. Haud satis recte interpretati sunt ἐμφανιστικὰ vel ἐμφανίσιμα, quas voces melius exponit Cangius in Glossario med. Graecit. Praestationes ab in Clerum allectis datae caeteris Clericis pro *insinuatione*, id est, relatione in catalogum ministrorum Ecclesiae, Gall. *Droit de bien venue*. Vide Nouell. 56. Iustiniani, Iulianum Antecessorem et Suiccerum in Thesauro Eccles. v. ἐμφανίσιμα.

INSINVATOR, qui insinuat, introducit, promouet. *Insinuator magister atque auctor*, apud Arnobium l. 1. sub finem. *Insinuatores eorum*, apud Tertull. lib. 2. ad Nationes cap. 1.

INSINVATRIX, *rei noua epistola*, apud S. Augustinum Epist. 135.

INSIPIENTIA, ignorantia. Testam. Heccardi Comitis Augustodun. apud Perardum p. 27. V. *Sapere*.

INSIPITVDO, pro *insipientia*, apud Ardonem Monachum in Vita S. Benedicti Anianensis Abbatis c. 3. n. 8. c. 4. n. 21.

† INSITITIVS SOMNVS, meridianus, quasi non naturalis. Varro de re rust. l. 1. c. 1.

INSLOTVM, tributi species, in notitia Traiectensi, apud Will. Hedam p. 246. 1 Edit. *Similiter de tributo, quod insloto vocatur*.

INSOBRINVS. Capitulare Pipini Regis Italiae a. 793. c. 33. de inlicitis coniunctionibus: *Ita vt qui vxorem consobrino aut insobrino suo vxorem duxisset, etc.* Forte is dicitur, qui filius *consobrini*.

INSOCIABILIS, ἀκοινώνητος, in Gl. Gr. Lat.

IN SOCIO DARE, *in socio recipere peculia*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 32. §. 3. quod Galli dicunt, *Bailler et prendre du bétail à moitié*.

INSOLA, insula, in Ch. a. 933.

INSOLARE. (1) Ἡλιάζειν in vett. Gloss. Soli exponere. Vox Plinio l. 21. c. 14. et Columellae nota. (2) † Materiaria structura munire. Stat. a. 1356. t. 2. Hist. Nem. Prob. pag. 181. V. *Solarium* 1.

INSOLATIATVS, absque solatio, apud Gunzonem de Miracul. S. Gengulfi n. 17.

INSOLENTIA. (1) Desuetude. Apud Acher. t. 10. Spicil. 217. (2) † Defectus, to. 7. Ordinat. reg. Franc. p. 514. (3) † *Insolentiae*, ineptiae, in Stat. eccles. Tornac. p. 98.

† INSOLERE, solere, obtinere, to. 10. Collect. Hist. Franc. p. 630.

INSOLERTIA, pro *insolentia*, arrogantia. Gall. *Insolence*, apud Acher. t. 11. Spicil. p. 201.

† INSOLEVS, *non ordinato*, in Gl. Lat. Ital. Mſ.

INSOLVBILITER, modo qui ſolui nequeat. In Epiſtola Stephani VI. PP. to. 3. Concil. Hiſp. pag. 163. col. 2.

† INSOLVENTIA, imporentia ſoluendi debiti, in Ind. onomaſt. ad t. 1. Iun. Act. SS.

INSOLVTVS, non ſolutus, Vide *Vngeld.*

INSOMNITAS, inſomnia, Gall. *Inſomnie*, apud Marten. t. 6. Ampliſſ. Collect. col. 788. in Actis SS. Martii t. 1. p. 684. *Inſomnietas*, ibid. p. 725.

† INSOMPNIVM, *ce que l'en voit par ſonge*, in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684.

INSONARE. (1) Diuulgari, rumorem eſſe. Annal. Genuenſ. a. 1164. apud Murat. t. 6. col. 33. (2) † Sonare, campanam pulſare, t. 10. Collect. Hiſt. Fr. p. 17.

INSONTIA, *innocentia*, Ioh. de Ianua.

INSOPITABILIS, qui ſopiri ſeu pacari nequit. Apud Acher. to. 10. Spicil. p. 449. INSOPIBILIS, eadem notione. Apud Martianum Capellam l. 4. et 9.

† INSOPORABILIS, *indormable*, in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684.

INSORDESCENTES, excommunicati nominatim declarati per annum in excommunicatione perſeuerantes, qui nullam adhibent diligentiam ad obtinendam abſolutionem. V. Lexicon Hoffmanni et Limborch. l. 3. hiſt. Inquiſ. c. 18.

INSORDESCERE, ſordidum eſſe et feculentum. Sidon l. 5. Epiſt. 13.

INSORTIARE, aduerſus *ſortes* munire. V. *Sortiri.*

INSORTIS, vel *Inſortus*, non datus in ſortem, non poſſeſſus, in Ch. an. 996. ap. Vghell. to. 5. p. 665. V. *Sors.*

† INSORTITVS, idem, to. 3. Apr. p. 75.

INSPECIATVS, deformis, absque ſpecie. Tertull. ad v. Valent. c. 10.

INSPECIOSVS, non ſpecioſus. Apud Petronium a. 74.

INSPECTIO, *ἐποψία*. Nouella Theodoſii 16. de Poſtulando.

INSPECTORES, idem, qui *perquatores*, qui praediis inſpectis adequatis inuicem, ea referunt, quibus onus grauius adſcriptum eſt quae ſunt conſita lenius, grauan. Vide tit. Cod. Iuſt. l. 11. tit. 57. *Cenſib. et cenſitoribus, et peraquatoribus, et inſpectoribus*, et Gloſſ. med. Gr. *Επόπτης.* INSPECTORES INQVESTARVM, quibus cura commiſſa eſt inſpiciendarum *inqueſtarum.* Apud de Lauriere t. 1. Ordinat. p. 321. † *Inſpector* etiam is qui monaſteria monialium viſitabat, ap. Murat. to. 5. Antiq. Ital. p. 532. V. *Viſitator.*

INSPECTVRA, *viſura*, *ſpeculatura*. Papias. Male in Gloſſ. Sangerman. MS. num. 501. *Inſpectura*, *ſpeculator.*

INSPERABILITAS, *res adeo inſperata*, apud Barthium in Gloſſar. ex Guiberti Hiſt. Palaeſt.

† INSPERATE, ex inſperato, t. 10. Collect. Hiſt. Fr. p. 265.

INSPICARE, *faces fundere.* Papias. Legendum *inſpicare*, *faces fondere*, ex hoc Virgilii verſu 292. Georgicorum l. 1.

Ferroque faces inſpicat acuto.

Hoc eſt, ad modum ſpicarum in acurum tenuat; vnde in MS. Bituric. *Inſpicare faces*, *proprie eſt infindere*, *quaſi ſpicas facere. Inſpicat faces*, *findit.*

† INSPICIO, inſpectio, to. 3. Hiſt. Nem. Probat. p. 116.

INSPICIVM, inſpectio. Apud Tertull. l. 1. adu. Marcion. c. 1. *Exiſpicium* dixit Sueton. in Nerone c. 56.

INSPILIATOR, ſpoliator, latro groſſator, Gall. *Pillard* Lambertus Ardenſis apud Ludewig. to. 8. p. 426. V. *Pilare* 1.

† INSPINARE, *i. valde vel intus ſpinare*, *eſpiner.* Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684.

INSPIRAMEN, inſpiratio, afflatus. Concil. Tolet. VI.

INSPIRATIO. Ex tribus electionum formis, quarum mentio eſt in Decretalib. Greg. IX. PP. l. 1. tit. 6. c. 42.

Digitized by Google

vna est quae *per inspirationem viam Spiritus S.* dicitur fieri: scilicet communiter et ab omni concorditer, quasi diuino Spi- afflatis, nullo discrepante, ali- eligitur, absque aliquo tracta- ex quo nempe praesumi possit a persuasio, vel suggestio in iam eligendi.

IPIRATVS, dicitur de eo quod to et quasi diuinitus accidit, in SS. t. 1. Sept. p. 172.

INSPIRITALIS, non spiritalis, carnalis, apud S. Paulinum Epist. 22. n. 1. vlt. Edit.

† INSPISSARE. (1) Augere, ampliare. Reg. Phil. Aug. (2) Condensare, spissum reddere. Arnauld. in Rosar. Ms.

INSPISSATIVVS, qui spissat et densat. V. locum in *Recorporare*. Veget. de re veterin. l. 2. c. 30. dixit, *inspissata caro*.

† INSPORTITVS, dicitur de eo quod est circa collum, in Lit. remiss. Ms. a. 1399.

† INSPVRVS, impurus, nothus, in Inuent. Ms. a. 1476.

INSQVILLA, vt *squilla*, tintinnabulum, campanula. Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratae.

INSTA, vox mendosa, V. *Iusta* 2.

INSTABILIS, pro ἀσύστατος, vsurpari ab Irenaei interprete obseruat Iacobus Billius l. 1. Obseruationum c. 33.

INSTABOR, V. mox *Instar*.

† INSTAGNARE, stagnum construere, ap. Oesel. t. 2. Script. rer. Boic. p. 44.

INSTALARE, ad *stelam*, palum vel cippum dehonestare, torque ferreo deuincire, Gall. *Pilorier*, *mettre au carcan*. Statuta Eccles. Andegav. a. 1423. apud Marten. t. 4. Anecd. col. 525. *Statuimus etiam quod quicumque Deum - - - abnegare aut quouis modo blasphemare praesumpserit - - - pro tertia* (vice,) *si laicus sit, instalabitur, si Clericus, iuxta sui iudicis arbitrium ab officio et beneficio deponetur.* † Mendose pro *Inscalare* 1.

INSTALATIO, illigatio ad *stelam*; († pro *Inscalatio*, V. *Inscalare* 2.) Concil. Senon. a. 1485. apud Acher. t. 5. Spicil. p. 619.

INSTALLARE, Gall. *Installer*, in Ecclesiastici beneficii possessionem mittere, in *stallum* seu chori sedem inducendo. Bromton. an. 1088. V. *Stallare*.

INSTALLATIO, hac notione, apud Lobinell. in Gloss. Hist. Paris. to. 3. V. *Instalatio*.

INSTANS. (1) Momentum, temporis punctum, Gall. *Instant*, apud Lobinell. t. 2. Hist. Britan. col. 1604. (2) † Vox forensis, *appellans*, vel qui causam *instat* seu prosequitur. Ch. Ms a. 1270.

INSTANTIA. (1) Contentio, efflagitatio, Gall. *Instance*, apud Murator. to. 6. col. 482. (2) † Argumentum. Acta Inquisit. Carcass. an. 1308.

INSTANTIVAE PRECES, eadem notione, in Ch. a. 1311. apud Ludouic. Laguille in Probat. Hist. Alsatiae p. 60. col. 1.

INSTAR. Gloss. Lat. Gr. *Instar*, *similitudo*, ὁμοίωμα, ἀπεικόνισμα. Alibi: *Ister*, ἔθος, συνήθεια, τύπος, τρόπος, vbi vir doctus *instar*, vel *istar* emendat. Gloss. Graec. Lat. Αντίτυπον, *exemplum, exemplar*, *instar*. Hinc ad *instar*, i. ad similitudinem. Gloss. Sangerm. Ms. n. 501. *Instabor*, *instar*, *vel similitudo*. *Instar*, *instaris*, vt *nectaris*, Probum dixisse, auctor est Seruius ad 2. Aeneid. Ita *instar*, pro imagine vsurpant lex 3. de Palat. sacr. larg. lex 74. de Decurion etc. Cod. Th. Interdum pro similis vsurpatur. Anastasius in Leone III. PP. p. 121. *In Basilica B. Pauli Apostoli, atque in Basilica Saluatoris instar imaginis fecit et constituit.* Pag. 136. *In Basilica S. Dei Genitricis ad praesepe instar fecit coronam ex argento puro.* Ita p. 138. 139. etc. V. Casaubon. ad Apuleii Apolog. p. 146.

† INSTARARE, definire, statuere. Ch. Ms. a. 1491.

INSTATA, V. in *Epidecen*.

INSTAVRAMENTVM, idem quod *Instaurum*. Ch. ann. 1158. Vide *Staurum*.

INSTAV-

Digitized by Google

INSTAVRARE, ſupellectile agraria praedium vel domum ruſticam inſtruere Ch. Ioannis Regis Angl. de libertatibus Angl. a. 1215.

INSTAVRATIO, id quod *inſtaurum*. Matth. Pariſ. a. 1258.

INSTAVRVM, quidquid ad agriculturam, vel ad praedii *inſtrumenta* et ſupellectilem, pertinet, vt ſunt animalia, pecora, ſerui, etc Anglic. *Store*; Iuriſconſulti *inſtructum* dicunt. Monaſt. Anglic. t. 1. pag. 548. *Manerium illud nullum poteſt ſuſtinere inſtaurum, quia nullum habet pratum, etc. Inſtaurum Eccleſiae*, quidquid ad ſupellectilem Eccleſiaſticam ſpectat, in Synodo Exonienſi a. 1287. can. 12. 44. 53.

INSTELLARE, quaſi ſtellis ornare. Gocelinus in Vita S. Auguſtini Cantuar. t. 6. Maii p. 378.

† INSTERILIS, cultus, fructuoſus, in Ch. Mſ. a. 1361.

INSTERILITAS. Liber Comitis, ſeu Lectionarius, editus a Baluzio: *Pro ubertate pluuiae ſeu temperantia aëris, pro inſterilitate pluuiae etc.*

INSTIATIO, f. pro *inficiatio*, negatio. Ch. a. 1300. e Chartulario S. Vandreg. t. 2. p. 1295.

INSTIGATOR, qui inſtigat, impellit, promouet, procurat. Auſonius Epiſt. 17. *Si quid inuitis quoque nobis natura ſit, ſuperſluus inſtigator agitabo.*

INSTILLATIO, ſignum, ſubſcriptio; († rectius teſtium per eorum nomina appellatio, vnde magis arrideret. *Intitulatio*. V. nou. Tract. dipl. t. 4. p. 725.) Ingulphus in Hiſt. Monaſt. Croyland. Hikeſius Diſſertat. p. 74. emendat vel interpretatur *intitulatione*. Subſcriptio dici potuerit *inſtillatio* Scriptori Barbaro-latino, quod teſtis nomen ſuum quaſi *inſtillet* chartae, quam ſubſcribit

INSTINGVERE, inſtigare. Gl. Lat. Gr. inſtinguit, παροξύνει.

INSTIRPARE, inſerere, plantare. Bromptonus 935.

† INSTITA. (1) Officina, locus vbi merces venum exponuntur, ap. Pez. t. 6. Anecd. part 2. p. 111. 2) *Vitta ſeu latum cingulum vt ſolet eſſe id quo parui in cunis ligantur*, in Gloſſ. Mſ. Bibl. anon. *) *Inſtia*, ein krame oder ein wynckel ſchnure da man die kinde mit bint, in Vocabul. Lat. Germ. a. 1477.

INSTITAE, *granatae*, *reſticulae*. Gl. Iſid. Emenda cum Pitheo in Excerptis: *Inſtitae*, *grabati reſticuli*. Eſt enim *inſtita*, vt exponit Scholiaſtes Iuuenalis ad Satyram 6. qua lectus intenditur. *Faſcia* dicitur Ciceroni.

INSTITARE, *mortuum inuoluere*, ap. Papiam, ab inſtitis ſeu falciis quibus mortui olim pedes manusque ligabantur.

INSTITIVS, *luctus publicus*, eidem Papiae.

INSTITVRA, inſtitutio, Gall. *Inſtruction*. Bulla Leonis III. PP. t. 2. Annal. Benedict. p. 349.

† INSTITVTA, inſtitutiones Iuſtiniani, apud Murat. t. 3. Antiq. Ital. p. 809. Hinc

† INSTITVTARIVS, qui iis inſtitutionibus ſtudet, in Stat. Vniuerſ. Toloſ.

INSTITVTE, ex profeſſo, ex inſtituto. Lex Wiſigoth. lib. 9. tit. 2. §. 9.

INSTITVTIO. (1) Precario, datio ad precariam. Ch. Childeberti Comitis Heduenſis an. 942. ex Tabul. Flauiniacenſi: *Si quis autem ſucceſſorum meorum hanc inſtitutionem vel precariam - - infringere voluerit, etc. S. Roberti, qui hanc precariam ſtuduit popoſcere - - - Ego Conſtantius Leuita hanc inſtitutionem dataui et ſubſcripſi, etc.* (2) † Triburum, quidquid in praeſtationem inſtituitur, i. q *Indictio* 1. Ch. Mſ. Phil. Aug. a. 1213.

† INSTITVTOR, inſtitor, quomodo forte leg. in Ch. Mſ. a. 1339.

INSTIVS, pro inſcius. Canones Poenit. apud Marten. to. 4. Anecdot. col. 43.

INSTOCIONATVS, artes magicae, praeſtigia, a στοιχεῖον, elementum, Graecis recentioribus, Daemon et Operatio diabolica; vnde στοιχειῶν, magicis praeſtigiis imitare στοιχείωσις incantatio, verba magica, vt docetur in Gloſſar. med. Graecit. Statuta MSS. Augerii II. Epiſc. Conferan. a. 1280.

Digitized by Google

1280. *Si - - - ex meretricio, vel cocinio, vel inſtocionatu, vel ſimilis acquiſinit, etc.* † Niſi mendum pro *Intoxicatus*. V. *Intoxicare*.

INSTRICATVM, *vulneratum*, in Althea, ex Gloſſ. Cod. Legum; inq.

INSTRIGARE, INSTRINGARE, *Intricare*.

INSTRVCTOR, praeceptor, qui inſtruit, docet, in Spicil. Fontanell. MS. p. 214.

INSTRVCTVS, impulſus, inductus, ſuaſio. Geſta Abbatum Gemblac. t. 6. Spicil Acher. p. 524.

† INSTRVGVS, *lo ſolazo*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

INSTRVI, doceri, in 1. Conſtitut. Appendic. Cod. Theodoſ. quam ſubleſtae fidei doctiores volunt: *Itaque quia a nobis inſtrui voluiſti, etc.* Non abſimili notione Quintilianus dixit: *Index notitia rerum inſtruendus videtur.*

† INSTRVMENTALITER, vice inſtrumenti. Stat. ſynod. Coriſopit. eccl. Mſ.

† INSTRVMENTARIVM, chartularium, in prol. ad Chartul. Caſaur.

INSTRVMENTATVS, in *inſtrumento* deſcriptus. Miracula B. Werinheri Mart. to. 2. April. p. 920.

INSTRVMENTVM. (1) Συμβόλαιον, in Gloſſ. Gr. Lat. Gloſſ. Lat. Gr. *Inſtrumenta*, γραμμάτια, ἀσφαλίσματα, δικαιώματα, etc. Anaſtaſ. in S. Iulio PP. (2) INSTRVMENTVM QVITTARVM, apocha, Gall. *Quittance*. Ch. a. 1319. t. 2. Hiſtor. Dalph. pag. 183. col. 1. (3) INSTRVMENTVM, pro veteri ac nouo Teſtamento vſurpant non ſemel Patres. (4) Pro libro, non ſemel vſurpat Tertull. l. 5. aduerſus Marcionem, et in Apologetico. (5) INSTRVMENTVM, Gall. *Inſtruction*, inſtitutio, documentum. Guibertus l. 2. de Vita ſua c. 3. *Quia igitur fortunas et infortunia mea ad aliorum forſitan qualecumque inſtrumentum decreui contexere, etc.*

INSTVFFARE, inſtruere, *Etoffer*. V. *Stuffare*.

INSVABILIS, inſuauis. Gloſſ. Gr. Lat. MS. Ἀνήδονος, *iniucundus, inſuabilis*. Edit. *Inſualis*.

INSVADIBILIS, *incredibilis, ſine artificio, piger*, apud Papiam.

INSVBIDVS, *ſetoſus*, in Gloſſ. Sangerm. MS. n. 501. Gellius l. 19. c. 9. vtitur pro inuenuſto, inconſiderato, imprudenti, vt et comparatiuo *Inſubidior*, l. 6. c. 1. et l. 13. c. 20. *Inſubide*, l. 1. c. 2.

INSVBLVM, ἄντιον ἐνθα ὑφαίνουσιν αἱ γυναῖκες, *liciatorium vnde telam mulieres texunt*, in Supplem. Antiquarii et in Gloſſis Lat. Graec. Sangerm. V. *Inſubulare* et *Recla*.

† INSVBLVS, idem, in Ch. an. 971. t. 4. Cod. Ital. dipl. p. 1525. V. *Inſubulus*.

† INSVBSISTIBILIS, non ſubſiſtendo, curſu continuo, t. 9. Collect. Hiſt. Fr. p. 119.

INSVBSTANTIALIS, cuius nulla eſt ſubſtantia. Apud Mabill. to. 4. Analect. p. 155.

INSVBSTANTIVVS, eadem notione. Interpres Irenaei l. 1. c. 10.

INSVBVLARE, *perforare*, Ioh. de Ianua, *ab in et ſubulo. Dicitur inſubulus quoddam inſtrumentum in texendo telam, ſcil. circa quod pannus vel ſtamen inuoluitur, quia inſubulatur, i. perforatur, vt poſſit inuolui et retineri pro voluntate texentis; vel componitur ab infra et ſupra, quia infra et ſupra eſt. Inſubulum* dixit Lucretius, *Inſubulus* vero Iſid. l. 19. Orig. c. 29. et Guibertus l. 1. de Pigner. Sanctorum c. 3. §. 1. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Inſubulare, Enueloper*, inuoluere.

† INSVELVS, liciatorium, Gall. *Enſouple*, in Gloſſ. Prou. Lat. Cod. 7657. V *Inſublum*.

INSVCCARE, ἐγχυμίζειν, in Gloſſ. Lat. Graec. ſucco immergere. Sic Columella l. 7. c. 4. *Saepius lana diducenda vinoque et oleo inſuccanda.*

INSVDVM, pro ſudum. Gloſſ. Lat. Gr. Sangerman. *Inſudum*, ἄνυδρον, ἄβροχον, ſine aqua, ſine pluuia.

INSVETARE, *inſuete inuadere, vel inſultanter*. Papias. *Inſolenter*, in Gloſſ. Sangerm. MS. n. 501.

INSVF-

Digitized by Google

INSVFFICIENS. (1) Non sufficiens, apud Tertullianum adu. Hermog. cap. 15. (2) † Prorsus sufficiens, quantum satis est. Ch. Mſ. a. 1351.

INSVFFICIENTIA. (1) Eidem Tertulliano lib. ad Vxorem: *Secularis concupiſcentia cauſas habet gloriam, cupiditatem, ambitionem, inſufficientiam*, id est, insatiabilitatem; quia nihil satis est insatiabili cupiditati. (2) Inscitia, imperitia, facultatis inopia, Gall. *Inſuffiſance*, Ital. *Inſuffienza*, apud Murator. to. 6. col. 273. (3) Indigentia. In Ch. an. 1259. apud Madox Formul. Anglic. p. 311. qua quis non habet quae sufficiant ad vitam sustentandam.

INSVFFLARE, despuere, Vide *Exſufflare*.

INSVFFLATIO, V. *Exſufflatio*.

† INSVGLVS, pro *inſublus*, to. 4. Cod. Ital. diplom. p. 1525.

INSVLA. domus ab aliis separata. Gloss. Lat. Gr. Insula, νῆσος, συνοικία. Anastasius in S. Silvestro PP. p. 17. 18. *Inſulam Attitiae et Montem Argentarii praestantem ſolidos ſexcentos*. Mox: *Inſulam quae dicitur Aſſis in territorio Portuenſi*. V. Festum et Scriptores Latinos.

INSVLARE, *in inſulam conuertere*. Laurent. in Amalthea ex Apuleio, qui habet lib. de Mundo sub finem: *Audiuimus regiones quae prius fuerunt continentes, hoſpitibus atque adnenis fluctibus inſulatas*. Eadem habet S. August. lib. 4. de Ciu. Dei cap. 2.

INSVLARIS POENA, exilium, relegatio in insulam, apud Ammianum lib. 15.

INSVLARIVS, custos *Inſulae* seu domus ab aliis separatae, Gall. *Concierge*. Gloss. Isid. *Viticus*, (villicus) *actor, exactor villae penſionum, inſularius*. Supplem. Antiquarii: *Inſularius*, Ἐνοικολόγος, inquilinus. Lex 5. D. §. 1. de instit. act. *Si quid cum inſulario geſtum ſit, vel eo quem quis aedificio praepoſuit, etc.*

INSVLATVS, nulli contiguus, vndique separatus et commeabilis, Gall. *Iſolé*. *Altare Inſulatum*, in Actis SS. Maii t. 6. p. 831.

† INSVLERE, aggredi, oppugnare. Lit. remiſſ. Mſ. an. 1372. Vide *Inſulus*.

INSVLETVM, parua Insula, apud Rymerum t. 11. p. 453. col. 1.

† INSVLGERE, resilire. Lit. remiſ. Mſ. a. 1412.

† INSVLTARE, inuadere, aggredi. t. 3. Apr. p. 989. V. *Inſultus*.

INSVLTVS, aggressio, assultus, oppugnatio, quaeuis expeditio militaris. Ch. a. 1236. ex paruo Chartul. S. Victoris Massil. fol. 153. Alii non pauci, nullo tamen satis idoneo auctore vocem *inſultus* vsurpant pro iniuria, ludibrio, Gall. *Inſulte*, Ital. *Inſulto*: qua notione Quintilianus dixit *Inſultatio*.

INSVLVM. (1) Pro Insula, vt videtur. Chron. Veron ad a. 1334. ap. Murator. t. 8. col. 649. *Recenſus eſt ignis in inſulo ſuperiori Veronae et creuit in tantum, quod dictum Inſulum cum toto lignamine et cum toto ponte nouo combuſtum eſt*. (2) Idem quod *Inſubulum*, de quo in *Inſubulare*. V. *Recla*.

INSVMERE, incipere, inchoare. Ch. e Chartul. S. Magdal. Castrodun. fol. 1.

INSVPER ANNVM, per annum, anno currente. Ch an. 1065. apud Acher. t. 6. Spicil. p. 441. INSVPER HABERE, negligere, contemnere, παροράω, πλημμελεῖν, in Gloss. Lat. Gr. *Conſtantiam non inſuper habendam intelligit*, apud Gellium l. 1. c. 19. *Lacrymis inſuper habitis*, apud Apuleium lib. 4. Milet.

INSVPERSERTVS, pro supra insertus. Ch. Guonradi Reg. Burgundiae a. 25. in Tabular. Eccles. Viennensis fol. 14.

INSVPORTABILIS, non ferendus, intolerabilis, Gall. *Inſupportable*. Apud Marten. to. 5. Anecdot. col. 1835.

INSVRDARE, surdum efficere. Arnulfus Sagiensis apud Murat. to. 3. p. 432. col. 1.

INSVRGERE, vrgere, excitare, impellere. Conuersio Willelmi Vicecomitis Massil. a. 1004. Annal. Bened. t. 4. p. 176.

INSVE-

RRECTIO, rebellio, Aufstand, d Rymer. t. 4. p. 124. etc.

SPENDIVM, catena ferrea vel ina denticulata lebetibus in foco endendis, Gall. *Cremalliere*. *Inendium sine cumasculum*, in vete- h. Conuentus Augustinianorum ellanae in Prouincia.

SPICABILIS, qui non potest suspicionem venire. Occurrit assim Eccl. 11, 5.

SVSTENTABILIS, intolerabilis, qui non potest sustineri, unerträglich. Oratio Manassae Regis Iuda.

INSVSVRRARE, occulte detrahere, in Gloss. Saxon. Aelfrici.

† INSVTVRA, sutura, in Arest. Ms. a. 1395.

INT, pro Eunt. Gloss. Lat. Gr. Sangerman. et Suppl. Antiquarii: *Int*, πορεύονται.

INTABERNATVM VINVM, in taberna venale. Charta a. 1194. apud Thomasserium in Biturig.

† INTABVLAMENTVM, stylobata, Gall. *Pied d'estal*, alias *Entablement*. Inuent. S. Capell. Paris. a. 1376. V. *Postabula*.

INTABVLARE. (1) In tabulas referre. Bulla Innocentii VIII. PP. In Continuatione M. Bullarii Rom. pag. 290. col. col. 1. V. *Tabulae Officiales*. (2) † *Intabulatum* seu crepidinem construere. Reg. Phil. Aug. part. 1.

† INTABVS, *la guanzata*, in Gloss. Lat. Ital. Ms. Academ. Crusc. *Guanciata* est alapa, colaphus.

INTACIBILIS, qui non tacet, apud Marten. t. 3. Anecd. col. 1087.

INTAGIATVS, INTAGLIATVS, Ital. *Intagliato*, incisus, caelatus. Stat. Placent. l. 6. V. *Entalliatus*.

INTALEATVS, idem, Gall. *Entaillé*, apud Murat. t. 16. col. 544.

INTALIA, incisio, sculptura, Ital. *Intagliamento*, Gall. *Entaille*. Chronic. Petri Azarii apud Murat. t. 16. col. 403.

INTALIARE. (1) INTALIATI SOTVLARES, calcei certa ratione *taliati*, incisi, Clericis vetantur in Concilio Complut. an. 1325. (2) INTALLIATAE TERRAE, Cowello et Iurisconsultis Anglis dicuntur, quae cuiquam, et certis non haeredibus suis, in genere conceduntur sub certa conditione. V. *Feudum Talliatum*.

† INTAMBVRARE, accusare aliquem per schedulam in capsula, *Tamburum* ob eius formam dicta missam, Ital. *Tamburare*. Stat. antiq. Florent. l. 5. c. 98.

INTAMINARE, contaminare, to. 2. Concil. Hisp. p. 329.

INTANGIBILIS, qui tangi nequit, nulli patens incommoditati, nulli molestiae. Vita MS. S. Winwaloei fol. 74.

INTANTARE, spondere, promittere. Charta a. 1204. Hist. Harcur. t. 4. p. 2174. Forte leg. *Creantaui*, pro quo librarius parum attentus ex veteri Charta facile exscribere potuit *Intantaui*. V. *Creantare*.

INTANTO, pro *Interea temporis*, idiotismus Italicus, in Vita S. Zitae Virginis Lucensis n. 34. et in Vita B. Luchesii tertiarii n. 5.

INTAPHA, vel INTAPHVS. Iornandes de Rebus Geticis: *Ponteque rursus in Danubio pari modo constructo, duobus mensibus, crebris fatigatus Intaphis, octo millia perdidit armatorum*. Orosius a quo sumpsit, l. 2. c. 8. *Insuper repentinis incursibus extrema copiarum dilacerantibus, etc.* Vbi pro *Intaphis*, legendum censuerim apud Iornandem, *Intaphiis* aut *Entaphiis*, ita vt graecam expresserit, ἐνταφιοις, id est, funeribus. Nam ἐντάφια vocabant Graeci lintea sepulcralia, quibus cadauera inuoluebantur, sepulcro mox recondenda; vnde ἐνταφιασμός pro pollinctura et funeratione vsurpatur. Vide Xiphilinum in Seuero, Heliodorum lib. 4. Poemenic. etc. Gloss. Graec. Lat. Εντάφιον, *Libitina*. Ενταφιοπώλης, *Libitinarius*. Ενταφιάζω, *Funero*. Ενταφιαστὴς, *Pollinctor*. Adde Fullerium lib. 6. Miscellan. c. 18. Fere crediderim *Intapham*, vel *Intaphum* a Iordane dictum pro Italico *Intoppo*, quod occursum significat. Quanta sit *Intaphorum* Iornandis cum *Incursibus* Orosii connexio, qui non videat, arbitror fore neminem. † Consulendus

Digitized by Google

dus omnino Martinius in Lex. philol. hac voce.

INTARDVS, celer, velox. Throwczius in Sigismundo c. 2.

INTARTA, rebellis. Papias: *Intarta, peruersus.* Vtitur Anastas. Bibl. in S. Deus dedit p. 45. V. *Antartes* et *Antara.*

INTARTIZARE, rebellare, ap. Anastas. in Theodoro p. 48. Papiae est *inuertere, disturbare, rebellare.*

INTASSARE, in struem seu *tassum* ordinare; messem, foenum congerere, Gall. *Entasser.* Charta a. 1247. e Tabulario Portus Regii. Vide *Tassus.*

† INTASSATOR, qui in aceruum congerit. Ch. Ms. a. 1312. V. *Entassator.*

INTAXARE, idem quod *Intassare.* Tabul. Calense p. 196.

INTECTAMENTVM, tegmentum, σκέπασμα στέγης, in Gloss. Gr. Lat. vbi videntur diuidendae voces, σκέπασμα, στέγη.

INTEGERRITAS, V. *Integritas.*

† INTEGRALIS, integer. *Feudum integrale* in *Feudum.*

INTEGRALITER. (1) Omnino, plene, prorsus, Gall. *Entierement.* Litterae a. 1332. apud Ludewig t. 5. p. 253. (2) Integre, sincere, sine dolo. Litterae a. 1261. apud Rymer. t. 1. p. 727.

INTEGRARE. (1) In lege 8. D. de Tutel. et ration. distrah. *Quamuis iure postliminii tutelam pristinam possit Integrare,* hoc est, denuo inchoare, renouare, instaurare: qua notione non semel occurrit apud Liuium et alios. (2) † Ratum habere, approbare; vnde INTEGRATIO, approbatio. Arest. Ms. a. 1410. V. *Interinare.* (3) † Perficere, complere, in Ch. Ms. a. 1337.

INTEGRATVS, ratus, approbatus, in Charta an. 1461. Hist. Harcur. t. 3. n. 702.

† INTEGRE, omnino, prorsus, in Ch. Ms. a. 1317.

† INTEGRESCERE, augescere, proficere, Gall. *Se perfectionner,* in Act. SS. t. 7. Iul. p. 75.

INTEGRITAS. Ch. Caroli C. Regis Franciae an. 845. in Tabulario S. Mauri ad Ligerim. *Has deni[illegible] cum omni Integritate, id est [illegible] colonis et seruis ibi commanen[illegible] cum domibus et superpositis, [illegible] ris cultis et incultis, etc.* INTEGERRITAS, eadem notione, Histor. Mediani Monasterii p. 24[illegible]

INTEGRITER, omnino, plane, prorsus, Gall. *Entierement,* t. 9. Spic. Acher. p. 257.

† INTELLECTE, intelligenter. Synod. Tornac. a. 1366.

INTELLECTIBILIS, Io. de Ianua. *Intellectu comprehensibilis; vnde Intellectibiliter et Intellectibilitas.*

INTELLECTVALITAS, intelligentia. Tertulliano de anima c. 38.

INTELLECTVS. (1) Saluus conductus, commeatus, publica fides. († Vel potius intelligentia, cognitio, consilium, Ital. *Intelletto.*) Bartholomaei Annal. Genuens. ad an. 1238. apud Murator. t. 6. col. 478. et 482. (2) † Animi affectio, Gall. *Sentiment,* ap. Lam. in Delic. erud. part. 1. p. 208. (3) † Conscientia, in act. Inquisit. Carcass.

INTELLIGENTIA, Gall. *Intelligence,* concordia, consensus, conspiratio, foedus. Litterae Henrici VII. Angl. Regis an. 1496. apud Rymer. to. 12. p. 637.

INTELLIGENTITAS, id quo quis intelligit, seu habet intelligentiam. Mabill. t. 4. Analect. p. 161.

INTELLIGERE. Lex Salica tit. 38. *Ipsum vero quadrupedem qui est auctor criminis, pro medietati compositionis restituat requirenti, eo videlicet modo, si dominus quadrupedis non intellexerit secundum legem se defendere.* Phrasis Gallica: *S'il n'Entendoit pas se defendre selon la Loi;* id est, si non in animo haberet, si nollet, etc. Adde tit. 37. §. 8. † INTELLIGERE SE IN ALIQVA RE, Germ. sich auf etwas verstehen, apud Cencium.

INTELLIGIBILIS. (1) Vir intelligens, peritus, *Intelligent.* Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 31. (2) INTELLIGIBILE TEMPVS, seu *Aetas intelligibilis,* qua scilicet infantes rationis, et *intelligendi,* quae agunt, sunc capaces, in Capitulari Aquis-

Digitized by Google

Aquisgranensi an. 817. §. 44. et in Addit. 1. Lud. Pii c. 36. (3) INTELLIGIBILIA, animae corpore per mortem exutae. Translatio S. Wandregisili Abb. tom. 5. Iulii p. 294.

INTELLONEM, *folles lucernarum.* Gloss. Isid. ad quas Graeuius: Haec sunt monstra, quae Herculi domanda relinquimus.

INTEMPERANTIA, pro *Intemperies.* Saxo Grammaticus l. 8.

INTEMPERATA NOX, pro *Intempesta*, apud Aurelium Victorem Schotti in Posthumo.

INTEMPERIVM. Io. de Ianua: *Intemperies et hoc Intemperium, vbi nulla securitas et nullum temperamentum est; Ce ou il n'a nul attrempement*, in Glossar. Lat. Gall. Sangerman.

INTEMPORALIS, intempestiuus, ap. Caelium Aurelianum l. 1. Acutor. c. 9. vbi et *Intemporalitas* occurrit, *Intemporaliter*, i. intempestiue c. 15. Adde l. 2. c. 10. etc. alias

INTEMPORALITER, est sine tempore, vel temporis mensura, semper. Lex Wisigoth. l. 4. tit. 5. §. 6.

INTEMPORANEVS, *intempestiuus*, in vererib. Glossis ad Boëtium de Consolat. Philos.

INTEMPTIO, actio. V. *Intentio.*

INTENAGLIARE, candenti forcipe membra discerpere, Gall. *Tenailler*, Ital. *Tenagliare.* Murator. to. 16. col. 411.

INTENDERE. (1) Non attendere. Salvianus lib. 4. de Gubernat. Dei. (2) Attendere, audire. Epistola Mauricii Imp. ad Childebertum Regem Fr. t. 1. Hist. Franc. (3) Velle, decernere. Thwroczius in Geiza Magno c. 54. V. *Intentus.* (4) Intelligere, interpretari, Gall. *Entendre.* Acta SS. t. 3. April. p. 926. (5) Existimare, habere. Pactum an. 1330. apud Ludewig. t. 5. p. 552. (6) Tendere, ire, proficisci. Charta a. 1420. (7) Iudicio contendere, litigare. Gregor. Tur. l. 10. c. 10. (8) † INTENDERE ALICVI DE ALIQVA RE, hanc illi ad suum commodum praebere. Ch. a. 1325 apud Oefel. t. 1. Script. Boic. p. 750. (9) † INTENDERE SE, se introducere, to. 2. Histor. Nem. Prob. p. 179.

INTENDIMENTVM. (1) Ital. *Intendimento*, Gall. *Entendement*, Angl. *Intendement*, mens, intelligentia, item fraus, fallacia, dolus, vt supra vox *Ingenium.* Bulla Nicolai III. PP. an. 1278. apud Rymer. to. 2. p. 122. (2) Anglis, *Intendement*, intellectus, significatio vocis vel sermonis. Ch. a. 1291, apud Rymer. t. 2. p. 503.

† INTENEBRICATVS, tenebris offusus, Ital. *Intenebrato.* Vet. Interpr. Comment. Orig.

† INTENIS, *icinus*, *deiun*, *Prov.* In Gloss. Prou. Lat. Cod. 7657.

† INTENSITAS, intensio, in Act. SS. t. 5. Iun. p. 699.

INTENTA, pro *Extenta*, aestimatio, codex agrorum vectigalium, in quo aestimantur census et alia eiusmodi, in Chartis Dumbensibus non semel.

† INTENTABILIS, tentationi non obnoxius. Vet. Interpr. Com. Orig. V. *Intentatilis.*

INTENTARE ACTIONEM, litem intendere, inferre, in Charta ann. 1341. apud Ludewig. to. 5. p. 532. V. *Intendere* 7.

INTENTATILIS, qui non potest tentari. Gloss. Lat. Graec. *Intentatilis*, ἀπείραστος.

INTENTATIO CRIMINVM, accusatio, apud Tertull. Apolog. c. 46. V. *Intendere* 7. et *Intentio.*

INTENTATOR, qui neminem *tentat* seu sollicitat ad malum. *Deus enim Intentator malorum est; ipse autem neminem tentat.* Iac. I, 13.

INTENTATVS. Fleta l. 2. c. 76. §. 6. *Boues debiles et male Intentati, veteresque vaccae steriles.*

INTENTIATVM, pro *Intentionatum*, seu controuersiae datum, habetur in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 57. V. *Intendere* 7. et *Intentio.*

INTENTIO. (1) Contentio, controuersia, discordia, lis. Anonymus in Gestis Constantini Magni: *Intentio orta est in vrbe Roma inter Symmachum et Laurentium.* Vetus Agrimensor p. 296. *His enim* (limitibus) *testimonium finium intelligun-*

Digitized by Google

tur, et agrorum Intentio et certamen auferetur. Hinc Itali *Tentione* dicunt, vel *Tenzone*, pro *Contentio*, et Galli olim *Tancon*, pro obiurgatione, vt *Tancer* vel *Tencer*, pro *obiurgare*, accusare, postremum ab *Intentionare*. V. *Intendere* 7. (2) Accusatio, in leg. 4. Cod. Th. de Famosis libellis, vel actio, vt l. vnic. de Dolo malo, eod. Cod. et in aliquot legibus Digest. INTEMPTIO, actio. Chartul. S. Vandregisili t. 2. p. 1999. (3) † Finis, limes, Gall. *Etendue*. Ch. a. 1029. ap. Lam. in Delic. Erud. (4) † Propositum, animus, Gall. *Intention*, in Act. Mss. Inquisit. Carcass. a. 1308. (5) † Iudicium, Gall. *Indication*, ap. Arnald. Villanou.

INTENTIONARE, litem, *intentionem*, seu controuersiam alicui mouere, in veteri Charta apud Vghellum t. 3. p. 301. et in aliis.

INTENTISSIME, diligentissime, apud S. Augustinum l. de Moribus Eccl. Cathol. c. 19. et in litteris a. 1523. apud Ludewig. t. 5. p. 311.

INTENTIVA, διάτονος, in Glossar. Graeco-Lat. scil. pars ea Musicae, quam διάτονον vocant Vitruuius l. 5. c. 4. et Martianus Capella l. 9. cui *Extenta* dicitur.

INTENTOR, actor, accusator. Charta erae 1267. t. 5. Monarch. Lusitan. p. 307. v.

INTENTVS, consilium, animus, mens, Gallis *Intention*. Anastasius in Martino PP. *Commouerunt eum, vt de tali haeretico Intentu recederet.* Alii Codd. habent, *huius haeresis Intentione*. INTENTVM, eadem notione, apud Acher. to. 8. Spicil. pag. 645.

INTEPIDVS. (1) Valde cupidus. Vita S. Winwaloei tom. 1. Martii p. 254.

INTER. (1) Pro tam, quam, phrasis Gallica. Tabulatium Abbatiae Bellilocensis in Lemouicibus Ch. 110. *Vendo - - - aliquid de allodo nostro, hoc est, 5. denariatas Inter vineas, et terram, quam comparauit pater meus.* Ch. 126. *Duodecim denariadas de vinea Inter vineas, et boscum.* (2) Pro penes, apud, vsurpat Lucifer Calaritanus: *Inter te*, pro Apud (3) INTER CANEM TE LVP in Placitis an. 7. et 24. Eduardi Regis Angl. apud Thomam *Blo* in Nomolexico v. *Inter*, Gall. *tre chien et loup*, vt iam dictum *Canis*. (4) † Pro *intra*, in Inue Mss. thes. Sed. Apost. a. 1295.

INTERAMNIVS, INTERAMNV inter amnes situs. Vocem *Int amnus* vsurpant Lamprid. in Alexandro Seuero c. 56. et Solinus c. 3 Glossae Isidori. *Interamnia chorda, quae frequentius est inter omnes.* Excerpta: *Interamnia chorda, quae frequentius est inter omnes itur vltra.* Patet aliquid mendosum esse et superfluum. Sic legerem: *Interamnia chora* (a Graeco χώρα, locus, regio) *quae est inter amnes.* Graeuius intelligit partem Aegypti inferiorem circa Alexandriam, quae per excellentiam *Chora* dicitur, vt erudite docuit Harduinus in Geographicis ex nummis illustratis in Κλιβιανῶν.

INTERANEA, V. *Intrania.*

INTERARE, ab Hispano *Enterar*, notum facere. Chronic. Andreae Danduli apud Murator. to. 12. col. 486.

INTERASILIS, V. *Interrasilis.*

INTERATA, ἐξεντερισθέντα, *Enterata*, in Supplemento Antiquarii. † Leg. *Exinterata.*

† INTERCALARITA, *la interposicione*, in Gloss. Lat. Ital. Mss.

† INTERCALLIS, INTERSCALARIS, *estre, estalon*, in Gloss. Lat. Gall. Cod. 7692. V. *Interscalare.*

INTERCAPEDINARE, vox formata ex *Intercapedo*, διάστημα· χρόνου, in Gloss. Graec. Lat. intercapedinem, siue interuallum facere. Vrso in Actis S. Marcelli PP. et Mart. l. 2. c. 3. *Intercapedinante etiam noctis spatio, etc. Intercapedinatam prolixitatem*, dixit Martianus Capella lib. 9.

INTERCAPTIO, διάστημα, in Glossis Graeco-Latinis, Interuallum.

INTERCAPVLVM, μετάφρενον, in Glossis Lat. Graec. Sangerm. Pars dorsi inter scapulas seu humeros. † Leg. *Interscapulum.*

INTER-

Digitized by Google

N[illegible]ARAXARE, pro *Charaxare*. apud Flodoard. l. 3. c. 22. *axare*.

IN[illegible]EDERE. (1) Dicebantur i, cum pro reis, causa co- veniam a iudicibus postula- fficium quippe Sacerdotis esse t pro iis interuenire: quod obtinerent, offendebantur, , quod erat officii sui, non aſſent. Conſtitutio Honorii eodoſii, edita a Sirmondo in ndice ad Cod. Theodoſ. (2) Spondere, fideiubere, obligari. Libertates conceſſae villae Montisbruſonis a Guigone Comite Forenſi menſe Nou. an. 1223. MSS. INTERCESSORIO NOMINE OBLIGARI, de ſponſore dicitur qui obligatur pro alio, in Statutis Maſſil. l. 1. cap. 66.

† INTERCEDIMENTVM, pactum, ſponſio, fideiuſſio, obligatio. Ch. a. 1332. ap. Oefel. t. 1. Script. p. 770. V. *Intercedere* 2.

INTERCEPTIO, aggreſſio, *Entrepriſe*. Hiſt. Epiſcopor. Autiſiodor. c. 58. p. 474.

INTERCEPTVRA, eadem notione. Charta Beatricis Abbatiſſae B. Mariae Sueſſion. a. 1231.

INTERCESSIO. Homagium Arti Comitis Britanniae praeſtitum Regi Franciae a. 1202. *Diffidauit Iohannem Regem Angliae pro Interceſſionibus, quas ei fecerat de vltima guerra.* Sed procul dubio legendum *Interceptionibus*, aggreſſionibus. V. *Interceptio*.

INTERCESSOR. (1) Epiſcopus qui ſede vacante Epiſcopatum adminiſtrabat, donec proprius aliquis eſſet, qui hodie *Adminiſtrator*, quod forte vacantem cathedram illiusque poſſeſſionem adiret. Concilium Carthaginienſe V. aliis III. can. 8. (2) Executor, qui a Rectore Prouinciarum dabatur praeſertim ad exigenda debita fiſcalia et publicas functiones, vt leg. 1. Cod. Th. de Pignor. ad quam conſulendus Iac. Gothofredus. Vett. Gloſſae: *Interceſſor*, ἐκβίβαστής. † (3) Praes, ſponſor, fideiuſſor, in Stat. Auen. Mſ. V. *Intercedere* 2.

INTERCESSORIVS, V. *Intercedere* 2.

INTERCHARAXARE, interlineare. Hincmarus Laudunenſis, in Concilio Duſiacenſi I. part. 2. c. 17. et to. 2. Opuſc. Remenſis p. 351. V. *Charaxare*.

INTERCIARE, V. *Intertiare*.

† INTERCIATORIA, ornamenti muliebris ſpecies. Ch. Mſ. a. 1358. *Interciatorium vnum de perlis*. V. *Intrezatorium*.

† INTERCIDIVVS, interueniens. Ch. Mſ. a. 1209.

INTERCILIVM *eſt medium illud inter ſupercilia, quod ſine pilis eſt*. Iſid. l. 1. Orig. c. 1.

INTERCIPERE, aggredi, vſurpare, occupare, vel contra pactum quidpiam agere: ex Gall. *Entreprendre*. Charta Ioannis de Valeriaco a. 1218. in Tabulario Campan. Vide *Interceptio*.

INTERCISI DIES, partim feſti, partim profeſti, apud Macrobium l. 1. Saturn. c. 16. et Varronem de Lingua Lat. l. 5. c. 4.

INTERCISIMEN, διαχοπη, *Interciſio*, in Supplemento Antiquarii.

INRERCISIO, iniuria. Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 110. §. 1. V. *Inciſio* et *Impartitio*.

INTERCLAVSVRA, Gall. *Enchaſſure*. Matthaeus Paris a 1249.

INTERCLINARE, Io. de Ianua, *inter aliqua clinare*, (*Intercliner*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm.) *vnde Interclinis et interclinus*. Ambroſius ſiue quis alius in Egeſipp. *Ciuitas Interclina rupibus*.

INTERCLVSVS, incluſus, inſertus, Gall *Inclus*, apud Marten. to. 3. Anecdot. col. 44. V. *Incluſor*.

INTERCOLVMNIVM, illud, *quod ponitur inter columnas, ſpatium quod diuidit eas*, Io. de Ianua. In 3 Reg. c. 7. vbi dicitur, *Media Intercolumnia, quadrata, non rotunda*, ait Gloſſa, *media Intercolumnia* dici *tabulam ſuperiorem, quae ſicut aliae quadrata erat, ſimilique ſculptura, et in ſummitate ſui habebat rotunditatem vnius, et dimidii cubiti, in qua lucerna ponebatur*.

INTERCOMMVNICARE vna communicare, vocare ſe viciſſim in par-

Digitized by Google

tem omnium, Gall. *s' Entrecommuniquer.* Chart. a. 1401. apud Rymer. t. 8. p. 192.

INTERCOMMVNICATIO, mutua et reciproca communicatio. Ibid. p. 458.

INTERCONFINIVM, *terminus vel locus inter duos fines existens.* Ioan. de Ianua. *Entre deux fins*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

INTERCOPVLARE, coniungere. Miracula S. Lifardi, to. 1. Iunii pag. 305.

INTERCVRSVS, Gallice *Entrecours*; pactum mutuum inter dominos, ratione cuius serui aut ancillae, seu viri et foeminae seruituti obnoxii, qui in alterutrius dominio domicilium eligunt, aut sedem figunt, vel nuptias contrahunt, eius sunt domini cuius subiacet domus, atque adeo eorum liberi. Ita Consuetudo Vitriacensis art. 78. 79. Charta an. 1190. apud Perardum in Burgundicis. Alterum *Intercursus* effectum declarat Charta Adelinae Abbatissae Polengii an. 1215. apud D. Brussel to. 2. de Feudorum vsu pag. 1023. *Notum facimus quod talis Intercursus est inter homines nostros et homines venerabilis Patris nostri Lingonensis Episcopi. Quod homines nostri tenebunt haereditatem suam, vbicunque sint, super Episcopum; et homines Episcopi similiter, vbicunque sint, super nos.* Hoc est, homines Episcopi in nostro territorio, et nostri in territorio Episcopi, percipient fructus et haereditates sibi obuenientes, in vtrouis habitent territorio. V. Brussel laudati Tractatus lib. 3. c. 20. et infra *Percursus.* INTERCVRSVS MERCIVM, mutuum commercium, liberum et pacto confirmatum, apud Rymer. t. 13. pag. 527. et alibi non semel. † INTERCVRSVS PROSECVTAE DECIMARVM, pactum inter dominos, ratione cuius dimidiam partem decimarum percipiunt ex agris a suis subditis in alieno territorio cultis. Ch. Mss. a. 1310. V. *Profecuta.*

† INTERCVTIA, *Riuet*, in Gloss. Lat. Gall. Cod. 7679. Aliud Cod. 7684. *Intercutium*, *Riuet de s*[illegible] Leg. *Souler* pro *Soulier.*

INTERDIA, *μέσον ἡμέρας*, in Gl[illegible] Gr. Lat.

INTERDIANVS, medialis. Cael. rel. l. 3. Tard. c. 7. *Post Interdianum cibum deambulatio, etc.*

INTERDIARIVS, *ἡμερονλέπτης*, Gloss. Lat. Graec. qui interdiu [illegible] ratur. Vide Cuiac. lib. 11. Obs[illegible] cap. 27.

† INTERDICCIO, pro Iurisdic[illegible] t. 9. Ordin. reg. Fr. p. 37.

INTERDICIVM PORCI, porci mactatio, seu ius quod viario ob id exsoluebatur. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 183.

INTERDICTVM, dicitur generalis excommunicatio, quae fertur in prouinciam, vel villam, aut castrum cap. 17. de Verbor. significat. de cuius origine ac antiquitate scitu digna commentatur vir doctissimus Monspeliensis Episcopus ad Epist. 22. Innocentii III. l. 14. Concilium Lemouicense a. 1031. sess. 2.

INTERDIES, *δι' ἡμέρας*, *Interdiu*, apud Ianum in Supplemento Antiquarii.

INTERDIGITIVM. Gloss. vet. cap. de Membris humanis: *Interdita, μεσοδάκτυλα.* Leg. *Interdigitia.* Marcellus Empir. c. 34. *Interdigitia sanat cera in oleo Cyprino remissa et imposita.*

INTERDONATIO, donatio mutua, qualis fit inter coniuges, Gall. *Don mutuel.* Exstat apud Marculfum l. 2. formul. 7. *Charta Interdonationis inter viro et femina de eorum res.*

INTERDVCIAE, induciae, interuallum temporis. Epist. 46. inter Epistolas S. Bonifacii Archiep. Moguntini.

INTERDVM, pro Interim. Paschasius Radbertus in Walae Abbat. Corbeiensis Epithaphio l. 2. c. 1. *Sed quia Interdum Seuerus ingressus est, felix viam vniuersae terrae, etc.*

INTER DVOS, interiectum spatium, Gall. *Entre-deux.* Chrodegangus in Regula Canonicor. c. 8. et nouae Edit. c. 22.

† IN-

Digitized by Google

† t[illegible]ENA, *la corda de nave, o de* [illegible]loſſ. Lat. Ital. Mſ.

INT[illegible]SSE. (1) Vſura, foenus, [illegible]ultra ſortem ſoluitur, vel quod [illegible] alicuius intereſt: Gall. *Inter*[illegible]rthaeus Paris p. 612. *Pro*[illegible]*ſuras, poenas, Intereſſe non* [illegible]*a ſuſcipiebant incrementa.* (2) † Quod clericis qui diuinis interſunt officiis diſtribuitur. Ch. Mſ. a. 1310. V. *Intereſſentiae.*

INTERESSENS, qui intereſt ſeu praeſens eſt. Occurrit apud Lobinellum in Hiſt. Pariſ. to. 3. p. 603. col. 14. et alibi. *Ad intereſſendum Miſſae*, in Bullulario Carmel. p. 411. col. 1.

INTERESSENTIAE, quod Clericis diuinis *Intereſſentibus* diſtribuitur. Concil. Mexican. a. 1585. inter Hiſp. to. 4. p. 407. V. *Intereſſe* 2.

INTERESSOR, ſocius. Acta S. Canonis t. 7. Maii p. 6.

INTERFARI, INTERFATVS, in Collatione I. Carthagin. cap. 10. et alibi.

INTERFECTIBILIS, qui interficere poteſt. Apuleius lib. de Virtutib. Herbar. c. 87.

INTERFECTOR, qui percutit, vulnerat. Marten. tom. 4. Anecdot. col. 6.

INTERFEMINEVM, inguen. Miracula S. Bennonis t. 3. Iunii p. 155. V. mox *Interfemus.*

INTERFEMVS, *μεσομηρίον*, in Gloſſ. Gr. Lat. Infra: *μηρὸς*, *Femus.* Eadem notione *Interfemineum* dixit Apuleius in Apologia, pro *τὸ γυναικεῖον.* In Poenitentiali Egberti Archiep. Eborac. p. 17. *De ſortilegio, de ſodomitico, de Interfemore, de in tergo etc.* Sed de huius vocis notione vide in *Nubere retro.*

INTERFESSVS, *infatigabilis*, Papias.

INTERFINES, *μεθορία*, in Gl. Gr. Lat.

INTERFINIVM. (1) Inſtrum. an. 1341. apud Rymer. to. 5. pag. 259. *In qua archa reperientes monetas infraſcriptas, in ſaccis lineis ſeu pochiis repoſitas, certisque cedulis ſuperſcriptas: i. viz. quindecies centum et tresdecim duplicis auri. Item noniet centum et duo ſcuta auri in eodem ſacco, cum Interfinio modico - - Item, tresdecim coronas auri et duas agnas auri in eodem ſacco, cum Interfinio ligaturarum,* (2) † *Le termine tra doy fiume*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† INTERFODERE, fodere, terram ligone verſare, in Stat. a. 1329.

† INTERFORE, pro intereſſe, in Act. SS. to. 2. Iul. pag. 502. Vide *Fore.*

INTERFVGIVM, effugium, tergiuerſatio, Gall. *Subterfuge.* Conſuet. Brageraci art. 45.

INTERGERE, abſtergere. Supplem. Antiquarii: *Interget*, *ἀπομάσσει.*

INTERGERIES PARIES, *τοῖχος ὁ δύο διορίζων*, in Gloſſ. Paries interiectus, medius. Forte legendum *Intergerinus Paries.* Feſtus: *Intergerini parietes dicuntur, qui inter confines ſtruuntur et quaſi intergeruntur.* V. Lexicon Martinii.

INTERIA, *inteſtina, vnde Interici, qui diſſolutionem patiuntur ventris ſecundum Papiam.* Io. de Ianua. Gl. Lat. Gall. Sangerm. *Interia, Entrailles.* V. *Enteria.*

INTERIBI, *interim, interea, in illo loco*, Io. de Ianua.

INTERIDEA, V. *Entoridia.*

INTERIECTIO, pactum, conuentum, ſeu pacti conditio. Promiſſio Caſimiri Regis a. 1335. apud Ludewig. to. 5. pag. 597. *Promittimus, quod ſi fortaſſe, quod abſit, aliquem vel aliquos ex noſtris ipſas trengas vel earum Interiectiones et conditiones violare - - contingat, etc.*

INTERIM. Sic dicta eſt Caroli V. Imp. *Declaratio Religionis, qua conſtituit exercitium religionis, quale Interim eſſe debeat in Imperio Romano vsque ad definitionem concilii generalis, publicata et promulgata, et a Statibus Imperii accepta in Comitiis Auguſtae XV. Maii a. 1548.*

INTERINAMENTVM, Vide *Interinatio.*

INTERINARE. (1) Ratum habere, approbare, Practicis Gallicis *Enteriner.* Regeſtum concluſionum Capituli Meld. a. 1542. (2) † Spondere, fideiubere, vadem dare, Gall.

Digitized by Google

Enterinter. Ch. Mſ. a. 1275. V. *Intercedere.*

INTERINATIO, INTERINAMENTVM, ratihabitio, approbatio, Gall. *Enterinement, Interinamentum ſupplicationum*, in Charta an. 1559. inter Priuilegia Equitum S. Ioan. Hieroſol. p. 254. Enumerat. iurium caſtri Auzeti a. 1394. ex Camera Comput. Prouinciae Regeſto *Armorum* fol. 70.

INTERINIMENTVM, ab *Interinire*, partium coram iudice certamen mutuum, in lege 4. tit. de Reſcript.

† INTERINSILIS, *entrepaſſable* vel *enterinſable.* Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 7692. quod de filis quae tramae interſeruntur, intelligi poteſt.

INTERINSTITVTIO, additio, vt videtur, portioni Haeredis inſtituti. Teſtamentum a. 1263. to. 1. Anecd. Marten. col. 1115.

† INTERIO, *pulpa*, in Gl. ad Alex. Iatroſoph.

INTERIORA, myſteria, vt coniecto. Priuilegium Alexandri II. PP. apud Mabillon. to. 5. Annal. Benedict. p. 42.

INTERIORITAS (1) Locus interior. Guibertus lib. 4. de Pigneribus ſanctorum c. 8 (2) † Intima animae diſpoſitio, Gall. *Interieur.* Annal. Bened. to. 6. Append. pag. 63.

INTERIRE, infundere. Papias: *Intereo, Infundo, Interitum, Infuſum.*

† INTERITVS, mulcta quae domino competit ex homicidio. Inquiſit. a. 1233. ap. Cencium inter Cenſ. eccl. Rom.

INTERLAQVEATVS, interpoſitus, interiectus, illigatus, ex Gallico *Entrelaſſé.* Monaſtic. Anglic. to. 3. p. 310.

† INTERLARDARE, leuiter transfigere; dicitur de ictu gladii interius non penetrante. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1415.

† INTERLARDATIO DAEMONIACA, dicitur Paparum manſio Auenione per LXX. circiter annos a Io. Conon. Scotiſtarum.

INTERLATVS. Epiſtola S. Bonifacii Mogunt. ad Cuthbertum Archiep. Cantii, praefixa Concilio Clouesho-

wenſi; *Dulciſſima literas veſtras - - - terna caritate Interlatas - - - ſ pimus.* Vbi quidam legendum ſent *Interlitas.* Sed *Interlata* tur eſſe vox Gallica *Entrelaſſée*,

INTERLECTVS, *interfoedatus, q que maculatus, per interualla f tus.* Gloſſ. Iſid. Melius apud piam: *Interpolatus, interfoed varieque maculatus, corruptus.*

INTERLICINIO, f. faſcia in ſ gentilitiis. Meiſterlini Hiſt. N berg. apud Ludewig to. 8. pag. *Caſtri et totius prouinciae dictae Sw feld, modo Swanfeld, arma erant cl peus albus in fundamento, habens tres Interliciones rubeas.*

INTERLIDERE, *interpaulatim laedere*, Ioanni de Ianua. S. Paulinus in Poëmate 10.

- - - *grauem Interlidere dentem.*

† INTERLIGALITER, pro *inlegaliter*, illegitime, in Ch. an. 1350. t. 9. Ordin. reg. Fr. p. 40.

INTERLIGATIO, foedus, conſpiratio. Litterae a. 1386. apud Rymer. t. 7. p. 530. V. *Liga.*

INTERLIGNVM, f. vaſculum ligneum. Vetus Catalogus Ornamentorum S. Martialis Lemouic. *Item X. Interligna minora, undecimum Interlignum criſmatis.*

INTERLIMITANEVS, medius, interiectus, in Vita S. Ettonis, to. 3. Iulii p. 59.

INTERLINEARE, inter lineas ſcribere, correctionis cauſa. Pactum an. 1278.

INTERLINEARIS, inter lineas ſcriptus, vt ſunt Gloſſae Biblicae Nicolai de Lyra et aliae interpretationes, quas vocant *Interlineares.*

INTERLINEATVRA, additio vel correctio *interlinearis.* Acta SS. t. 4. Maii p. 561.

† INTERLITVS, *la interceſſione del verbo.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. V. *Interlatus.*

† INTERLOCVTORIA, vox forenſis, Gall. *Interlocutoire.* Ch. Mſ. a. 1209.

INTERLVDIVM, fabula ſcenica. Anglis, *Interlude.* Vitae Abbatum S. Albani.

INTER-

Digitized by Google

RLVDVM. Anaſtaſ. Bibl. in S. elio PP. *Quem iuſſit ſibi praeeri cum Praefecto vrbis in interoctu ante templum Palladis.* Codd. habent *in Tellude*, *Inde.*

ALVNIVM, μεσοσέληνον, in Graec. Lat. ἐπόχευσις σελήin Lat. Gr. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *terlunium*, *Interſtitio Lunae.* Pa: *Interlunium*, *tempus illud luinter deficientem et naſcentem, quando eſt 30.* (ſeu *trigeſimus dies, quo non lucet*, vt habet Iſid. lib. 3. Orig. c. 54.) Charta Godae Optimatis Edwardi Confeſſoris, in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 121. *Poſt interlunium temporis praedicti, etc.* Vox Plinio l. 16. c. 39. nota. *Nox ſqualida et Interlunis*, apud Ammian. lib. 19.

INTERMANSVS, V. *Intromanſus.*

† INTERMEDIVM, velamen quod intermedium eſt. Bulla Mſ. Clement. VI.

† INTERMENTVM, dicitur de flumine cuius curſus ex frigore ſeu glacie interrumpitur, ab Ital. *Intermentire*, rigere. Statut. Auellae c. 150.

INTERMETIVM, ſpatium inter circi metas, τὸ μεταξὺ τῶν καμπτήρων, in Gloſſ. Lat. Graec.

INTERMINABILIS, ſine termino, interminatus, infinitus, apud Tertull. l. 2. adu. Marcionem c. 3.

INTERMINABILITER, in perpetuum, ſemper, apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Brit. col. 270.

INTERMINATIM, eadem notione, in Teſtamento S. Rudeſindi a. 978. Concil. Hiſp. t. 3. p. 184.

INTERMINATIO. (1) Minae, comminatio, apud Iuſtinianum in Praefat. Digeſt. (2) INTERMINATIONES, fines agrorum, termini. Charta a. 984. apud Marten. t. 1. Ampl. Collect. col. 333.

INTERMINIA, eadem notione. Praeceptum Ludouici Pii Imp. an. 815. apud Stephanot. t. 1. Antiquit. Occitan. MSS. p. 409.

INTERMINVS, *ſine termino exiſtens vnde in hymno S. Trinitatis dicitur: In ſimplici ſubſtantia virtus manens Intermina. Papias vero dicit: Intermina internuncia, Mediatrix inſeparabili termino carens.* Ioan. de Ianua.

INTERMISSA. Pancharta Nigra Turon. Ch. 97. *Cum mancipiis, - - - terris etiam cultis et incultis, quaeſitis et adinquirendis, Intermiſſis, vineis quoque et ſiluis*, etc. apud Beslium p. 202.

INTERMISSIO, interuentus, Gall. *Entremiſſe.* Synodus Beneuentana a. 1091. c. 2.

INTERMITTERE, immiſcere, Vetus Placitum ſub Ludouico Imp. apud Viennam a. 912. ex Tabulario Eccl. Gratianop. fol. 68.

INTERNECARE, penitus necare, apud Prudentium in Praefat. Apotheoſ. v. 49. et S. Orientium in Commonitorio lib. 2. cap. de ebrietate.

INTERNECATIO, *mors quae contigit alicui dum eſt in itinere.* Gloſſ. Lat. Gall. Sangerman. *Internecatio, Mors.*

INTERNECIES, *mors, iactura.* Gl. Iſid. c. 26. Occurrit in Actis SS. Maii t. 6. p. 402.

† INTERNECIVM, *quod nec viuus ſit, nec mortuus.* Gloſſar. vet. Cod. 7641.

INTERNECTARE, *occidere*, *Internectus*, *occiſus.* Gloſſae vett. apud Voſſium.

INTERNICIDA, in Gloſſ. Arabico-Lat. *eſt quaſi qui falſum teſtamentum facit, et ob id hominem occidit.* Vide Iacob. Gothofr. ad l. 14. Cod. Th. de accuſation. Iſid. l. 10. Orig. habet *Internecida.* Gloſſar. Lat. Gall. Sangerman. *Internecida, Meurtrier.*

INTERNICIDIVM, *mort, occiſion*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerman. Ioh. de Ianua: *Internicium et Internicidium, Mors, occiſio, quam internicida committit.*

† INTERNICIO, occiſio, in Ch. Mſ. a. 1070.

INTERNICIVM, Ioh. de Ianua, *etiam dicitur bellum in quo omnes perierunt nullo remanente:* qua notione Tullius dixit *Internecio.* Papias: *Interneciò, quaſi quaedam hominis maxima necio, mors vel poena. Internecium*

ciuum bellum, in quo omnes perierunt. Bellum Internecinum habet Liu. l. 9. c. 25. *Internecinum* vel vt alii legunt, *Internecinum Testamentum, propter quod dominus eius necatus est*, apud Festum.

INTERNVPTAE, iterum nuptae Concilium Valentinum I. Galliae c. 1. *Renuptae*, in Concilio Epaon. c. 2. et Aurel III. c. 6. *Internupta et duplicata matrimonia* in Concilio Arelat. II. c. 45. *Duplicata matrimonia*, in Arausicano I. cap. 25. *Duplicatio matrimonii*, in Responsis Leonis I. PP. ad Rusticum Narbon. cap. 6.

† INTERPAVLATVS, interruptus, non continuus, alternus. Stat Vniu. Tolos. a. 1314. V. *Interpolatus*.

INTERPEDARE. Iornandes de rebus Geticis, in Maximino: *Tum Imperator equo adacto in cursum, calcaribus incitatum, multos orbes huc atque illuc vsque ad suam fatigationem variis inflexibus Interpedauit.* Salmasius emendat *Intripedauit*; dicitur autem Intripedare de equis trepidariis vel tripedariis, qui sunt succussatores, vt habet Carolus de Aquino in Lexico militari.

INTERPEDITATVS. Consuetudines et Assisae Forestae: *Licitum est Abbati de Burgo S. Petri venari et capere lepores, vulpes, et mureleges, infra metas forestae, et habere canes Interpeditos.* Videtur, inquit Spelmannus, medium quiddam sonare inter *expeditatores*, et *inexpeditatos*. V. supra *Expeditare*.

† INTERPELLARE. (1) Deprecari, exorare, in Prob. Hist. Brit. to. 1. p. 376. (2) Idem quod *intrudare*, ibid.

† INTERPELLATIM, alternatim, in Act. SS. t. 1. Aug p. 661.

† INTERPELLATIO, in ius vocatio. Lex Ripuar. c. 30.

INTERPELLATOR, qui alium interpellat in eo quod possidet, actor. Leges Ludouici Augusti apud Murator. to. 1. part. 2. p. 128. col. 1. *Si vero Interpellator aut actore, aut testimonio, aut cartharum collatione conuictus fuerit.*

INTERPENDIVM. Gloss. Gr. *Interpendium*, παράλληλον. I[illegible] videtur quod *Interpretium*.

† INTERPETITIO, actio in i[illegible] qua quis per actorem intermed[illegible] rem quampiam repetit. Ch. a. 1[illegible] to. 1. Annal. Praemonstr. P[illegible] p. 494.

INTERPOLANTIA, intermissio, [illegible] satio. Vita S. Hugonis Aedue[illegible] saec. 5. Benedict. p. 101.

INTERPOLARE, apud Nonium, *I[illegible] mittere et interponere et nouam f[illegible] mam e vetere fingere, - - - et e[illegible] tractum ab arte fullonia, qui poliendo diligenter vetera quaeque in nouam speciem mutant.* Peiorem in partem Ioannes de Ianua: *Interpolare, obscurare, inquinare, impedire, vel interrumpere, corrumpere, variare, non continuare: vt in Hymno: Quod nulla nox Interpolet, Fideque iugi luceat.* Vnde notiones has omnes arcesserit hic Glossographus, non inquiro; vnum dumtaxat obseruo nostri instituti, scilicet *Interpolationes*, cum de veteribus scriptis agitur, dici adiectiones vel immutationes, quae in transsumtis occurrunt vitio librariorum, qui authentica non exscripserunt iis quibus par erat fide et diligentia, siue id de industria fecerint, siue non.

INTERPOLATE, interrupte, non continue, alternatim. Chron. Mellic. p. 344. col. 2.

INTERPOLATIM, eadem notione. Bulla Innocentii VI. PP. a. 1359. in Bullario Carmel. p. 103. col. 2.

† INTERPOLATVS, INTERPOLLATVS, i. q. *Interpaulatus*. Acta SS. t. 6. Aug. p. 820.

† INTERPOLVS, *variato*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

INTERPONERE. (1) Intermittere, procrastinare. Sebastianus Perusianus in B. Columbae Reatinae, t. 5. Maii p. 368. *Cum ei sacra, communio Interponebatur aut colloquium verbi Dei, attenuarentur vires ac spiritus depauperarentur, etc.* (2) † Recipere. Ch. Phil. III. Ms. an. 1283.

INTERPRAEMIVM. Lex Saxonum c. 2. §. 1. *Qui nobilem occiderit,*

840.

Digitized by Google

sol componat. Ruoda quod dicitur Saxones, 120. sol. et Interpre- 120. sol. Vbi Lindenbrogius tur existimare idem esse quod *predium*, de quo mox.

ERPRAETENDERE, aggredi, pare, contra pactum vel ius ali- agere Arest. Ms. an. 1405. V. *rprendere.*

ERPRAISIA, vt mox *Interpri-* Charta ann. 1319. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 183. c. 1.

NTERPRENDERE, idem quod *Intercipere*, de quibus supra, ex Gall. *Entreprendre.* Capitula Caroli Cal. tit. 28. *Vt audiuimus aliquos Interprendre.* Hincmarus Rem. Opusc. 13.

INTERPRES, intercessor. Vetus Notitia Iudicati a. 954. apud Vghellum tom. 5. pag. 1501. INTERPRES NVPTIARVM, internuntius, in leg. 1. Cod. Th. de Nupt. προξενητης.

INTERPRESSIO, etc. V. *Interprisa.*

INTERPRESVRA, INTERPRESSVRA, V. ibidem.

† INTERPRETATIO, iudicium, Gall. ol. *Interpretation.* Arest. Ms. a. 1256. V. *Interpretrix.*

† INTERPRETATIVVS, suspectus. Stat. Synod. Guil. Duprat. episc. Clarom. a. 1537. *Menti capti veri vel interpretatiui.*

INTERPRETIVM, quod de pretio rei restat, Galli dicunt, *lesurplus du prix.* Gloss. Lat. Gr. *Interpretium*, παρἀλληλον. Ita *Interpretio* et *Interpendio*, contrarium *Intertrimentum*, id nempe quod de predio et pondere detrahitur. Senator lib. 2. Epist. 26. *Vt frumenta, quae per supra dictos negotiatores in publico comparantur, non iterum ab eisdem Interpretii nomine solidorum quantitas exigatur.*

† INTERPRETRIX, iudex. Epist. Nicol. I. ann. 867. tom. 7. Collect. Hist. Franc. pag. 425. V. *Interpretatio.*

INTERPRINSIA, etc. V. *Interprisa.*

INTERPRISA, interceptio. Matth. Paris. an. 1242. *Vt trengas initas teneret, et interprisas emendaret, si quae per ipsum vel per suas factae essent.* INTERPRISIA, in Arresto Parlam. ann. 1418. e Chartul. Latiniac. INTERPRINSIA, Gall. alias *Entreprinse*, apud Lobinell. t. 3. Probar. Hist. Paris. p. 590. col. 1. INTERPRISIO. Vetus Notitia Viennensis Ecclesiae ann. 863. INTERPRESSIO. Charta Theobaldi Comitis Blesensis an. 1213. INTERPRESVRA, eadem notione. Charta Erardi de Brena an. 1217. in Tabulario Campan. INTERPRESSVRA, in Chartulario Campan. laudato a D. Brussel to. 1. de Feudorum vsu p. 346.

INTERPRISIA. (1) V. *Interprisa.* (2) † Facultas la Principe subdito data, qui iniuria affectum se vel spoliatum ab alterius principis subdito queritur, eiusdem principis subditos eorumque bona *interprendendi* seu occupandi; i q. *Marcha*, et *Represaliae.* Inuent. Chart. reg. an. 1482.

† INTERPVGNA, conflictus, Scharmützel. Elmham. in vita Henr. V. col. 67.

INTERRAGIVM. (1) Inhumatio. Occurrit in Statutis Synodalibus Odonis Episc. Paris. V. *Terragium* 4. (2) Quod pro inhumatione datur Sacerdoti. Statuta Eccles. Meldensis an. circiter 1346. inter Instr. Hist. eiusdem Eccles. t. 2. p. 484.

INTERRAMENTVM, humatio, sepultura, Gall. *Enterrement*, in veteribus Missalibus Cluniac. non semel, vbi de Missis defunctorum

INTERRARE, humo mandare, Gall. *Enterrer.* Leges Edwardi Confess. c. 36.

INTERRASILIS, caelatus, incisus. Papias: *Interrasilis, anaglypha, sculpta.* MS. Bituric. *Interasilis, Anaglypha, sculptura.* Idem: *Lubrum, rasile lignum.* Will. Brito. in Vocabul. *Interrasile dicitur interpolatum, celatura, et plana. Planum enim inter celaturas quasi rasum videtur. Rasile lignum*, dixit Prudentius in Psychomach. pro iaculo seu missili: et lib. περιστεφ. *Rasiles scopulos*, idola Paganorum vocat. *Rasilis ars*, apud Honorium Augustod. in Gemma animae lib. 1. c. 220. Gloss. Graec.

Digitized by Google

Lat. Εὐξυσον, *Rasila*. *Rasili* igitur ponitur *Interrasile*, quod subinde caelatura et *plano variatur*, ac distinguitur. Alexander:

Quod nunc sculpturis, quod nunc planitia variatur,
Hoc et non aliud opus Interrasile dicas.

Corona Interrasilis, Exodi col. 25. Anonymus de Gestis Constantini M. *Laminam auream iussit Interrasile fieri.* Anastasius Bibl. in Leone III. p. 131. *Hic idem Praesul fecit - - - - crucem anaglypham Interrasilem ex argento purissimo.* In Gregorio IV. *Gabalthas Interrasiles de argento duodecim Angelorum opere constructas.* Ex his emendare licet eundem Anastasium, vbi pro *Interrasiles*, habet *Intersatiles*, p. 134. vt et Epistolam Patriarchae Hierosol. ad Ignatium Patr. CP. *Simul autem et sacrum vas cimeliorum S. Resurrectionis, craterem argenteum cum Imaginibus Intersatilem transiisi.* INTERRASVS, eadem notione, Statius l. 7. Thebaid. p. 344.

INTERRASOR, eiusmodi operum artifex, caelator. Gloss. S. Benedicti. *Interrasor*, διαχωντής. Diuersi vero *Interrasores* a Tornatoribus.

INTERRATVS, terra munitus, vt videtur. Radulphus de Gestis Friderici I. Imp. apud Murator. tom. 6. c. 1196. *Quod castrum fortissimum erat - - - cum altissimo muro merlato iuxta terragium, et cum alio muro intus, qui duo muri Interrati erant a medio vsque ad summum.* V. *Interrare.*

INTERREGNVM. (1) Illud temporis spatium, quod inter Regis defuncti mortem intercedit et successoris electionem seu consecrationem, Gall. *Interregne.* Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobiensium col. 15. (2) Concilium Parisiense III. can. 1. et Turonense II. can. 25. de perusoribus rerum Ecclesiasticarum: *Neque quisquam per interregna res Dei nitatur defensare: quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari dominatione concludit.* Id est, interuentu Regum, *per auctoritatem Regiam*, vt est in Concilio Remensi can. 8. apud Flodoardum l. 2. stor. Remensis col. 5. et l. 6. Ca Caroli M. c. 409.

INTERREX. (1) Gubernator gni. Hector Boetius lib. 2, Hist. S tor p. 27. (2) † *Lo re designato* Gloss. Lat. Ital. Ms.

INTERRIVATIO FLVMINIS, riuatio. Barthii Glossar. ex Sax Grammatico.

INTERRIVATVS, riuis distinct Dudo Decan. S. Quintini de Ac Norm. l. 1. p. 62.

INTERROGARE, commeatum et licentiam petere. Regula S. Pachomii c. 11. *Quando in collecta orant fratres, nemo ingredietur absque iussione Maiorum, nisi interrogauerit, concessumque ei fuerit exire, etc.*

INTERROGATIO, petitio, exactio. Tabularium Monast. S. Michaelis Vlterioris portus a. 1201.

† INTERROGATORIVM, quaestio. Bulla Ms. Vrbani V.

INTERSATILIS, V. *Interrasilis.*

† INTERSCALARE, *Eschellon. Interscalare, Eschelonner*, in Gloss. Gall. Lat. Cod. 7684. *Interscalaris dicitur interpositus, sicut gradus interponitur in scala*, in Vocabul. Bibl. ex Bibl. reg.

INTERSCAPILIVM, Papiae, *spatium inter scapulas.* Rectius Glossae Graec. Lat. μετάφρενον, *Interscapulium.*

INTERSCISSIO, V. *Incisio* 4.

INTERSELLARE, V. *Intorsare.*

† INTERSICCVM, INTERSICCVS, Gall. *Entresec*, dicitur de arbore quae exarescit, deperit. Ch. Ms. an. 1308.

INTERSICVS. (1) † Forte fossa, nisi leg. sit *Interfitus*, i. e. ager interpositus.) Charta Gerberti Archiep. Capuani a. 979. apud Michaelem Mon. in Sanctuario Capuano: *Secunda petia ibi propinquo, vnum latu terra nominatae S. Marine, et ipso ribo et aliis latu terra Beneruti cum Interficu nostro, - - - vnum latu terrae Andreae cum ipso Interficu nostro, - - - ipse intorsicus noster vnum latu via publica, etc.* (2) † Idem quod *interficcus*, in Ch. Ms. a. 1317.

IN-

Digitized by Google

IGNIA, arma, *Armoiries.* de Podio Laurentii col. 1. *in eodem castro centum hospitium equos cum Interſignibus, habentium.* Carolus de A- interpretatur Symbolum, no- el teſſeram militarem, ſeu or- um in veſtitu.

ERSIGNIVM. (1) Signum, e, Gall. *Enſeigne.* Tabul. epiſc. ot. (2) Signum deſtinatum. Lit. ſſ. Mſ. an. 1360. (3) Limes, , terminus. Chart. Mſ. ann. 28.

ERSIGNVM. (1) Indicium, Oc- anis, *Entreſegnes.* Vgutio: *Interſignum, vel Interſignium, quod eſt inter duo ſigna, vel ſignum quod eſt inter aliquid, ſicut quis ſolet mitti de uno loco in alium cauſa notitiae.* Henricus Rebdorff. a. 1347. *Et quia ſimilis in facie et in moribus Waldemaro erat, et multa Interſigna de actibus Waldemari hominibus ad memoriam revocavit, etc.* Quae vox etiam accipitur pro quauis nota. Vide Sueonem. (2) Signum militare, Gall. *Enſeigne.* Ch. a. 1291. to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 29. (3) Clamor militaris, *Cry d'armes.* Geſta Conſulum Andegav. c. 13. n. 5. *Exclamavit vnusquisque Interſignum ſuum.* (4) In ius vocatio, Gall. *Aſſignation.* Notitia concilii Pictau. ſub Iſemberto I. Epiſc.

INTERSTALARE, inter ſe pugnam conſerere. Apud Marten. t. 3. Anecd. c. 697.

INTERSTANTIA, diſtantia, Thwroczio p. 14.

INTERSTARE, dicebantur in Choro Monachi, cum ad officium diuinum alterni ſedebant, et alterni ſtabant, hoc ſcilicet ordine, vt inter duos ſtantes vnus ſederet, et viciſſim. S. Wilhelmi Conſtitut. Hirſaug. lib. 1. c. 38.

INTERSTELLATVS, ſtellis conſperſus, ornatus, apud Murat. tom. 2. Script. pag. 363. † Etiam nude pro interſtinctus, apud Andr. Floriac. Mſ.

INTERSTITIATVS. Veteres Schedae Eccleſiae Biſuntinae, apud Chifletium in Diſſert. de Conuerſione Conſtantini M. col. 1. *Cumque ab aſtantibus didiciſſet, ibi aliquos adeſſe, Interſtitiata adbreui de Chriſtianis ratione, quaſi ſub obtentu mirandae ciuitatis ſitum videndi, peruenit, vbi locorum manebant Chriſtiani. i. e.* audita fortuito et leuiter de Chriſtianis ratione.

INTERTENEMENTVM, ſumtus, a Gallico *Entretenement*, quod maxime dicitur de ſumptibus ad victum et cultum. Locum vide in *Altalagium.*

INTERTENERE. (1) Gall. *Entretenir*, alere, fouere, ſartum tectum conſeruare. Obituarium Eccl. Morin. fol. 35. vo. *Dedit lampadem ſubtus organis ante fontes - - - et vt Interteneatur ad laudem Dei et honorem ſacramentum ſommam 24. librarum.* Acta SS. April. p. 417. *Cenſuit ſolui ad luminaria Intertenenda ſeu fouenda certas libras cerae et olei.* INTERTINERE, idem. Chron. Bonaei ſpei p. 441. (2) † INTERTENERE SE, colluctari, inter ſe complecti, Gall. *s'entretenir.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1374.

INTERTENTIO, conſeruatio, in Litteris 1534. apud Rymer. to. 14. p. 534 c. 2.

INTERTIARE, eſt *ſequeſtrare*, *in manum tertiam ponere*, vel *mittere.* Proprie autem dicitur res *intertiari*, eum furto ſublata, et alteri vendita, a domino repetitur ab eo, penes quem deprehenditur. Quippe donec poſſeſſor auctorem ſuum aduocaret, ac laudaret, *in manum tertiam mittebatur*, ſeu ſequeſtro dabatur: tum vero de *intertiata* controuerſia erat, quum is, qui repetebat, *intertiare* dicebatur *ſuper poſſeſſorem*, cuius partes erat venditorem proferre, atque ille alium, donec ad ipſum furti reum deueniretur. Hanc *intertiandi* rationem omnino prodit Lex Salica tit. 48. Atque haec eſt vera vocis *intertiare* ſignificatio, quidquid contra dicant Lambardus, Somnerus, Wendelinus, qui volunt eſſe, cum *tertio* de re furto ſubrepta contendere, vel certe *tertium aduocare*, qui auctorem ſuum laudet, ad quod tenebatur

Digitized by Google

tur is, a quo repetebatur. Ita in veteribus Glossis, ἔντριτος, est *sequester*: in aliis, ἔντριτος, *Intertius*.

INTERTIATVRA, Sequestratio, in laudatis Legibus Ottonis Augusti. *Animal furatum absque Intertiato requirere*, in Lege Ripuar. tit. 47. *Res intertiata*, in Capit Caroli M. lib. 3. §. 46. Vide Legem Wisigoth. l. 7. tit. 2. §. 9.

† INTERTINENTIA, Gall. *Entretien*, Germ. Unterhaltung. Ch. an. 1470. in Supp. ad Miraeum p. 627. V. *Intertenere*.

INTERTINERE, V. *Intertenere*.

† INTERTIO, sequestratio, seu depositio rei penes sequestrum. Chr. Ms. Phil. Pulcri ann. 1292. V. *Intertiare*.

INTERTIVS, sequester, V. *Intertiare*.

† INTERTORCINIVM, INTERTORCINVM, taeda, fax, Gall. *Torche*. Hist. Occit. t. 4. Prob. p. 22. V. *Intorticium*.

INTERTVRRIVM, spatium interiectum inter duas turres. Charta an. 1091 apud Gelenium in Colonia Agrippina p. 381.

INTERTVTRIX, curatrix, Gallis *Tutrice*, in Ch. a. 1335. to. 2. Hist. Dalphin. p. 295.

INTERVALLARITER, per intervalla. Magister Egidius Corbolienſis lib. de Pulsibus.

INTERVENIRE, dicebantur ii, quorum *interuentu*, ac *intercessione* Principes ac Reges alicui aut Ecclesiae, aut priuato, quidpiam concedebant. Vnde crebro legitur haec formula in Diplomatibus, *per interuentum*, *interuentu* magnatis alicuius id esse concessum. Glossae ver. *Interuentu*, τῇ μεσιτείᾳ. Gloss. Graec. Lat. Ἐπιγνώμων, *Intercessor*, *Interuentor*. Vgutio: *Interuenire*, *intercedere*, *inter alios venire*, *medintorem esse*. Gloss. Lat. Graec. *Interuenit*, μεσάζει. *Interuentio*, μεσητία.

INTERVENTORES, dicti qui sede vacante Episcopatum administrabant, donec proprius aliquis electus esset. S. Augustinus l. de Vnico Baptismo c. 16. V. *Intercessor* 1.

INTERVENTORES, dicuntur etiam sponsores in Baptismo, Patrini. Nicolaus lib. in Resp. ad Consul. Bulgar. c. 18. V. *Intercessio*.

† INTERVENTVS, intercessio, Act. SS. t. 1. Iul. p. 367. V. *Interuenire*.

† INTERVERSVS, interruptus. Ch. Ms. a. 1212.

INTERVLA, camisia. Papias: *Interula*, *Interior tunica*; *hoc est supparum*, *quod vulgo dicitur Camisia*. Vopiscus in Claudio: *Interulas*, *dilores duas*. Tertull. de Pallio c. 5. *Si quid Interulae supereſt*.

† INTERVLATVS, *incamisato*. Glos. Lat. Ital. Ms.

† INTERZATVS, intextus, innexus, Ital. *Intessuto*, apud Murat. tom. 16. pag. 580. V. *Intrezatorium*.

† INTESCVTANS, vox mendosa, totusque locus vitiosus in Act. SS. t. 3. Sept. p. 70. forte pro *inter se vtentes*.

† INTESTABILIS, qui nec testamentum legitime condere potest, nec bona ipsi testamento legata percipere. Proceſſ. Ms. ex Reg. Iohann. XXII.

INTESTAMETVM, pro *Inteſtamentum* in Form. Marculfi. lib. 2. Form. 7. 17.

† INTESTARE, Hispanis et Italis dicitur de agri capite seu parte superiori, qua terminatur. Ch. a. 1121. t. 1. Prob. Hist. geneal. domus reg. Portug. p. 3.

INTESTATIO, INTESTIA, bona mobilia, seu *catalla* intestatorum, quae ad dominos, ex eo, quod quis decesserat *inteſtatus*, pertinebant. Charta an. 1238. *Et ostem*, *et cavalcatas*, *et seguis*, *et cucucias*, *et exorquias*, *et homicidia*, *et Inteſtationes*, *et arsinas*, *etc.* Qui porro *inteſtatus*, decesserat, habebatur olim pro damnato ac infami. Cum enim Conciliorum Canonibus certam bonorum suorum, vtque adeo decimam *partem*, vt est apud Matheum Paris p. 113. distribuere in pios vsus, ad animae redemtionem, quinis teneretur, qui id non egisset, salutis suae curam quodammodo videbatur abiecisse, adeo, vt nullum esse

Digitized by Google

crimen exiſtimarent inter eius- *inteſtatos*, et illos, qui ſibi a intuliſſent. Vt autem βιοθα- bona mobilia in fiſcum redi- tur, ita et *inteſtatorum* domi- ddici debere exiſtimauerunt, ae ſi per eos licuerat haud *in-* s decedere. Charta an. 1205. egeſto Herouualliano Philippi ti fol. 121. et in Normanni- uchesnii f. 1052. 1060 *Item di- s de illo, qui moritur inteſtatus, icuerit in lecto aegritudinis per et dies, vel quatuor, omnia mobi- ipſius domini Regis debent eſſe, aut illius in cuius feodo terra eſt, et ſicut de illo, qui ſe interfecit ſponta- neus.* Neque poſtmodum potioris ſtatus omnino fuere, qui ſubitanea ac inprouiſa morte decedebant, cum id *diuino* adſcriberent *iudicio*, vt eſt in Prouincili Eccl. Cantuar. lib. 13. tit. 13. eoque nomine bona eorum mobilia fiſco dominico perinde adſcriberentur. Chronicon. Laurisham. p. 92. *Nam ferme biennio mutus et elinguis, ac dira omnium membrorum paralyſi contractus, carne iam praemortua, ſolo ſpiritu palpitans, dedecoroſe tandem et inteſtatus expiraſſet.* Vbi *diuino* quodam *iudicio* ſceleſtus ille *mutus et elinguis*, ac proinde *inteſtatus* obiiſſe dicitur: quod *mori ſine lingua*, vetus Charta apud Will. Tyrium lib. 12. c. 25. *morir ſan fabla*, Fori Hiſpanici vocant. Quo etiam pertinet quod habet Chronicon Nangii an. 1202. *Guillelmus Remenſis Epiſcopus, dum Laudunum veniſſet, morbo ſubitaneo praeuentus opprimitur et obſtruſo linguae officio moritur inteſtatus*, id eſt, absque confeſſione et viatico: nam eo aeuo *Inteſtato mori* nihil fere aliud erat: quod nemo moriturus exhomologeſin peccatorum ſuorum daret, qui non vna et ſimul de eleemoſynis ſuis diſponeret. Charta Ludouici VII. pro Rupellenſibus apud Beslium p. 600. Atque vt *inordinatus* mori dicitur, qui non condito teſtamento decedit, in Concilio IX. Tolet. can. 4. in Legibus Wiſigoth. lib. 5. tit. 7. §. 14. Sic eadem notione voce *Inteſtatus* vſus videtur Libellus precum Marcellini et Fauſtini pag. 65. *Sed apud Treuiros Bonoſus Presbyter incluſus, Inteſtatus, ac diu poenas ſenex dedit propter obſeruantiam intaminatae fidei illius*, etc.

INTESTATVS, de quo teſtator teſtamento non diſpoſuit. Teſtam. S. Remigii apud Miraeum. tom. 1. pag. 2.

† INTESTICIVM, *Barbacana, Prov.* Gloſſar. Prov. Lat. Cod. 7657.

INTESTINARII, artifices, quorum mentio in leg. 2. Cod. Th. de Excuſat. artif. qui *inteſtinum opus* faciebant. Inteſtini autem operis multa mentio apud Vitruuium lib. 4. cap. 4. lib. 5. cap. 2. lib. 6. cap. 3. quod ſcilicet introrſus, id eſt, in ipſa domo fit, nempe ſub tecto. Vnde Budaeus pro ligneo vſurpatum, putat, eſſeque quod *Minutariam*, ſeu *Menuiſerie*, vocant Galli, cui conſentiunt Barbarus et Philander, qui ad ligneas feneſtras referunt. Bernardinus vero Baldus ad lignea laquearia, quibus ſubgrundia ornatus gratia ſuffiguntur. Inteſtini operis meminit praeterea Varro l. 3. de Re ruſt. c. 1.

† INTESTVS, pro *inteſtatus*, in Stat. Cadubr. c. 29.

† INTEXTVS, nude, pannus pictura textili diſtinctus. Chr. an. 1074. apud Menag. in Hiſt. Sabol. p. 7.

INTHICA, Reconditorium, V. *Entheca.*

INTHINGARE, donare, tradere, V. *Thingare.*

INTHRONIASTICVM, ἐνθρονιαστικον, vel ἐνθρονιστικόν, quod pro Ordinatione datur Epiſcopo ordinanti, vel Clericis, vel Notariis Eccleſiaſticis. Occurrit in Nouella 123. Iuſtiniani cap. 3. V. Suiceri Theſaurum Eccl. et Gloſſ. med. Graecit.

INTHRONISARE, INTHRONIZARE. (1) Ἐνθρονίζειν, Epiſcopum vel alium in thronum inducere, in poſſeſſionem mittere. Ioan. de Iannua: *Inthronizare, in throno vel ſede ponere, collocare.* Forma electionis Epiſcopi ann. 990. tom. 8. Spicil. Acher. p. 155. *Intronizare*, in Electione Adelberti. Abb. S. Geneſii Biſuld. an. 1006. Marcae Hiſp. col. 963.

Digitized by Google

963. Anecd. Marten. c. 1143. etc. V. *Thronus.* INTHRONIZARE MENSAM, altare profanatum reaedificare. Epistola Nicolai I. tom. 2. Spicil. Acher. p. 244. INTHRONIZARE POENITENTES, eos, ni fallor, absoluere, et sacrae communioni restituere. Chron. Magdeburg. MS. apud Haltausium in Calendario Germanico. p. 82. INTHRONIZARE SPONSAM, sponsae connubialem benedictionem impertiri, vel f. eius thalamo nuptiali. Charta Witigonis Episc. apud Ludewig. to. 1. p. 287. (2) † Thronum seu sedem episcopalem constituere. Ch. Roricon. episc. Laudun., ann. 973.

INTHRONISMVS, V. *Inthronizatio.*

INTHRONIZATIO, inductio in thronum, apud Marten. to. 2. Anecdot. col. 1078. INTHRONISMVS, eadem notione. Liberatus Diac. c. 19. Breuiarii.

INTIBA, *herbae genus, Cicorea, dicitur, multas radices habet.* Papias. Latini dicunt *Intubus, Intubum,* vel *Intybus,* et *Intybum* Hinc Gall. *Endiue*, et Germ. Endivien.

† INTIDIGRVMA. Acta SS. tom. 1. Aug. p. 266. *Quaedam mulier Intidigruma laborabat pluribus diebus in parturiendo.* Forte leg. *Nitidigruma*, vt intelligatur famula, quae nendo vacat, a *nitere*, nere, et *gromus*, famulus.

INTICINARI, *adignem titione admicinare.* Vgutio.

† INTIFFICARE, pro *ratificare*, ratum habere, t. S. Ord. reg. Fr. p. 724.

INTIMARE, innotescere, notum facere. Glossar. Lat. Gr. *Intimari, γνωρισθαι, ἀνυσθαι. Intimare, γνωρισαι, ἐμφανισαι, φανερῶσαι.* Ioh. de Ianua. *Intimare, demonstrare, indicare, nunciare, notificare.* Arnobius adv. Gent. *Vnde est vobis cognitum, vnde Intimatum?* Senator lib. 1. Epist. 2. *Sermone vobis commimus Intimanda. Intimare causam suam*, in Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 1. §. 25. Vox est Iurisconsultorum. V. Casaubon. et Salmas. ad Histor. Aug. Vossium, Iacob. Gothofr. ad Cod. Theod. et alios.

INTIMAS, *atis, interius habitu vel Secretarius vel Consiliarius, Cre tarius, Secretarius, qui scit secr et intima cordis.* Ioan. de Ianua.

INTIMATIO, denunciatio iudicia Gall. *Intimation*, in Arresto Pa menti an. 1322. to. 3. Hist. Harc p. 239. apud Ludewig. to. 6. p 127. etc.

† INTIMATVS, vox fori, prouo tus, Gall. *Intimé*, in Aresl. Parla a. 1399.

INTIMIDARE, metum inuterе, Gall. *Intimider*, in Actis S. Mammarii Martin. tom. 4. Analect. Mabill. p. 98.

INTIMIOR, familiarior. S. Antonius in Chron. tit. 19. c. 1.

INTINGERE. Acta Murensis Monast. apud Eccardum de Orig. Familiae Habsburgo Austriacae c. 223. *Ne ullus intingeret ad incidendum syluam suam*, id est, ne ullus eam attingeret, seu incidere auderet.

† INTITVBATVS, immotus, in Actis SS. to. 7. Iul. p. 282.

INTITVLARE. (1) Titulos libris scriptis appingere, apponere, apud Guigonem Cartusian. lib. de Quatripertito exercitio Cellae cap. 56. (2) Ad *titulum* vel ecclesiam promouere, V. *Titulare.*

INTITVLARI, titulo decorari, praesigniri, nomen obtinere. Iohanna II. Regina Siciliae Iacobum Borbonium in regni societatem admittens, aut, in MS. Bibl. Coislin. *Intituletur Rex dictorum regnorum, et Comes dictorum Comitatuum.* V. *Titulare.*

INTITVLATVS. (1) *Intitulatus ad aliquam Ecclesiam*, in Statutis MSS. Augerii II. Episc. Conferan. a. 1280. qui propter beneficium illi Ecclesiae seruire debet. *Intitulata Ecclesia*, ibidem, quae possidetur et administratur ab aliquo titulari. *Intitulatum beneficium*, eadem notione, in Epistol. ann 1285. tom. 3. Analect. Mabill. p. 507. V. Lobineli. Glossar. to. 3 Hist. Paris. et *Titulare.* (2) Qui in tabella notatur ad certum munus, in officio diuino peragendum. Statuta Collegii S. Bernardi apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 169.

IN-

Digitized by Google

[illegible]VLATIONIS TABELLA, in [illegible]notantur eiusmodi *Instituti*, [illegible]n.

[illegible]ARE, *in tonum*, seu cantum [illegible]e, cantum imponere; Gall. *[illegible]mer*. Liber Ordinis S. Victoris [illegible]ensis MS. cap. 29. *Ad eos, qui [illegible]sorium cantant, pertinet Psal[illegible]Intonare*. V. *Entonare* et *Intare*.

INTONARIVM, antiphonarium, et Missale. Synodus Valentina ann. 1590.

INTONIZARE, pro *Intonare*, non semel in Antiquis libris Ecclesiae Ambianensis.

† INTORCA, INTORCHA, taeda, fax, Gall. *Torche*. Hist. Nem. t. 2. Prob. p. 318.

INTORQVATVS, intortus. Charta Antonii Portugalliae Regis, inter Acta SS. April. p. 73.

INTORTICIVM, cereus intortus, taeda, Gall. *Torche*. Testam. Petri de Croso Card. Archiep. Arelat. an. 1388. Rursum occurrit in Actis SS. April. t. 1. p. 386. Concil. Hisp. t. 4. p. 286. *Funerales cerei, qui Intortitia dicuntur*, V. *Tortisius*. † INTORTIA, ap. Burcard. Argent. de Alex. VI. INTORSITIVM, in Bulla Innocentii VIII. PP. an. 1484. in Continuatione M. Bullarii Rom. p. 294. c. 2. INTORTIVM, eadem notione. Leges Palatinae Iacobi II. Reg. Maioric. inter Acta SS. Iunii. t. 3. p. LIX. INTORTIVVM, in Actis SS. Iulii. tom. 3. pag. 215.

† INTORTVARE, cruciatibus ac tormentis afficere, torquere. Arest. Ms. a. 1472. V. *Tortura* 1.

† INTOSSICARE, idem quod *Intoxicare*, vnde INTOSSICATIO, veneficium. Lit. remiss. Ms. a. 1357.

INTOXICARE, toxicum, seu venenum exhibere, apud Ludewig. t. 5. p. 321. *Intoxicare animos*, seducere, fascinare, Anglis *to Intoxicate*, apud Rymer. to. 1. p. 35.

IOCALARIVS, iocalium distractor, *Ioallier*, in Charta Sicarti Principis Longob. in Chron. S. Sophiae Beneu. p. 631.

IOCALE. (1) Ludicrum. Acta S. Francisci de Paula, to. 1. April. p. 171. (2) Theca reliquiarum. Inuent. Chart. reg. a. 1482.

IOCALIA, monilia, gemmae, annuli, aliaque huius generis pretiosa, Gall. *Ioyaux*, Anglis, *Iewells*, Germ. Juweteu. Glossae Isonis Magistri ad Prudentium, *Crepundia, Iocalia, ornamentum.* Ingulfus p. 858. *Reges Merciorum Iocalia plurima in sanctae Ecclesiae ornamentum larga manu contulerant.* Proprie apud Gallos *Iocalia* dicuntur, quaecunque ad muliebrem ornatum spectant, et eius quodammodo propria sunt, vt annuli, inaures, armillae, viriolae, etc. atque ita vsurpatur haec vox in Quoniam Attachiam. cap. 21. §. 2. Salmasius ad Solinum, ab Arabico, *iohar* i. e. gemma, videtur deducere,

Digitized by Google

cere, vel certe a *iocus* et *ioculus* et *iocula*, Latinis vocabulis quae id omne, ex quo aliquis voluptatem capit, sonant. *Nugae muliebres* apud Plautum, Aulularia, Gallis *Iouëts*. Gloss. Lat. Gr. *Iocus*, *παίγνιον*. Theodoricus in Vita S. Elizabeth Vngaricae col. 7. *Cum enim pauperum haec nutricia paruulis suis infirmis vascula fictilia, annulos vitreos, et quaedam alia puerorum Iocalia opportuna xenia proprio pallio deferret etc.* Et certe admodum probabile est, vocabulum *Ioyaux*, Gallis vsurpatum, effictum a *Ioye*, gaudium, quod his scilicet nugis pueri et sequior sexus potissimum delectentur.

IOCALIS, pro *Iugalis*, coniux, in Formulis Andegau. apud Mabillonium, tom. 4. Analect. pag. 234. 258.

† IOCALVS, iocus, ludus. Stat. Ms. eccl. Tull.

IOCAMEN, iocus, ludus. Ordericus Vitalis lib. 10. p. 784.

IOCARE, IOCARI. (1) Ludere, lusitare, Gall. *Iouër*. Chronicon Andrense, p. 438. *Fuit accusatus, quod tempore hiemali ipse cum suis Monachis super glaciem, more laicorum fuisset Iocatus.* Vita S. Gertrudis Abbat. Niuell. n. 19. *Infans autem iocabat et currebat haec illacque.* (2) IOCARI, hastiludio concurrere, certare, ex Gall. *Iouster*. Ordericus Vitalis lib. 3. p. 464.

IOCARIVS, Angl. *Iester*, sannio, scurra, apud Thomam *Blount* in Nomolexico.

IOCATOR, pro *Ioculator*. Ch. anni 1291. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 26. col. 2.

IOCCERDECH, furtorum collectores, in Legibus Hungaricis.

† IOCH, forte militaris fistula. Murat. to. 12. p. 513. *Mittimus vobis vnum tabur et vnum Ioch.*

IOCHA, nauis leuior, Anglis *Yacht*. Mauritius Gaufridus in Vita S. Yuonis, t. 4 Maii. p. 602.

IOCHVS, modus agri, V. *Iuctus*.

IOCIA, moneta minutior, vt videtur valens unum denarium, V. *Nunblicus*.

IOCISTA. Gloss. Lat. MS. Reg. *Iocista, qui verbis iocatur*, in Gloss. Isid. Alfricus in Glossis Sax. *Mimus, Iocista, scurra.*

IOCOSA, nomen ensis, quem Car. M. dedit Leo III. PP. quique in thesauro Ecclesiae S. Dionysii asseruatur, et in solemni Regum Gallicorum inauguratione adhibetur. Hunc ensem *spatam* vocat Nangius in consecratione Philippi Audacis.

† IOCOSITAS, iocatio. Reg. visitat. Odon.

† IOCOSVS, *ridiculosus*. Germ. *Fidiculosus*. Castigat. in vtrumque Glossar.

IOCVLARI, iocari, a *Ioculus* pro *Iocus*. Pseudo-Ouidius de Vetula lib. 1.

IOCVLARIS, mimus, scurra, Germ. Gauckler. Gloss. Lat. Graec. *Iocularis*, *γελοιώδης*. Gloss. Lat. MS. Regium: *Choraules, Iocularis*. Papias: *Satiger, Iocularius, cilicio vestitus*. Leg. *Setiger*. Rursum: *Scenicus, histrio, Iocularis*. Lambertus Ardensis p. 247. *Ministrantibus mimicis, nebulonibus, garcionibus, scurris et Iocularibus. Iocularitas*, apud eumd. p. 158.

IOCVLARITAS, facetiae. Odo Cluniacensis, lib. 1. de Vita S. Geraldi, c. 15.

† IOCVLARIVS, *coraula*, in Gloss. Isidori.

IOCVLATOR. (1) Idem cum *Iocular*i. Vett. Glossae MSS. ad Concil. Laodic. can. 54 *Temelici, Ioculatores*. Firmicus lib. 8. Math. cap. 22. *Histriones faciet pantomimos, ac scenicos Ioculatores*. Gaufredus Vosiensis, lib. 1. c. 62. *Per duodecim fatuos, quos Ioculatores vocamus.* † IVCGLARS, in Concil. Terracon. a. 1317. (2) † IOCVLATOR GROSSVS, qui musica instrumenta grauioris soni pulsat. Probat. Hist. Nem. to. 3. p. 149. (3) † Vigil, speculator: sic dictus, quod cornu sonat. Ch. Ms. a. 1346.

IOCVLAX, *γελοῖος*, *ridiculus*, in Gloss. Sangerm. et Supplemento Antiquarii.

† IOCVLOSVS, iocosus. Act. SS. t. 1. Iun. p. 840.

IO-

Digitized by Google

IOCVNDARE, *Exhilarare*, in Barthii Gloſſario, ex Guiberti Hiſt. Palaeſtina.

IOCVNDARIVS, iocundus, in Act. SS. to. 6. Sept. p. 346.

IOCVNDATIO, hilaritas, apud Murator. t. 6. c. 944.

IOCVS. (1) Monaſticum Anglican. tom. 1. pag. 210. *Vas argenteum ad aquam benedictam, cum duobus locis ſaccorum.* Vbi legendum *ſcaccorum*, Gall. *Ieu d' échecs. Iocus eſtacorum*, in Charta anni 1338. tom. 2. Hiſt. p. 363. (2) *Haſtiludium*, in Gloſſ. Barthii, ex Paulo Longobardo. V. Iocari. (3) IOCVS PARTITVS, dicitur, cum alicui facultas conceditur, alterum e duobus propoſitis eligendi. Bracton. lib. 4. tract. 1. c. 32. §. 2. Quod vero *Iocum partitum*, hic vocat Bracton, *Bipertiiocum* appellat Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 4. *Siue loquela per nontenuram ſiue per quemcunque Bipertiiocum cauilletur lis illa, etc.*

† IOEL, mobilaeum, ap. Murat. t. 20. p. 946.

† IOELLVS, gemmeus, aureusue ornatus, Gall. *Ioyau, Ioïel.* Inuent. Chart. reg. an. 1482. V. *Iocalia* et *Iuellus.*

† IOERIA, catella, Gall. *Chaine.* Stat. Ciuit. Aſtae p. 83.

† IOGLARIA, *ioculatorum* ſeu mimorum et ſcurrarum ſocietas. Reg. Cam. Compur. Pariſ.

IOGVLATOR, pro *Ioculator.* Conſilium Maſſil. anni 1381.

IOGVVIVM, *ſeruitus, captiuitas.* Gloſ. Iſid. Poſt Graeuium lego. *Iugum, Seruitus, captiuitas.*

IOHANNITAE, Equites S. Iohannis Hieroſol. Bern. de Breydenbach Itiner Hieroſol. p. 33.

† IOHECCA, i. q. *Ioellus*, ornatus muliebris. Contract. matrim. ann. 1358.

† IOIA, poſſeſſio, id omne quo quis vtitur et gaudet. Ch. an. 1230. ap. Murat. tom. 4. Antiq. pag. 364. V. *Iuga.*

IOIECTA, faſcis fructuum, ab Italico *Ciochetta*, quod idem ſignificat. Conſtitutiones Caroli II. pro Regno Siciliae lib. 1. tit. 55.

† IOISSENTIA, vſus, poſſeſſio, Gall. *Ioiſſance.* Ch. Mſ. an. 1543.

IOLAGIVM, idem, vt videtur, quod *Geolagium*, quod *Geolario* ſeu cuſtodi carceris datur pro victu incarceratorum. Computum anni 1265. apud D. Bruſſel. t. 1. de Feudorum vſu, p. 423. *De buſta Caſtelleti pro vltimo tertio XX. libras. Et de Iolagio pro vltimo tertio XX. libras.*

IOLINTA, *Hœc, Iuno.* Supplem. Antiquarii. † Leg. *Iouenta.* V. Feſtum in *Iuuentutis ſacra* et ibi Scalig.

† IOLIVITAS, ornamentum, Gall. *Enioliuement.* Conſtit. Mſ. Carmelit.

IOLONEIA, V. *Ialoneia.*

IONCHARE, locum floribus ſpargere, Gall. *Joncher.* Inſtrument. an. 1271. ex Chartulario Aeduenſi. V. *Iuncare.*

† IONCHERIA, herbarum florumue ſtratura. Reg. epiſcop. Niuern. a. 1287. V. *Iuncata.* 1.

IONCHETVM, iuncetum, locus iuncis abundans, apud Lobinellum to. 2. Hiſt. Brittan. c. 134.

IONCHIATVRA, folia et flores ad *ionchandum.* Concordatum anni 1289.

IONCHVRA, eadem notione. Statuta Capituli Senon. de Archidiacono.

IONCORVS, mirans, apud Aremoricos. *Quidam Ioncorus, quod nomen ſonat Mirans*, in Actis MSS. S. Golueni.

IONDRARIVS, († a Gall. *Ioindre*, quo nomine praecipuus apud piſtores famulus deſignatur. V. *Iunior.*) Tranſactio Caſtellani Nouiom. cum Abbate S. Eligii, an. 1218. ex Archiuo eiuſd. Monaſterii: *Omnes bolengarii intra communiam manentes, exceptis Iondrariis, ad molendinum meum molere teneantur.*

† IONTEIA, quantum iunctis manibus continetur, Gall. *Iointée.* Ch. Mſ. an. circ. 400.

IOPPA, caligae ſpecies, Hungaris. Decretum Calomanni Regis Hung. lib. 1. *Nullus, qui clericus exiſtimatur, vtatur veſtibus laicalibus, vtpote fiſſo pellicio- - - caliga ſeu Ioppa, calceo picto, etc.* Haud ſcio an idem ſit quod *Iupa*, de quo infra.

Digitized by Google

IOPPVLA, IOPVLA, V. in *Iupa* 1.

IORIA, V. *Iarria*

† IORNALATA, i. q. *Iornale*, modus agri. Ch. Mſ. an. 1472. V. *Iornata* 2.

IORNALE. (1) IORNALIS, IORNALE, Gallis *Iournel*, quantum vno die par boum arare poteſt, *Iugerum, arpennis, acra.* Vetus Charta ex Tabular. R. Benigni: *Hoc eſt Iornales duos, quia ipſi Iornales latus ad latus habent terminationes de vno latus et vno fronte, etc. De vineis* etiam dicuntur *Iornales*, vt in Praecepto Ludouici Imp. an. 831. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 85. Sic hodie Aquitani fere omnes vineas per *Iornales* diuidunt, non agros. IVRNALE, IVRNALIS. Donationes Salisburg. c. 12. *Seuerinus quidem dedit Iurnales ſex.* Male infra *Virnales* pro *Iurnales*. *Iurnalia* in Charta anni 765. apud D. Calmetum to. 1. Hiſt. Lotharing. c. 281. IOVRNALE in Chronico Bonae Spei, p. 327. IORNELLIS. Litterae Iohannae Reginae Caſtellae, anni 1257. Hiſt. Harcur. to. 4. pag. 1653. IORNELLVS. Charta anni 1275. e Chartular. S. Vandreg. to. 2. p. 1513. IORNEVS, in eodem S. Vandreg. Chartul. t. 2. p. 2061. IORNETVM. Charta anni 1220. apud Ducheſnium in Probat. lib. 3. Hiſt. Bethun. pag. 110. (2) Opus vnius diei, *Coruatae* ſpecies, quam ab hominibus ſuis exigebant domini. Leges Simonis Comitis Monfortenſis, apud Gallandium: *Secundum antiquam Conſuetudinem terrarum et villarum, recipient domini ab hominibus ſuis Iornalia in operibus ſuis, et ſecundum conſuetudinem dent eis ad comedendum.* (3) Charta Philippi Regis Franciae anni 1311. ex 47. Regeſto Tabularii Regii n. 114. ad Pontium de Homelaton Militem Iudicem Maiorem Seneſcalliae Toloſanae et Albienſis: *Item corregea ſeu Iornalia boum aeſtimata valere, 26. ſol. item Iornalia ſammeriorum 21. ſolid. item Iornalia braſſeriorum 18. ſol. 8. den. Turon.* (4) *Quantum vnum baſtitorium poteſt terere per diem,* ſcil. Corticis quernei ad coriu[m] ficiendum, in Charta anni 136[0] 1. Hiſt. Dalphin. pag. 98. co[l] (5) † Diurnus labor et mercen[s] labore diurna, Gall. *Iournée*, G[er] Tagelohn. Form. Mſ. Cod. reg. 7[4] V. *Iornata* 3. (6) † Liber eccleſi[a]cus, cuius vſus quotidianus[s] quem *Diurnal* Galli appellant[s] uent. S. Capel. Pariſ. an. 1340. *Iornarium* 2.

† IORNALERE, diurno operi va[c]re, auf Tagelohn arbeiten. Ch. M[s] a. 1296. V. *Iornale* 5.

† IORNALERIVS, qui *Iornalia* ſeu agros poſſidet, vel qui *Iornalibus* ſeu *coruatis* obnoxius eſt. Reg. Cam. Comput. Pariſ.

† IORNAMENTVM, i. q. *Iornale* 1. Ch. a. 1282. t. 1. Prob. Hiſt. Brit. p. 1065.

IORNANCIA, diurnus labor. Charta an. 1414. apud Rymer. to. 9. p. 117.

IORNARIA. Polyptychus S. Remigii Remenſis: *Donant - - - ſcariſiones car. 115. circulos perticas 115. ſcindolas 575. de Iornariis ſol. 7. den. 8.* Alibi: *Omnes manſi donant araticum in tertio anno, decimam de verueccibus. Hinc exeunt frumenti modii 16. et dimid. mixtae annonae, mod. 60. ſcindulae 3700. lig. carr.*) 148. *facul. 258. de Diurnariis ing. fors. lib. 3. dinar. 12.* Alibi: *Summa denariorum de cenſu manſuum lib. 15. ſol. 9. de Diurnariis lib. 13. ſol. 1. de praeſtariis etc.* Hic, vt videtur, *Iornaria* dicuntur praeſtationes pecuniariae ab iis ſoluendae, qui *coruatas*, ſeu diurnas operas dominis ſuis debebant. Haud rarum eſt huiuscemodi ſeruitutes in pecuniaria tributa commutari.

IORNARIVM. (1) V. *Iornale*, iugerum. Charta anni 1228. in Inſtrum. to. 4. Gall. Chriſt. c. 300. (2) Liber Eccleſiaſticus, *Diurnalis*, et idem qui *Gradualis*, quod eius vſus quotidie fit, *Iournal.* Hiſtor. Abbtiae Condomenſis p. 507.

IORNATA. (1) Spatium, vel iter vnius dici. Charta Hugonis Comitis Regireſtenſis de Macenis anni 1233. V. *Dieta.* 2. (2) Idem, quod *Iornale,*

Digitized by Google

modus agri, *Iournée de terre* Hugonis de Ibelino Domini an. 1160. (3) † Idem quod et *Iorneia*. Stat. crimin. Sa- 7.

A, labor diurnus, seu mer- labore diurno, Gall. *Iour-* mputus anni 1202. apud D. ad calcem t. 2. de Feudo- u p. CCV.

LLIS, IORNELLVS, IOR- VM,

VS, V. in *Iornale*.

VS, ex Gall. *Iour*, dies, seu vnius diei. Charta anni 887. Tabulario Flauiniacensi: *Donamus etiam mancipia his nominibus, - - - sub eo censu, vt masculi den. 4. feminae 2. de capite annis singulis, simul et Iornos 2. nisi reditus terrae teneant, vt ipsum censum cadere debeat.*

IORRIA, IORRA, V. *Iarria*.

IORSVM, pro *Iosum*, V. in *Iusum*.

† IOSEP, *Prov. Iosephus, etiam herba purgans stomachum*. Gloss. Prov. Lat. Cod. 7657.

† IOSEPHINI, inter Valdensium sectatores a Iosepho quodam sic dicti, recensentur in Constit. Frid. II. Imp. a. 1220. ap. Murat. t. 5. Antiq. pag. 89.

IOSTA, V. in *Iusta* 1.

IOSTRA, hastiludium, pugna ludicra. V. *Iusta* 1. † Vnde IOSTRATOR, qui sic decertat, ap. Murat. t. 18. p. 956.

† IOSVEBENVM, *lo libro de Iesu Naue*. Gloss. Lat. Ital. Ms.

IOSVM, deorsum, inferius, V. *Iusum*.

IOTACISMVS, *ιοτακισμὸς, est quoties in iota litera duplicatur sonus vt Troiia, Maiia; vbi earum litterarum adeo exilis erit pronuntiatio, vt vnum iota non duo sonare videatur*. Isid. lib. 1. cap. 31.

IOTTICI, ludi, Gall. *Ieux*. Vita S. Eligii lib. 2. c. 15. *Nullus in Kl. Ianuarii nefanda et ridiculosa, vetulas, aut ceruulos, aut Iotticos faciat, neque mensas super noctem componat.*

IOVA, IOVATA, Maioricensibus voces familiares, quas ii ab Arabibus Balearium incolis acceptas retinuere, apud quos ita *Iugerum*, seu modus agri dicitur, tametsi maioris quantitatis. († Idem videtur ac *Iornale*, tam pro agri modo, quam pro *cornatae* specie.) Charta Mali Gaulini Comitis Impuriarum an. 1319. *Directa et vtilia dominia, laudimia et foriscapia, Iouas, trassas, et Iornalia, et omnes alias seruitutes, etc. Iouata terrae*, in Charta Iacobi Regis Aragonum ann. 1230. quae describitur in verbo *Alcheria*. *Iouata*, Maioricensibus. V. Ioann. Dametum in Histor. Balearici Regni p. 272. 273. et seqq. Aliud omnino est in Charta an. 1165. Marcae Hisp. col. 1344. *Insuper dominus Comes querimoniam fecit de Guilelmo Raimundi, quoniam nouos usaticos et nouas consuetudines misisset in ciuitate Dertosa, videlicet Iouas traguis, et quia accepisset gallinas, a Saracenis quibusdam temporibus in anno.*

IOVANTI, *os aperienti*, Gloss. Sang. MS. sor.

IOVATA, modus agri, V. *Ioua*.

IOVENTALIS, *beneficus*. Papias. MS. Bituric. et Sangerm. praeferunt, *Iouentabilis*, *Iubentabilis*, et *Iuuentabilis*, quae omnia a iuuando puto esse arcessenda. Supra habetur *Iuuitabilis*.

† IOVERIVS, IVVERIVS, bubulcus. Chart. Ms. Ildefonsi reg. Arag. an. 1192.

† IOVATA, mensura liquidorum, eadem quae *Iusta* 2. Ch. a. 1343. t. 9. Ord. reg. Fr. p. 382

IOVRNALE, IOVRNALIS, V. *Iornale*.

† IOVSTA, i. q. *Iusta* 1. vnde IOVSTARE, hastis concertare. Ch. Ms. a. 1314.

IOYAE, mundus muliebris, iocalia, Gall. *Ioyaur*. Fori Oscae anni 1247.

† IOYHA, idem. Hist. Nem. t. 2. Prob. p. 10.

IPAR, pro *Hepar*, apud Papiam.

IPERICVS, superbus, V. *Hipericus*.

IPNOCAVSTA, *ἐπνοκαύστης, καμινοκαύστης, Furnarius*. Gloss. apud Martinium.

† IPOCOHRVCIVM, *trauail a cheuaux, pour les cheuaux ferrer*. Gloss. Gall.

Gall. Lat. Cod. 7684. V. *Hippocoercium.*

† IPOCVNDIE, *caſtamento*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† IPOPIGERIVM, *lo cauedone che tene le legine in foco*, in eod. Gloſſ. pro *Ipopirgium*, vt et in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684 *Ipopugium vel andena* V. *Ypopyrgium.*

IPOTHECARIVS, pro *Apothecarius*, Gall. *Apothicaire*, pharmacopola, in Computo anni 1333. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 280.

† IPPAGO, *aurigarius.* Gloſſ. vet. Cod. 7641. V. *Ipparius.*

IPPARIVS, *aurigarius.* Gloſſ. Iſid. Saltem ſcribere debuiſſent, *Hipparius* a Graeco ἵππος, Equus.

† IPPILLORIVM, columbar, numella verſatilis, Gall. *Pilori.* Ch. Mſ. a. 1334.

IPPOPHORA, Graec. ὑποφορὰ, obiectio, apud Mabill. t. 41. Annal. p. 612.

IPPOVICARIVS, pro *Ypouicarius*, Subuicarius, qui vicarii vices agit. Chart. anni tertii Regis Rodulfi ſubſcribit *Rainarius Ippouicarius* apud Stephanotium to. 3. Pictau. MSS. p. 347. V. *Subuicarius.*

IPPVS, taxus, arbor nota, Gall. *If*, apud Valeſium Notitia Gall. pag. 532.

IPSIPLICES, αὐτόπτυκτα φύλλα, *connoluta folia*, ſeu per ſe plicata, in Supplemento Antiquarii. Male, vt monet Scaliger, apud Feſtum: *Ipſullices bracteae in virilem muliebremque ſpeciem expreſſae.*

IPSVD, pro *Ipſum*, vox Africanorum. Gloſſ. Graec. Lat. αὐτὸ, *ipſud, ipſum.* At Cod. MS. *Illud, ipſum praefert.* Victorinus de Principio diei.

IR, pro *Hir*, *concanitas manus idem eſt, et vola, medietas palmae, neutr. indecl.* Papias. Supplement. Antiquarii. *Ir*, θέναρ, *vola manus, hir.*

IRA, perperam pro *Era*, V. *Aera.* 1.

† IRANGIA, malum aureum, Gall. *Orange.* Comput. a. 1393. t. 1. Hiſt. Nem. Prob. p. 124.

† IRASCIBILIS, qui ad iram excitat. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1357.

† IRASIBILITAS, *l'acte del corrozare.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

IRATVS. (1) IRATVS ET PACA In Tabulis, quae mentionem unt feudorum, quae *iurabili reddibilia* vocant, paſſim haec ba reperiuntur, quibus vaſall ſtrum ſuum reddere domino ter ſiue *Iratus* ſit, ſiue *Pacatus*, h ſiue inuicem diſſentiant aut li vaſallus et dominus ex cauſa ſiue non diſſentiant. Charta Regis Aragon. an. 1208. apud Dametum in Hiſt. Regni Bale p. 204. *Et detis inde poteſtatem bis* (Caſtrorum) *quandocunque ve erimus Irati et Pacati. At Irats Pagas*, apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 260. V. Diſſertationem Cangii 30. ad Ioinuillam, vbi multa de horum vocabulorum notione. (2) † Male habitus, multatus. Lit. remiſſ. Mſ. a. 2354.

IRAVDVS, pro *Heraldus*, fecialis, Gall. *Herault d'armes*, in Computo an. 1336. to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 291.

IRCOSAE, *ſpongiae duriores, quas Graeci appellant Tragos, et nos Ircoſas dicere poſſumus ob aſperitatem ſui.* Gloſſar. Sangerm. MS. n. 501. Melius *Hircoſae* ab *Hircus.* Iſid. lib. 10. Orig. *Ircoſus, qui ſudore corporis faetido putet.* Leg. *Hircoſus.*

† IRE. *Ire in manu manca*, ad ſiniſtram ambulare. Leg. Luſit. ſub Alphonſ. reg. *Ire per guerram*, i. e. propter *guerram* vitandum. Scacar. Paſchae ap. Falef. an. 1211. *Ire poſt aliquem*, dicitur de eo qui res pro arbitrio regit et adminiſtrat. Io. de Troketowe Annal. Eduard. II. p. 6.

† IRECVM, f. pro *Vrecum*, quidquid ad littus fortuito appulit. Ch. Frid III. an. 1452. to. 1. Cod. Ital. dipl. p. 1641. *Cum paſcuis, piſcinis, piſcariis, theloneis, irecis, monetis, bannis etc.* Germ. Wrack.

IRENARCHAE, magiſtratus militares, qui ad id conſtituti erant, vt *provincialium tutela ſuscepta, quietis et pacis per ſingula territoria concordiam ſtare facerent*, vt eſt in leg. 7. Cod. Th. de Irenarch. Gloſſ. Graec. Lat. Εἰρηνάρχης, *Pacator, Irenarcha, Irenarchus*, in V. S. Neſtoris Epiſc. n. 3.

† IR-

Digitized by Google

NSES, Hiberni, ap. Ord. Vi- ii. et 12.

ALES, f. pro *Inescales* vel *In-les*, quasi qui esca saturari non t, insatiabiles. († Seu potius *les*, ad iram faciles.) Hoc Epi- donantur Normanni in veteri ctione MS. miracul. S. Martia- mouic. ex eiusd. Eccl. Archi- le qua Bosquetus part. 2. Hist. . Gall. p. 55.

ONICVM, ironia, vel iniuria.

ONICVS, derisorius, iniuriosus. Lit. remiss. Ms. a. 1381.

IROR, ὀργίζομαι, *irascor*, in Glossis Lat. Graec. Sangerm. et in Supplem. Antiquarii.

IRQVIS, παῖς ἄρχων ἡβῆσαι, *Hirquitallus*, in Supplemento Antiquarii.

† IRRADICATVS, eradicatus. Chartar. Normann. Ms.

† IRRASIBILIS, qui radi nequit. Gloss. Gall. Lat. Cod. 7684.

IRRATIO, priuatio rationis. Tertull. adv. Praxeam c. 15. *Non sine Irratione et amentia.*

† IRRATIONABILITAS, INRATIONABILITAS, auersatio a ratione, t. 7. Collect. Hist. Franc. p. 294.

IRRATIONABILITER, absque causa, contra omnem rationem, Gall. *contre toute raison.* Flodoardus l. 3. col. 21.

† IRRECISVS, non recisus. Acta SS. t. 3. Aug. p. 620.

IRRECITABILITER, eneffabiliter. Venantius in carmine Paschali versu 29.

IRRECTA LEX, praua, minus recta, apud Simeonem Dunelmensem. anni 1093.

† IRRECTABILITER, a recto minime aberrando. Conc. Paris. sub Gregor. IV. c. 41.

IRRECVPERABILIS, qui nequit recuperari, in Chronico Erford. ad a. 1238.

† IRRECVPERABILITER, absque spe recuperationis, to. 10. Collect. Hist. Fr. p. 57.

IRRECVSE, absque recusatione. Charta Vdislai Poloniae Reg. anni 1490. in Bullario Carmelit. pag. 619.

† IRREDIBILIS, qui redire nequit in comoedia sine nomine Ms.

† IRREDITVRVS, non rediturus. Acta SS. t. 2. Maii p. 221.

IRREFLEXIBILITER, modo inflexibili, apud Marten. t. 6. Ampliss. Collect. c. 768.

IRREFRAGABILITER, firme, inuiolate, adeo, vt refragari nemo possit, in Charta anni 1146. apud D. Calmetum t. 2. Hist. Lotharing c. 1146.

IRREFRIGERIVM, locus ad refrigerationem accommodus, († vel potius ob frigus incommodus, vt sunt aulae nimis spatiosae,) apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1395.

IRREGAVDITIO, V. *Inregauditio.*

† IRREGISTRARE, in *registra* referre, Gall. *Enregistrer.* Inuent. Chart. reg. ann. 1482. V. *Inregistrare.*

IRREGRESSIBILIS, qui nullum admittit regressum. Vide locum in *Traguli.*

IRREGRESSIBILITER, absque regressu. *Cito et Irregressibiliter currere*, apud S. Bernardum Epist. 441. *Irregressibiliter fugere*, in Vita S. Godeleuae Virg. tom. 2. Iulii. p. 373. *Irregressibiliter dare*, in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 79.

† IRREGVLATVS, inordinatus, Gall. *Dereglé.* Hist. Nem. t. 3. Prob. pag. 128.

IRREITERABILE SACRAMENTVM, quod non potest iterari, in Constitutione Innocentii VI. PP. an. 1354. e Bullario Carmelit. p. 84

IRREMEDIABILITER, modo irremediabili, in Charta an. 836. apud Calmetum to. 1. Hist. Lotharing. c. 302.

† IRREMEDICABILIS, continuus, to. 10. Coll. Hist. Franc. p. 282.

IRREMISSIBILIS, inexpiabilis. Occurrit saepe.

IRREMISSIBILITER, nullo relicto veniae loco, in Bullario Carmelit. p. 622.

Digitized by Google

p. 622. apud Ludewig. to. 5. pag. 304. etc.

† IRREMOTVS, immenſus, intolerabilis, t. 7. Collect. Hiſt. Fr. p. 437.

IRREPARABILITER. Vtitur Sigebert. a. 1072.

IRREPLEGIABILIS, qui alicuius criminis accuſatus *plegium* de iuri ſtando dare nequit, ſed ſtatim carceri mandatur. Fleta l. 1. c. 20. V. *Plegius*.

† IRREPREHENSIBILITER, absque reprehenſione, t. 9. Coll. Hiſt. Fr. p. 190.

† IRREPTVS, pro irretitus, in Ch. magn. S. Vict. Maſſil.

IRREPVLSVS, qui non poteſt repelli, violari ſeu infirmari, in Charta anni 1168. t. 2. Rerum Moguat. p. 753.

IRREQVIETVDO, *induſtria*, *diligentia*, *vigilantia*, in Gloſſar. Barthii ex Baldrici Hiſt. Palaeſt.

IRRESOLVTVS, incertus animi, Gall. *Irreſolu*. Vtitur Iohannes de Monſteriolo, apud Marten. tom. 2. Ampliſſ. Coll. c. 1436.

IRRETITVRA, actio irretiendi ſeu implicandi. Geſta Hugonis Ep. Cenoman. apud Mabill. t. 3. Anal. p. 353.

IRRETITVS, in ius vocatus, vt ſe *recto* ſiſtat, ad *rectum* vocatus, quaſi *Inrectatus*. Leges Burgor. Scotic. c. 80. §. 1. *Si quis Irretitus fuerit de aliquo malefacto*, etc. Vbi Skenaeus, alias *rectatus*, id eſt, vocatus in ius, vt rectum faciat. Flodoardus lib. 3. cap. 3. *Quemdam Mancionem nonnullis criminibus Irretitum*, etc.

IRRETRACTABILITER, immutabiliter, ita, vt non poſſit retractari, in Litteris 1369. apud Ludew. t. 6. p. 406.

† IRREVERENS, INREVERENS, inuerecundus. Capit. a. 851. to. 7. Collect. Hiſt. Fr. p. 67. 640.

IRREVERTIBILITER, ſine reuerſione, Gall. *Sans retour*, apud Raym. Duellium, lib. 1. Miſcell. p. 8.

† IRREVINCIBILITER, inuiolate, apud Murator. tom. 5. Antiq. pag. 840.

† IRRIGVVM INFERIVS, *Irriguum inferni*, IRRIGVVM SVPERIVS, *quod eſt amor Dei*, in Ch. a. 1070. to. 12. Gall. Chriſt. Inſtr. pag. Vbi *irriguum* i. e. quod irritat, ſtimulus.

† IRRINA, *non profutura*, in Gloſſ. Cod. 7641.

IRRITARE, irritum facere. Codex legum Norman. c. 56. ap. Ludew. 7. p. 261.

IRRITATIO, reſciſſio, abrogatio, qua quid fit irritum, in Conſtitutione Martini V. PP. anni 1410. ex Bullario Carmelit. p. 72.

† IRROGATIO, damnum, detrimentum, to. 7. Collect. Hiſt. Franc. p. 299.

IRROTVLAMENTVM, relatio in *rotulum*, apud Rymer. to. 5. p. 212. t. 8. p. 94. 502. etc.

IRROTVLARE, in *rotulum* ſeu acta referre, inſcribere, apud Rymer. t. 2. p. 673.

IRRVMPERE, infringere, violare. Donatio D. Muniae Abbatiſſae, to. 3. Concil. Hiſp. p. 91.

† ISABARDVM. Ch. Berenq. reg. a. 950. t. 2. Ital. Sacr. p. 104. *Offerimus - - - omnem diſtrictum ab caſtris, quod Auretum nominatur, vel Roureto ſive ciuitas nona, vel Iſabardum, tiloneum quoque* etc.

ISANGELIA, ἰσαγγελία, *nuncium conforme. Item iudicium et accuſatio inproditores, et quorum crimina legibus non continentur*, in Amalthea. Vocabularium Suſſannaei: *Iſangelia, accuſatio, iudiciumque, quod in proditores vel reos laſae maieſtatis intenditur.*

ISARA, V. *Iſura*.

ISCALIDVS AGER, *quaſi excolitus, ab Excolo, quia iam a cultura exierit, ſicut Exconſul, quia a Conſulatu diſceſſerit*. Iohan. de Ianua.

ISCANNVM, vt *Excambium*, Gall. *Echange*, permutatio. Charta Iuonis Epiſc. Sagienſis e Tabulario S. Vincentii Cenoman. V. *Cambiare*.

† ISCEPVROS, *lo ſuco de lana de pecore*. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

ISCHAL, V. *Laiſcum*.

ISCHOLA, ISCLA, pro *Schola*. Laurent. in Amalthea, ex Salmaſio.

IS-

YRIA, ἰσχουρία, obstructio ve- e cum vrina retinetur in vesica, d Felibian. Hist. San - Dionys. 88. Medici dicunt *Ischuria*, Gall. *rie.*

A, Occitanis et Prouintialibus, uio, aecrescens ager, vel insula rris flumine advectis. Charta i 1063. ex magno Chartulario Victoris Massil. p. 91. *Ex his sex- radas septem sunt apud Podium ecionis, duae in Iscla. V. Ischola.*

ISCLONVM, diminut. ab *Iscla*, in Ch. Mss. a. 1539.

ISCOL, V. *Laiscum.*

ISEMBRVNVS, panni species. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis c. 18. *Qualitatem autem vestimentorum in colore et pretio accipimus, de qua statuimus, vt Isembrunum in vestra societate nullus portet.* Statuta vetera Domus Dei Parisiensis MSS. *Sacerdotales Clerici ad frequentandam Ecclesiam poterunt habere cappas de Ysembruno apertas et talares, et superlicea et pelliceas agninas, et bottas ad eundum in Ecclesiam.* V. *Galabrunus.*

ISENGRINVS, *Isangrinus*, lupus, Germ. Isegrimm. Iacobus Meierus lib. 8 Annal. *In Rythmis Iacobi Merlandi lupus Isengrin* vocatur. Guibertus L. 3. de Vita sua c. 8. *Solebat autem Episcopus eum Isengrinum irridendo vocare, propter lupinam scilicet speciem, sic enim aliqui solent appellare lupos.*

ISICVM. Gloss. Saxon. Aelfrici: *Isicia, Maerhgehoet.* Vbi Somnerus, melius *Gehaec*, farcimentum: est vero *Moerh* lucanica, ἰσικιος, Athenaeo et Alexandro Aphrodisiensi. Iacobus a Partibus in Glossis ad Alexand. Iatrosophistam L. 2. cap. 73. *Isicia sic fiunt: coquuntur pisces, et postea ponuntur in aceto, vel vino, et super aspergitur puluis aromaticarum specierum.* Isidor. lib. 20. Orig. *Isocem piscem quendam vocant, ex quo primum Isicia facta sunt, et quamuis ex alio genere pistium fiant, initium tamen piscis hic et vocabulum dedit.* Sed et *Esocem* Isicii nomine donat Beda lib. 1. c. 1. et ex eo Henricus Huntindon. L. 1 Hist. Initio de Britannia; *Fluuiis vero abundat valde piscosis - - - et quidem praecipue Isicio redundat et anguilla.* Lampridius in Heliog. *Primus fecit de pistibus Isitia.* Apud Apitium lib. 2. de Re culinaria. cap. 1. inscribitur de *Hysitiis.* Varie autem apud eumdem Scriptorem vox illa scribitur, nam lib. 5. c. 3. et alibi Esitia habetur. *Pullus Hysitiatus, lepus Hysitiatus* apud eumdem lib. 8. c. 7. *Pauus Isicio concluſus*, apud Auitum Viennensem Epist. 77. OSITIVM, perperam occurrit, pro *Isicium*, apud Caesarium lib. 6. Miracul. c. 5.

ISIX, piscis genus, aliis *Esox*, Gall. *Aloſe.* Ardo in Vita S. Benedicti Aniani n. 36. *Ecce subito praegrandem piscem, quem Isicem vocant conspicit circa littus natantem etc.*

ISLA, pro Insula, Gall. *Isle*, in Charta a. 1180. inter Instr. t. 2. Gall. Ch. c. 69.

ISMALTVM, vt infra *Smaltum*, encaustum, Gall. *Email.* Chart. ann. 1336. ex Archiuo Ep. Massil.

ISMERLVS, species auis, V. *Smeriliones.*

ISNECHIA, nauigii species, V. *Naca.* 1.

ISOAEDRVM, V. *Icosahedrum.*

† ISOPHAGVS, *la boce du ventre*, in Glossar. Lat. Gall. Cod. 7692.

ISOX, V. *Esox.*

ISPERVS, species monetae, V. *Hyperperum.*

ISPIA, Hisp. *Espia*, Gall. *Espion*, explorator. Computa Dalphin. tit. Graisiuod. ann. 1334. fol. 42. V. *Espia.*

ISPILLORIVM, idem, quod *Pilorium* de quo infra, in Libertatibus Bergeraci, de fure. † Leg. *Ippilorium*, vt supra.

† ISPONSIO, sponsio. Chart. a. 746. apud Murat. t. 6. Antiq. p. 412.

† ISRAEL, lapilli vel gemmae species. *Morsus - - - muniti de perreria, videlicet de Israel, de perlis etc.* in Inuent. S. Capell. Paris. ann. 1376. *Vne pierre d'Israel*, in Lit. remiss. Mss. a. 1389.

† ISSARCIA, funalis apparatus nauium, Hisp. *Xarcias*. Chr. Mſ. an. 1335.

ISSARTARIA, vt supra *Exartus*, silua in agrum cultum redacta. Chartularium Camalariensis Monast.

ISSENBRVNVS, vt *Isembrunus*. V. locum in *Galabrunus*.

† ISSES, dolii species. Chr. Mſ. an. 1194 *Cum cadis qui vulgo dicebantur Isses.*

† ISSHAC, ISHIDA, YSHIDA, vectigal quod pro euehendis mercibus soluitur, a Gall. *Issue*. Chart. Mſ. Henr. V. reg. Angl. Alia an. 1319. V. *Exita* 3. et *Exitus* 1. YSHIDIA, in Pariag. Mſ.

ISSVGARE, detergere, Gallis *Essuier*, Ital. *Asciugare*, Hisp. *Enjugar*. Vet. Ceremoniale MS. B. M. Deauratae.

ISTAE, χαίτα, *setae*, in Supplem. Antiquarii. χαίτη proprie dicitur de iuba equi. V. *Istre*.

ISTEGA, *nauis, lembus, tabulatum nauis, super quod nautae ambulant.* Ita Papias in Lit. L. sed legere debuit *Tristega*, V. in hac voce; seu potuis *Stega* pro στέγη, tectum.

ISTER, ἔθος, συνήθεια, *consuetudo*. Supplem. Antiquarii. Lege et vide *Instar*.

† ISTIPVLATIO, stipulatio, in Ch. an. 746. ap. Murat. to. 6. Antiq. p. 412.

ISTITA, ἀκροζώνη, *extremitas Zonae*, in eod. Supplemento. Sed lege *Instita*.

ISTOMID, species sedilis, apud Aremoricos. Tabularium Rothonense: *Conwoion Monachus scripsit istam cartulam per commeatum Aluriti Machtierni sedentis super trifocalium, id est Istomid in fronte Ecclesiae, stante Rethworet in dextera eius. Anno XX. Ludowici Imp.* Boxhornius in Orig. Gall. *Vstol, Sella, seliquastra, sedile.*

ISTONA, πορευτὴς, in Glossis Lat. Graec. MSS. Sangerm. qui iter facit.

ISTORIAE, ISTORIARE, V. *Historiae*.

ISTRE, *sette*, in Glossis Isidorianis. V. *Istae*.

ISTRIA, veneficia, V. in *Striga*.

ISTREX, pro *Hystrix*, V in *Cirogrillus*.

† ISTROMATES, *li murari*, in Gl. Lat. Ital. Mſ.

† ISTVLI, *li nerui della sete*. *ibid.*

† ISVLA, insula, locus fossa cinctus. Tract. Mſ. de re milit. et mach. bell. col. 66. ISVLATVS, idem, col. 115.

ITALICANA *Formata*, *Litteralis*, *Notalis*, Varia scripturarum genera, V. *Scriptura*.

† ITATENVS, ita prorsus, in Act. Sept. to. 6. Sept. p. 428.

† ITAVER, *lo longo camino*. Gloss. Lat. Ital. Mſ.

ITEM, caput, *articulus* vulgo nostris; *aera*, Lannis, vt obseruatum a Casaubono ad Theophrasti Characteres p. 332. Id autem vocabuli datum articulis, quod reuera ab hac voce *item*, initium iis esset, quasi *rursum, denuo*, Gloss. vett. *Item, δμοίως, πάλιν*, V. Iuretum ad Symmach. L. 1. Epist. 12.

ITER, seu ITINERATIO, iustitiariorum, quos itinerantes vocabant Angli, progressus ad designatos sibi Comitatus, in quibus iudicia sua exercebant. V. *Iustitiarii itinerantes*, in *Iustitiarius*. ITER EXERCITALE, hostis, equitatio, *caualcata. Itineris exercitalis debitores*, in Capitulari Ludouicii Pii Imp. ann. 828. qui tenentur ire in Exercitum Regis, seu vt loquuntur eadem Capitula, qui debent *expeditionem exercitalem* facere. *Iter hostile*, Walafridus Strabo de Vita S. Galli, l. 2. cap. 1. V. *Hostis*. † ITER CRVCIS, sacra expeditio, pro qua crucem vestibus assuebant, in Testam. a. 1218. V. *Crux*. † ITER MERCADILE, publicum, regium, quo itur ad *mercata*. Reg. Cam. Comput. Paris. † ITER PADORMEVM, quod est inter prata vel pascua, vt videtur. Ch. Mſ. a. 1309. V. *Padoencum*.

ITERARE. (1) Iter facere, ὁδοιπορεῖν, in Glossis Lat. Graec. Occurrit apud S. Columbanum, instr. S. Fortunatum in Vita S. Paterni Ep. cap.

Digitized by Google

7. (2) Alias *Iterare*, apud La-
; sumitur pro *agrum secunda*
one colere, quod et *offringere* di-
. Ita Columella lib. 2. col. 4.
ſſ. Lat. Gr. *Iterat*, ὀρύττει, *Ite-*
m, παλιντροφεῖ. *Iteratio*, σκα-
s, διορυγμος. (3) ITERARE
ICIVM, rem iudicatam per ap-
tionem *iterum* iudicare: *Retra-*
e, i. e. iterum tractare, recen-
e, recognoſcere, in leg. 1. Cod.
. de Epiſc. iudicio, et apud Gre-
gor. IX. lib. 35. c. 15. Sulpitius Se-
uerus lib. 2. Hiſtor. Sacr.

ITERIS, pro *Itineris*, dixiſſe veteres, teſtantur Soſipater, Charisius et Nonius; quo ἀρχαισμῷ vſum etiam Symmachum lib. 6 Epiſt. 28. obſeruauit Iuretus. Flodoardus 14. carm. 18.

ITERVM, V. mox in *Itrium*.

ITHYRCA, ſpecies armorum ad captandas aues. Angelus Rumplerus L. 3. Hiſtor. Monaſterii Formbac. apud Pezium, to. 1. Anecd. part. 3. c. 468. *Vtimur nunc ad capiendas aues Ithyrcis, ſagittis, imo et bombardis.*.

ITINER, pro *Iter*, vt veteres apud Nonium, ſic dixerunt recentiores non ſemel.

ITINERANTES, V. *Iuſtitiarii itinerantes*, in *Iuſtitiarius*.

ITINERARCHAE, *dicuntur itineris cuſtodes*, in veteri Gloſſario iuris vtriusque.

ITINERARE, iter facere, in Legibus Rotharis edit. Botherii, apud Murator. to. 1. part. 2. pag. 44. not. 54. Apuleius dixit *Itinenari* eadem notione.

ITINERARIVM. (1) Itinerum, et metationum militarium deſignatio, quomodo *Route* Galli dicunt. S. Ambroſius Serm. 5. in Pſal. 118. (2) Mappa geographica, in qua deſcribuntur, et depinguntur metationes militares, loca et oppida prouinciarum praecipua, cum interuallis et diſtantiis, quam Duci neceſſariam eſſe, ait Vegetius lib. 3. col. 6. Eiusmodi fuit Mappa orbis terrarum, ab Agrippa confecta, de, Plinius L. 3. col. 2. 3. 4. etc. Eiusmodi eſt etiam Tabula itineraria, quam ex Bibliotheca Peutingeriana edidit Marcus Velſerus. Eiusmodi denique fuit Itinerarium, quod falſo *Antonini* nomen praefert, et in Mappam relatum, et anno Theodoſii decimo quinto exaratum, vt in Deſcriptione vrbis CP. docuit Cangius V. *Mappa mundi*. (3) Orationes, vel preces, quae ab iis, qui ſe itineri alicui committunt, recitari ſolent, quaeque a Cantico Zachariae vulgo incipiunt. Ceremoniale Epiſcopor. lib. 1. c. 2. (4) ITINERARIVM SONARE, lituo vel tuba profectionis militaris ſignum indicere. Ammianus l. 24.

ITINERARIVS, qui peregrinationes plurimas inſtituit. Eckeardus Iunior de Caſibus S. Galli col. 3 *Homo erat itinerarius lateque terrarum et vrbium gnarus.* ITINERARIAE TABVLAE, quae loco altaris erant Sacerdotibus, iter facientibus, apud Mabill. Liturg. Gall. pag. 73. V. *Altare viaticum et portatile.* ITINERARII TERMINI. Incerrus Agrimenſor: *Sunt termini quibus fides non eſt adhibenda: iſti dicuntur Itinerari*: Id eſt, qui facile mouentur. † ITINERARIVS LAPIS, altare portatile, in Pontif. Mogunt. Mſ.

ITINERATOR, vt *Itinerarius*, viator, apud Marten. to. 6. Ampliſſ. Coll. c. 833.

ITIRARE, pro *Iterare*, iter facere, in Ch. a. 1261. t. 1. Rerum Mogunt. p. 614.

† ITISCVNGACHAE, excubiae, vigiliae. Lit. parent. Alfonſi reg. Caſtil. a. 1256.

† ITREX, *icis*, *el ferro*. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

ITRIVM, ἴτριον, *tractum*; in Gloſſ. Gr. Lat. MS. Editum ἴτριον, *Iterum*, *Iteratum*, Graecis ἴτριον, eſt genus placentae pertenuis.

ITVS, iter, via, occurrit apud Eulogium Cordubenſem lib. 1. Memorial. Sanctor. *Itui veſtro nullus adverſari quibit.*

† IVAGIONES, *villani*, homines ſeruilis conditionis. Priluſ. Leg. Polon. p. 485.

IVARIA, V. *Iuueria*.

† IVBA, (1) Ambo, pulpitum, Gall. *Jubé*. Stat. Mſ. eccl. Tull. (2) Ga-

leà, in vet. Glossar. Cod. reg. 7641.

† IVBARE, *delectare*, in Cod. Gloss.

IVBENTABILIS, V. *Iouentalis*.

IVBERE, dignari, velle, Gall *Daigner*, *vouloir bien*. Atticus Episcop. CP. in Epistola ad Murelium Carthag. et alios Afros, apud Labbeum, to. 2. Concil. c. 1145. *Petens, vt pro me plurimum vestra sancta Congregatio orare Iubeat.*

IVBERI, coloni, Hispanis. Charta Sancii Ramirezii Reg. Aragon. apud Marcam in Hist. Benearn. lib. 4. c. 20. *Nisi tantum, quod ponant in eorum haereditatibus Iuberos, qui illas terras laborent, et quod eis eorum fructum reddant.* Infra: *Sed in suas haereditates mittat Iuberos qui laborent illas.*

IVBERVM, *Luciferum*. Papias in Amalthea.

IVBEVS, tunicae species, Gall. *Iupon*, *Pourpoint*, Hisp. *Iubon*. Computus anni 1202. apud D. Brussel de Feudorum vsu, to. 2. p. CLVI. V. *Gipo*, *Gambeso* et *Guba* 1.

IVBILAEVS. (1) *Iubilaeus* inquit Isidorus lib. 5. cap. 37. *interpretatur remissionis manus. Est enim Hebraicus et sermo et numerus, qui septenis annorum hebdomatibus, id est 49. annis texitur in quo clangebatur tubis, et ad omnes reuertebatur antiqua possessio, debita absoluebantur, confirmabantur libertates.* (2) IVBILAEI deinde nomenclatura donata plenaria peccatorum indulgentia iis, qui limina SS. Apostolorum Romae visitarent, quolibet centesimo anno, indulta, cuius auctor fuit Bonifacius VIII. PP. Postea Clemens VI. PP. *ad instantiam et supplicationem Romanorum, qui de hac causa ad eum suos nuncios miserant, mutauit magnum Iubilaeum de 50. in 50. annos.* Verba sunt Auctoris Vitae Clementis a Bosqueto editae, quibus consimilia habet Continuator Nangii. Deinde Vrbanus VI. PP. Pontificatus sui ann. 11. Christi 1389. tertio Idus April. *instituit, vt omnis Iubilaeus per Clementem VI. de centesimo anno ad quinquagesimum reductus, [illegible] inde in futurum de tricesimo ter[illegible] anno in tricesimum tertium an[illegible] semper institueretur, et vt annus [illegible]tiuitatis Domini proxime ventu[illegible] videlicet 1390. esset Iubilaeus, [illegible] eum commouit tempus vitae Dom[illegible] nostri Iesu Christi in humanita[illegible] quod totum postquam natus est [illegible] Virgine (per cuius mortem thesau[illegible]rus Ecclesiae, vnde indulgentiae peccatorum omnes emanant, cumulatus) triginta trium annorum curriculo completum fuit.* Ita Magnum Chronicon Belgicum. Bonifacius vero IX. Vrbani successor, Iubilaei gratiam latius diffundens, *Regibus et aliis dominis temporalibus et spiritualibus, religiosis etiam Conuentibus per diuersa loca constitutis concessit, vt in partibus huiusmodi gratiae largitatem possent consequi, ita tamen, vt Confessor, quem aliquis eorum eligeret, nomine Basilicarum et Ecclesiarum, videlicet Petri et Pauli, Ioannis Lateranensis et S. Mariae Maioris, aliquas Ecclesias in partibus per Confessorem electum deputandas, certis vicibus tenerentur visitare.* Haec ex Willelmo Thorn. ann. 1390. Demum, vt quaeque aetas particeps beneficii istius fieret, Sixtus IV. Iubilaeum ad vicessimum quintum annum contraxit, primamque eiusd. egit celebritatem ann. Domin. 1475. V. eumdem Gobelinum c. 81. pag. 268. col. 84. pag. 273. (3) Possessio, seu praescriptio 50. annorum. Canones Hibern. lib. 41. col. 7. (4) Homo grandaeuus, centenarius. Flodoardus lib. 1. Hist. Remensis, cap. 17. *Quid ille Iubilaeus, (ita virum sanctum, propter aetatis prolixitatem vocitantes) facere vellet, etc.*

IVBILARIVS, qui quinquaginta annos in eodem statu perseuerauit. Instrum. an. 1182. to. 2. Rer. Mogunt. p. 889. *Dominus Thomas - - huius insignis Collegii decanus et trium Cathedralium ecclesiarum quinquagenarius Canonicus et Iubilarius (vt vocant) monumentum hoc - - posuit.*

IVBILARVS, clarus, illustris. Miracula S. Vincentii Madelgarii tom. 3. Iulii p. 679.

IV-

Digitized by Google

IVBILEVM, licentia, vt vocant, Sorbonica, seu biennium quo Baccalaurei tenentur disputationibus theologicis interesse, vt doctoris gradum possint consequi. Charta anni 1456. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. p. 185.

IVBILVS, Vgutioni, *Argutus sonus, vnde iubilare, cantare, quadam voce confusa prae gaudio exultare et laetari.* S. Hilarius in Psal. 65. *Iubilum, pastoralis agrestisque vocis sonus, nuncupamus.* IVBILVM, militare vocabulum fuisse, probat Carolus de Aquino, ex hoc Ammiani loco lib. 22. *Accessere flagitia disciplinae castrensis, cum miles cantilenas meditaretur pro Iubilo mollliores.* Ex quibus merito conficit Vir eruditus Iubilum fuisse genus clamoris vel acclamationis militaris, vt probabilissimum est, ad laetitiam testificandam. Proprie autem sequioris aetatis Latini Scriptores *Iubilum* appellarunt, quod alii *Neumam*, productionem cantus in finali litera antiphonae, seu cuiusvis cantus ecclesiastici. Honorius Augustod. lib. 1. c. 14. *Vnde quidam longam neumam cum organis iubilant, quae Iubilum vocatur.* Cap. 88. *PP. in festivis diebus neumam, quae Iubilum dicitur iubilare statuit.* Liber Ordinis S. Victoris Paris. cap. 1. *Dicent Amen et finietur fine iubilo.* V. *Pneuma.*

IVBON, vox Hispanica V. *Iubeus.*

† IVCATA, modus agri, i. q. *Iuctus*, ap. Mabill. in Museo Ital. p. 177.

IVCTVS, etc, modus agri, Germ. Joch, Juchart. Notae Tyronis: *Iiuer, iugerum, aripennis, Iuctus.* Polyptychus Floriacensis: *Habet ibi de vinea indominicata Iuctos id est, aripennos*, 100. Infra: *De terra arabili indominicata ad modios 240. vnius sationis, de prato Iuctos 60. de silua plus minus bunnarios* 100. IVNCTVS interdum scribitur, vt in Pancharta nigra, S. Martini Turonensis, anni 892. *Ad quam adspiciunt aripennes vineae 4. et quarta vna terrae arabilis, et iuncti 4. de prato, cum corte dominica et vineis etc.* Neque aliud videtur IVCHVS, in Charta S. Galli, apud Vadianum lib. 2. de Monasteriis Germaniae p. 83. *De medio, quod habuit territorio, - - - Iuchos 4. ad reconciliationem nobis dedit.* IOCHVS, in Charta 42. inter Alamannicas Goldasti. Charta 41. Atque hae voces videntur ductae a *iugo boum*, vt *Iunctus* et *Iuctus* idem fuerit quod *Bovata*, id est, tantum terrae, quantum par boum arare potest.

IVCVNDA, vt supra *Iocalia*, Gall. *Ioiaux*; († vel potius fructus saccharo conditi, aut rastilli sacharati, Gall. *Confitures.* V *Dulcia.*) Formula vetus apud Eccardum ad calcem pactus Legis Salicae p. 245.

IVCVNDARI, pro oblectari, habent non semel vetus Biblior. Interpres, S. Augustinus lib. 17. de Ciuit. Dei, Lactantius l. 4. cap. 6. etc.

IVDAEA, V. IVDAEARIA,

IVDAEA CARNES. Statuta Massil. lib. 2. col. 33. *Constituimus vt nullus macellarius vendat in Massilia scienter larnes hirtinas vel caprinas, aut carnes Iudaeas, vel carnes de moria, nec carnes leprosas, etc.* Carnes animalium a Iudaeis interfectorum intelligendas esse palam est, ex Statutis Arelat.

IVDAEARIA, IVDAEA, IVDERIA, IVDAICAE, IVDAISMVS, mansio Iudaeorum in oppidis. IVTARIA, Massil. *Interie.* Litterae anni 1329. ex Schedis D. Le Fournier: *Nullus Iudeus extra Iuteriam communem cum aliis Iudaeis audeat inter Christianos alicubi habitare. Careria Iutariae in Charta* anni 1428. ex iisd. Schedis. IVZATARIA, in Notis obituum et fundationum ad marginem veteris Martyrologii Eccl. Aquensis, *Hospicio sito in Iuzataria.* IVDAEA, Gloss. Lat. Gall. *Iudaea, Iurie.* M. Pastorale Eccl. Paris. lib. 6. Ch. 15. *Qui denarii accipientur Parisiis in furno, qui est in Iudaea.* IVDAEARIA. Charta Philippi Augusti anni 1216. in eius Regesto f. 167. *Halam sitam apud Parisios in Iudaearia, vbi venditur bladum etc.* IVDERIA. Vet. Statutum pro Regno Nauarrae, iactum a Io. Pastе, Decano Carnotensi, et Hugone *de Viri* Milite, reformatoribus dicti

Regni: *Item ordinatum est, quod fiat Iuderia in platea, assignata Iudaeis, secundum quod est incoepta et sint domus censuales, etc. Item fiat ibidem carniceria pro Iudaeis.* IVDARIA, in Chronico Petri IV. Regis Aragoniae. l. 4. col. 8. IVDAICA. Romualdus in Chron. MS. a. 1125. † IVDECA, in Chr. ann. 1090. apud Murat. tom. 1. Antiq. pag. 900.

† IVDAICA. (1) V. *Iudaearia.* (2) Census annuus a Iudaeis solutus. Ch. Ms. a. 1230.

IVDA IZARE, ἰουδαΐζειν, ap. Commodian. Instruct. 37.

IVDAISMVS. (1) Idem ac *Iudaearia.* Guillelmus Rishanger. an. 1263. p. 668. *Wigorniam cepit, et intrauit et Iudaismum euertit.* Monastic. Anglic. to. 1. p. 22. *Duae cartae Alienorae reginae de 13. tenementis in Iudaismo Cantuar. Iueria*, p. 1057. (2) Interdum *Iudaismus* videtur vsurpari pro Iudaeorum mensa nummularia, seu vsuraria. Idem Monast. Anglic t. 1. p. 839. *Cuius tempore empta fuit grangia de Koreby, et domus obligata in magnis debitis in Iudaismo.* Tom. 2. p. 10. *Hoc nullo modo alicui domui religionis, nec in Iudaismo pignori obligare praesumant.* Et pag. 605. *Sex marcas sterlingorum ad acquitandam terram praedictam de Iudaismo, in quo fuit impignerata.* (3) Ἰουδαισμὸς, religio, ritus Iudaeorum, lib. 2. Machab. c. 8. V. 1. c. 14. V. 38. Galat. c. 1. VV. 13. et 14.

IVDAIZARE. (1) Religionem et ritus Iudaeorum sectari, Galat. 2. 14. et apud Scriptores ecclesiasticos non semel. (2) Fidem fallere. Ottoboni Scriba Annales Genuens. lib. 3. ad an. 1195. apud Murator. tom. 6. c. 371. *Promisso itaque foedere et pacis iuramento, per quosdam piratas ciues eorum, qui multos Ianuenses antea ceperant et exspoliauerant, Iudaizantes fecerunt podium Bonifacii reaedificari et oppidum in eo construi.*

IVDEX. (1) Consul. Hieronymus in Chr. *Primus Diocletianus adorari se vt Deum, et gemmas vestibus calceamentisque inseri iussit; quum ante eum omnes Imperatores in modum iudicum salutarentur*, etc. Vbi Eusebius: οἱ πρωην γὰρ βασιλεῖς κ[illegible] τοὺς ὑπάτους τετίμηντο. At Iornandes Iudices hoc loco non *Consules*, sed *Proceres* interpretatur, vbi eodem Diocletiano lib. de Regnorum successione: *Diademataque capite ante eum omnes chlamyde [illegible]tum purpurea, vt a priuatis dis[illegible]nerentur, habebant, et vt Iudices caeteri salutabantur.* De qua vero notione mox agimus. (2) IVDICES, interdum iidem, qui *Comites*, vt in V. *Comes* docuimus. Interdum etiam fuere *Iudices* diuersi Comitibus, quibus suberant, et in iudiciis assidebant. Lex Baiwar. tit. 2. col. 15. §. 2. *Comes vero secum habeat Iudicem, qui ibi constitutus est iudicare et librum legis, vt semper rectum iudicium iudicet.* Hincmarus de ordine Palatii. c. 10. *Tales etiam Comites et sub se iudices constituere debet qui auaritiam oderint, et iustitiam diligant.* (3) Idem, qui Dux, in Translatione S. Faustae Virg. et Mart. Saec. 4. Benedict. part. 2. p. 73. vbi Arnaldus Dux Gasconiae semel *Iudex* appellatur. (4) Magnates, Proceres, Comites, vel Senatores. Gloss. Lat. Gr. *Iudex*, ἄρχων, κριτής. Ammianus lib. 17. *Optimates et Iudices varii ex populis praesidentes.* Alia ex eodem Ammiano suggerit Lindenbrogius ad lib. 27. p. 173. Iornandes de Regnor. succession. in Iustiniano, de Stoza tyranno: *Aliisque Iudicibus peremptis in Ducem Salomonem, saeuiebat.* Infra: *Fugat exercitum, Iudices partim donis, partim blanditiis sibi consociat.* Vetus Interpres Concilii Calchedonensis Act. 1. et alibi ἄρχοντας, *Iudices* semper vertit, vt et Interpres Concilii VII. Oecumenici. (5) IVDICES, doctores, qui olim *Doctores legis* dicti, et iudiciis Comitibus assidebant. Marsilius de Menandrino in defensore pacis part. 2. cap. 2. *Adhuc autem dicitur hoc nomen, Iudex secundum aliam significationem, de habente scientiam Iuris politici seu ciuilis: qui etiam appellatione consueta Aduocatus nuncupari solet,*

Digitized by Google

solet, licet in pluribus Prouinciarum, et maxime Italicarum, Iudex vocetur. (6) Interdum Notarius, vt ex aliquod Chartis colligitur, apud Vghell. t. 1. p. 394. (7) † *Iudices* qui et *Testes* appellantur, silices ad metas apponi soliti. Hieron. de Monte Brix. Finregund. col. 17. Vide *Festi* 3.

IVRARE igitur *sua manu* dicebatur testis, cum solus iurabat, nec habebat *Consacramentales*, qui cum eo iurarent. Addit. ad Legem Frisionum §. 49. IVRARE PROPRIA MANV, instrumentum subscriptione sanctae Crucis signare, munire. Vetus Scheda Abbatiae Moissiacensis. IVRARE VNICA MANV, vel *cum vno Sacramentali*. Lex Baiwar. tit. 8. c. 14. §. 2. et tit. 9. c. 15 et tit. 12. c. 6. et tit. 16 c. 6. *Sua manu cum vno Sacramentali iurare*. Tit. 8. c. 2. *se altero* IVRARE IN MANV PROXIMI, cum quis iurat cum alio. Capitulare 3. a. 813. c. 44. *Si quis ingenuus cum lidis raptum fecerit, cum suo wadio et vna manu emendare studeat.* IVRARE CVM DVOBVS ALIIS, *id audientibus et cum eo iurantibus*, in Regiam Maiestat. l. 3. c. 21. §. 3. IVRARE TERTIA MANV, in Lege Saxon. c. 1. §. 1. 6. 9. IVRARE CENTESIMA MANV. Rogerus Houedenus a. 1194. p. 739. *Ita quod praedictus Elienſis Episcopus ad summonitionem Eboracensis Archiepiscopi iurabit cum centesima manu Sacerdotum, quod ipse nec praecepit, nec voluit, vt idem Archiepiscopus Eboracensis caperetur.* V. Gregor. Turon. l. 8. c. 9. *Iurare in cruce consecrata*, in Poenitentiali Gregorii III. PP. cap. 7. et Bedae c. 9. IVRARE SVPER TEIGITVR, *et sanctam Crucem*, id est, super Canonem Ecclesiae, in Foris Beneharn. Rubr. *de Notariis* art. 14. IVRARE IN ALTARI. Lex Alemann. tit. 7. §. 2. *Iuret cum suis Sacramentalibus in ipso altari.* Lex Baiwar. tit. 1. c. 3. §. 2. IVRARE POSITIS MANIBVS SVPER ALTARE. Gregorius Turonensis l. 3. Hist. c. 14. IVRARE AD PORTAM *Ecclesiae super Librum et Crucem*, in Foris Oscae fol. 24. et in Foris Aragon. fol. 126. v. 129. Edit. 1624. IVRARE IN ARMILLA IANVAE. Henricus lib. 2. de Miraculis S. Germani Autiss. Suspicatur Sollerius per *armillam* hic, vt alibi non semel, annulum significari, quo Ianua solet ab egredientibus attrahi, vt a foris occludi possit, vt sensus sit: Nam si quis occisus templo vel sacello S. Germani ad ianuam foris consistens [illegible] vel annulum contingens peierare, falsi testem inuocare ausit sanctus Praesulem, *hunc quod sit reus periurii - - - pediſſe qua corrigit vita.* Aliud sonat infra *Iurare super armilla sacra.* IVRARE CORAM ALTARI. Will Malmesburiensis lib. 2. de Gest. Regum Anglic. cap. 6. IVRARE CAPITE SVO *ad altare inclinato*, ibidem cap. 21. IVRARE SVPER PLVRA ALTARIA. Gregorius Turon. l. 5. c. 49. IVRARE INSPECTIS SACROSANCTIS, id est, non tactis, sed coram ipsis, quemadmodum iurare solebant Episcopi et Sacerdotes: nam Episcopi *super sacra iurare* vetantur, in Concilio Meldensi a 845. c. 48. Statuta Ordinis de Sempringham c. 3. IVRARE SVPER TEXTVM EVANGELII. Charta Gotfridi Comitis Andegau. in Regesto Philippi Aug. Herouualliano fol. 95. IVRARE SVB TESTAMENTO DEI. Chronic. Wormat. apud Ludewig. to. 2. p. 46. IVRARE, VEL PVRGARE SE *Euangelio super caput posito.* Marcellinus Comes in Chronico, de Pelagio PP. Iuramenti ad Sanctorum Reliquias et Tumulos, crebra est mentio. *Iurare in reliquiis*, in Lege Frision. tit. 3. §. 4. IN SANCTIS IVRARE, i. tactis sanctis Euangelijs vel reliquiis, in Capitular. Caroli M. lib. 1. c. 63. IVRARE AD SACRA, eadem notione, in Wichbild Magdeburgensi art. 132. IVRARE SVPER SACRAMENTA, apud Suenonem de Legib. Cattrensib. c. 8. IVRARE IN LOCO QVI DICITVR SANCTVM, in Capit. 3. a 813. c. 10. IVRABANT POSITA *super Caput suum Cruce Domini* Presbyteri, Diaconi, vel Monachi, si de graui aliquo crimine purgare se vellent. Egbertus de Ecclesiastica Institutione p. 94. IVRARE PER SACRVM INCELEBRATVM. Leges Hoeli Boni Regis Walliae c. 7. Sacramenta porro praedicta, *Iuramenta*

Digitized by Google

menta corporalia appellantur, *σωμα-τικοὶ ὅρκοι* Balsamoni, *σωματικοὶ λόγοι* in VI. Synodo act 13. quod achis, siue inspectis sacrosanctis Euangeliis, Cruce dominica, vel anctorum reliquiis admotis, subla-a aut protensa manu praestentur: : distinguatur a iuramentis, quae unt instrumento, inquit Cuiacius l Nouell. 51. quae quidem scripto ncepta sacramenta eamdem vim bent, quae corporaliter praestita, i vt qui ea infringit, periurus ae-ie sit ac alter, vt definit Gregorius azianzenus Epist. 219. et Carm. uersus saepius iurantes IVRA-: SACRAMENTO CATHOLI-E FIDEI, quam *corporaliter* iu-e: quomodo scilicet Catholici so-t. Dudo lib. 2. de Morib. Nor-n. *Iurauerunt sacramento Catho-e fidei Patricio Rolloni vitam suam, iembra et honorem totius Regni. porale* praeterea *iuramentum* di-n videri potest, ad discrimen menti sacerdotalis: quippe Sa-lores in Concilio Meldensi, *super* i, seu *corporaliter* iurare veter-

Iurare autem solent *in verbo tatis, quod omni stipulationi prae-in ore Sacerdotis*, inquit Ioan. ber. Epist. 67. IVRARE SV-CORPVS CHRISTI, *Crucem, rgam nigram Scotiae.* Charta 300. apud Rymerum t. 2. pag. IVRARE PER DEVM, *sedis olicae et Papae salutem.* Char-068. apud Fontaninum de An-. Hortae pag. 395. IVRARE STOLA *tactis sanctis Euange-*acerdotum etiam fuit. Char-derici II. Imper. apud Baro-a. 1166. IVRARE PER LI-ET STOLAM *in Verbo Do-*Canonicis Senensibus praecipit ianus Cardinalis in Charta, a. 3. Alexandri IV. PP. apud . t. 3. p. 635. IVRAMEN-AD CAPVT PECVDIS, de Concilium Aurelianense IV. 5. *Si quis Christianus, vt est on consuetudo, ad caput cu-ae ferae vel pecudis insuper s paganorum fortasse iurauе-*IVRAMENTVM SVPER ARMA, quod ab omnibus ferme (praesertim Septentrionalibus) populis receptum legitur, etsi forma illius interdum diuersa fuerit. Formula 119. ex Lindenbrogianis: *Veniens iam dictus ille, adprehensa manu praedicti iudicis, vel armis sicut mos est apud omnes, 12. manu sua tertia decima distratus, vel coniuratus dixit etc* Vbi Formulae secundum Legem Romanam c. 30. apud Bignonium: *Dum sic veritas comprobatur, iam dictus ille adprehensam manum vel arma praedicti iudicis, sicut mos est, apud homines duodecima manu, sua tertia decima distractus vel coniuratus dixit etc.* SPATA TRACTA IVRARE, in Capitulis ad Legem Alaman. c. 22. Edit. Baluzianae. V. *Spatha. Per spatham suam* iurat, ac *Capitulum* firmat Carolus C. apud Hincmar. Remensem in Extemporali admonitione, apud Cellotium p. 439. CVM DEXTERA ARMATA CONIVRARE, *sacramentum confirmare*, in Lege Ripuariorum tit. 33. §. 1. tit. 56. IVRARE LATO OSCVLO. Charta an. 1202. *Vnusquisque militum propria manu lato osculo Comiti* (Forcalquerii) *Iurauerunt, quo ita etc.* IVRARE MANV POSITA *super Caput Imperatoris*, apud Theophanem in Nicephoro Generali an. 8. IVRARE POSITA MANV *super Caput eius, cum quo lis est.* Leges Hoeli Boni Regis Walliae c. 25. IVRARE MANVVM CONTACTV. Andreas Suenonis Archiep. Ludensis l. 7. cap. 7. PER PECTVS SVVM *iurabant mulieres* apud Alamannos. Leges Alaman. tit. 56. §. 2. *Tunc liceat illi mulieri Iurare per pectus suum, et dicat, etc.* An manu pectori apposita, quomodo alias Presbyteri? IVRARE IN MANV COMITIS *Dextra Data*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. §. 15. IVRARE IN PECVNIA *vel Vestimento* solebant Frisiones, si res esset parui momenti. Lex Frision. tit. 3. §. 4 IVRARE SVPER SEPVLCRVM DEBITORIS, in Legibus Hoeli Boni Regis Walliae c. 27. IVRARE PER PEDES ABBATIS. Charta Sancti Ramirez

Digitized by Google

Reg. Aragonum, apud Martinezium in Hist Pinnatensi l. 3. c. 17. SVPER MORTVORVM TVMVLOS IVRARE in iudiciis publicis, solenne fuisse apud Londonienses, obseruat Seldenus ad Marmora Arundeliana, cum scilicet aliquis e testibus nominatis decesserat, antequam testimonium suum iurasset: tum enim iurabatur a reo, quod ipse testatus fuisset, si in viuis superesset. IVRARE SVPER BACVLOS EPISCOPORVM, Hibernis et Scotis familiare. Siluester Giraldus in Topogr. Hiberniae l. 3. c. 33. IVRARE SVPER DISCESSOREM ECCLESIAE, in Canonib. Hibern. lib. 41. c. 30. *Defendit se Ecclesia etiam post obitum Principum suorum* (i. Episcoporum) *et non iuratur super illam id est, super Discessores, quia viua sunt verba illorum.* Capitis lemma eiusmodi est: *De mundialibus non iurantibus super Discessorem Ecclesiae.* Quibus quidem innuitur, stari debere Episcoporum aut Praelatorum, qui e vita discesserunt, verbis, ac factis, neque super iis iuramentum deferri debere. IVRARE SVPER FORTE. Charta Eduardi Regis Angl. in Regesto Constabular. Burdegal. f. 202. *Si vero extraneus fuerit et moretur cum domino haereditatis, si negatur, habeat aberare* (l. iurare) *super forte pignerationem per ipsum factum in haereditate domini sui sine fraude.* Infra: *Si aliquis pignerauit in haereditate sua, vel etiam aliena, quo sit praesumptio, quod de facili deieraret, vel quod alias consueuit abuti talibus pignerationibus, non credatur eidem, nisi iuret super forte, et vnum sequacem habeat, qui ibidem iuret se credere ipsum super hoc veritatem dixisse.* IVRARE SVPER TRIGINTA DENARIIS, in Legibus Henrici l. c. 65. IVRARE IN ANIMAM ALTERIVS. Obseruat Tillius l. 1. p. 252. Reges Francorum semel per seipsos seu personaliter, iurare, quando scilicet inaugurantur et coronantur: in caeteris vero occasionibus, in quibus solenniter quidpiam subditis pollicentur, in *verbo regio* firmare. Sed et addit olim foedera ipsa, quae cum Regibus aliis sanciebant, non ab ipsimet sed iis praesentibus a quopiam ex aulae proceribus ad id delecto in *eorum anima.* Sic Priorem S. Martini de Campis coram S. Ludouico sacramento in *illius animam* facto inducias cum Henrico III. Angliae Rege an. 1231. pepigisse: alias inducias inter eosdem Reges anno 1244. quemadmodum se proceribus pro et coram ipso Henrico iurasse, scribit idem Tillius l. de Pactis inter Reges Franciae et Angliae p. 176. Acta Innocentii III. PP. de Philippo Aug. Rege Fr. *Faciens in animam suam iuramento firmari, quod honorifice ipsam vt Reginam tractaret.* Obseruat modo post Tillium D. Cangius iuramentum eiusmodi iis praesentibus praestari solitum in quorum Animas iurabatur, verum idem quoque factum fuisse iis absentibus ab eorum in hanc rem delegatis et deputatis certum est. Mandatum Eduardi III. Regis Angliae a. 1439. apud Ludewig to. 5. p. 461. *Eisdem Thomae et Willhelmo et eorum vtrique, ad iurandum in Animam nostram, de obseruando fideliter conuentiones - - - damus et committimus plenariam potestatem.* Sed et haec forma iuramenti non Regum duntaxat propria fuit, verum et aliorum. In Actis Innocentii III. PP. nobilis quidam *in animam* Marcualdi Senescalli Imperii iurat p. 3. Iurabatur etiam in animam vniuersitatis. *Statuta pacis in totius vniuersitatis Animam Iurare*, apud Guillel. de Podio Laurentii cap. 40. † IVRARE LANGVOREM, dicebatur is, qui ne iuri die assignato staret, morbum obtendebat, cui *terminum languoris* concedebant iudices. Scacar. S. Mich. apud Cadomum an. 1223. † IVRARE TERRAM dicitur vassallus qui legitimo successori domino ipso exigente, fidelitatem et homagium exhibiturum se iuramento promittit. Ch. Ms. Innocent. III. IVRARE IN ANIMA, pro *in animam*, in Charta Alexandri PP. apud Bromptonum pag. 1131. IVRARE IN

Digitized by Google

IN REGEM. Literae 1489. apud Fontaninum de Antiquit. Hortae p. 490. IVRARE IN POSSE REGIS. Leges Aragonicae, apud Blancam pag. 771. IVRARE etiam VICARIIS MANIBVS, id est, per alios, dicebantur Monachi, quibus iurare interdictum erat. Arnulphus Lexouiensis in Epist. ad Abbatem S. Ebrulfi. IVRARE MORE MINORVM apud Rolandinum in Summa Notariae cap. 7. rubr. 3. Cuiusmodi autem fuerit minorum iuramentum docet idem c. 1 rubr. de venditione a minore facta. SACRAMENTVM TRINICVM. Charta Massiliensis, apud Guesnaium, in Annalibus Massil. pag. 356. *Et vt haec perpetuo inuiolabiliter obseruentur, statuimus, quod vniuersi ac singuli homines ciuitatis inferioris Massiliae Sacramento Trinico et incommutabili ad haec obseruanda specialiter teneantur.* IVRAMENTVM PACATIONIS, qua quis, vt cum eo, quem offendit, pacem faciat, vel obtineat, culpam quodammodo eluit. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 36. PERFECTORIVM SACRAMENTVM, decretorium, τέλειον, vt est in Iure Graeco Rom. L. 2. p. 119. Lex Frision tit. 14. §. 2. SACRAMENTO FRACTO, vel *frangente iurare, frangere:* haec enim idem ac vnum sonant. Leges Henrici I. c. 46. *In furto, incendio - - - et eis, quae ad disfactionem pertinent, omnes Fracto iuramento iurent, etc.* Infra: *Francigenae et alienigenae in verborum obseruantiis non Frangunt.* PLANVM IVRAMENTVM videtur illud appellari, quod summarie, et de plano fit, sine delectu verborum; quod inde colligitur, quia *iuramentum fractum*, quod opponitur *plano*, dicitur praestari, *cum verborum obseruantiis.* Leges Henrici I. cap. 9. *Differt autem - - - si quid bello vel lege sacramentali, Plena* (l. *Plana*) *vel frangenti, vel etiam iudiciali repetatur.* Cap. 64. *Qui ex paterna cognatione erunt, Plano se sacramento iuraturos aduertant.* SACRAMENTVM RVPTVM, tunc intelligitur, *quando praesentibus sacrosanctis Euangeliis aut armis sacratis, ille, qui pulsatur, cum Sacramentalibus suis coniunxerit, et non ausus fuerit iurare et aut ipse aut aliquis de Sacramentalibus eius se subtraxerit, tunc intelligatur Sacramentum Ruptum*, in Lege Longob L. 2. tit. 55. §. 7 adde §. 14. Edictum Rotharis Regis tit. 109. §. 8. et Leges Luithprandi Regis tit. 41. §. 1. SACRAMENTVM FATVVM, dicitur, cum quis aliter, quam se res habeat, iuramento firmat; sed tamen secundum conscientiam, et mentem suam. Bracton. L. 4. tract. 5. c. 4. §. 1. Adde Fleram L. 5. cap. 22 §. 9. IVRAMENTVM INHONESTVM apud Guil. de Nangiaco in Vita S. Ludouici p. 364. et Gaufridum de Belloloco in Vita eiusd. Lud. c. 32. quod a Ioinuilla p. 120. *Vilain sermens* appellatur, V. Notas Cangii ad eundem Ioinuillam. SACRAMENTVM LIGATVM, id est, *ligium.* Charta Fulconis Abbatis Corbeiensis an. 1055. ex Tabulario Corbeiensi f. v. SACRAMENTVM DE MANV TOLLERE dicitur is, cui iurari debet, cum rem sacramento alterius dirimere negat, in Leg. Burgund. tit. 8. §. 2. MITTERE ALIQVEM in SACRAMENTVM, illud ab eo exigere, in Lege Longobard. L. 1. tit. 33. §. 1. AD SACRAMENTVM ALIQVEM DEDVCERE, illud ab eo exigere, in Legibus Ratchis Regis Longob. tit. 7. Astulphi Regis tit. 10. 11. etc. IVRARE CONTRA PACEM. Poenitentiale Fulberti Carnot. Episc. *Si quis iurat contra pacem, vno anno poeniteat cum eleemosynis, et redeat.* MAGNVM SACRAMENTVM, in Regiam Maiestatem lib. 1. c. 13. §. 4. quod fit ad S. Euangelia. IVRARE SVPER ANIMAM SVAM, *in porta Ecclesiae super Librum et crucem*, in Foris Oscae a. 1247. fol. 14. IVRARE PER CAPVT CHRISTIANI. Fori Oscae an. 1248. fol. 14. IVRARE CAPVT PATRINI. Fori Oscae an. 1247. fol. 6. IVRARE COMPAGNIAM, societatem inire, et iuramento stabilire, Caffari Annal. Genues. ad an. 1157. apud

apud Murator. t. 6. col. 269. IVRARE CONSVLATVM, sacramentum praestare Consulatum suscipiendo. Idem Castarus ibid. col. 263. IVRARE FILIAM, puellam sacramento despondere. Rigordus de Gestis Philippi August. Reg. apud Duchesnium t. 5. p. 31. V. *Iurata*. IVRARE HONOREM, fidem et seruitium polliceri. Agnellus in Libro Pontif. apud Murator. to. 2. p. 184. IVRARE MANDATA, scilicet se ea seruaturum. Bartholomaeus Scriba Annal. Genuens. l. 6. ad an. 1227. apud Murat. t. 6. col. 452. IVRARE REGIMEN, de officio bene gerendo sacramentum praestare. Regimina Paduae ad an. 1320. apud Murator. t. 8. col. 432. IVRARE VITAM, MEMBRA ET BONA, de his omnibus securitatem sacramento afferre. Epistola Innocentii PP. II. t. 1. Operum S. Bern. Edit. 1690. inter Notas col. LVII. IVRARE ALIQVEM PER TERRAM SVAM, mendum pro *Iuuare* in Charta an. 1230. to. 4. nouae Gall. Christ. inter Instrument. col. 30

IVRARIA. (1) Officium seu dignitas Scabini, vel Iurati vrbis, († vel potius incolarum vrbis vniuersitas, sacramento inuicem adstricta, communiae ius atque privilegium, Gall. *Iurage* et *Iurée*.) Instrum. a. 1255. ex Tabular. Corbeian. (2) † Officium eorum qui rebus vendendis pretium imponebant, qui *Iurati* appellabantur. Correct. Stat. Cadubr. c. 78.

IVRATA. (1) Desponsa, pacta, sacramento interpositio, c. *Ex literis* de sponsalib. impuber. *Puella quaedam anno 12. Iurata et desponsata fuit cuidam puero 9. vel 10. annorum.* (2) Anglis, est numerus duodecim legalium hominum iuratorum, per quos omnis fere facti probatio fit, et ex quorum *veredicto* iudex sententiam suam conficit et profert. Duplex autem Iudiciorum est species: altera, quae fit per *assisam;* altera per *iuratam*, vel per *assisam in modum iuratae*. Per *assisam* lites dirimuntur, quae instrumentis aut chartarum probationibus inniuntur, vel cum partes de facto consentiunt, aut de assisa. Per *iuratum* vero, quae incertae sunt, ne constant; ita vt vel per *inquisitionem*, vel per *iuratorum* ac Sacramentalium depositiones, quas *veredicta* vocant, rerum veritas a iudicibus indagari debeat. *Iuratarum* variae sunt species, *delatoriae*, scilicet, et *iudiciariae*. IVRATA DELATORIA ea est, quae delinquentes rimatur, eorumque nomina vna cum delectis ad iudicem defert, vt in examen vocati iuris subeant sententiam, siue ad condemnationem, siue ad deliberationem: dicitur haec etiam *Inquesta*. Duplex est haec *Iurata*, *maior* et *minor*. *Maior*, cui totius Comitatus lustratio, vt in *Assisis*, et *Sessionibus Pacis*, nec non in Curia Regii Tribunalis demandatur, et alias dicitur *Grandis Iurata*, alias *Magna Inquesta*. *Minor*, cui minor iurisdictio, vt vnius Hundredi in *Sessionibus Pacis* creditur. IVRATA IVDICIARIA, ea est, quae de summa litis, quoad factum decernit, priusquam iudex de iure pronuntiet. Haec item duplex est, *ciuilis* et *criminalis*. *Ciuilis*, quae in ciuilibus actionibus inter subditum et subditum cognoscit. *Criminalis* quae de criminalibus inter Regem et subditum, et ex hoc genere illa est, quae Anglis dicitur *The Iury of life and death*, id est, vitae et mortis iurata. Singulae autem quae de iure agunt, suas habent Iuratas, sed alicui supradictarum specierum referendas. IVREA, eadem notione, in Chartulario SS. Trinit. Cadom. fol. 60. (3) IVRATA seu *Iurée*, in Regesto *Olim* fol. 115. Campanis tributum quod *Iuratis* burgensibus imponitur, et domino feudali praestatur. Eiusmodi autem erat, vt quiuis *Iuratus* sex denarios de *librata* immobilium, facta ad id eorum aestimatione, domino quotannis exsolueret, a *Maiore* et *Iuratis* exigendos: vt est in Charta Libertatum Trecensium Theobaldi Campaniae Comitis, quam refert Pithoeus ad Consuetud. Campan. art.

Digitized by Google

art. 2. Assisiae Campaniae an. 1285. fol. 29.

† IVRATIA, officium *iurati*. Statut. Rob. reg. Sicil. Mſ.

IVRATILIS, pro *Iurabilis*, de quo iuratur, V. *Feudum iurabile*.

IVRATICVS, *Scholaſticus*, *Iurisperitus*, in Gloſſ. Iſidori. V. *Iuriſta*.

IVRATIO, ſacramentum, quo vaſallus ſeſe adſtringit erga Dominum caſtrum ſuum ei redditurum irato et pacato. Regeſtum Caſtri Lidi in Andibus fol. 65.

IVRATOR. (1) Idem qui *Sacramentalis*, *compurgator*, vti attigimus in voce *Iuramentum*. Latinis vero Scriptoribus *Iurator* dicitur, qui ad iuramentum adigit, *Iuratus*, qui iurauit. V. Turnebum l. 19. Aduerſ. c. 12. (2) IVRATORES praeterea erant ii, qui vice alterius iurabant. Verbi gratia apud Vitalem Epiſcopum Oſcenſem: *Infancio non tenetur iurare in prima vice in quantitate, quae ſit vsque ad centum ſolidos; ſed debet Iuratorem, qui iuret.* (3) IVRATORES IC. Anglis dicuntur duodecim homines, qui in quolibet fere iudicio ſiue ciuili, ſiue criminali, de facto prius decernunt, quam iudex de iure pronuntiet. Ita Cowellus. V. veterem conſuetud. Norman. c. 69. et ſupra *Iurata* 2. IVRATORES ONERATI. Vetus Inquiſitio apud Dugdalum in Antiquit. Warwicenſis Prouinciae p. 665. *Inquiſitio 12. Iuratorum capta ad hunc viſum coram Galfrido de Okenham Seneſcallo per Sacramentum Ancelini de Gliſtona, etc. Iuratorum oneratorum de antiquis conſuetudinibus iſtius domini, etc.* (4) IVRATORES *de Deo vel de Virgine Mariae vel de Sanctis*, qui de Deo et Sanctis contumelioſe loquuntur, in Statutis Io. Piſcis Aq. Archiep. correctis per Aegidium Cardinalem Commiſſarium delegatum apud Montem Flaſconem 2. Octobr. 1368. ex Schedis Praeſidis de Mazaugues.

† IVRATORIA, fideiuſſio ſacramento firmata. Ch. a. 1267. ap. Cenc. inter cenſ. eccl. Rom.

IVRATORIVS, iuramento confirmatus. Vita Innocentii III. PP. ex Baluzio, apud Murat. to. 3. p. 491. col. 2.

IVRATVS. (1) Sacramento adſtrictus alicui domino. Gloſſ. Gr. Lat. MS. Ὁμοτὴς, ὁ ὀμνὺς, *Iurator*, *Iuratus*, Statius l. 2. Thebaid.

- - - - *Exit in vnum*
Plebs ferro Iurata caput.

(2) IVRATVS AD ASSISAM. Modus tenendi Hundredum pag. 139. *Item dicunt, quod S. Natiuus domini eſt aetatis 20. annorum et manet infra iſtud dominium annum et diem, et non eſt iuratus ad Aſſiſam domini Regis, id eo ipſe in miſericordia.* (3) IVRATI AD ARMA. Mandatum *ſuper Iuratis ad arma* in Addit. ad Matth. Paris. p. 148. Mox in eo Mandato additur, vt *Iurati ad arma* teneantur, quoties contigerit, *huteſium leuari* ſuper perturbatores pacis, vel malefactores, aut latrones, eos inſequi de villa in villam, donec capiantur. Fleta l. 1. c. 24. §. 12. *Item quod quilibet inter 15. annorum et 60. aetatem in domo ſua habeat arma ſecundum quantitatem terrae ſuae, aut catallorum ſuorum, et quod ad hoc ſint omnes liberi huiuscemodi aetatis, in patria morantes Iurati, etc.* §. 13. *Qui minus in catallis habuerit quam 20. marcatas ad gladios, cultellos, et alia minuta arma ſint Iurati.* (4) Conſul, Scabinus, Conſiliarius vrbis, Gall. *Iurat*, vt in plerisque Conſuetudinibus municipialibus, quas Raguellus laudat in hac voce. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. t. 3. SS. Iunii pag. LVII. (5) IVRATI, plerumque etiam dicuntur quilibet Oppidani, qui acceptis a Rege vel Domino communiae iuribus ac priuilegiis mutuam ſibi fidem iurabant, vt videre eſt in Litteris Iohannis Comitis Pontiui pro Abbatis villa, an. 1184. conceſſis et inſertis in Litteris Ioh. Franc. Regis a. 1350. apud D. Secouſſe to. 4. Ordinat. Reg. p. 55, et ſeqq. Sic ibi n. 1. V. *Commune* 2. IVRATI, nude, vel *Iurati magiſtri*, in collegiis artificum dicuntur, qui inuigilant, vt ſtatuta quae totius corporis vtilitatem ſpectant, diligenter obſeruentur, Gall. *Iurés*,

Digitized by Google

Iurès, *Maitres jurès*, German. Geſchworne. Robertus *Goulet*, in Compendio Iurium Vniuerſitatis Pariſ. fol. 11. *Pergamenarii quatuor, ſcilicet quatuor magiſtri Iurati etc.* (6)

IVRATVS DISCIPVLVS. Transactio inter Abbatem et Monachos Craſſenſes a. 1351. *Ego Hugnetus Artuſii Clericus de Craſſa, Diſcipulus Iuratus eiusdem hanc cartam ſcripſi.*

† IVRAVISVS, computi vel facti probatio coram iis, qui id ex officio vel iure praeſtant. Ch. Mſ. Phil. Pulc. a. 1320. V. *Iurata* 2.

IVRCTVM, τύμβος, *ſepulcrum*. Supplem. Antiq.

IVREA, V. in *Iurata* 2.

IVREDIVM. Charta Rotroci Comitis Perticenſis a. 1136. apud Ioh. B. Soucherum ad Vitam S. Bernhardi Tironenſis Abb. qua concedit *rachata venditiones, armaturam, equitaturas, laudimia, releuamenta, tallias, corueias, biannos, fidem, homagium, Iuredium, retentionem feudi per aduocatum*, etc. Vbi *Iuredium* videtur eſſe, quod Practici Gallici *Iurée* vocant, ſeu iurata, quae eſt ſpecies Iurisdictionis, quae exercetur a Scabinis inter *Iuratos*, qui *hommes* et *femmes de iurée* dicuntur in Conſuetudine Vitriacenſi, art. 78. *Redevables de iurée*, id eſt, iuratae obnoxii, in Trecenſi, art. 2. *Iurez de Commune*, in Rupellenſi art. 21. V. *Iurata* 3.

IVRELLA, piſcis genus, Vide *Donzella*.

IVRE-MANENTES, qui reſidentiam in loco debent ex iure debitam. Leges Foreſtar. Scotic. c. 7. § 1.

IVRE-MANENTIA quae alias *reſſeandiſia*. Charta Theob. Campaniae Comitis an. 1233. apud Chopinum l. 3. de Sacra Polit. tit. 3. n. 9. *Et Iure-manentiam quam habent in dictis villis*, etc.

† IVRETICVS, *ſcholaſticus, legisperitus*, in vet. Gloſſ. Cod. 7641. V. *Iuraticus*.

IVRGIVM. Chronicon Cauenſe apud Murator. to. 7. col. 958. *Statuimus igitur vt omnes et ſinguli Abbates - - de foris venientes ſine cuculla - - - ac ſine calcariis vel ſtiuariis vel Intergiis portam monaſterii noſtri intrare non audeant, nec ſecum in ipſo monaſterio arma deferre praeſumant ſine noſtra ſpeciali licentia.* Vox forte mendoſa.

IVRIDICA, nude, Iuridicus dies, vel ipſe conſeſſus iudicum, Gall. *Audience, Seance*. Proceſſus an. 1459 ex Regeſto *Columba* Camerae Comput. Prouinciae.

† IVRIDICALIS DIES, Vide in *Dies*.

IVRIDICE, legitime, apud Ludewig. t. 6. Reliq. MSS. p. 67.

IVRIDICINA, iurisdictio, adminiſtratio. Tertull de Pallio c. 3. *Caſa Iuridicinae ſuae tempore Graecis fuit*.

† IVRIDICIVM, ius. Chartul. eccleſ. colleg. de Caſtel. ſuper Indr.

IVRIDICVS, δικαιοδότης, in Gloſſ. Graec. Lat. Capitolinus in Antonino: *Datis Iuridicis, Italia conſulnit ad id exemplum, quo Adrianus conſulares viros reddere iura praeceperat. Iuridicus Alexandriae*, de quo in Cod. Iuridicus Aegypti, Aſſyriae, per Flauiniam, etc. in vet. Inſcript. IVRIDICI DIES, ἐμπρακτοι, in L. 2. Cod. Th. de Feriis.

IVRIFICARE, ius dicere, in Charta Hiſp. aerae 1010. apud Anton. de Yepez in Chron. Ord. S. Benedicti t. 5. p. 456.

IVRISDICTIO, diuiſim. Charta vetus in Actis Murenſis. Monaſterii p. 8. *De iuris ſui dictione in ius Sedis Apoſtolicae emancipauit*.

† IVRISDICTIONALIS, ad iurisdictionem ſeu iuſtitiam pertinens. Ch. Mſ. a. 1336.

IVRISFIRMA, Practicis Hiſpanis, inquit Blanca, in Commentario Rerum Aragon. pag. 751. eſt tum in Regum, aliorumue iudicum, tum etiam regni, atque omnium non rectos impetus, iuris ac legum firma et moderata dominatio, inuenta potiſſimum, vt praeceps iudicum celeritas Magiſtratus interdicto interpoſito retardetur, ne quid perturbatum ſit, aut a legibus diſcrepans, vel praepoſterum. Eius autem finis eſt, vt cum de ſtando et parendo iuri,

Digitized by Google

iuri, coram ipso Iustitia, firme et grauiter assueueretur: illius interdicto interposito, fortunae rei ab iniusta regiorum iudicum iniuria arceantur. Ab eo autem, quod de stando iuri caueatur, *Iuris firma* dicta est. V. *Firma.*

IVRISTA, qui Iuri Ciuili, vel Canonico dat operam, Iurisconsultus, (Gall. *Iuriſte*, vel *Iuriſta.*) Fori Aragon. l. 5. fol. 123.

IVRISTARE, litem mouere. Charta Alberti *de Tanailes*, e Chartulario S. Quintini in Insula pag. 34. *Illi constituerunt obsides aduersus omnes, qui super his Iuristare voluerint.* Sed forte legendum diuisis vocibus *Iuri stare.*

IVRITHEVM, Papiae, *potionis species.* V. *Viritenm* et *Cognidium.*

† IVRMARCHA, limitum iudex, a *Marcha*, terminus, limes. Ch. an. 1080. to. 1. Hist. Cassin. p. 276.

IVRNALE, IVRNALIS, Vide in *Iornale.*

IVS. (1) *Dictum, quia iustum est*, inquit Isidorus lib. 5. Orig. cap. 3. Alii a *iusso* per apocopen *Ius* deductum volunt, quod nihil aliud sit, quam quod natura, vel ciuitas, vel populus, vel consuetudo iubeat. Si credimus Gersonio contra adulatores Principum consid. 8. *Dictio haec ius non significat semper iurisdictionem seu iustitiam, sed significat interdum potestatem quae non est iusta*, vt ipse interpretatur vocem *Ius*, quae occurrit 1. Reg. 8. 11. quam vocem *Exactionem* reddit Glossa interlinearis ordinaria. † IVS ALLODIALE, quo praedium ab omni praestatione liberum possidetur. Supplem. Io. reg. Aragon. ad Papam. † IVS ANIMARVM, ius capite plectendi. Stat. Auenion. an. 1243. IVS ANNALIVM, V. *Annalia.* † IVS BANNENSE, *bannum* seu interdictum promulgandi. Ch. Mſ. Alex. PP. III. ann. 1179. IVS CAPITALE, ius domini capitalis, Gallis *Droit du Seigneur.* Charta ann. 1288. e Chartular. S. Vandregesili tom. 1. pag. 162. IVS CAROLI. Wichbild Magdeburgense art. 1. §. 3. *Ius ciuile seu municipale, quod homines vnius ciuitatis seu fori concluserunt inter se tenentes, iuxta eorum arbitrium et antiquas consuetudines, quaemadmodum Colonienses circa Ius Caroli confirmatum habent.* Et art. 43. † IVS CASTRENSE DVPLEX, iurisdictio spiritualis et temporalis in castro. Ch. ann. 1228. tom. 2. Annal. Praemonstr. Prob. p. 480. IVS CATENAE, quod custodi carceris praestatur ab incarcerato pro cibo et potu. Constitutio Ludouici Regis Ierusalem et Siciliae ann. 1352. ex MS. D. Brunet fol. 98. IVS DE CHALEYME, seu *Ius de forgeage.* Sic in Dumbarum Tractu vocatur vulgariter ius fabri ferrarii. IVS COELI, auctoritas Episcopi, sic dicta quod a Deo illam habeant Pontifices. Charrularium S. Vandreg. to. 2. p. 2000. IVS COMESTIAE, V. *Comestia.* IVS COMMVNE, appellant ius illud, quo in Gallia vtuntur ciuitates, consuetudines municipales, cui opponitur *Ius scriptum* seu *Lex Romana*, in Statuto Philippi Pulcri an. 1302. pro reformat. Regni c. 48. Etiam Angli *Ius ciuile Anglorum* vocant Decreta Guillelmi I. † IVS CONGRVI, seu conuenientiae. Consuet. Neapol. Mſ. † IVS CONSVETVM, quod vsu tantum praeualuit et consuetudine inductum est. Chr. an. 1135. apud Oefel. to. 1. Script. p. 710. † IVS CONSVLARE, quod ad comitem, qui et *consul* dicebatur, pertinet. Ch. an. circ. 1034. to. 1. Prob. Hist. Brit. pag. 373. IVS CORPORALE et INCORPORALE, quibus, vt videtur, verbis quodlibet iuris vel seruitii genus exprimitur. Charta a. 1294. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 73. *Donauit praedicta D. Beatrix praedicta omnia et singula, - - - siue praedicta donata consistant in dominibus - - - Iuribus corporalibus et incorporalibus, directis et vtilibus dominiis.* V. in *Corporalia.* IVS CREDENTIAE, quod domini habebant in rebus praesertim ad victum necessariis, quas sine praesenti pecunia emebant a subditis, quasue ab illis mutuo sumere iis fas erat, V. *Cre-*

Credentia. IVS CVRIALITATIS ANGLIAE VEL SCOTIAE, V. in *Curiales.* † IVS DECIMALE, ius percipiendi decimam. Ch. Mſ. ann. 1241. † IVS DOMINII, quod ad fiſcum dominicum pertinet. Ch. Mſ. ann. 1214. IVS DVPLICATVM, quod Anglici Practici *dreit dreit* vocant, dicitur habere ille, qui poſſeſſionem et proprietatem habet. Bracton. lib. 4. tract. 4 cap. 4. lib. 5. cap. 28 §. 2. IVS ECCLESIASTICVM. Praedia et immobilia dabantur poſſidenda, aut iure *proprietario* ſeu *proprio*, aut *beneficiario* ſeu *precario*, hoc eſt, *ad proprium*, vt loquebantur, vel ad feudum, aut ad vſumfructum: *iure vero Eccleſiaſtico* ea poſſideri ab Eccleſiis dicebantur, quod Clericis et Presbyteris iis vti et frui conceſſum eſſet, vt propriis, ita tamen vt ea donare aut vendere iis non liceret. Eiusmodi *donationum formula talis erat*, quae paſſim occurrit in Chartis Tabularii Bellilocenſis in Lemouicibus. Vide Vitam Aldrici Epiſc. Cenoman. n. 9. 39. et p. 37. vbi *more Eccleſiaſtico* in Charta Ludouici Pii occurrit. Praeterea Chartam Ottonis M. Imp. apud Stangefolium lib. 2. Annal. Circuli Weſtphal. p. 185. et Baluzium in Appendice ad Capitul. n. 37. 38. 104. 109. IVS EMPHITEOTICARIVM, quod percipit dominus capitalis ob praedium aut quiduis aliud in *emphyteuſin* datum. Donatio Beatricis de Medullione Humberto Dalphino Caſtri de Auiſano cum vniuerſis iuribus ad dictum caſtrum pertinentibus, *cauallagiis, couoatis, fogagiis, cenſitis, acapitis, ſeu Iuribus Emphiteoticariis, allodiis, proprietatibus, iuribus corporalibus*, etc. an. 1294. tom. 2. Hiſt. Dalphin. p. 74. † IVS EQVESTRE, quo dominus feudalis a vaſſallis exigere poteſt vt cum ipſo in exercitum equis inſtructi pergant. Inuent. Chart. reg. ann. 1482. † IVS FEVDAGII, quo quis portoris feudi appenditias eadem ratione poſſidet. Reg. Cam. Comput. Pariſ. IVS FORENSE, ciuile, cui opponitur Eccleſiaſticum, apud Chunradum de Fabaria de Caſibus S. Galli cap. IVS FORENSE, etiam appella id quod ex *foris* ſeu nundinis cipitur. Ch. Mſ. Alex. III. an. 1 † IVS GENTIVM, naturali op nitur atque magnatum vim et v pationem ſignificat, in Lit. m miſſ. an. 1320. IVS HAEREDI RIVM. Adreualdus de Translat. por S. Benedicti cap. 2. *Datis eodem agro in mutua vicinitat praediis, quae ſi a parentibus i haereditario relictis poſſidebat.* IV IMAGINARIVM. Formula veter *Conſtat, me non Imaginario Iure, nec vllo cogentis imperio vendidiſſe, etc.* † IVS INCANTVS, quod principi ſoluitur pro licentia auctionandi bona debitoris Bonif. Areſtor. Part. Prov. to. 2. part. 7. lib. 2. IVS INCORPORALE, V. *Corporalia.* † IVS LAVDANDI, quod domino feudi penſitatur pro facultate alienandi feudum Ch. Mſ. a. 1354. V. *Laudare* 5. † IVS MARINARIVM, maritimum. Conſtit. lac. Reg. Sicil. c. 43. IVS MONTANVM, ſ. id quo ex vineis quae in monte poſitae ſunt exigebatur. Charta ann. 1298. apud Ludewig. to. 4. p. 117. *Alias poſſeſſiones in villa Mexlendorf iuxta Wiennam, videlicet ſex vrnas vini montani Iuris, et ſexaginta denarios de quodam agro.* † IVS MONTIS, idem, in Ch. a. 1240. apud Pez. t. 6. Anecd. part. 2. p. 94. IVS MORTVARIVM, Gall. *Droit de mortuage*, ius quod ſibi olim in bona defunctorum attribuebant Parochi. Charta an. 1264. apud Ludewig. t. 4. p. 233 IVS MVNDANVM, pro *Montanum*, vt videtur, ſaltem eadem notione. Charta Comitis de Stuin an. 1164. apud Ludewig. to. 4. p. 112. *Ab antiquo in eadem villa habuimus vnam mageriam cum aliis reddibus et Iure Mundano, et decima vini in eo monte, qui adhuc Zwetterberch nominatur.* † IVS NATVRAE, quod filii habent in bonis parentum. Teſtam. Mſ. ann. 1474. IVS NAVLAE, ſ. quod pro tranſactione exigitur. Hiſt. Nouientenſis Monaſt. apud Marten. to. 3. Anecd. c. 1122. *Molendina cum piſcationibus*

ac

de foreſtis, *Ius naulae cum inueſtigatione auri*, *bannus totaliter cum omni libera vtilitate. V. Naulum.* † IVS NVPTIARVM, quod a nubentibus parocho praeſtatur. Ch a. 1273. in Chartul. Cluniac. † IVS OPERALE, quo operas a ſubditis dominus exigere poteſt. Chr. Mſ. ann. 1237. † IVRA PAROCHIALIA, vocantur potiſſimum ſacramenta, quorum adminiſtratio ad parochum iure ſuo competit. Ch. Mſ. an. 1202. IVRA PILAE. Synodus Limenſis an. 1586. *Quod Viſitatores aliqui dum viſitant, quamuis ita excepti, vt nihil victus vel rerum neceſſariarum ipſis deſit, vlterius ab Eccleſiis exigant aliquod peſos, quos iura pilae vocant - - ſtatuimus vt viſitatores ab eiusmodi exceſſibus abſtineant.* V. *Peſus.* † IVS POSITIVVM, quod ab eius auctoritate pendet, qui illud ſtatuit. Theod. de Niem to. .. Conc. Conſtant. part 15. col. 4. IVS POTESTATIVVM, V. *Poteſtatium.* IVS PROPRIVM, V. Proprium IVS PRAETORIVM f. ius abſolutum, cui nihil addi poſſit vel detrahi, ipſius corrigendi gratia, quia *Ius praetorium* antiquis IC. dicebatur, vt habet Papianus, *quod praetores introduxerunt, ad iuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia.* Teſtamentum S. Remigii apud Miraeum tom. 1. p. 1. *Ego Remigius Epiſcopus ciuitatis Remorum, Sacerdotii compos, teſtamentum meum condidi Iura Praetoria, atque id codicillorum vice, valere praecepi, ſi ei iuris aliquid videbitur defuiſſe.* IVS AD REM, IVS IN RE. Compendioſa beneficiorum Expoſitio f. 32. recto: *Ius ad rem quaeritur naminatione, mandato, collatione et prouiſione non acceptata.* Vbi et iita verba: *Regula aſſerit Papam tollere poſſe ius ad rem, non ius in re.* † IVS RVSTICVM, vel VRBANVM, quod ad rus vel vrbem ſpectat. Ch. Mſ. Henr. VI. reg. Angl. † IVS SACERDOTVM, archidiaconi ſcil. et decani. Ch. Mſ. an. 1122. IVS SCOLARIVM, ius tenendi ſcholas et publice docendi. Charta apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 23. IVS PROVINCIALE, prima jurisdictio, primum forum, a quo prouocabatur ad *Ius generale*, ſeu ſupremam Curiam. Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scaniae col. 1. IVS SCRIPTVM, vocant Galli, quod alii *Ius ciuile*, ſeu *Legem Romanam*, quo Prouinciae aliquot in Gallia reguntur. cui opponitur *Ius commune*, ſeu ius conſuetudinarium municipale, quo quaeque fere ciuitas vel regio gaudet. Statum Philippi Pulcri a. 1302. pro reformatione Regni c. 48. IVS SVEVIAE, V. Ius Saxonicum lib. 1. art. 18. et 19. † IVS TERRENVM, ſeculare, haereditarium, eccleſiaſtico opponitur. Ch. in Tabul. maior. Monaſt. IVRA TEVTONICA, leges Teutonicae. Diarium belli Huſſitici apud Ludewig to. 6. p. 184. † IVS TVRNI, quo quis praedium ab agnato diſtructum, pretio emtori reddito, redimit; quod ad *turnum* ſeu ordinem agnatorum fiat. Ch. Mſ. an. 1341. IVS URBANVM, ciuile. Charta Leopoldi Ducis Auſtriae an. 1229 apud Ludewig. to. 4. p. 39. † IVS FACERE ET RECIPERE, litigare, actoris vel rei partes agere Reg. Cam. Compur. Pariſ. (2) Merces, ſalarium. Synodus Limenſis ann. 1586. *Iudices et Notarii non accipiant ab Indis Iura pro vlla re quam ipſis expedient.*

IVSCELLARIVS, ζωμεττὴς, *cocus*, in Supplem. Antiq. in aliis Gloſſis ζωμοποιὸς

† IVSCELLATVS, *iuſcello*, iuſculo conditus. Alex. Iatroſoph. Mſ.

IVSCELLVM, ferculi genus. Chron. S. Trudonis lib. 13. to. 7. Spicileg. Acher. p. 508. *Praepoſitus Haſpaniae pro ferculo leguminis, Iuſcellum commutabat confectum vino, ouis et ſanguine.* Laurent. in Amalthea: *Iuſcellum, exiguum Ius, Iuſcellanus, Qui facit Iuſcellum.* V. *Iuſſellum.*

† IVSDICENS, vnica voce, iudex. Ch. Mſ. a. 1385.

IVSERANVS, catena aurea certa ratione elaborata. Teſtamentum ann. 1522. *Iocalia tam aurea quam argentea, vt ſunt cathenae, Iuſerani, bagnae, perlae, etc.*

IVSERMA, ſpiculum, V. *Inſerma.*

IVSO, deorſum, V. *Iuſum.*

IVSSELLVM, pro Iuſculum, in Vita S. Valarici cap. 24. V. *Iuſcellum.*

IVSSIO, diuiſio, Gall. *Partage.* Leges Leutprandi apud Murator. tom. 1. part. 2. p. 65. *De Iuſſione, ſiue diuiſione, de rebus infantis.*

IVSSORIVM, *praeceptio*, ita lego in Gloſſ. Iſid. pro *Iuſſorianem.* Laurentius in Amalthea: *Iuſſoriamen*, f. non ita male. Graeuius *Iuſſoria.* Verus in Epiſtola ad Deſiderium Cadurcenſem Epiſcopum: *Iuſſorium veſtrum accepimus, etc. Iuſſio*, eadem notione, ſed maxime Principis. Anaſtaſius in S. Siluerio: *Tunc indignata Auguſta miſit Iuſſiones ad Viliſarium Patricium.*

IVSTA. (1) Gall. *Iauſte*, monomachia ludicra, haſtiludium ſingulare. Willelmus Malmesbur. lib. 2. Hiſt. Nouellae p. 187. *Tentauere primo Regii groludium pugnae facere, quod Iuſtam vocant, quia tali arte crant peritie.* Vocabuli etymon quidam accerſunt a voce Latine *Iuxta*, et Gallica, *Iouxte*, i. prope, quod non eminus, vt in praeliis, vti vocant, campalibus, ſed cominus lanceis aut enſibus res geratur. Eo quod in *Iuſta* duo ſolum, vt mox dicitur, aut pauci vtrinque pares numero decertarent, Carolus de Aquino *Iuſtam* potius dictam putat a *Iuſto*, id eſt, pari congredientium numero, paribus item armis, quam a *iuxta* aduerbio Liuius lib. 26. col. 57. *Subibus inter ſe in modum Iuſtae pugnae concurrentes.* Differebat autem *Iuſta* a torneamento, quemadmodum ſpecies a genere. Torneamentum enim vniuerſim dicebatur omnis ludicra decurſio militaris: *Iuſta* vero pugna aut praelium, quod in torneamento fiebat. Deinde *Torneamentum* plurium et turmatim congredientium, *Iuſta* ſingulare erat certamen. Vnde recte Niceph. Gregoras lib. 10. dixit *Iuſtam*, quam voce Graecobarbara, vt et Ioh. Cantacuzenus, τζοῦστραν appellant, μονομαχίας ἔνδειξιν ἔχειν. Confecta namque prima militari decurſione, et finito omnium, qui vna ſim erant, ex vtraque parte, praeli ſingulare certamen, ſeu ad progrediebantur, IOSTA, quod *Iuſta*, in Computo ann. et 1328. to. 2. Hiſt. Dalphin. 216. IOSTRA, eadem no Ital. *Gioſtra.* Chronicon Don de Grauina tom. 12. Murator 557. V. *Iouſta* (2) Menſurae torum ſpecies, quaſi *Iuſta* me quantum cuique ſufficit potus ſu niſtrans, *Iuſto*, Occitanis. Vgu *Olla vel vlla, menſura parum m quam Iuſta.* Lanfrancus in Decr pro Ordine S. Benedicti col. 8. *Cellarii miniſterium pertinet, omnia vaſa cellarii et coquinae, et ſcyphos, et Iuſtas, et caetera vaſa refectorii, etc.* et alibi non ſemel, vnde emendandum Limborchius Sent. Inquiſit. Toloſ. p. 132. vbi perperam *Inſta vini.* IVSTA DEMESVRALIS, TERTIERA. Conſuetud. MSS. feſtiuitatum Monaſterii Solemniac. in Lemouicibus: *Dominica in quinquageſima* (habemus in refectorio) *Iuſtas deſmeſurals de vino puro - - - - in octabis Paſchae X. ova et Iuſtas demeſurales de vino puro.* Iterum atque iterum memoratur ibi *Iuſta demeſuralis*: quae videtur eſſe vas vinarium capiens conſuetam ſtatutamque Monacho vini menſuram; cui id vnum additur in feſtis paulo ſolemnioribus, vt *Iuſta demeſuralis* ſit de vino puro; at in feſtis maioribus maxime ſolemnibus menſura vini dabatur tertia parte maior ſolita. Sic intelligo *Iuſtam tertieram* de qua non ſemel in iisdem conſuetudinibus: *in die Epiphaniae - - - Iuſtas tertieyras de puro vino - - - in Reſurrectione Domini - - - Iuſtas tercieyras et cornutas - - - in die Penteceſtes - - - Iuſtas tercieyras, etc.* V. *Iuſtetus* et *Iuta.* (3) Pro Menſura frumentaria, in Hiſt. Abbatiae S. Albini Ciſterc. Ord. MS. a Guillelmo *Gauthier* cap. VII. *Ipſam ratam habuiſſe quam fecerat donationem trium Iuſtarum frumenti.* (4) Pro *Iuxta* praepoſitione frequenter legi in veteribus Inſtrumentis obſeruat Baluzius to. 2. Capitul. col. 986.

IV-

Digitized by Google

IVSTANTIA, hoſpitis militis ſupellex, Gall. ol. *Iuſtance*. Charta Maſſil. ann. 1481. *Placeat Regiae Maieſtati veſtre preſeruare veſtram ciuitatem ab Iuſtantiis, logeamentis, ſubiornatis et ſtationibus armigerorum peditum et equitum. Placet. ſtencille*, ſeu vt alii effiunt *Vtenſile*.

IVSTARE. (1) Ludicre pugnare, Gall. *Iouter*. Rymer. tom. 3. p. 758. V. *Iuſta* 1. (2) † Probare, conferre ad modulum. Stat. Mant. c. 114. V. *Iuſta* 2.

† IVSTETVS, demin. a *Iuſta*, vas continendis liquoribus idoneum. Ch. Mſ. a. 1352.

IVSTIARIATVS, pro *Iuſtitiariatus*, de quo infra, officium, dignitas iudicis. Chronicon Richardi de S. Germano apud Murator. tom. 7. col. 1032.

IVSTICIABILIS. (1) Alicuius domini iurisdictioni et iuſtitiae ſubditus, Gall. *Iuſticiable*. Charta Philippi Regis Franc. an. 1329. apud Baluzium tom. 2. Hiſt. Aruern. pag. 159. (2) † Cui iuſtitiae exercitium competit. Ch. Mſ. a. 1326.

IVSTICIAL, IVSTICIALIS, poculum vinarium, idem quod *Iuſtitia*. Charta Monialium Artacellae a. 1403. ex Schedis Praeſidis de Mazaugues. V. *Iuſta*.

IVSTITIALITER, legitime. Charta an. 1226. e Tabul. Bethun. fol. 40.

IVSTICIARE, V *Iuſtitiare*.

IVSTICIARIVS, iudex. V. *Iuſtitiarius*.

IVSTICIATIO, iuſtitiae exercitium, ſeu ius illam exercendi. Litterae ann. 1293. apud Rymer. tom. 2. p. 618.

IVSTICIATVS, officium, dignitas iudicis ſeu iuſtitiarii. Charta ann. 1501. apud Rymer. tom. 12. pag. 781.

IVSTICIVM, V. *Iuſtitium*.

IVSTICVS, iuſtus. Charta Ludouici Groſſi an. 1129. apud Doubletum in Hiſt. Sandion. p. 859.

† IVSTIDIVM, ἀεχοντικη ἡμερα. Salmaſ. ἀεγητικη reſtituit. V. Scalig. ad Feſtum, in *Iuſti dies*.

† IVSTIFER, iudex, bailliuus, tom. 10. Collect. Hiſtor. Franc. pag. 914.

IVSTIFICABILIS, idem quod *Iuſticiabilis*. Charta Philippi Regis Franc. a. 1317. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. c. 472.

IVSTIFICARE. (1) Non tam iuſtitiam exercere, iudicare, quam iudicio dato damnare, vel per iudicium compellere. Notitia de Rogero Epiſcopo Bellouac. apud Loiſellum p. 248. *Dans ei medietatem Vicecomitatus, ita vt miniſter Epiſcopi, et miniſter Comitis iuſtificent reos, et Leges aequaliter diuidant*. Charta Fulconis Abbatis Corbeienſis an. 1055. ex Tabulario eiusdem Monaſterii: *De omnibus quoque ad ſe proprie pertinentibus, ſi haec violauerit, ipſemet Iuſtificauerit*. (2) Meritis poenis afficere, debito ſupplicio plectere, Gallis *Iuſticier*. Epiſtola Iacobi Regis Scotiae ad Carolum VII. Reg. Franc. to. 10. Spicil. Acher. p. 244. *Principales vero rebelles qui in eodem caſtro inuenti fuerunt, poena ſuſpendii Iuſtificauimus*. (3) † Purgare, abſoluere, vnde IVSTIFICATIO, purgatio, abſolutio; Gall. *Iuſtifier* et *Iuſtification*. Ch. a. 867. to. 7. Collect. Hiſt. Fr. p. 595.

IVSTIFICARIVS, iudex, bailliuus. Conſuetud. Furnenſes ex Archiuo Audomar.

IVSTIFICATIO. (1) Forte legitima haereditatis portio, Gall. *Legitime*. Teſtamentum Armandi *d'Alegre* an. 1263. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1115. *Quae omnia aſſignaui et conſtitui eidem Amphel in dotem cum dicto marito ſuo, et amplius dono et lego eidem iure Iuſtificationis centum ſolidas dictae monetae ſemel tantum ipſi ſoluendos*. (2) Satisfactio, purgatio, Gall. *Iuſtification*. Epiſtola Ottonis II. Comitis Carnot. ad Robertum Regem Franc. apud D. *Bruſſel* de vſu feud. tom. 1. p. 337. (3) V. *Iuſtificare* 3.

IVSTIFICATOR, iudex. Chartam Rogerii Siciliae Regis an. 1144. ſubſcribit cum aliis *Rogerius filius Boni*

Iustificator Curialis, apud Vghell. t. 6 p. 143. 145.

IVSTIGERIVS, idem qui *Iustitiarius*, iudex. *Magister Iustigerius*, praecipuus Iudex in Regno Apuliae, idem qui *Magister Iustitiarius* in Regno Siciliae. V. in *Magister*.

IVSTILIVM, *ius*, Gall. *Sauſſe*, apud Kerhardum in Synonymis.

IVSTILOQVVS, qui iuſta et aequa loquitur. Statuta Canonicorum Regul. apud Duellium to. 1. Miſcell. p. 97.

IVSTINIANI. Sic iuuenes qui primo anno ſtudio iuris operam dabant appellari iubet Iuſtinianus Imp. ſua prima Conſtitutione ſeu Praefat. Digeſt. cum ante *Dupondii* dicerentur, *vetere tam friuolo quam ridiculo nomine*, vt habet idem Imperator ibid.

IVSTITIA. (1) Iurisdictio, cognitio iudicis. Leges Edw. Confeſſ. p. 26. *Iuſtitia cognoſcentis latronis ſua eſt de homine ſuo, etc. Iuſtitia Regis*, cod. cap. eſt forum Regis, *la Iuſtice Royale*. ALTA IVSTITIA, merum imperium, ius gladii, *Haute Iuſtice*, Practicis Gallicis. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1272. in 30. Regeſto Archiui Regii ch. 441 *Nec non alta Iuſtitia quam extendimus ad omnem caſum in quo contigerit aliquem pati debere mortem, vel exilium, vel membri mutilationem.* IVSTITIA SIMPLEX, inferior, quae pendet a *Regali*. Edictum Ludouici X. Reg. Franc. ann. 1313. to. 1. Ordinat. Reg. p. 621. Vbi patet *literas ſimplicis Iuſtitiae* eas dici quibus ad ſupremum et Regalem iuſtitiam euocabantur cauſae, quae ſecundum ius conſuetum dirimi debebant in *ſimplici Iuſtitia* et ducali, quae Regiam ſuperiorem agnoſcebat. IVSTITIA FEODI, iurisdictio domino competens ratione feodi, quod poſſidet. Capitula anno circiter 1329. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 492. IVSTITIA LATRONVM, cognitio de latronibus competens domino habenti altam iuſtitiam. *Iuſtitiae latronum et adulterorum*, in Charta Aldefonſi Toloſ. Comitis ann. 1131. V. *Latro*. IVSTITIA SANGVINIS, maior iuſtitia, quam exercet dominus, ſanguis defluit. Iura Comitis B... in ciuitate Albienſi an. 1252. V... *guis* IVSTITIAS FACERE, NERE, idem quod *Placitum t...* Gallis *faire* vel *tenir la Iuſtic... Plaids*. Annales Francorum Lo... ani ann. 760. *Conſilium feci... Francis, vt iter ageret ſupra... Iuſtitias quaerendo in Aquit...* † IVSTITIA CAMPI, iurisdi... duelli. Ch. Mſ. an. 1255. † IVS... TIA CAPITALIS, ſupremum... bunal, in Areſt. ann. 13..1. † ... STITIA CORPORALIS, ius gladii. Ch. Mſ. ann. 1245. † IVSTITIA FONSSERIA, FVNDICARIA, iurisdictio minor, quae ratione fundi exercetur, Germ. die Grundgerichte, V. *Foſſeria* et *Fundicerius*. † IVSTITIA FORIS FACTORVM, emendae, mulctae. Ch. Mſ. a. 1179. † IVSTITIA GROSSA ET BASSA, maior et minor, V. *Groſſus* 1. † IVSTITIA LICHERIA, iurisdictio intra caſtri repagula, quae *liciae* appellantur. Ch. Mſ. a. 1267 † IVSTITIA MINVTA, minor, in Charthar. Mſ. ann. 1248. † PARVA, idem, in Ch. Mſ. a. 1278. † PERSONALIS, idem, in Ch. Mſ. a. 1265. † IVSTITIA TERRENA, ſecularis. Ch. Mſ. an. 1119. (2) Ius, quod alicui in re quauis competit, ſiue in eius reditibus. Leges Pipini Regis apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 120. *Damus - - - vt qui in tantos annos Iuſtitiam habere non gotuerit, vel modo per Dei omnipotentis miſericordiam - - - ſimul et per noſtram praeceptionem, vnusquisque Iuſtitiam ſuam accipiat.* IVSTITIAE COMPLEMENTVM FACERE dicitur iudex, aut litigator, qui quidquid aequum eſt et leges poſtulant ad lirem finiendam complet perficitque. Charta Ottonis Comitis Palatini a. 1245. apud Tolner. in Probat. Hiſt. Palat. p. 150. IVSTITIAM SVAM FACERE, ablatis pignoribus debitum exigere, Gall. *Faire ſaiſir*. Chartularius S. Tromonti. IVSTITIAM FACERE, facere ſatis, debitum ſoluere, latae ſententiae obtemperare. Leges Rotharis apud

...M, signum militare Roma-... pensile, ex panno aut serico ...um, fimbriis ac aliis orna-... instructum, et transversario ...ae specie ligno affixum, a su-... conti parte pendens. Glossae ... *Labarus*, *lata lancea*, *vel* ...*m*. Glossae Isonis: *Labarum*, ...*m vel frenum*. Id vero non ...erum, et Constantini duntaxat ...o cognitum, quo appellationem ...modi vexilli tum primum apud Scriptores constat reperiri; sed et Republica stante et sub Imperatoribus Romanis, vt in nummis Consulum et Imperatorum passim videre est: quod quidem velum, *siparum vexillorum* vocat Tertull. in Apologetico. Ita porro appellatur praesertim sub Constantino vexillum, in quo Christianus factus, Christi monogramma describi curauit: quod quidem τῶν ἄλλων τιμιώτερον, *caeteris pretiosius et sanctius* haberi, Imperatorem semper praecedente, et a militibus adorari, et in praeliis a fortioribus exercitus militibus ambiri, et stipari praecepit, vt habent auctor Vitae Constantini lib. 2. c. 8. et Sozomenus lib. 1. c. 4. quos quidem milites eos esse plerique autumant, quos *Praepositos laborum* vocat Codex Theodosianus. Nam quod *Labarum* Ambrosius L. 6. Epist. 29. Prudentius L. 1. contra Symmachum, et alii, *Laborum* vocant Sozomenus loco citato, veteres Glossae apud Turnebum L. 15. c. 16. Acta secundae Synodi Nicenae, Althelmus de Laud. virginit. etc. Sed vnde vtraque haec nomenclatura ortum habeat, multa multi hariolati sunt, nec quicquam certi aut sani tradidere. Hos consule, si lubet, et quod de Labaro scribi potest, in iis inspice, ne aliorum dicta hic congeram, Turnebum loco laudato, Fullerum L. 2. Miscell. sacror. c. 1. lib. 4. c. 12. Stewechium ad Vegetium L. 3. c. 17. d'Orleans ad 1. Annal. Taciti, Baronium ann. 312. n. 23. et seqq. et Gretzerum lib. 1. de Sancta cruce cap. 4. Tristanum to. 3. Commentar. pag. 484. denique Iacobum Gothofredum ad tit. Cod. Th. de Praepositis laborum. Addo etiam *Labari* Romani figuram seruatam postmodum in vexillis Ecclesiasticis, quibus perinde *Labari* nomen tribuit Eckeardus Iunior de Casibus S. Galli cap. 3. *Senatus continuo ad concursum et laudes Caesaris abituri: arripit ille infelix futurus Labarum eo die ordinis sui dominum antecedendi, etc.* Sed et *Labarum* pro hasta vsurpauit Anselmus in Actis S. Guigneri et sociorum n. 4. LABARVS, mascul. gen. dixit S. Fulgentius Homil. 60. LABARVM, nude pro Cruce siue Crucis signo saepius vsurpant scriptores inferioris aeui; atque hinc est quod signum Crucis in literis siue diplomatibus hac aetate apponi solitum *Labari* nomine donabant. Vita S. Cassiani metro descripta apud Fontaninum de Antiquit. Hortae p. 360. LABARVM IMPERIALE, in Epitome Chronic. Casinens. auctore Anastasio Biblioth. apud Murator. to. 2. p. 365.

LABATORIVM, V. *Lauatorium*.

LABDACISMVS, *est, si pro vno L duo pronuntientur, vt Afri faciunt sicut colloquium pro conloquium: vel quoties vnum L exilius, duo largius proferimus; quod contra est, nam vnum largius, duo exilius proferre debemus.* Isid. lib. 1. cap. 31. Adde Martianum Capellam, lib. 5. et Papiam.

LABDAREVS seu LAMDAREVS, species machinae bellicae ad instar *Labdae* seu *Lambdae* Graecorum ex ligno constructae et ad sustinendam saxorum atque missilium vim accommodae. Hero lib. 1. de Machinis bellicis cap. 1.

† LABEA, tegulae ligneae species. Stat. Montis. reg. p. 271. *Quod furni seu aedificia in quibus sunt debeant cooperiri - - - de copis, tegulis vel scandalis vel Labeis, etc.*

LABELINTVS, Ital. et Hisp. *Laberinto*, Iohanni de Ianua *Laberintus*, labyrinthus. Litterae ann. 1345. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 513.

LABELLVLVS, V. in LABLELLVS.

Digitized by Google

LABELLVM, vel LABELLVS. (1) Loculus, arca sepulcralis, Ital. *Lavello*. Acta S. Bernardi Menthonensis to. 2. Iunii p. 1085. V. *Lavellum*. (2) Veteres Chartae apud Vghellum to. 7. p. 396. et 397. *Et palmentum, et Labellum, seu et vna cisterna*. Vbi idem Vghellus p. 411. *Labellum ad mustum recipiendum a labendo dictum est locus ex palmento seu torculari labens: est autem Labellum instar piscinae et ab aliis locus dicitur Amalfico vocabulo Labellum*. (3) LABELLVM, sumitur pro *Cantharo*, in quo reponitur aqua benedicta. Vetus Inquesta apud Puricellum in Ambrosiana Basilica, p. 1157.

LABELLVS, Parmae limbus tesserarius, Gall. *Lambel*, Angl. *Label*. Charta a. 1394. apud Rymer. to. 7. p. 763. *Habeat titulum hereditarium ad portandum pro cresta sua vnum leopardum de auro, cum vno Labello albo*. V. *Lablellus* et *Lambellus*.

LABELVLVS, V. in *Lablellus*.

LABEO. (1) Cui magna sunt labia, Plinio lib. 11. cap. 37. *Tabernarius vel leccator*, Ioan. de Ianua. Papias editus: *Labeones dicuntur qui saepe per iniuriam cadunt*. Melius in MS. *Qui saepe in periuria cadunt*: quod posterius *Tabernariis* et *Leccatoribus* haud male conuenit. V. *Labio*. (2) † Piscis genus. Tract. Mf. de Pisc. c. 116. *Labeo, nostris chalue, labra crassa, spissa, prominentia habet, vnde Labeonis nomen. Lineas nigricantes a branchiis ad caudam, aequalibus spatiis distantes, protensas habet; vnde Vergadelle a quibusdam vocatur*.

LABERNA, *ferramenta latronum, vel grassatorum, vel furum*, Gloss. Isid. vbi rursus: *Laberna, Gladiator. Laberna, latro, aut qui filios alienos seducit. Laberna* scribitur pro *Laverna* Dea latronum satis nota. V. Martinium. Pro *Ferramentum*, legendum videtur *Dea*, vel *Daemonium*, et pro *Gladiator* restituendum *Grassator* secundo loco; nisi, inquit Graevius, *Gladiator* hic accipias pro sceleratissimo homine, vt saepissime accipitur apud Ciceronem, *qui filios alienos seducit*, i. e. seorsum ducit ad auferendum; quod non male congruit Plagiario seu alienorum operum, vt apud Ovidium, vbi de Poeta Plagiario:

Nec iam post metues vbique dicta
Hic est ille Theo Poeta falsus
Bonorum mala carminum
verna.

LABES. (1) Clades. Glossae antiq. MSS. *Labes, Labina, hoc est, calamitas, Labes, aegritudines, mortes*. Aurelius Victor Schotti in Vespasiano: *Cum satis constet aerarii inopia ac Labe Urbium, novas eum necessitates aliquamdiu postea habitas, vectigalia Pensiones exquisivisse*. In Severo: *Labes publica*. In Gallieno: *Quas Labes Mursina reliquos fecerat*. Vsum etiam Ennium et Plautum, obseruatum ab aliis. (2) LABES, pro *Lapsus*, habetur in Vita S. Deicoli Abbatis Lautrensis n. 45. (et in Vita S. Sulpitii Pii, to. 2. Ian. p. 174.)

LABIALIS POSSESSIO, ore tantum firmata, non scripto. Compendiosa beneficiorum expositio, fol. 57.

LABILICIDIVM, *Gallice corba, vel tricidium*. Ita Glossae MSS. ad Disticha Magistri Cornuti.

LABILIS PORTA, V. *in Porta*.

† LABILITAS, leuitas, inconstantia, instabilitas. Io. de Cardalhaco in Serm. *Labitas memoriae*, in Stat. ermin. Saonae.

LABINA, V. *Lavina*.

LABIO, *tabernarius vel leccator*, apud Vgutionem. V. *Labeo*.

LABIVM, perperam pro Labrum, Gall. *Bord*, in Bulla Lucii III. a. 1181. t. 2. Annal. Praemonstr. Probat. p. 413.

LABLELLVS, seu potius *Labellus*, nam sic legendum apud Helgaldum, in Roberto Rege: *Qui non oblivioſus factus ornamentum quod erat in sex unciis auri dependens a genibus et quod nos lingua rustica Lablellos vocamus, ipso conspiciente, cultello diripuit, quantocius discessurus*. Ita appellabant Galli lacinias, quae a sago militari pendebant, vulgo *Lambeaux vel Labeaux*, quas *Pittaciola* nuncupat Monachus Sangallensis L. I. de Carolo M. cap. 36. quod *pittaciorum* formam, de qua suo loco referrent. Fortescutus de Laudibus Legum Angliae

c. 5.

Digitized by Google

[illegible] describens habitum *Servien-* [illegible] *ad legem : Serviens ad legem* [illegible] *istens roba longa ad instar Sa-* [illegible] *is cum capitio penulato circa* [illegible] *s ejus, et desuper collobio, cum* [illegible] *Labelulis, qualiter uti solent* [illegible] *es legum in Vniversitatibus qui-* [illegible] *; cum supra descripto birreto ve-* [illegible] *tur.* Sermo Rabodi Episcopi [illegible] m. de Annuntiatione ann. [illegible] in veteri Lectionario S. Eli- [illegible] *In conspectu adstantium Labellu-* [illegible] *vinculum misericorditer excussit.*

LABOR. (1) Vexillum ita dictum quidam eruditi censent, cuius meminit Gregorius Nazianzenus Orat. in Iulianum, quod vim habeat soluendorum laborum. Exstat in Codice Theod. lib. 6. titulus *de Praepositis Laborum*, vbi sic : *Praepositi Laborum nostro judicio et stipendiorum sudoribus promoventur.* Atque ita legi in omnibus Codd. MSS. obseruant viri docti, licet quidam reponant *labarorum*, eoque versus hosce Tertulliani, Carmine de Iona referendos putant :

Palpitat antenna stridens, Labor horret ab alto,
Ipsa etiam infringi dubitans inflectitur arbor.

V. *Labarum.* (2) Quod quis *labore* suo ac industria quaesiuit, quaesitum, acquisitum, *Aquest.* Lex Longobard. lib. 2. tit. 23. *Nam si et illo labore comparaverit, quod postea laboravit aut fecit, postquam in ipsa causa ad censum reddendum introierit, in ipso cespite dimittat, ubi laboravit.* Traditiones Fuldenses L. 2. trad. 15. *Trado ad Monasterium S. Bonifacii . . . pecuniam meam, quicquid fuerit in domibus aedificiis de omnem Laborem meum totum et integrum, et vnum puerum nomine Otger cum omni Labore suo.* (3) Agricultura, Gall. *Labeur.* Virgilius :

Sternit agros, sternit sata laeta, boumque Labores.

Pactus Legis Salicae, tit. 10. §. 6. *Si cuius pecora de damno, cum alios Labores vastantur, aut inclaudantur, aut in domum minantur.* §. 8. *Si quis . . . in quemlibet Laborem pecora immiserit, ille, cuius est labor, testibus eum conuincat, etc.* Capitulare de Villis cap. 5. *Quando Iudices nostri Labores nostros facere debent, seminare aut arare, messes colligere etc. Laborem suum facere*, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 17. §. 1. TERRA LABORIS, Campania felix, in Italia ita nuncupata, quod agriculturae seu *labori* peridonea sit. Appellationem illam haud adeo recentem arguit S. Martinus PP. in Epistola de exilio suo.

LABORABILIS. TERRAE LABORABILES, arabiles, culturae idoneae, Gall. *Terres labourables.* Index MS. beneficiorum Eccl. Constant. fol. 3. LABORANTICIAE TERRAE, eodem significatu, in Chartario Ecclesiae Auxitanae cap. 136. LABORATICIA TERRA, in Chronico Farfensi apud Murator. to. 2. part. 2. col. 591. LABORATORIAE TERRAE, apud Petrum de Vineis, lib. 5. Epist. 65.

LABORAGIVM, terrae cultae, seu agri fructus Charta anni 1455. ex Archiuo S. Victoris Massil. *Prior deportabit decimas Laboragii et pastorgagii.* V. *Labor.* (2) † Labor, opus quoduis, Gall. ol. *Labourage.* Lit. remiss. Ms. a. 1357.

LABORANTES, vespillones. Vetus interpres Epistolae S. Ignatii ad Antiochenos : *Saluto hypodiaconos, lectores, ianitores, Laborantes, exorcistas, confessores.*

LABORANTIA. (1) Idem quod *Laboragium.* Consuet. Auscicorum anni 1301. MSS. art. 54. LABORANZA, apud Moretum Antiq. Navarrae pag. 413. (2) Forte agrarium; campi pars, terragium, Gallice *Champart, terrage.* Litterae Officialis Vabrensis an. 1342. *Item dixit praefatus nomine quo supra quintum et Laborantiam Campi mansi S. Iohannis de Balnis cum omnimoda iurisdictione ad dictum prioratum de Roserio pertinere.*

LABORANTICIVS, V. *Laborabilis.*

LABORANZA, V. *Laborantia* 1.

LABORARE. (1) Acquirere, *labore* suo ac industria acquisitionem facere. Formulae vett. *Et quicquid pariter in coniugium positi Laborauimus.*

Digitized by Google

mus. Alia : *Et quicquid Laborare potuerint, ceſſum habeant.* (2) Agrum colere, *Labourer.* . *Laborare terram*, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 9. §. 22. Capitul. Caroli C. tit. 23. c. 14, *Laborent et excolant terras et vineas in tempore cum debita ſollicitudine: ſoluent et diſpenſent Laborata cum fideli diſcretione, faciant nutrimenta congrua et neceſſaria.* LABORICARE, pro *Laborare*, in Praecepto Caroli M. pro Hiſpanis. (3) Negotium alicui faceſſere ; Galli dicunt : *Travailler quelqu' un.* Anonymus Barenſis in Chron. anni 1012. *Meſardoniſi Laborauit caſtello Domnico.* Ann. 1034. *Biſantius Archiepiſcopus dirupauit Epiſcopum Barinum, et coepit Laborare.* V. Miracula S. Ludgeri Epiſc. Mimigard. n. 57. (4) Fatigari, *Travailler.* Innocentius III. PP. in Geſtis eiusdem p. 110. *Cum difficile ſit tuae iurisdictioni ſubiectis pro ſingulis quaeſtionibus ad ſedem Apoſtolicam Laborare ſuper appellationibus etc.* (5) Periclitari, in periculo eſſe, in L. 2. D. ad Leg. Rhod. et in Leg. 4. Cod. Theod. de Operibus publ. Siculus Flaccus de Condit agror. *De ſuperioribus vicinisque agris deſtuentes aquas excipiunt, ne inferiores terrae Laborent.* (6) Operari, fabricare, conficere ; *Travailler.* Conſtitut. ſiculae lib. 3. tit. 36. §. 1. (7) LABORARE ALIQVEM, operi faciendo deſtinare, vel ad Laborem mittere. *Envoyer au travail*, vt vulgo dicunt Galli. Statuta Corbeienſia. lib. 2.

LABORARIVM. (1) Quaeſitum. Charta Adalberti Epiſcopi Pergamenſis : *Siue ſint de meis propriis domicultibus praeſentibus ſiue colendis futuris, ſiue de meis ſucceſſoribus, Coepiſcopis, vel et de meis, ſeu et omnium ipſorum ſucceſſorum meorum Laborariis.* (2) *Locus laborantium*, Vgutioni, operatorium, officina, ἐργαστήριον.

LABORARIVS, operarius, Anglis, *à Labourer.* Amalarius lib. 3. de Eccl. offic. cap. 5.

LABORATICIVS, V. *Laborabilis.*

LABORATIO. (1) Aratio, Gall. *Labourage. Poterunt . . . facere eorum culturas et Laborationes*, in Lit anni 1413. apud Rymer. to. 8. p. V. *Laborare* 2. (2) Ager cu Charta Bettonis Epiſcopi Lin ann. 794. inter inſtrum. to. 4. C Chriſt. col. 128. *Et de villis nonae et decimae domui homines dere debent . . . . per legem et ſuetudinem de ipſis rebus, ſicut ctum fuit, id eſt, omnes Labor nes, vinum, annonas. etc.*

†LABORATIVVS, arabilis, cultu idoneus. Ch. a. 1358. ap. Corbi inter Probat. Hiſt. domus de Gond p. 156.

LABORATOR, (1) Agricola, colonus, Gall. *Laboureur.* Saiſimentum Comitatus Toloſani anni 1271. apud *la Faille* in Probat. Annal. Toloſ. pag. 19. (2) † Opifex, in Stat. Cadubr. p. 52.

LABORATORIVM. (1) Idem quod *Laborarium.* Buſchius de Reformatione Monaſt. apud Leibnitium to. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 868. (2) † Opus quoduis. Ch. a. 1347. ap. Lam. in Delic. erud.

LABORATORIVS, V. *Laborabilis.*

LABORATVS. (1) Labor humilis, ſeruilis opera. Miracula S. Zitae to. 3. Aprilis p. 525. *Quia debebat . . . trebbiare milium et alios eorum Laboratus facere.* (2) Quod quis ſua induſtria acquiſiuit, in Capitulari Caroli M. ann. 807. cap. 7. in Capitulari Pipini Regis Italiae c. 4. in Chartis Alemannicis Goldaſti c. 74. in Lege Longob. lib. 3. tit. 4. §. 5. V. *Labor* 2. et *Elaboratus.*

LABORERIA, officina, Gall. *Manufacture.* Mantiſſa adiecta ad Chron. Mon. Patauini, apud Murator. tom. 8. col. 739.

LABORERIVM. (1) Italis *Lauoriero*, opus agriculturae, vel quoduis aliud. Statuta Veneror. anni 1242. lib. 2. c. 5. *Si opus vel Laborerium factum fuerit ſupra poſſeſſione, etc.* (2) † Opificium, artificis opera. Ch. Mſ. a. 1351. (3) † Officium. Acta SS. t. 5. Aug. p. 853. *Cum pro laborerio monaſterii ambularet.*

† LABORIA, ager cultus, territorium. Ch. a. 1157. inter Probat. Hiſt. Occid. t. 2. p. 565. V. *Labor* 3.

LABO-

Digitized by Google

LABORICARE, V. *Laborare* 2.

LABORIOSVS. (1) *Terrae laboriosae*, arabiles, in veteri Charta apud Sammarthanos in Abbatibus S. Trinitatis Exaquensis. V. *Laborabilis*. (2) Agricola, colonus. Miracula S. Stanislai Episc. to. 2. Maii. p. 278. *Valentini Goley Laborioſi in Piſtrauin Sebaſtianus filius animam agens, etc.* (3) LABORIOSAE BESTIAE, quae deputantur agriculturae. Ordinatio Curiae Caroli Regis Siciliae ann. 1278. ex Mſ. D. Brunet, fol. 68vo. (4) Aeger, inualidus: *qui patitur laborem*, inquit Vgutio: qui multo labore victum ſibi quaerit, μοχθηρός, in Gloſſ. Graec. Lat. in Lat. Graec. κακοπαθής. Occurrit apud Auitum Vienn. Ep. 39. 77. et aliis locis. V. Sauaron. lib. 3. Ep. 9. (5) LABORIOSVS SERMO, oratio de Paſſione Domini. Rob. Goulet in Compendio Iurium et Conſuetud. Vniuerſitat. Pariſ. fol. 10. *Fit die Veneris Sancta Laborioſus Sermo ad populum per Doctorem Theologum de Paſſione Domini, et eſt Sermo Vniuerſitatis, vbi tenetur Dominus Rector adeſſe.*

LABORITIVM, i. q. *Laborerium*, in Vita Aegidii, n. 7. 10. et in Actis S. Iſidori Agricolae, to. 3. Maii pag. 518. LAVORITIVM, eadem notione. Acta S. Franciſcae Rom. to. 2. Martii p. 146. *Voluit quod ille ſecundus Angelus mutaret ſuum Lauoritium.*

LABORITIVS, arabilis, culturae idoneus. Ch. a. 1181. inter Probat. t. 3. Hiſt. Occid. p. 151. V. *Laboratiuus.*

LABORIVVM, ager cultus, *Terre à Labeur*. Pactum nuptiale Guillelmi Montispeſſulani cum Mathilde filia Ducis Burgundiae, 5. Kal. Martii. 1156. *Dono et mitto tibi eidem Mathildi vxori meae in ſponſalitium ſeu donationem propter nuptias Caſtrum ſcilicet de Monteferrario - - - et totum meum Laboriuum de Arneir.*

LABRA, V. in *Laura*.

LABRATORIVM, πλύσιμον, *balneare labrum*, apud Ianum in Supplemento Antiquarii.

LABRATVM, V. *Lauratum*.

LABRORES, armigerorum genus apud Anglos. Charta anni 1284. apud Rymer. to. 2. pag. 265. *Recepimus de pecunia Domini noſtri Regis Angliae illuſtris 2270. libras Turon. pro ſoldo 41. Militum, de quibus erant ſeptem Banereti et pro ſoldo 50 Labror. et 9. Scuteriorum pro 60. diebus - - - dando 8. ſolidos Turon. pro Milite, et 6. ſolidos pro Scutario.*

LABROSVS, πρόχειλος, in Gloſſ. Graec. Lat.

LABRVM, Iſidoro. lit. 20. c. 6. *Vocatum, eo quod in eo lauationem ſolitum eſt, fieri infantum, cuius diminutiuum Labellum. Idem et Alueum, quod in ablutionem fieri ſolitum ſit.* Vox Latinis non ignota et ab Anaſtaſio in S. Silveſtro PP. vſurpata ad indicandum fontis baptiſmalis concham, in qua continebatur aqua ad baptiſmum neceſſaria; ab Ambroſio autem ad ſignificandum vas ſepulcrale aptum, condendo cadaueri. V. *Lauellum*. Pro foſſa *Labrum* dixit Auſonius:

Moeniaque in valli formam circumdata Labro.

† LABRVSCETVM, *locus, vbi multa labruſca*, apud Laur. in Amalth. ex Catholico vbi ſcribitur *Labruſtetum, Labruſtoſum.*

LABRVSCVS, ſtolidus, agreſtis. Epiſt. anni 1466. in Actis SS. Maii. to. 2. p. 273.

LABS, *olla aenea*. Papias MS. Bituric.

LABVLVM. Vita S. Hermelandi Abbat. num. 25. *Inſtigatus facinore cupiditatis quidam ruſticus Labulus de ſella viri Dei praecidens, in ſinum abdidit.* Vbi viri docti ad marginem: an *Lapillum*? Forte pro *Labellum*, i. lacinia, V. *Lablellus.*

LABVRA, cultura. *Terra ad laburam*, Gall. *Terre en Labeur*, aruum, ager cultus, in Tabulario S. Petri de Geſta Froini Engoliſm. V. *Labor* 3.

LABVS pro *Labor*. Columella in Horto. Vtitur et Vegetius l. 3. de re veterin. c. 23.

LABYRINTHVS, vna ex notis apponi ſolitis marginibus librorum, de quibus Iſidorus, qua locum difficilem eſſe oſtendit. Marius Mercator

Digitized by Google

p. 164. Edit. Baluzianae : *Ad cuius loca peruidenda, quae hic exponere curauimus, signa Labyrinthorum appoſita Lector inueniet.*

LAC AVFERRE, per veneficium, lactiferis ſcilicet animalibus in Addit. 2. Lud. Imp. c. 18.

LACA, LACCA, Gall. *Lacque*, Ital. *Lacca*, Hiſp *Lacra*, ſpecies reſinae, de qua Salmaſius ad Solinum, Martinius in Lexico, et Dictionarium Vniuerſale in voce *Lacque*. Epiſtola Baiuli Regis Maioricae et Maſſilienſes ann. 1327. *Fecit caricari - - - tria pondera de moſtayla et duas ſarrias de orchica, et L. duodenas de Lacca et duas botas de aleofol.*

† LACANVANDA, vox lectu difficilis, et vt videtur corrupta, cuius ſenſum quamquam nil melius mihi praeſto ſit haud intellexiſſe videtur D. Secouſſe, cum de praeſtatione, quae domino feudi ſoluitur pro facultate alienandi fundum explicat, t. 5. Ordin. reg. Fr. p. 694.

LACATISMVS, V. *Laqueariſmus*.

LACCA. Auctor ad 15. Iudic. *Sura, eſt tibia ſine Lacca.* Vox Italica. Vegetio *Lacca in gambis*, nodus eſt in cruribus : hunc vide lib. 1. cap. 27. lib. 3. cap. 19. V. *Laca*.

LACCARIVS. (1) Qui *Laccam* conficit, in Gloſſ. Vet. λακκάριος, alias λακκαῖος. De lacca, fuſe Salmaſius ad Solinum. Adde Meurſium in λάκκα Vel (2) LACCARIVS idem eſt, ac λακκόποιος, *Lacunarius*. Eſt enim in iisdem Gloſſis, et apud Graecos, λάκκος, *lacuna*, foſſa. Sic Cuiacius *Laccarios*, qui foſſas vel puteos fodiunt, interpretatur in L. 1. Cod. de Excuſat. artific. lib. 10.

† LACCIVOLVS, laqueus, redica, tendicula, Ital. *Lacciuólo*, Gall. *Lacet*. Stat. ant. Florent l. 7. c. 177.

LACCIZZA, piſcis genus, V. in *Paſtinaca*.

LACEATVS, V. *Laqueatus*.

LACEBRA, pro *Illecebra*. Althelmus de Virgin. Voſſius *latebras* legendum putat.

LACERABILIS, qui lacerari facile poteſt, apud Auſonium Idyll. 15. 17.

LACERAMEN, laceratio. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. LACEROSITAS eadem notione, Ioh. de Ianua.

LACERATOR, qui lacerat. S. Auguſtino de mor. Eccl. Cath. c. 1. *Laceratrix*, Macro L. 2. c 6.

LACERDVS, *clades imaginaria*. Papias. † Rectius *Clades inguinaria* in vett. Gloſſar. Cod. 7613. et 7641.

LACERNA, V. *Leuiſata*.

LACEROLVS, ignota vox in *Torſatorium*.

LACEROSITAS, V. *Laceramen*.

LACERTI, vires, copiae militares. Iſidorus Pacenſis Epiſcopus in Chron. aera 754. *Huius tempore Alaor per Hiſpaniam Lacertos indicum mittit, atque debellando et pacificando paene per 3. annos Galliam Narbonenſem petit etc.* Vtitur praeterea ſemel.

LACERTINA AVIS. Andreas aulae Regiae Capellanus in Amatoriis, *Licet falco a Lacertina quandoque aue fugetur, nihilominus tamen falco inter falcones, et Lacertina auis inter Lacertinas computabitur etc.* Infra. *Inter Lacentinas* (ſic) *fertur aues naſci quasdam, quamquam quae ſua ferocitate capiunt perdices, etc.*

† LACERTIOR, latior. Litt. Mſ. Phil. Pulc. a. 1289.

† LACERVS, laceratus, diſcerptus, in Act. SS. t. 1. Ian. p. 765.

LACESSITIO, actus laceſſendi, apud Ammianum lib. 19. et 25. edit. Valeſii.

LACHA, vt *Laca*. Charta pro Communia Balneoli ex Schedis D. Lancelot : *De quintali Lachae* IV. *denar.*

LACHALIS AVERA, animal ex quo lac exprimitur. Charta anni 1330. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. armar. Aq. n. 37.

LACHINO, V. *Lacino*.

† LACHRIMABILITER, lachrymas fundendo, in Gloſſ. ſuper tres libr. Salom. in Bibl. Heilsbr. p. 62.

LACHVS, Germ. Lache, vt eſt apud Schilterum in *Lachbuche*, inciſio arborum, diuiſio, ſcil. agrorum, qui hiſce inciſionibus terminantur. Donatio Cancronis Comitis Rhenenſis ann. 770. apud Tolnerum Hiſtor. Palatinae pag. 4. Probat. et. Chron. Laurishamenſe p. 57. *Sicut ipſa inciſio*

Digitized by Google

...borum in ipsa die facta fuit, quae ... Lachus appellatur, siue diuisio. Mox: Et inde per ipsam incisionem ... siue Lachum. Rursum: *Quidquid infra illam diuisionem arborum, ... Lachum, siue diuisionem.* Diplom. Conrad. II. Imper. apud Eccard. Hist. geneal. Landgrauiorum Turing. col. 314. *Omnia quaecumque his Lachis et terminis circumdata sunt cum villulis infra posita, etc.* Praeceptum Henrici IV. Imp. an. 1103. in Vindemiis Litter. p. 109. *Praedium vnum concedentes - - - quod his Lachis concluditur, etc.* V. *Arbor finalis.*

LACINA VIA. Titulus 34. Pacti Legis Salicae, est *de via Lacina*, vbi editio Pithoei habet *de Viae Lacina*, vt et titulus 82. Legis Ripuariae apud Heroldum, quo loco editio Lindenbrogii tit. 80. habet *de Via Lacinia*. In hisce legibus *via Lacina*, aut *Lacinia*, aut *viae Lacina*, *obstaculum viae*, seu itineris, esse dicitur in Lege Salica. tit. *Si quis Baroni viam suam obstauerit, aut impinxerit, etc.* Lex Ripuar. *Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium de via obstauerit, etc.* Ita *viam Lacinam facere*, est impedire viam, et eunti moram facere, quod Graeca interpretatio vetus Legis Longobardicae, ait Salmasius, ὁδοςατὸν vertit. Hinc *Lacinosa vestis*, ὁδοςατὸσα, eidem. Pactus Legis Salicae tit. 16. §. 4. *Restare facere*, sistere habet: vbi editio Pithoei, *Viam Lacinam facere*. Eadem editio tit. 15. §. 4. *Si quis hominem praeceptum Regis habentem contra ordinationem Regis adsalire, vel viae Lacinam ei facere praesumpserit, etc.* Editio Heroldi: *Si quis hominem, qui alicubi migrare disposuit, et dirigere habet Praeceptum Regis, et si alinnde ierit in mallum publicum, et aliquis extra ordinationem Regis, restare cum facit aut adsalire eum praesumpserit, etc. Lacina* vel *Lachina*, idem est Eccardo ac *Laging*, vel *Legung*, positio, impedimentum, a *Legen*, ponere, impedire. Wendelinus purum putum esse Theutonismum ait, *Weghelaghen*, i. viae obstaculum, quod fit per latrones aut improbos homines insidiantes: vnde *Weghelaeghen* dicuntur insidiae viarum. Vtcunque sit de Wendelini coniectura, vix crediderim ad *Lacinias* Agrimensorum pertinere, licet id rentur viri magni: *in laciniis* enim *assignari*, agri dicuntur apud auctorem de Coloniis, qui non per vniuersitatem, sed viritim et per portiunculas assignantur. Gloss. Lat. Graec. *Lacinia ἀπόσπασμα.* LACINA, eadem, vt videtur, notione, in Lege Ripuar. tit. 71. *De quacunque causa fistuca interceserit, Lacina interdicatur secum sacramento se idoneare.* Perperam: Legis enim sensus est, vt si de quacunque re traditio interuenerit, omnis via intercludatur ei, qui vt suam repetit, per sacramentum id affirmandi. † Aperto sensu Cod. Estens. Leg. Sal. tit. 15. c. 4. apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 287. Pro: *si quis, hominem - - - adsallire vel viae laciniam ei facere praesumpserit*; habet, *adsalierit, vel violentiam ei facere praesumserit.*

LACINONES, LACHINONES. Concilium Tolosanum anni 1228. c. 36. Edit. Acherianae: *Nullus etiam latrones, ruptarios vel Laschinones recipiat, sed ab omnibus abiiciantur.* Nupera ex MSS. Editio habet *Lacinones*. Stephanotius in Fragmentis MSS. to. 10. pag. 541 *Lathiniones*. Vide an hoc loco *Lacinones* sint latrones, qui in viis publicis transeuntibus insidias tendunt ac struunt, quod asserit Eccardus ad Pactum Legis Salicae pag. 40. V. *Lacina*. † *Lacinones* sunt balistariorum seu sagittariorum genus; iidem qui Gall. *Alacays*, *Alagues*, *Halagues*, *Lacays*, et *Laquais* appellabantur. Vnde a voce Gall. *Alecret*, lorica, thorax, vel a *Laches*, eodem significatu, quod laminis ferreis, *Laisches* dictis, contexta esset lorica, sic nuncupati videntur.

LACOPVM. Leges Ethelredi Regis, apud Wenetyngum editae §. 3. *Et Landcopum et Domini donum, quod per rectum habeat dari, et Lacopum, et Witword, Gewitnesse, hoc ita permaneat, vt nullus euertat.* Vbi Som-

Digitized by Google

nerus *Lacopum* vocem formatam existimat ex Saxon. *Lag*, Lex, et *ceape*, emptio. Ita *Lacopum* erit *redemptio legis*, seu purgationis: nisi (subdit ille) sit pactio de litibus redimendis vel componendis inita. V. *Lagam emere*.

LACORA, V. *Lacus*.

† LACRIMA, vox architectonica, supercilium, Gall. *Larme*, vel *Larmier*. Ch. Ms. a. 1320. *Ante lacrimas dicti pontis*.

† LACRIMABILITER, ratione deploranda, t. 10. Collect. Hist. Franc. p. 260.

† LACRIMALE, glandula oculi per quam exprimuntur lacrymae, in Act. SS. t. 6. Aug. p. 616.

LACRYMABILITER, lacrymas effundendo, apud S. Hieronymum lib. 2. aduersus Rufinum, c. 7.

LACRYMATOR, qui lacrymatur, S. Augustino.

LACRYMATORIVM. (1) *Locus lacrymarum*, Iohan. de Ianua. *Pleureux*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. (2) † Linteum, quo oculi abstergunturi, in Stat. Ms. eccl. S. Petri Insul. a. 1388.

LACRYMATORIVS, *quasi tristis, lacrymas commouens*, eidem de Ianua; *Pleurables, tristes*, in iisd. Gloss. Lat. Gall. Sangerman.

LACTA. (1) Defectus ponderis in moneta, vt LACTARE, deficere in pondere. Assisa ann. 6. Ioannis Regis Angl. de moneta: *Assisum est de moneta, quod vetus moneta currat, vnde quaelibet libra sit facta 2. sol. 6. den. ad plus: et illa libra, quae plus lactavit, et denarii qui plus lactauerunt, perforentur et reddantur, sicut alias prouisum est.* LACTVM, eadem notione. Leges Ethelredi Regis, editae apud Wenetyngum §. 28. Ex his emendandus est locus in Fleta lib. 1. c. 22. §. 6. *Sunt monetarii Regis, qui vltra Assisam licitam argento Lacum imponunt, quidam autem debitum pondus librae non apponunt.* Legendum enim *Lactum*. Anglis *Lacke* est defectus: *to lack*, deficere, vnde forte vocis origo. (2) LACTA, asserculus, V. *Latta* et *Lata* 2.

LACTAMIA. Charta anni 1246. in Tabulario Comitatus Tolosae Camerae Comput. Paris. fol. 111. *Leudis, pedagiis, bannis, laudimiis et terrenis seruitiis, censibus dominiis seu dominationibus, vel dominicaturis et feudis, et feudatiis firmanciis, iustitiis sanguinis et commissionibus [illegible] et Lactamiis, adultiis* (f. adulteriis) *et in omnibus ad me vel ad dictam senioriam pertinentibus, etc.*

† LACTANEVS. *Nutritores lactanei*, qui infantes lactunt vel nutriunt, in vet. Inscript. ap. Murat. t. 3. Inscr. p. 1477.

LACTANS, Papiae, *quae lac praebet. Lacteus, cui praebetur.* Lex Aleman. tit. 72. §. 2. *Alia autem iumenta de grege, quae lactantia sunt etc.* Gloss. Graec. Lat. γαλαθηνὸς, *Lactantia Lactans.* In aliis Glossis πεῤῥὶ κρεῶν. *Caro porcina*, χοιρεῖον, *Lactantia*, γαλαθηνόν. Vbi *Lactans* est tener porculus, quomodo a Lampridio et S. Hieronymo vsurpatam hanc vocem docuit Salmasius ad eumdem Lampridium p. 203.

LACTANTIA, cibi ex lacte confecti, ap. Cels. l. 2. c. 7. et Apul. l. 7. c. 10.

LACTARE, V. *Lacta* 1.

LACTARIVS. (1) Qui *Lactaria*, de quibus Cornelius Celsus, seu opus pistorium, vel cibos ex lacte conficit. Lampridius in Heliogabalo: *Dulciarios et Lactarios tales habuit, vt quaecunque coqui de diuersis edulibus exhibuissent, vel structores, vel pomarii, illi modo de dulciis, modo de Lactariis exhiberent.* (2) LACTARIVS, γαλακτοπώλης, in Gloss. Gr. Lat.

LACTATVM, Iohanni de Ianua: *Cibus, qui fit ex Lacte amygdalorum.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Lactatum, Viande faicte de laict comme d' amendres ou d' autres.* Papias *Lactentia, quasi succo lacteo plena.* At Isidoro lib. 20. c. 3. *Lactatum est potio è lacte.* Hinc emendandus Papias, apud quem perperam: *Laptatum, potio e Lacte.*

LACTE-

Digitized by Google

ENA, *Malleum*, in Gloss. Isid. *ina*, in Excerptis Pithoean. Chi- um vlcus est, inquit Graeuius. ego sanando non sum.

TENDERIVM, ius tendendi la- s emimalium capiendorum causa. Ms. Mariae reg. Sicil. a. 1399.

TENVS, lacteus, t. 1. Ian. p. 734. *Lactinus* legit Cangius.

CTIĆINA CARO, iunior, tene- r, in Strat. Cadubr. c. 4.

CTICINIA, lactaria, Gall. *Lai- tage*, in Laudibus Papiae apud Mu- rator. to. 11. col. 37. V. *Lactantia.*

LACTICOLOR in Excerptis vett. Auctorum apud Leibnitium to. 2. Scriptor, Brunsuic. pag. 59.

Flammiuolum vincens rutilans in curribus aurum
Strato solo recubat, Lacticolor Amati.

Id est, Amethysti. V. *Lactinus.*

LACTICVLARIVS. Gloss. Gr. Lat. λειτογάλακτος, *Laticularius*, *Laticulosus*. Sic. in MS. Sed legendum *Lacticularius* et *Lacticulosus*. In Gloss. Lat. Gr. *Lactiginosus* perperam scribitur. Pro λειτογάλακτος Martinius legit ἀπογάλακτος: quod eodem redit quoad significationem; vtraque enim Graeca vox eum indicat vel qui caret lacte, vel qui parum lactis habet.

LACTINA, V. *Lactena.*

LACTINVS COLOR, in Regula S. Caesarii c. 12. et aliorum, qui *Lactineus* dicitur in Vita S. Fulgentii Episc. Rusp. c. 18. Ausonius:

Aut cunctis pariter versibus oblinas
Fuluam Lacticolor spongia saepiam.

V. *Laius* et *Pseudolactinus.*

† LACTIS, *Laitanse de poisson.* Glossar. Gall. Lat. Cod. 7684. *Leste de harenc*, in altero Lat. Gall. Cod. 7692.

LACTORONES. Ruffinus in Vitis Patrum lib. 3. n. 200. *Vnus quidem deferebat nuces, alius Lactorones.* Vbi forte leg. *Lactoriones*, vt fuerint fructus arboris, quam *Lactorim* vocat Plinius l. 24. c. 18. *Aeque nota Lactoris vulgo est, plena lactis, quod degustatum vomitationes concitat.*

LACTOSVS, γαλακτώδης, Gloss. Lat. Gr. Lacteus.

† LACTRVM, vasis genus. Ch. Ms. Eduardi reg. Angl. *De onere hominis, vnum denarium, aut vnum lactrum valens vnum denarium.*

LACTVCATVS, crispatus ad instar lactucae capitatae. Synodus Limensis ann. 1582.

† LACTVCELLA, lactuca tenerior, apud Alex. Iatrosophist. Ms. l. 1. Passion. *Maluas insectellatas et lactucellas.*

LACTVM, V. *Lacta.*

LACTVRCIA, Dea lacteſcentium frumentorum, apud S. Augustinum de Ciuit. Dei l. 4. c. 8. V. *Lacturnus.*

LACTVRIVS, procellus nondum ablactatus, apud Lindenbrogium in Glossis ad Codic. Leg. antiquarum.

LACTVRNVM, *pagani aiunt, dum messis adhuc lacteſcens est.* Gloss. Sangerman. n. 501.

LACTVRNVS, *Deus qui praeest segeti lactanti.* Iohannes de Ianua. V. *Lacturcia.*

LACVALIS, qui habitat in lacubus. In Opusculo Guaiuanei Flamnei apud Murator. to. 12. col. 1011.

LACVLATA VESTIS, Isidoro lib. 19. c. 22. et Papiae, *quae lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos - - - aut additos acu.* Sunt autem *Lacus*, Columellae lib. 1. c. 6. spatia quaedam quadrata, quibus distinguuntur granaria, vbi separatim reponuntur quaeque legumina. V. Salmasium ad Vopiscum p. 513.

LACVM, V. *Lacta.*

LACVNA. (1) Pro *Lacunar*, vt videtur. Litterae Regis Angliae ad Innocentium V. PP. apud Rymer. to. 2. p. 63. *Rex Regum - - - personam vestram, tamquam lampadem oleo sacrae doctrinae refertam, in eius (Eccleſiae) Lacuna sublimiori constituit, vt igne diuinae charitatis accensa, non diutius lucerna ipsius claritatis sub minoris status modio celaretur abdita, sed vt luceat, etc.* Lampades Eccleſiarum e Lacunari vulgo dependentes attendit. Glossar. Gr. Lat. Ὀροφή, *Lacunar*, *laquearium*, *fastigium*, *culmen.* (2) LACVNA, LAGVENA, lagena, vas vinarium. Chro-

Chronicon Farfense apud Murator. to. 2. p. 2. col. 545. Vide *Lagena.* (3) Festo, aquae collectio. Will. Brito in Vocabul. MS. *Lacuna, quae alio nomine dicitur Lacus, est receptaculum aquarum.* Vgutio et Io. de Ianua: *Lacuna, quae alio nomine dicitur Lacus, et est fossa, vbi remanent aquae post effusionem imbrium, vel ad quem confluunt immunditiae: Et est proprie intra fores, sicut forica extra.* S. Augustin. l. 3. contra Cresc. c. 48. *Festibus caesus, in Lacuna lutulenta volutatus.* Interdum *Lacuna* est aqua viua, non vero restagnans. Incertus Agrimensor: *Stagnum finale aliquoties dixerimus, et Lacunam, quae interpretabitur aqua viua, vnde ipsum stagnum extet.*

LACVNARIVM, ὀρόφωσις: *laquear*, in Supplemento Antiquarii. In aliis Glossis: *Lacunarium*, λίμνη, (*Lacus*) ὀρόφωσις. Genetiuo plurali *Lacunariorum* vsus est Vitruuius lib. 4. cap. 3.

LACVNARIVS, qui lacunas expurgat. Iulius Firmicus lib. 8. Math. c. 21. In Glossis Gr. Lat. Lacunarius exponitur λακκόποιος, qui lacunas effodit. V. *Lacuna* 3.

LACVS, piscina. Glossae Isidori: *Terripiscinae*, (ita Papias MS. pro *terrigiponae*) *quae terra capiunt, id est, piscinae, quas et Lacus rustici vocant.* Sulpitius Severus lib. 1. Hist. de Iosepho: *Sed obsistente Ruben, cui a tanto facinore adhorrebat animus, in Lacum demissus, etc.* vbi Gen. 37. habet in *Cisternam.* Graec. λάκκος, est fouea, fossa, τάφρος. V. *Lacta* et *Laissa.* LACORA, pro *lacus*, enuntiatione Longobardica. Charta Aistulfi Reg. Longobard. ann. 753. apud Vghell. tom. 2. p. 106. *Et omnes Lacoras vsque ad grumam seu filuam, etc.*

LADA. (1) Purgatio, qua quis per legem se purgat ab illato crimine. Est enim *Lada*, idem quod *lex*; quae vox posterior pro ipsa purgatione canonica et vulgari crebro vsurpatur, vt in voce *Lex* docemus. Capitula Ethelredi Regis §. 1. *Et si domino eius accusetur, quod consilium eius fregerit, et antea malum fecerit, assumat secum 5 Thainos, et iuret sextus, et laidat se: Et si Lada procedat, sit werae suae dignus: si procedat habeat Rex weram, ipse fur vtlagatus apud pop.* Mox: *si Laga frangat ei, etc.* Ethelredus in Legibus apud Wintyngum editis §. 17. *Et vbi Thegn habet duas optiones amicitiae Legae, et amicitiam elegerit, stet ita firmum, sicut et ipsum Iudicium.* (2) Pro Via, V. *Leda* 3.

LADARE (1) Vel LAIDARE, LADIARE, purgare, a Saxon. *ladian*, purgare, per translationem, excusare, crimen eluere. Capitula Ethelredi Regis Angliae cap. 1. *Et si domino eius accusetur, quod consilium eius fregerit, et antea malum fecerit, assumat secum quinque Thaynos, et idem sit sextus, et Laidet se: et si Lada procedat, sit werae suae dignus etc.* Infra: *Et si dominus accusetur, quod consilio suo fugerit, Laidiet se cum quinque Thaynis, et ipse sit sextus.* Leges Henrici I. cap. 61. *Si quis audito clamore, non exierit, reddat werfenensse Regis, aut plane se Ladiet.* (2) † Mendose pro *Laidare*, quod Italis laudare, probare sonat, in Decreto a. 1191. inter Stat. Saonae p. 98.

LADICARE, V. *Ladare.*

LADMEN, LADMONES, f. *Cornata*, seu opera, quam dominis suis debent mulieres seruae, a Saxon. *Lade*, Onus, et *Mennen*, verna, ancilla. Breuiarium villarum ex MS. Folquini compilatum in Archiuo S. Audomari: *Faciunt in hebdomada 3. dies et ancillae sex Ladm. 6. aliae ingenuae faciunt vnaquaeque Ladm. ½.* Infra: *Ancillae 12. faciunt Ladm. 12.* Infra: *Ancillae 9. faciunt Ladm. 9. - - - et de ingenuis feminis, 10. veniunt Ladm. 5.* Denique: *Ancillae 3. faciunt Ladmones 3. - - - aliae ingenuae faciunt vnaquaeque Ladmones ½.*

LADRIDVS, *cucumer amarus*, in Gloss. Arabico-Lat.

LADVLA, species vasis. Ioh. Longinus in vita B. Kingae to. 5. Iulii p. 706. *Indicibili lacrymarum profunde-*

Digitized by Google

undebatur, imbre, vt Ladulam non mediocrem, quae imaginem passionis Christi sustinebat, fletibus lacrymarum inundaret et rigaret: - - - vas illud trina voce fletuum, etc. V. ibi Pollerium.

DVS. (1) Eadem, vt videtur, nomine. Guibertus de Laude B. M. 10. *Qui ocius sumto Lado cellarum referat, sed prinsquam in vas una deponebat, etc.* (2) † Adiect. pro latus. Inuent. Ms. a. 1450. *II. scudellas ladas stagni ponderis V. librarum.*

AEAMEN, fimus, i. q. *Laetamen.* it. Taurin. a. 1360.

CASIN. Fragmentum Petronii: *cum multi pultarium obduxi, frigi Laecasim dico.* Ex Gr. λαικά-, fellare, apud Martialem. Vide *ator.*

A, V. in *Leudis* 2.

AMEN, in Statutis Mediolanensis 2. part. cap. 258. Vide *Laeen.*

ARE, pro *Ladare*, de quo in 1. Diploma Rodulphi Rom. is apud Ludewig. to. 2. pag. 240. *alium vulnerauerit, non laeda-*

IA, V. in *Leudis* 3.

ORIVM, ex Gr. τὸ λοιδορὸν, λοιδορία, conuicium, *Brocard.* ster Giraldus in Descript. Cam- c. 14.

. Strabo I. 4. densa Gallorum λαίνας vocari scribit: nempe idem quod κλαίνα Graecis. a securitatis plenariae sub Iuo scripta, apud Brisson. lib. 6. il. *Mappa valente asprionis vna, Lena vetere vna, etc.* rius M. lib. 12. Ep. 16. *Misienas 15. rachanas 30. lectos 15.* ius lib. 9. Ep. 17. *Laenam nas, cum volueritis, coloris rufusci mihi cum celeritate mit-. Linna.*

NVM, *simulacrum*, ἄγαλμα. *ruum, statua Dei.* Castigat. nque Glossar. V. *Lernum.*

, *tegumenta corporis omnia, nnu sustineantur.* Vocabul. i.

LAESIVERPVM, LAESIVERPIRE, V. in *Laisiwerpum.*

LAESOR, qui laedit seu infert damnum. Statuta Eccles. Nannet. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 747.

LAESTVM, V. *Lastum.*

LAESVRA. Conradus II. Rex Siciliae, in Charta an. 1326. in Metropoli Salisburgensi to. 2. p. 162. *Declaramus, quod Laesurae nomine non laetalis, contineri volumus, quamcunque offensam, verbis, iurgiis, blasphemiis, colaphis, alapis, et qualitercunque illatam dicto et facto, ex qua mors non fuerit subsecuta.*

LAETAMEN. Isidorus lib. 17. c. 1. *Et dictus fimus, quod fiat imus, quod vulgo Laetamen vocatur, eo quod sub nutrimento laeta faciat germina, reddatque pinguia arva et foecunda.* Papias ex eod. Isidoro: *Stercorare, est Laetamine aspergere. Stercus dictum, quod sternitur in agris; Idem est et fimus, quod vulgo Laetamen dicitur.* Vgutio: *Fimus, Stercus, quod per agros iacitur, quod vulgo Laetamen vocatur.* Vtuntur Plinius l. 18. c. 16. Palladius lib. 9. c. 5. etc.

LAETANIA, V. *Litaniae.*

LAETASTER, qui laetum se ostendit, apud Festum in *Obstrudant*: vbi Scaliger consulendus.

LAETI, LAETICVS, Vide in *Leti.*

LAETIFER, afferens laetitiam, in Actis SS. Iunii tom. 5. pag. 280.

† LAETIFICE, laete, in Lit. remiss. Ms. a. 1355.

LAETIFICVS, laetus. In Concilio Tolet. XVI. inter Hispan. tom. 2. p. 735.

LAETITIVS, adiectiuum, ex voce *laetitia* formatum, plenus laetitia. Commodianus Instruct. 26.

LAETRVM ἀριστερὸν, *laeuum, sinistrum*, apud Ianum in Supplemento Antiquarii.

† LAETVS. (1) Cui de debito satis est factum. Ch. Ms. a. 1372. *Venditor se habuit et tenuit pro contento, laeto et bene pacato.* (2) Vigilans, attentus. B. de Amoribus in Spec. Sacerd. Ms.

LAEYA, sylua, Gall. *Laie*, vnde S. *Germain en Laie*, id est, vicus S. Germani in Sylua. Charta an. 1294. apud

Digitized by Google

apud Augustinum du Pas in Stemmatibus Armoricis part. 1. p. 149. V. *Laia* et *Laya* 1.

LAGA, LAGHA, lex, a Saxon. *Lag*, quod idem sonat: vnde Angli *Law*. Capitula post Concilium Grateleanum an. 928. *Aliquando fuit in Anglorum Laga, quod populus et leges (f. Reges) consilio regebantur, etc.* V. *Lada, Lex.* LAGHA, eadem notione. Charta Guillelmi Comitis Flandriae an. 1127. LAGAM EMERE, REDIMRE, soluta aliqua pecunia, vel mulcta definita legis compotem se reddere, vel *idoneare et adlegiare se*. Leges Ethelredi apud Wenetyngum §. 6. de accusatis.

† LACAANVM, i. q. *Lagan*, in Ch. Ms. a. 1257.

† LAGAMA, i. q. *Laga*, lex, consuetudo. Act. SS. t. 4. Aug. p. 50.

LAGAMANNVS, legalis, *homo legis*, non exlex: ex Saxon. *Lagh*, lex et *Man*, homo: *lahman*, in Senatusconsulto de Monticulis Walliae cap. 3. apud Lambardum. Leges Edwardi Confess. c. 38. *Postea inquisisset Iustitia per Lagamannos et per meliores homines de burgo vel de villa.* V. *Legalis.* LANGEMANNVS, eadem notione, apud Thom. Blount in Nomolexico ex Domesdei tit. Lincolnscire.

LAGAN, seu LAGANVM, ius illud appellabant, quod dominis feudalibus competebat in rebus, quae ad littus eiiciebat maris aestus: ratione cuius, quidquid nauis, naufragium passa, contineret, eorum erat. Atque huic explicationi non minime fauet vox *Lagan*, quae idem quod *Laga*, id est, *Lex*, sonat, cuius iure naufragorum res ac bona in dominorum potestatem cedebant; quae quidem vox etiam cum *maris* adiuncto interdum scribitur; adeo vt quae *Laga maris* primitus, postmodum nude *Laga* dicta fuerit. In Charta enim Philippi Regis Franciae, de qua mox ita appellatur: *Quitamus et remittimus in perpetuum le Lagan maris.* Ex quo haud aegre emendari possunt Leges Henrici I. Regis Angl. c. 10. vbi iura regia recensentur: *Haec sunt iura, quae Rex Angliae solus, et super omnes homines habet in sua terra, - - - - thesaurus inuentus, naufragium, maris algarum, et sus concubitus, etc.* Nemo enim videt, restituendum *maris lagan* pro *algarum*, quod nihili est. Spelmannum aliud etymon vocis *Lagan* arcessere, a Saxonico scilicet *Lagan*, iacere, vt *Lagan* idem valeat quod *iectus*.

Cum porro *Laganum* abrogatum in terris suis supradicti Principes intelligendum de praua illa, quam proscripsimus, consuetudine, qua et homines naufragi, et res naufragio ad littus eiectae, licet repetitae, eorum erant: non vero de iis quae a nemine peterentur. Proinde ita capienda Charta Florentii Abbatis S. Iudoci et Willelmi Comitis Pontiui ann. 1209. in Tabul. eiusdem Monasterii S. Iudoci: *Sciendum quoque quod si Laganum euenerit in Comitatu B. Iudoci, et homines de tenemento eiusdem Sancti fuerunt accusati apud Comitem de Lagano, Abbas S. Iudoci debet eos submonitos in Curiam suam vocare, praesente Comite, vel eius seruiente, et ibidem, si potuerit, pacem facere. Quod si querela ad voluntatem et arbitrium Comitis non potuerit ibi terminari, Abbas S. Iudoci accusatos super vsurpatione Lagani vsque Montem volum debet conducere, et non alibi, et ibi querela eorum iudicio eiusdem villae debet terminari.*

LAGEDAYVM, dies legis, dies iuridicus, ex Saxon. *Lag*, lex, et *Dy*, dies: Anglis, *Lawday*. Charta Almerici de Lucy, apud W. Thorn. an. 1280. §. 12.

LAGEMANNVS, V. *Lagamannus.*

LAGENA, mensurae species apud Anglos, quae sic describitur in Assisa Dauidis Regis Scotiae de Ponderibus et mensuris §. 8. *Lagena debet continere 12. libras aquae, videlicet 4. libras de aqua marina, et 4. libras de lacu vel stagno, et 4. libras de aqua currente et clara. Lagena debet esse in profunditate 6. pollicum cum dimidio pollicis, et cum spissitudine ligni vtriusque partis; et in rotunditate partis superioris debet esse 27. pollicum; et in rotunditate inferiore debet esse 23. pollicum.* V. Iter Came-

rarii Scotici c. 10. §. 8. Fuit *Lagena* non liquidorum dum-, sed et aridorum mensura. I. 2. Cap. 12. §. 1. *Sciat, um bladum teneat Lagena, et um buscellos. Lagena butiri, lib. 2. 76. §. 12. c. 87. §. 1.* LAGVNA *Lagena*, vetus Inscriptio, 578. I. GVENAE *de Musto*, ibidem col. O. LAGVENNA. Charta Rogerii egis Siciliae ann. 1137. apud Vgllum to. 7. pag. 564. LAGENA. hron. Montis Sereni ann. 1196. *Cum redire disponeret, Imperatoriis insidiis adeo arctatus est, vt publice nauem ingredi non auderet, sed a fidelibus suis Lagena inclusus, et navigio illatus, sicque donec in altum nauis procederet, occultatus est.* LAGVNCVLA, idem quod *Lagena*. Synodus Sodorensis in Mannia.

LAGENARES vel ORCVLARES FEMININI, in quibus sunt lagenae vel orculae, apud Vitalem et Arcadium Agrimensores p. 258. Caius et Theodosius p. 260. *Lagenas et orculas in finibus posuimus etc.*

LAGETA GALLINARVM, nempe censualium, in Tabulario Solemniacensi.

LAGHA, V. *Laga.*

LAGHDAY, V. *Lagedayum.*

LAGIA. Charta ann. 857. apud Vghellum tom. 1. Ital. Sacr. p. 815. *Et per iam dictum collem descendit in fossatum - - - - deinde pergit in Lagia, et per decursus iam dictae Lagiae descendit in furcam, quae vocatur, etc.* Vbi *Lagia* videtur esse semita, quam *Lee* dicunt Galli. V. *Lada.*

† LAGINA, cadus, dolium. Tract. Ms. de re milit. et mach. bell. V. *Lagena.*

† LAGOLETTA, mendose pro *La Goletta*, arcis nomen, t. 1. Cod. Ital. dipl. p. 1121.

LAGONA. Fridegodus de Vita S. Wilfridi c. 43.

Tandem vafrinos blandis suggestibus actus
Increpitans, Italas suadebat credere chartas.
Ethnica sed nullis molliri corda Lagonis
Caedebant, virusque tegunt sub mente nocivum.

LAGVENA, V. *Lacuna* 2. et *Lagena.*

LAGVENNA, LAGVNCVLA, V. *Lagena.*

LAGVNA. (1) Vt supra *Lacuna*, lacus, palus. Ital. et Hispan. *Laguna.* Charta Edwardi 1. Regis Angl. apud Rymer. to. 2. p. 19. (2) V. alia notione in *Lagena.*

† LAGVS. Comput. a. 1399. inter Probat. t. 3. Hist. Nem. p. 155. *Pro quatuor intorticiis - - - de quibus deducantur pro VIII. libris cerae Lagae de intorticiis habitis die Eucharistiae Domini.*

LAGVZADERA, vox Occitanica. Charta ann. 1231. in Regesto Tolosano Camerae Comput. Paris. fol. 24. *Concessit eidem Abbati medietatem eorum, quae percipit idem Comes in dictis villis occasione de Laguzaderas. Verum tamen, si dominus Comes dimittat vel derelinquat Laguzaderas, quod facere poterit, si voluerit, habebit medietatem illius servitii, quod faciunt detentores earum hac de causa domino Comiti.* V. *Agusadura.*

LAHA, signum, positio, positura, ex Germanico Lache. Traditiones Fuldenses lib. 2. cap. 47. *Exinde in album fontem, et sic per nostra signa (id est Laha) in windimonseo.* Apud Aremoricos *Lech, Lach et Liah* lapides aliquot sunt iuxta vias in desertis locis tribus aliis lapidibus nullo modo elaboratis impositi, qui aperto latere vno vtcunque speciem referunt altaris aut cellulae. V. *Lachus* et *Laia.*

LAHMANN, V. *Lagamannus.*

LAHSLITA, LAGSLIT, etc. vox Saxonica, *Ruptio Legis*, transgressio legis, poena violatae Legis; *Lah* enim et *Lagh*, est lex: *Slit*, ruptio, violatio. Sed praesertim Anglos-Danos eiusmodi poena spectauit, seu potius vox ipsa, ex eorum fortean legibus desumpta, vt *wera* et *wita* Anglos. In Gloss. Saxonico post Lambardum edito, *Lahslize* exponitur, *duodecim orae*, sunt autem *orae* seu *Ore* Anglo-Saxonibus *vnciae*, quarum

Digitized by Google

quarum 12. libram faciunt Sterlingorum. Ita *Lahſlite* mulcta fuit vnius librae monetariae variae ac diuerſa tamen fuit mulcta iſta pro perſonarum diſcrimine, vt diſcere eſt ex textu Roffenſi, laudato a Somnero. Perperam vero *Laxlite* ſcribitur, in legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 41.

LAHSVS, piſcis ſpecies, Germ. *Lachs*. Liber donationum Eccleſiae Ratisponenſis in Metropoli Salisburgenſi to. 1. pag. 246. *Qui interrogatus - - - reſpondit, quod de Inuanenſi ſede per totius anni circulum in ipſo ſupra nominato lacu, vna nauis fieri deberet ad piſcationem, alia de Caſtello furſum, tertio de Maninſeo, excepto autumnali tempore, quando patuli piſces, quos vulgo Lahſos vocant, coire debent, etc.*

† LAHVTVM, nauiculae ſpecies, Gall. *Lahut*. Form. Mſ. ex Cod. reg. 7657.

LAIA. (1) Inciſiones arborum, quibus agrorum termini vel ſiluae portio caedenda deſignabatur, Germ. *Lache, Loch*. Chartular. S. Ioann. Angeriac. Pro arbore hac ratione ſignata, Germ. *Lachbaum*, occurrit haec vox in Ch. Mſ. a. 1205. V. *Leda* 2.

LAICALIS, vt *Laicus*, pertinens ad laicum. *Laicalis habitus* in Capitul. Caroli C. tit. 1. *Regalis et Laicalis poteſtas*, tom. 5, Miſcell. Baluz. p. 180. *Laicalia imperia*, in Charta an. 863. apud D. Calmetum Hiſtoria Lotharingiae tom. 1. col. 307. *Laicalis perſona*, in Chron. Andrenſi to. 9. Specil. Acher. p. 386.

LAICALITAS, *proprietas, qua quis dicitur laicus, vel laicorum congregatio.* Io. de Ianua.

LAICALITER, Iohanni de Ianua, more laicali; *Layement* in Gloſſis Lat. Gall. Sangermann.

LAICATVS, laicalis conditio diſtincta a clericali. Conſuetud. Toloſ. MSS. fol. 36.

LAICVS. Eucherius: *Laicus, popularis.* Addit Ioh. de Ianua: *Et dicitur a Laos,* (λαὸς) *populus; vel potius a Laos,* (λᾶς, λᾶος) *lapis. Inde Laicus i. Lapideus; quia durus et extraneus a ſcientia litterarum.* Charta an. 1084. in Chronico And tom. 9. ſpicil. Acher. pag. 350. *autem totum factum eſt in gen bus placitis apud Geſnes praeſen Militibus et Laicis regionibus G ſuis.* LAICA COMMVNIO, *Communio* 4. LAICA LING vulgaris, vernacula. Fundatio loſani Collegi Ciſtercienſis an. 1 inter Anecd. Marten. to. 1. col. 1 LAICI dicti in Monaſteriis, vulgo *Conuerſi, Oblati, donati* Haeſtenum l. 3. Diſquiſit. Mon tract. 1. diſq. 8. et Menardum Concordiam Regular. pag. 1028. † LAICVS, illiteratus, indoctus. Guil. Neubrig. l. 4. rer. Angl. c. 2.

LAIDARE, LAIDIARE, V. in *Ladare*.

† LAIGNERIVM, LAYGNERIVM, vectura lignaria, cui obnoxii erant tenentes ſeu manſionarii, quam interdum pecunia redimebant, Gall. *Laignier*, et *Loignier*, a *Laigne*, lignum.

LAINARIVS, LAINERIVS, accipitris genus, Gall. *Lanier*, V. *Falco* 1. et *Lanarii* 2.

LAIRISCVM, V. in *Larricium*.

LAIRWITA, LEYRWITA, LEGERWITA, etc. ſtupri, ſeu concubitus illegitimi mulcta. LEIERWITE, leges Henrici I. Reg. Angl. c. 81. *Quidam villam et qui ſunt eiusmodi Leierwitam, et blodwitam, et huius minora forisfacta emerunt a dominis ſuis. etc.* LERWITE, in Charta Henrici II. Reg. Angl. in Camera Comput. Pariſ. LEIEWITE, in Charta Regis Henrici II. tom. 2. Monaſt. Angl. p. 283. LEGERWITA, eadem Notione. Brompronus: *Legerwite*, (perperam Edit. *Letherwithe*) *eſt emenda pro corruptione natiuae.* Ex Saxon. *leger*, concubitor, et *wite*, mulcta.

LAISCVM. Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 8. *Si quis roborem, aut quercum, ſeu cerrum, quod eſt modo Laiſcum - - - inciderit.* Edit. Heroldi tit. 10 §. 62. *Seu quercum, quod eſt medula Iſthal, etc.* Muratorii, *Quod eſt modula Iſcol.* Cod. Mutin. *Quod eſt Modolaiſclo*; Eſtenſ. *Quod eſt modula Hiſclo.*

LAISI-

Digitized by Google

IVERPVM, LAESIWERPVM, lio, gurpitio: LAESOVERPIRE, lere, transferre, quasi in *Laisum*, eſt, ſinum alicuius *werpire*, ſeca, quae eſt, ſignum traditionis, *Laiſum* ſeu ſinum iacta, ſecundum em Salicam tit. 48. Habetur apud rculſum l. 1. for. 13. *Praeceptum Laeſiuerpo* [Baluz. *Laeſiuuerpo*, me- *Laeſiwerpo*] *per manum Regis*, vocis *Laeſouerpire* notio indiir: *Quod ipſas villas in ſupra ptis locis nobis voluntario ordine is eſt Laeſouerpiſſe, et condonaſſe.* ardus in ſuis ad Pactum legis Sae notis p. 92. legit *Leuſeuerpiſſe*, ruatque veteres etiam ſcripſiſſe *uerpire et Leiſouerpire*, pro *Laipire*. Baluzius habet *Leuſeuuer-* V. *Laiſus*.

SSA, donatio, legatum, Gall. , ol. *Lais*. Ch. Mſ. a. 1174. *las*, *Prov. Leguatum*, in Gloſſar. . Lat. V. *Laxare* 2.

SSAMENTVM, ceſſatio, ab ia re diſceſſio, Gall. *Delaiſſement*. Mſ. a. 1310.

ERIA, lacus, piſcina. Ch. Mſ. 140

s, ſinus. Pact. leg. Sal. tit. 49. *c feſtucam in laiſum iactet.* V. *werpum*.

HVNT, V. in *Canis*.

. S. Caeſarius in Regula ad chos c. 26. *Veſtimenta alio coon induatis, niſi Laia lactina, ra natiua.* Idem in Regula g. cap. 40. *Omnia vero inta ſimplici tantum et honeſto coabeant, nunquam nigra, non , ſed tamen Laia vel lactina.* eq. *Tinctura in Monaſterio lia fiat, niſi, vt ſupra dictum ria et Lactina.*

A, i. q. *Laiſſa*. Ch. a. 1202. all. Chriſt. Inſtr. p. 50.

VLA, *cruſtula*. Laurent. in ea.

E, *lac trahere*, apud Pa- Fuſius Ioh. de Ianua. *Lalrmire, vel lac fugere, lactere, verbum fictitium, i. de ſono . Cum enim nutrices pueris bus praecipiunt dormire, vel dicunt la la le la, i. dormi vel lacte, et eſt tractum a ſono qui fit in ore pueri lactantis, ſcil. la la la, et inde tractum eſt Lallare, i. lactere.* Perſius:

Iratus mammae, Lallare recuſas.

Gloſſ. Lat. Graec. *Lallare*, βαβάζειν, inarticulatam vocem edere, Germ. Lallen.

LALLVS, nutricum cantiuncula *lala*, vt ſomnus pueris inducatur. Auſon. Epiſt. 6.

Nutricis inter lemmata
Lallique ſomnijeros modos
Sueſcat peritis fabulis.

Turnebus lib. 18. Aduerſ. cap. 34. Deum interpretatur qui praeerat naeniis illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, ſecus vero Scaliger et alii.

LAMA. (1) Feſtus: *Lama*, *Lacuna*. Gloſſ. Graec. Lat. *Lamae*, πιλώδεις τόποι. Vgutio et Ioh. de Ianua: *Lama*, *mae*, *eſt locus voraginoſus, vel lapis in via abruptus. Lama*, *a fruſtrum auri, vel argenti, vel alterius metalli.* Papias, *Lamae ſunt confractiones viarum, quae fieri ſolent pluuia interueniente.* Vita S. Mauri Epiſc. Caeſenatis n. 5. *Locus ſcilicet nec praeruptis cacuminibus ſublimius ad alta prorectus, nec omnino depreſſus in ima, ad arualis Lamae videbatur planitiem coaequatus.* Ennius: *Siluarum ſaltus, latebras Lamasque lutoſas.* Paulus Warnefridus l. 1. de Geſt. Longobardor. c. 15. piſcinam Longobar. lingua *Lamam* appellari auctor eſt. Papias: *Lama*, *Piſcina dicitur a quibusdam Barbaris.* Charta Alfonſi VII. Regis Hiſp. aerae 1182. apud Yepez to. 7. *Et exinde per eam Lamam degeneruri. Lama*, Danti in Infer. cant. 20. vſurpatur pro valle. Inde *Lamina*, *paua Lama*. (2) Daemonum ſpecies. Apud Geruaſium Tilleberienſem MS. lib. 3. de Otiis Imperial. cap. 87. Lamae dicuntur eſſe *mulieres, quae noctu domos momentaneo diſcurſu penetrant, dolia relent* [*f. deplent.*] *cofinos, catinos, et ollas perſcrutantur, et infantes ex cunis extrahunt, luminaria accendunt, et nonnunquam dormientes affligunt.* Quo loco *Lamae* aliae videntur a Lamiis, de quibus

Digitized by Google

ita cap. seq. *Lamias, quas vulgo mascas - - - vocant - - - dicuntur autem Lamiae - - - vel potius Laniae a laniando, quia laniant infantes.* Eucherius Lugdunensis: *Lama in Esaia, genus monstri, vt quidam affirmant.* V. Nilum Mon. l. 2. Epist. 205. et infra in V. Striga, et Vghellum to. 8. p. 712. (3) Lamina, Gall. *Lame*, Ital. *Lama*, German. infer. Lämmel. Translatio Crucifixi, qui S. Iohanni Gualberto caput inclinauit, in Actis SS. Iulii to. 3. p. 453. *Iussit insuper, vt suis sumptibus tota crux argentea tela, quam Lamam vulgo appellant, conuestiretur.* Papias: *Lamae, fracturae cuiuslibet metalli* in latitudinem ductae. V. *Lama* 1.

LAMBARE, pro *Lambare. Crucifixum argenteum aureum habentem Lambare pretiosis lapidibus intextum*, in Diariis Treuoltianis ann. 1714. p. 1327.

LAMBELLVS. (1) Transuersa in capite scuti gentilitii taenia, Gallis *Lambel.* Conuentiones Ludouici Regis Siciliae cum Aretalentibus ann. 1386. ex MS. D. Brunet. Fol. 1. vo. *Arma dicti D. Regis florum lilii cum tribus Lambellis desuper.* V. *Labellus.* (2) † Ornamenti genus, diminut. f. a *limbus.* Hist. Occid. t. 4. Prob. p. 13. *Vestimenta solemnia, pallia coccinea herminacea, lambellos,* (alias *lambellos*) *pileos ex denso panno serico.* V. *Lambus.*

LAMBITIO, actus lambentis. Vita S. Richardi Episc. Cicest. tom. 1. April. p. 286.

LAMBITTA. Chronicon Trudonense l. 1. p. 350. *Idem clauicellam ex auro, Lambittas duas argento textas, vexilla quatuor, etc.* Legendum *Cambuttas* probabiliter coniectat Mabillonius to. 3. Annal. Benedict. p. 163.

† LAMBRECLA, f. imbrex, stillicidium. Ch. a. 1293. ap. Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 669. *Cupos, lambreclas, columpnas, spondas, mureas, posita in ea* (domo.)

LAMBRICARE, *lacunare*, Gallice, *Lambrisser. Lambrices*, lacunar, Gall. *Lambris*, V. *lambricare.*

LAMBROFICARE, idem. Tabular. Fossatense: *Apud Euriacum fecit Abbas appentitia, quae sunt iuxta por[illegible] domus super vineas, fecit Lambr[illegible] cari, et caminum in eadem, et altero solio fieri caminum ad o[illegible] suum et sociorum suorum etc.* Fo[illegible] idem quod apud Gallos *Lambri[illegible]* in lacunar camerare.

† LAMBROISSARE, lacunare, G[illegible] *Lambrisser.* Reg. A. 2. Cam. Comp[illegible] Paris.

LAMBRVCATVS, laqueatus, G[illegible] *Lambrisse.* Fundatio Monast. Co[illegible] stinorum Suession. apud Marten. t[illegible] Ampliss. Collect. col. 608. *Cla[illegible] strum cum pilaribus duri lapidis pulcre compositum, et mire desuper ligno Lambrucatum.*

LAMBRVCHIVM, lacunar, Gall. *Lambris.* Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Feudorum vsu ad calcem to. 2. p. CXLII. col. 2. *Pro palicio reficiendo X. sol. pro Lambruchio domus Fratris Garini XII. solid.*

† LAMBRVS, tegulae species imbrex. Statut. Vercell. l. 4. *Quod fornasarius faciat lupides, cupos, lambros et cugnolios bene coctos.*

LAMBRVSCARE, lacunare. Vetus Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britann. col. 550.

† LAMBVS, ornamenti genus, i. videtur quod Diadema. Collect. Hist. Franc. t. 6. p. 266. V. *Lambellus* 2.

LAMDAREVS, V. supra *Labdareus.*

LAMENTATIO, querela, actio, calumnia. Charta Hugonis Archiepiscopi Genuensis an. 1184 apud Vghellum: *Si vero ante alium iudicem Lamentatio tractabitur, donationis a nobis factae testimonium perhibebimus.* LAMENTATIO MENSVRNA. Hist. Offae Regis Merciorum ex MS. S. Albani: *Offanus autem* (*Offae* filius qui et Offa II. dicitur) *oculos patris sui piè claudens, Lamentationes mensurnas cum magnis eiulatibus, lacrymis, et specialibus planctibus prout moris tunc erat Principibus, magnificis, lugubriter pro tanto favore continuauit, obsequiisque magnifice tam in Ecclesia, quam in locis forinsecis completis, apparatu Regio et celeberrimo in eminentiori Ecclesia penes Glouerniam vrbem, egregiam*

Digitized by Google

...idem exhiberi iubet, sepulturam. ...elmanno in Month-day.

...NTATRICES, V. *Cantatrices.*

...ENTELA, querela, in Lit. Mſ. ...355.

...ENTVM, ſignum poenitentiae ...doloris, in Act. SS. t. 3. Aug. ...772.

...ERA, lamina, Ital. *Lamiera.* ...rat. t. 3. Antiq. Ital. p. 1204.

...MERIA, thorax, Ital. *Lamiera.* ...t. datiar. Riper. c. 12.

...MIA, V. *Lama* 2.

...MIARI, *faſcinari*, Leonardo in Additionibus ad Vitam S. Antonii.

LAMIARIA, *faſcinatrix*, V. *Facturari.*

LAMINA. (1) Vt *pix*, *taeda*, inter βασάνους, in Sanctorum Martyrum Actis recenſetur paſſim. (2) † Locus vbi arundines ſeu cannae creſcunt; Gall. *Lame*, canna. Ch. Mſ. a. 1258. Hinc forte (3) † LAMINA CANDELAE, in Inquiſit. foreſtae de Lyons, quod inſtar cannae ſit, candela. (4) † Locus ſubterraneus, quod in longum inſtar laminae protendatur, ſic dictus. Conſuet. Neapol. Mſ. (5) † Segmen, Gall. *Lambeau.* Alex. Iatroſoph. Mſ. l. 2. Paſſion.

LAMINARES NVMMI, qui conſtant ex tenuiſſimis laminis, de quibus conſulendus Ioh. Chriſtoph. Olearii Iſagoga ad Numophylacium Bracteatorum etc. Ienae 1694.

LAMINATVS, laminis tectus, ornatus, Ital. *Laminato.* Teſtam. Gregorii XI. PP. apud Acher. to. 6. Spicil. p. 681.

LAMIRO, *blandus*, in Gloſſis Iſid. f. à Graeco λαμυρὸς, diſertus, facetus, ſcurrilis.

LAMISIO. Papias: *Lama, piſcina dicitur a quibusdam Barbaris, inde Lamiſio proprium. Sic, multa ſunt occultata.*

† LAMISSIO. Chron. Mſ. S. Victor. Pariſ. *Lamiſſio dictus eſt, eo quod a lama, i. e. voragine fuit extractus.* V. *Lama* 1. et *Lamiſio.*

LAMITABILIS, *lamentabilis*, apud Rymer. to. 2. p. 1075.

LAMNA, pro Lamina. Vett. Gloſſae, *Lamna*, λεπὶς. Vincentius Beluac. lib. 30. cap. 79. *Armati ſunt autem coriis ſuperpoſitis Lamnis ferreis coniunctis, Lamnisque vel corio brachia cooperiunt.*

LAMNISCA, *faſciolae*, apud Papiam; ſed legendum *Lemniſci*, vt apud Livium et alios.

LAMOSVS, *voraginoſus*, *plenus*, *lamis*, apud Ioannem de Ianua. Vide *Lama* 1.

LAMPABILIS. Theodericus Monachus in Hiſtoria Inuentionis S. Celſi Epiſc. Treuir. n. 5. *Vir virtutum Egbertus Archimandrita Lampabilis.* Fridegodus in S. Wilfridio. cap. 48.

Archanus Michael nitido Lampabilis ore.

Dignus forte, qui vt vir ſanctus lampadibus ante illum accenſis colatur. Italis *Lampo* et *Lampa*, eſt ſplendor, *lampeggiare*, reſplendere; vel potius quod vt lampas effulgeat.

LAMPADA, f. pro *Lampetra*, Gall. *Lamproie*, muraena. Chronicon S. Trudonis tom. 7. Spicil. Acher. pag. 509. *Frequentiſſime magnae portiones ſtructionum, tempore pro Lampade in vſu ſunt, inter duos vna; ſed et craſſus piſcis, quae Balena dicitur, frequenter abunde miniſtratur.*

LAMPADAE, pro *Lampades* à Pollione vſurpari, ex MSS. Codd. obſeruauit Salmaſius.

LAMPADARE. (1) Lampades ſupponere lateribus: tormenti ſpecies, quo in Martyres ſaeuiebant pagani. Vita S. Politi Mart. cap. 3. n. 17. *Tunc Imperator iuſſit eum in equuleo appendi, et Lampadari.* (2) Fulgere. Caſſiodor. in Pſalmum 43. *Ecce nobis Dominicus ordo domino reuelante Lampadauit.*

LAMPADARII, officiis ac miniſtris illuſtrium dignitatum vulgo accenſentur, tametſi de eorum munere haud conſtet: maxime vero praefectis Praetorio, et Magiſtris officiorum adſcribuntur apud Iulianum Anteceſſor. Conſtit. 37. et in Notitia Imperii, ac deinde Inferioribus etiam Magiſtratibus ex Imperatorum indulto, vt Quaeſtoribus ſeu praefectis inſularum apud eundem Iulianum loco laudato: et aliis, in Conſtitutione

Digitized by Google

Leonis M. et Zenonis, Cod. de Diverſis Offic. Conceſſum etiam Pontici tractus Vicario, vt et Praecone et Lampadariis quatuor vti poſſet, Iuſtiniani Edicto 8. §. 4. vnde patet, plures fuiſſe Lampadarios maioribus Magiſtratibus, quorum Princeps *Primicerius Lampadariorum* dicitur in Nouella Valentiniani 34. ex Theodoſianis, quas edidit Pithoeus, Opilioni Magiſtro officiorum inſcripta. Habuit etiam Eccleſia Graecanica ſuos Lampadarios; qui ſcilicet Lampades ac faces praeferebant Patriarchae in Liturgiis, vt eſt apud eundem Codinum de Offic. pag. 9. Edit. Reg.

LAMPADARII PENSILES, *plures ſuſtinentes lampades* in Ceremoniali Epiſcopor. lib. 1. c. 12.

LAMPADARIVM, candelabrum ſuſtinendis lampadibus in Eccleſiis. Bulla Innocentii VIII. P.P. an. 1484 in Continuatione magni Bullarii Rom. p. 288. col. 2.

† LAMPADARIVS, lampas, lucerna. Inuent. S. Capellae Pariſ. a. 1376.

LAMPARE, illuſtrare. Vita S. Turiani to. 3. Iulii. p. 619.

LAMPAS. (1) Solſtitium aeſtiuum. Papias: *Lampas ideo ſolſtitium aeſtiuum dicitur, quia tunc Lampas ſolis claritatem et calorem maiorem accipiat.* (2) LAMPAS OLEI, menſura olearia, continens quatuor libras in pagis Lugdunenſi et Belliocenſi; in aliis vero vicinis locis tres tantum libras, ſeu *quarterones*, vt libras vocant vulgari idiomate. Charta Sacriſtae Montis Bertodi in Dumbis ann. 1467. (3) † Vnctio olei variis in Caſibus adhibita, apud Iacobitas. V. Aſſemann. t. 2. Bibl. Orient. p. 503.

† LAMPAX, i. q. *Lampadarius*, in Teſtam. Mſ. a. 1376.

LAMPENA, vehiculum ſplendidum, λαμπήνη, Heſychio et Polluci, cui eſt *currus regius*. Eſaias iuxta verſionem Hieronymi c. 66. 20. Ioan. de Ianua, *Lapenae* ſeu potius *Lampenae*, ſunt *ſtellae fulgentes*. Italis *Lampana*, eſt lampas.

† LAMPERIVS, i. q. *Lampadarius*, in Act. SS. t. 5. Sept. p. 726.

LAMPESERIVS. (1) Forte Candelabrum ad ſuſtinendas lampades. Charta an. 1329. n. 286. armar. Feroiul. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. *Item 4. cruces de cupro et aliam de fuſto, Item 1. ferratum. Item 2. Lampeſerios de ferro.* (2) † Adiect. a *Lampeſerium*, candelabri genus ſpectans, Occid. *Lampeſier*. Leudae mſ. Carcaſſ. Mſ.

LAMPETRA, muſtela, muraena. Germ. Lamprete. Onomaſt. Gr. Lat. μυραίνα, Lampetra. Gall. *Lamproie*, Perottus. *Muſtelae, quas a lambendis petris vulgo nunc Lampetras nominant.* V. mox *Lampreda*, et Martini Lexicon in Muſtela.

LAMPIFICVS, ſplendidus. Vita MS. S. Amaroris Epiſcopi, nunc edita, to. 1. SS. Maii. pag. 54.

LAMPIVM, *pulpitum*, *analogium*. Gloſſae Iſid.

† LAMPRAGIVM, praeſtatio ex *lampretis* ſ. muraenis, vel locus iis capiendis aptus. Ch. Mſ. Ric. reg. Angl.

LAMPREA, vt mox *Lampreda*, in Chartular. monaſt. Cadomenſis.

LAMPREDA. (1) Muſtela, muraena, Gall. *Lamproye*, Hiſp. *Lamprea*, Ital. *Lampreda*, Germ. Lamprete, a λαμπυρίς, ſi credimus Salmaſio ad Tertullianum de Pallio, quia colorem habet λαμπυρόν; non a *lambendis petris*, vt volunt alii. Bernardi Monachi Ordo Cluniac. part. 1. c. 17. *Pro ſigno Lampredae in maxilla cum digito ſimula punctos tres vel quatuor, propter illos punctos, quos Lampreda ſub oculos habet.* (2) † In eccleſia Carnotenſi diſtributio annua ex proventibus fortuitis *dignitatum*, vt vocant, eiusdem eccleſiae. Stat. Mſ. eiusd. eccl. a. 1313.

† LAMPREDO, i. q. *Lampreda* 1. in Conſuet. Mſ. Burdeg.

LAMPREDONIVS, eadem notione. Diarium Ioh. Bruchardi in Probat. Commentariorum de Comines to. 3. p. 483.

† LAMPRESIS, idem, in Comput. a. 1495.

LAMPROBIVS, *ſplendidus*, apud Papiam, ex λαμπρὸς, ſplendidus, et βίος, Vita.

† LAM-

Digitized by Google

[illegible]MPROIA, i. q. *Lampreda* 1. in [illegible] Mſ. a. 1170.

[illegible]A. (1) Seu decimae de lanis, in [illegible]glia. Charta Edw. III. Regis Angl. [illegible]n. 2. Monaſt. Angl. pag. 387. [illegible]) Vellus, Gall. *Toiſon*. Chroni[illegible]a Farfenſe apud Murator. to. 2. [illegible]onaſt. part. 2. coll. 441. (3) LANA [illegible]GINAE, f. eadem quae Gallis [illegible]*ine mere*, vel *Laine prime*, vt [illegible]betur apud D. Secouſſe to. 3. Or[illegible]inat. Reg. pag. 254. in Edicto Io[illegible]annis Franc. Regis anno 1358. lana ſcilicet recentior, quae de ipſa oue detondetur, et alii dudum tonſae praeſtantior eſt. Charta Wilelmi Reg. Angliae ex Chartulario SS. Trinit. Cadom. *Ad cameram autem et ad ligna dederunt in Anglia Fileſtedem - - - - et decimam de Lana reginae.* † LANA PERSA. ad coeruleum colorem accedens. Pact. Mſ. a. 1257. LANAM CARPERE, ſeu *Carminare*, lib. 1. Capit. Carol. M. c. 81. Plaut. in Menaech. *Inter ancillas ſedere iubeas, Lanam carpere.* Quidam Codd. habent *carere*, de qua voce Salmaſius ad Solin. pag. 398. (4) † Praeſtationis ſpecies. Ch. Mſ. Theob. Comit. Bleſ. *Cepiſtis 8. ſolidos exactionis, quod vulgariter Lana dicitur.* Leg. f. *Lada* vel *Leda*, V. in *Leudis*.

† LANAGIVM, laneum opificium, lanificium, vel merces lanea, Gall. *Lainage*. Ch. Mſ. a. 1316.

† LANAIVOLVS, lanarum artifex aut negotiator, Ital. *Lanaiuolo*. Stat. aut. Florent. l. 4. c. 5.

† LANALIS, laniger. Inquiſit. Mſ. a. 1268.

LANARE, lanam ferre, gerere, nutrire. Gloſſ. Lat. Gr. *Lano*, ἐριοφορέω.

† LANARIA. (1) Lanificium, t. 2. Cod. Ital. diplom. p 2158. (2) V. *Lauarcha*.

† LANARIS, i. q. *Lanalis*, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1364.

LANARIVS. (1) Lanarum artifex aut negotiator, *Lainier*, in Statutis Leodienſibus. *Lanarius pectinarius*, in veteri Inſcript. qui λανάριος et κτενιστὴς dicitur ſcholiaſtae Apollonii, qui lanas pectit. *Lanarius coactiliarius*, in alia Inſcript. coactilium artifex. Vide *Laniſta*. (2) LANARIVS, LANERIVS et LAYNERIVS, falconum ſpecies, Gallis *Lanier*. Silveſter Giraldus in Topogr. Hibern. diſt. 1. cap. 18. *Falcones Hibernia praeter generoſos non habet: degeneres enim illi deſunt, quos vulgari vocabulo Lanerios vocant.* Deſcribuntur a Friderico II. l. 2. de Arte venandi c. 28. Alberto Magno lib. 23. de Animal. et a Iacobo Auguſto Thuano lib. 1. de Re accipitraria, qui a Laniena eis nomen arceſſit. Alii a pilis lanae ſimilibus etymon deducunt. Certe *Laniarii* dicuntur Bromptono ex eodem Giraldo: *Deſunt etiam degeneres falcones, quos Laniarios vocant.* *Sweymer* Germanis appellari ait Albertus Magnus cap. 9.

LANARVS, *reciarius*. Gloſſ. Sangerman. MS. n. 501. Videtur legendum *Laniarius*, qui idem ſit ac *Laniſta*, gladiator, de quo infra. *Retiarii* dicti olim gladiatores, qui aduerſus mirmillones pugnabant, quod rete gererent ſub ſcuto vt eos inuoluerent.

LANASSARIA, mulier, quae lanas vendit, in conſuetudinibus Toloſae part. 2. Rubr. de Debitis.

† LANATOR, lanarum artifex. Areſt. Mſ. a. 1305.

LANCARE, Hiſp. *Lancar*, Gall. *Lancer*, iacere, mittere. Charta ann. 1351. Armar. Foroiul. num. 55. ex Archiuo S Victoris Maſſil. *Et tunc Lancauit contra ipſos lapidem.*

LANCEA. (1) Teſte Diodoro Siculo I. 5. Gallicum eſt vocabulum. Varro apud Gellium lib. 15. cap. 20. Hiſpanicum verbum eſſe aſſerit: et apud Nonium Siſena videtur ad Germanos referre: *Galli*, inquit, *materibus*, *Sueui Lanceis configunt.* Iſidor. lib. 18. Orig. c. 7. *Lancea eſt haſta, amentum habens in medio; dicta autem Lancea, quia aequa lance, id eſt aequali amento ponderata vibratur.* Huic etymo vtcumque fauet Seruius, cum ait: *Amentum, lorum, quo haſta media religatur.* Feſtus denique a voce Graeca λόγχη, *Lanceam*

Digitized by Google

ceum dictum vult. Hiſpani *Lanza* dicunt, Galli *Lance*, Germani *Lanz*, vnde *Lanzknecht*, militem peditem et lancearium vocant. AD FVSVM A LANCEA TRANSIRE V. *Fuſus*. LANCEAM FIGERE. Statuta Willelmi Regis Scotiae c. 27 §. 1. *De ipſo duellum haberi poteſt, et illud bellum poteſt ſic remitti, ſcilicet cum fixerint Lanceas ſuas, poteſt calumniatus concedere delictum, et facere pacem. Et §. 3. Sanguis extractus ſubtus anhelitum, quando fixerunt Lanceas ſuas poteſt Defenſor concedere ſanguinem etc.* LANCEA EMENDARI, poenae nobiliorum ſpecies. Lactantius de Mortib. Perſecut. n. 22. *Domeſtici et adminiſtratores Lancea emendabuntur: in cauſa capitis animaduerſo gladii admodum paucis quaſi beneficii (loco) deferebatur, etc. Paſſer par les piques.* (2 LANCEA, pro milite, qui *Lancea* vtitur in bello, cuiusmodi ſunt, qui Militum dignitate et nomine gaudent. Gobelinus Perſona in Cosmodromio aetate 6. c. 77. *Alii enim ex centenis, alii ex ſexagenis Lancearum millibus, alii ex tot millibus armatorum eam* (gentium multitudinem) *conſtiriſſe contendunt.* Adde pag. 283. 292. 293 etc. (3) Ἀγὶα λόγχη *Graecis*, cultellus, quo hoſtia conſecranda a tota panis maſſa ſeparatur. Humbertus Cardinalis Dial. contra Graecos: *Nec quomodo Graeci habent Lanceam ferream, quae ſcindunt in modum crucis ipſam oblationem, id eſt, proſcomidem.* (4) LANCEA SARTATORIA, Menſurae agri ſpecies. Charta Gerardi de S. Auberto an. 1193. in Tabul. Abbatiae Montis S. Martini: *Conceſſerunt miſi quandam indaginem ſui proprii nemoris latam decem Lanceis Sartatoriis.* Charta Hugonis ducis Burgundiae ann. 1184. in Reg. Feodorum Burgundiae: *Permiſit, vt caſtrum Tilecaſtri firmaret hoc modo, ipſum vero caſtrum muro claudi, cuius altitudo a ripa exteriori ſit vnius Lanceae absque batalliis.* Vide Thomaſſerium in Conſuetud. Bituric. pag. 43. (5) LANCEA SOLIS, radius. Tertullianus de Pudicitia cap. 7. (6) † Vexillum, ſignum militare, quod haſtae ſeu *lanceae* affigi ſolebat. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1451.

LANCEARE. (1) Haſtiludio, ſeu lancearum ludicro ſeſe exercere. Ordericus Vitalis l. 3. *Dum - - - cum conſodalibus ſuis ſeſe Lanceando exercuiſſet.* Tertullianus adv. Iudaeos cap. 9. *Infantes, - - - - qui ante nati rint Lanceare, quam lancinare.* (2) LANCEATVS, ictus, confeſſus lancea. Firmicus. *Quicumque habuerunt horoſcopum in XXI. parte Tauri, Lanceati moriuntur.* † Vel LANCIARE, haſtam, gladium vel cultellum in aliquem torquere. Chartul. Maior. monaſt. (4) † Iacula mittere, ſagittare, Gall. *Lancer.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1360.

LANCEARIVS, miles gerens lanceam. Ammian. lib. 21. *Iter ſuum praeire cum Lancearii et Matthiarii et caeteris expeditorum praecepit.* LANCERIVS, eadem notione. Chronic. Siciliae apud Marten. to. 3. Anecd. col. 79. LANCERIVS, artifex lancearum in Catalogo Sodalium B. Mariae Deauratae Toloſ. LANCIARIVS, λογχοφόρος, qui geſtat lanceam. Gloſſ. Lat. Gràec. MSS. Sangerm. LANCIFER, Hiſtor. Cortuſ. lib. 2. apud Murator. tom. 12. col. 794

LANCEOLA, ſcalpellus, Gallis *Lanceste.* Willel. Brito in Vocabulario MS. *Lanceola dicitur ſubtile ferrum acutum, cum quo minutores aliqui pungendo venam aperiunt in minutione; aliqui cum flebotomo venam percutiunt, vnde et flebotomia dicitur minutio.* Apud Capitolinum in Maximino Iuniore, *Lanceola* eſt minor *Lancea: Lanceola ſic fiſſa eſt fulmine, vt tota etiam per ferrum ſcinderetur etc.* † LANCEOLATA *vocatur platago minor ſecundum Macrum.* Gloſſar. med. Sim. Ianuenſ.

LANCEOLVM. Anonymus in Geſtis Conſtantii M. p. 484. air, Anaſtaſio Imp. Eunomianam haereſim amplexo, acclamatum in Eccleſia: *In Trinitate Lanceola non mittis.* Sed legendum: *In Trinitate Lanceolam mittis.* Quibus verbis carpebatur eius haereſis Ariana, cum Eunomius eadem,

Digitized by Google

dem, quae Arius sentiret. *Ariomitae* appellabantur Ariani, vt est apud Ioan. Damascenum de Haeresibus, Editionis Corelerii, quod dignitatem sanctamque Trinitatem nefario ausu discinderent.

CERIVS, V. *Lancearius.*

CETTA. (1) V. *Lanzetta.* (2) mox *Lancetus.*

CETVS, LANCETTA, colonorum species apud Anglos, praestationibus et operis obnoxia. Monasticum Anglican. tom. 1., p. 337. *Et parvum nemus - - - et decem homines lancetos in Suswode, iuxta praedictam Wicam, et 12. libras terrae arabilis - - - octoginta acras 40. Lancetis et tenementis eorum in eadem villa.* Custumarium Prioris Lewensis in Anglia apud Spelmann. *In Socha de Hecham sunt 24. Lancetae. Consuetudo eorum est, vnusquisque eorum debet operari a St. Michaële vsque ad Autumnum vnaquaque hebdomada per vnam diem, siue cum furca, siue cum vesca, vel flagello ad libitum domini cum corredio ad Nonam et vno pane ad Vesperam etc.* Spelmannus vocis etymon a Germanico *Land seet*, arcessit, i. indigena, inquilinus, *in terra residens* vt *Cotseta*, in cota residens. Apud Somnerum, in Gloss. Saxon. *Landsitend-man*, exponitur *terram possidens*, vel *in terra residens.*

† LANCEYA, LANSEYA, pro *Lancea.* Proceff. crimin. Mf. a. 1480.

† LANCHRINA, piscis genus. Tract. Mf. de Piscib. c. 132. *Locusta a nostris Languste; a Liguribus Alagousta nuncupatur; ab aliis dicitur Lanchrina.*

LANCIA, pro *Lanx*, bilanx. Formulae Andegau. form. 36. *Tu cum ipsis aequalis Lanciae diuidere facias.*

LANCIARE, V. *Lanceare.*

LANCIARIA, nauis bellicae genus. Maffeius Histor. Ind. l. 7. Itali *Lancia* vocant nauem expeditam et celerem; verum ea nihil ad Indicam, inquit Carolus de Aquino in Lexico militari.

LANCIARIVS, V. *Lancearius.*

LANCICVLA, lanx parua. Arnob. lib. 2. *Lancula* dixit Vitruuius eadem notione.

† LANCIETVS, diminut. a *Lancia.* Stat. Cadubr. l. 3. c. 22.

LANCIFER, V. *Lancearius.*

LANCINARE, *bellicare, trucidare, lacerare*, apud Papiam. Gloss. Sangermann. MS. n. 501. *Lancinare, bellicare, trucidare, laceffere, laniare.* Ioh. de Ianua: *Lancinare, a Lancea, lanceis ludere, vel confligere, vel lancea percutere, vel lanceare.* Aliae Graec. Lat. *κατανίζω, Lanio.* Verbo *lancinare* pro lacerare aut vexare vsi sunt Solinus, Plinius, Catullus, Seneca, Tertullianus, et alii recentiores.

LANCINATOR, carnifex. Flodoardus lib. 4. Hist. Remens. cap. 52.

LANCIOLA. Incertus de limitibus: *E. in scamnum iacet per iugum in Lanciolam; habet ad pedem aquam vivam, etc.* Vbi Rigaltius f. *Lancinicla*, V. *Lacina.*

LANCLA, λεκάνη, in vett. Glossis pag. 319. *Lanx, patina* in Supplemento Antiquarii, vbi perperam legitur λεπάνη pro λεκάνη.

LANCVLA, πλάστιξ, *lanx*, in eodem Supplemento. Vtitur Vitruuius.

LANCVS, pro *Lanceus*, V. in hac voce.

LANDA. (1) Planities inculta, et vepribus obsita, Hispanis *Llana*, Gallis *Lande. Landa*, Danti in Infer. cap. 14. in Purgat. c. 27. vox ex Saxonico aut Germ. *Land*, terra. Vita S. Leonis Archiep. Rotomag. *Iter suum carpserunt vsque ad Landas nobilium, quae terra dicitur infertilis et deserta.* Charta ann. 1145. apud Augustum du Pas in Stemmate Dolensi: *Donauimus etiam quandam partem forestae nostrae ipsi Hermitagio contiguam, cum Landis, pratis, etc.* (2) Forte pro *Lamina* vel *Banda.* Translatio S. Angeli Mart. tom. 2. Maii p. 60. *Eripuerunt a praedicta vetere arca Landas argenteas, adeo quod Reliquiae praedictae minime videri possent. etc.*

LAND-COPVM, V. *Lacopum.*

LANDEA, vel LANDIA, vox in palustribus nota regionibus, fossa nempe in paludum margine circumducta aquarum excipiendarum gratia,

tia, quae a vicinis et montanis tractibus deriuantur : easdemque, aut in mare, aut in fluuium celebrem deducens, ne paludes opprimant scaturientes : a *Land* terra, et *Eia*, aqua. vt *aquam terrestrem* suscipiens. Ordinatio Marisci Rumeiensis : *Vere iudicia et awarda faciat de valliis, Landeis, Watergangis, Seweris, gusteris, fontibus etc.* Infra : *Non liceat alieni de caetero facere damnas, aut fordas, aut alia impedimenta in aliquibus Landeis, Watergangeis, fossatis, siue aquagiis communibus in marisco praedicto etc.* Ex Spelmanno.

LANDEFRICVS. Leges Ethelredi editae apud Wenetinguin §. 6. *Et omnis sibi emat lagam 12. oris, dimidium Landefrico, dimidium wapentake.* Vbi Somnerus emendat *Landefrico*, id est, terrae dominio ex Saxon. *Landrica* voce composita, a *Land* terra, et *Rica*, rector, dominus.

LANDER, vox Aremorica, Gall. *Landier*, canterius focarius. Locum vide in *Retrofocilium*.

LANDEVEVA, lex patriae regionis, a Saxon. vel Germ. *Land*, terra, regio, patria, et *Ewa* lex. Occurrit *Landeuena* in Pactu Legis Salicae tit. 19. *Landouena* tit. 20 et tit 21. *Landoefa* tit. 31. alibi *Landofeua*. V. *Euua*.

LANDGABLE, census, qui a praedio, seu agro debetur : *agrarium* : a Saxon. *Laug-gable* i. *terrae census*, vel *redditus*. Occurrit in Domesdei. LANGABVLVM dicitur in Histor. Norwicensis Coenobii in Monastico Angl. to. 1. p. 20.

LANDGRAFIVS, vt mox *Landgrauius*, in Charta ann. 1228. apud Ludewig. to. 4. pag. 394. et in Charta 1282. ibid. pag. 401.

LANDGRAVIVS, comes Prouincialis, ex Germ. *Land*, terra, prouincia, et *Graue*, Comes, vt *Marcgrauius*, comes marcae seu limitis, vel Marchio, *Burggrauius*, comes castrensis. Historia Hierosolymitana pag. 1165. V. *Comes Prouincialis*.

LANDIA, V. *Landea*.

LANDICA, ἐσχαρώδιον, *thuribulum*, in Supplemento Antiquarii. Exponerem *Canterius focarius*, Gall. *Landier*. Ἐσχαρώδιον ab ἐσχάρα. Sed melius, vt puto, quam ἐσχαρώδιον Glossarium S. Benedicti, vbi ἐσχαρώδιν, *Landica*. In Valesiana pag. 93. laudatur Glossar. Gr. Lat. vbi ἐσχάρα γυναικός. V. *Andena*.

† LANDICVM, LANDITVM, nundinae Sandionysienses, Gall. *Landit*. Arest. Ms. a. 1334. LENDITVM, in Ch. Ms. a. 1354.

LANDIMERA, terrae limes, vel meta : a Saxon. *Land-gaemere*, g, vt solet in *i* verso ; *Land* autem Terra, *Gaemere*, finis, terminus : Vnde hodie agrorum partitiones *meires* Angli vocant. Foedus Aluredi et Guthurni Regum cap. 1. *In primis de nostris Landimeris sursum in Thamisia, et tunc superius in Ligum vsque ad exortum eius* etc. Sic Codex MS. Cottonianus, Codex vero Spelmanni : *Inprimis de nostris Landimeris Commarchionibus sursum*, etc. vbi *commarchionibus*, idem valet ac *confiniis*.

LANDIS, vt *Landa* 1 terra sterilis et dumis abundans, Gall. *Lande*. Charta ann. 1233.

LANDLEITA, V. *Landsleita*.

LANDMANNVS, terrae incola, ex Saxon. *Landerman*, voce formata ex *Land*, terra, et *man*, homo. Occurrit in Pacto Ethelredi cum Analano et aliis, § 9.

LANDOEFA, LANDOVEVA, V. *Landeuena*.

† LANDRERIVS, tripus. Inuent. Ms. a. 1476.

LANDSASSIVS, vox Germanica, quam explicat Ludewig. in Praefat. to. IV. p. 27. *Quod enim de Silesiae Principibus hodieque dicitur, illos esse Landsassios, id est, in suis tractibus, pagis, latifundiis, eminentiora iura, quae regalia dicimus, illos nonnisi ex Bohemiae Regum beneuolentia et priuilegio affirmare libet.*

LANDSCRIBA, scriba prouinciae, a Germ. *Land*, terra, regio, et Lat. scriba. Charta Alberti Ducis Austriae anni 1342. apud Steyerum in Commentariis pro Hist. Alberti II. col. 65.

LANDSECLES, species colonorum, vt videtur, eadem forte quae *Lancesoram*

Digitized by Google

apud Anglos. Chartul. S6. Tri-Cadom fol. 51. vo. *Homines de gate tres ſolidos, et quisque tres in autumpno - - - - et XXVII. dſecles habentur praeter iſtos praeos.*

DTLEITA, popularis circuitio, ex rm. *Land*, terra, et *Leyde*, ductus, anſitus, meatus, Kiliano. Charta ercuardi Abb. Fuld. apud Brower. b. 3. Antiq Fuld. c. 18. *Circumſtrando terminos finium tam ſiluarum, quam agrorum, pratorum atque camporum, reperique ſic, ac requiſiti cum populari circuitione, quae dicitur Landleita, quamplures manſos, agros - - - iniuſte detractos.* Bis refertur hic locus in Edit. Francof. vbi ſemel *Landleita* non male.

LANDVLA. (1) Alauda, apud Petrum de Creſcentibus lib. 10. de Agricult. cap. 13. 20. et alibi. (2) Parua *Landa*, ſeu agellus ſterilis et incultus. Charta Monaſterii Sauigneienſis: *Guido Foreſtarius dedi Monachis de Sauigneio totum pratum de Fonte Cheois et Landulam iuxta illud, excepta recognitione, XVIII. denariorum mihi ſingulis annis reddendorum.* V. *Landa 1.*

LANEFICIVM, *Lanificium*, Opificium lanae, in vett. Canon. Poenitent. to. 11. Spicil. p. 73.

LANEOTVS, pannus laneus, ſeu *ſagum* vel ſtragulum ex lana confectum. Vita Willelmi Abbatis Roſchild. c. 14.

LANERIVS, V. *Lanarius.*

LANERVM, Feſto, *veſtimenti genus ex lana ſuccida confectum.*

LANESTRIS, laneus. Vopiſcus in Aureliano: *Pallium breue purpureum Laneſtre.*

LANEVS. (1) Idem quod *Laneſtus*, pannus ſeu ſtragulum e lana. Inſtitutio Vallis-Scholarum ann. 1215. inter Inſtr. to. 4. Gall. Chriſt. col. 200. *Hoſpites etiam iacebunt ſine culcitris, Laneis contenti ſicut caeteri Fratres.* (2) † Polonis et Bohemis i. q. *Manſus*, certa agri portio cum aede coloni. Ch. Bohem. a. 1234. inter Probat. t. 1. Annal. Praemonſtr. p. 523.

LANGABVLVM, V. *Langable.*

† LANGAGIVM, lingua, idioma, Gall. *Langage.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1364.

† LANGANA, idem quod *Laguna*, palus, lacus. Placit. a. 920. t. 1. Hiſt. Nem. Prob. p. 19.

LANGELLVM, infantiles faſciae, Gall. *Langes.* Computus anni 1202. apud Bruſſel. tom. 2. de Feudorum vſu. p. CLVI. col. 2. V. mox in *Langeolum.*

LANGEMANNVS, V. in *Lagamannus.*

LANGEOLVM, veſtis interior lanea, Monachorum ad genua vsque pertingens, ſic dicta, quod *lanea* ſit, vnde laneos panniculos, quibus infantes inuoluuntur, *Lauges* etiamnum appellant Galli. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 419.

LANGERE. Epiſtola Concilii Piſani ad Benedictum XIII. ann. 1409. inter Concil. Hiſp. to. 3. p. 641 col. 1. *Hoc ſchiſma peſtiferum - - - ab erroribus quam plurimis Eccleſiae fidem Langentibus intromiſſis ortum habuit.* Videtur legendum *frangentibus* vel *tangentibus.*

† LANGETVM, pannus laneus, quo monachi lectum ſternunt, Gall. *Langeal* Conſtit. Carmelit. Mſ.

† LANGIARIVS, mercator linterarius, Gall *Linger.* Ch. Mſ. a. 1313.

LANGOBARDI. (1) Qui alias *Longobardi*, populi ſeptentrionales, qui Italiam peruaſerunt, de quorum appellatione ſic Paulus Warnefrid. lib. 1. de Geſtis Longob. c. 9. *Certum eſt, Longobardos ab insactae ferro barbae longitudine, cum primitus Winili dicti fuerint, ita poſtmodum appellatos. Nam iuxta illorum linguam, Lang longam, Baert barbam ſignificat.* (2) LONGOBARDI ſeu LOMBARDI, appellati potiſſimum in Francia, mercatores Itali, qui magno numero eo confluebant, exercendi commercii gratia: quibus etiam Reges complura ſubinde indulſere priuilegia, atque adeo, vt ſibi ciuitatem deligere liceret, in qua negotia ſua ac mercimonia agerent, mercesque diſtraherent. Extat in veteri Regeſto Charta 19. Febr. anni 1277. Indict. 6. firmata Pariſiis in

Regio Palatio 2. Mart. anni. 1278. continens pactum factum cum Rege Franciae *a Fulcone Cacio ciue Placentino, Capitaneo vniuersitatis mercatorum Lombardorum et Tuscanorum: habente etiam potestatem et speciale mandatum a Consulibus mercatorum Romanorum Ianuae, Venetiarum, Placentiae, Lucae, Bononiae, Pistorii, Astensium, Albae, Florentiae, Senarum et Mediolanensium, tractandi cum domino Rege Franciae super translatione facienda ad ciuitatem Nemausensem etc.* Quo quidem pacto *Lombardis* mercatoribus facultatem concedit, vrbem Nemausensem sibi deligendi ad sua exercenda commercia: protectionem suam indulget, eademque, quibus Parisienses gaudent, priuilegia. At quod ii non commercia duntaxat, sed et vsuras illicitas exercerent, horum nomen in malam partem postmodum transiit, vniuersimque *Lombardorum* appellatione dicti fere publici Foeneratores ac *Vsurarii*: in quos identidem a Principibus nostris saeuitum legimus. Concil. Senonense. ann. 1269. c. 2. *Prohibentes ne quis in domibus, vel in locis aut terris Ecclesiarum Lombardos vel alios aduenas qui vulgariter - - dicuntur, vsurarios manifestos recipere audeat.* Vbi in lacuna *Caorcini*, reponendum videtur: vti liquet ex Statutis Eccles. Meld. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 908. vbi eadem leguntur. Statutum Philippi III. contra *Vsurarios*, in Regesto Carcassonensi Camerae Comput. Paris. *Extirpare volentes de finibus Regni nostri vsurariam prauitatem, quam quosdam Lombardos et Coorsinos aliosque quamplures alienigenas in eodem Regno pubilice intelleximus exercere, etc.* V. *Caorcini.*

LANGONES, sic vulgo dictas fuisse libras Lingonenses, nos docet Valesius pag. 279. Notitiae Galliarum col. 2. vt ibidem legitur ex Litteris ann. 1225.

† LANGOR, labor, cura, sollicitudo, Ital. *Langura*. Comput. a. 1362. inter Probat. t. 2. Hist. Nem. p. 253.

LANGRAVIVS, vt *Landgrauius*. V[illegible]tur Cardinalis de Aragonia ap[illegible] Muratorium to. 3. p. 580. col. 2.

† LANGVELLA, lagena, in Act. S[illegible] t. 3. Aug. p. 54.

LANGVENA, V. in *Lagena*.

† LANGVETA, lingula, examen tr[illegible]tinae, Gall. *Languette*. Stat. Auell[illegible] c. 107.

LANGVIDATVS, marcidus; item a[illegible]ductus in languorem, frigescens; i[illegible] Actis S. to. 2. Maii. p. 222. col. 2.

† LANGVIDVS, immunitus, aut p[illegible]rum munitus, to. 10. Collect. Hist. Franc. p. 255.

† LANGVINAGLIA, pestis inguinaria, in Act. SS. t. 2. Sept. p. 456.

LANGVITVDO, LANGVITAS, languor, V. *Agrimonium*.

LANGVOSVS, Languidus. Florentius Wigorniensis anni 1115. Id est, in languore.

† LANGVRIRE, *glutire*, *Empassar Prou.* Glossar. Prou. Lat. Cod. 7657.

LANGVS. Adelmannus de Laudibus Virginitatis:

Loth quoque qui Languos sceleratos vixerat inter
Hospes hospitibus praebens vmbracula tecti.

Vbi *Langus* idem valet, quod Graecis λαγγών. Glossae Gr. Lat. λαγγών, *reses, trico*. Glossae Lat. Gr. *Tricosus*, ἀργεῖος, ἔκλυτος, λαγγών.

LANGVSTA, herbae species, quae in Syria nascitur, qua vesci solitum S. Ioannem Baptistam aiunt, pro qua *locustas* manducasse postea persuasum. V. Iacobum de Vitriaco in Historia Hierosol. cap. 53.

† LANIA. (1) *Terra Laniae*, arena, in Ch. Ms. a. 1264. (2) *La striga*, in Glossar. Lat. Ital. Ms. V. *Lama* 2.

† LANIARE, rumpere, frangere. Ch. Ms. a. 1211.

LANIARIVS, V. in *Lanarii*.

LANIATORIVM, *macellum, vbi laniantur carnes*. Ioan. de Ianua *Boucherie*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

LANICVS, *Laneus*, Ioanni de Ianua; *de Laine* in Glossis Latino-Gallicis Sangerman.

LANICVTIS, cuius cutis lanigera est. *Aries lanicutis*, Laberio apud Tertull. de Pallio c. 1.

† LANI-

Digitized by Google

ERIVM, lanificium, lanium ..., t. 7. Ordin. reg. Franc. V. *Lanagium.*

ICINA, Lanificium. Synodus ... ann. 1582.

VTOR, ἐριοπλύτης, fullo, qui ... lanas, in Gloſſis Lat. Graec. in ... Graec. Lat. ἐριοπλύτης. *Lanator.*

IO, vt *Lanius*, in Concil. Hiſpal. ... ni 1512. et apud Marten. to. 2. ... mpliſſ. Collect. col. 1400.

NIOLA, in Gloſſis Iſonis Magiſtri, *locus, vbi Medici faciunt medicinas et laniant carnes infirmorum.* Laniena.

LANIPENDIA, quae *lanipendii* curam gerit, in Regula Caeſarii. c. 25.

LANIPENDIVM, locus in Sanctimonialium Monaſteriis vbi reponuntur lanae ad Monacharum lanificia, vel etiam ad veſtes laneas. Regula S. Caeſarii ad Virgines, cap. 28.

LANIPENDIVS, in Gloſſis Graec. Lat. exponitur ϛαθμὸχος ἐριδίων, *qui lanam pendit ac diſtribuit.* Vox occurrit apud Paulum in L. 31. D. de Donat. inter vir. et vx. Vetus Interpres Iuuenalis ad Sat. 6. V. Cuiacium lib. 9. Obſerut. cap. 30

LANISCA, LANISCVS. Papias. in MS. Bituric. *Faſces erant Laniſcae, id eſt, Faſciolae, etc.* Editus habet *Laniſtae*, perperam. Ioan. de Ianua: *Laniſcus, Faſciola ex lana facta.* Latinis *Lemniſcus* eſt vitta, taenia, pro quo noſtri Gloſſatores dixiſſe videntur *Laniſca* et *Laniſcus.* V. *Lamniſca.*

LANISTA, LANISTRA. Iſid. lib. 10. Orig. *Laniſta Gladiator, id eſt, carnifex Tuſca lingua appellatus, a laniando ſcilicet corpora.* Laniſta Latinis non eſt gladiator nude, ſed proprie gladiatorum magiſter, qui caeteris praeerat, et tirones erudiebat in arte gladiatoria. Gloſſ. Iſid. *Laniſtra, Lanarius.* Graeuius annotat retinendum *Laniſtra*, quae antiqua eſt, inquit, ſcribendi ratio; Papias: *Laniſta, laniarius carnifex a laniando corpora, gladiator, macellarius, qui carnes laniat ferro.* Gloſſ. Sangerm. MS. n 501. *Laniſta, Laniarius, Laniſtae, Macellarii, quoqui, et lanii.* Ioan. de Ianua: *Lanio, Qui lanias. Laniſta et lanius. Carnifices, vel homicidae et macellatores a laniando ſcilicet carnes.* Pro lanio *Laniſta* legitur to. 2. Aunal. Benedict. pag. 333. in Actis SS. Iunii to. 3. p. 445. col. 2 vbi de S Ragnerio, etc. Pro quodam virorum bellatorum genere, (*) forte *Lancearium*), *Laniſtae* ſumuntur ab Odone de varia Ernesti Bauariae Ducis fortuna, apud Marten. to. 3. Anecd. col. 372.

Deinde viros acres ducens ad bella ducentos
Et quadringentis dans emolimenta Laniſtis,
Aſſiduis armis Agarenos concutit, vrbes
Obruit, et villas flamma populatur et aruа.

LANISTERIVM, lanificium. Agnellus in Vita S. Seueri Pontific. apud Murator. to. 2. p. 44. col. 2.

LANISTERVM, lanicium, vt videtur. Gregor. Mont. in Chron. Farfenſi apud eundem Murator. to. 2. part. 2. col. 545. *Conceſſit in villa S. Viti de caſale dominici ad quartam omnium frugum, excepto panico, et ſeminclo, et muſti mundi tertiam, et oliuarum medietatem, et quintam de Laniſtero et operas.*

LANITOR, ἐριοπλύτης in Gloſſ. Gr. Lat. Habetur ſupra *Lanilutor.*

LANIVS, pro *Laneus*, apud Rymer. to. 7. p. 356. col. 1.

LANNA. (1) Vita S. Gildae: *Quae inſula vsque in hodiernum diem Lanna Hilduti vocitatur*; hoc eſt terra, ditio, ager. *Lanna* enim Armoricis, qui *n* poſt *d* mutare ſolent in alterum *n*, idem eſt quod populis ſeptentrionalibus *Landa*, duplicis notionis vox, quae et terram incultam ſignificat, et territorium, regionem, dominium. (2) LANNAE, λοβοὶ, *lobi, faſeoli*, in ſupplemento Antiquarii, pro *Lannae* aurium, ſeu ima auricula, inquit Valeſius in Valeſianis p. 94.

LANNECHILD, pro *Lannechild*, in legib. Rotharis: quod vidit Muratorius to. 1. part. 2. pag. 28. col 2.

† LANOSITAS, lanugo. Tertull. de Pallio c. 3.

† LAN-

† LANQVENA, pro *Languena*, lagena. Teſtam. a. 1274. t. 2. Hiſt. Caſſin. p. 502. V. *Languella.*

LANSA, lancea, vt videtur, Gall. *Lance*, Hiſp. *Lanca.* Charta Eccleſiae Briuat. ann. 1362. *Informatio facta per Hugonem Iorda Locumtenentem ſuper quandam Lanſam, quam amiſerans li Eſpanhol in platea de la Feneria.*

LANSAGIVM, Leodienſibus *Lanſage*, alienatio, *Lanſager*, alienare; *Lanſagers*, qui ex alienatione domini ius habent dominii vel hypothecae. Conſuetudo Leod. cap. 6. art. 4.

† LANSARE, iacere, iaculari, Hiſt. *Lanzar*, Gall. *Lancer.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1362. V. *Lançare* et *Lancearе.*

LANSCEA, pro *Lancea*, in Informationibus Ciuitatis Maſſil. pro paſſagio transmarino ex MS. Sangerman.

LANSEYA, V. *Lanceya.*

† LANSISSA, tabulatum ſuperius, Form. Mſ. Cod. 7657. *Per cuius lanſiſſam ſeu ſupernum ſolarium etc.*

LANSITICVS. Obſeruantiae Regni Aragon. lib. 8. de Homicidio §. 14. *Si quis ſe occiderit vel ſuſpenderit, et fuerit Lanſiticus vel inſenſatus, vel daemoniacus, vel conſimilis etc.* An *Lunaticus?*

LANSKENETVS, pedes, miles lanceatus, Gall. *Pieton, fantaſſin*, Germanice *Landsknechs. Duo militia peditum Landskenetorum*, in Conuentionibus anni 1543. apud Rymer. to. 14. p. 776.

† LANSOLATA, LANSSOLATA, matta, ſtorea, quia ſolo ſternitur, ſic dicta. Comput. a. 1372. t. 2. Hiſt. Nem. Prob. p. 319.

LANTEGRAVISSA, vxor *Landgrauii*, in Litteris anni 1382. apud Rymer. to. 7. pag. 343.

LANTERNA, V. in *Laterna.*

† LANTERNERIVS, qui *lanternam* ſeu facem praefert. Stat. Ant. Florent. l. 3.

LANTIGRAVIVS, vt ſupra *Landgrauius*, apud Rolandinum Patauinum de Factis in Marchia Taruiſina. to. 8. Muratorii col. 244.

LANTVMIAE, vox dubia, V. *Cantumae.*

LANTWERI. Conuentus apud Ma[illegible]nam, cap. 2. *Niſi talis Regni innu[illegible] quam Lantweri dicunt, quod ali[illegible] acciderit.* Vbi Sirmondus: vox ha[illegible] in vſu etiamnum Alamannis, q[illegible] regionis fines ſignificant. Siue hi[illegible] igitur originem arceſſas, quod [illegible] fines incurratur, ſiue aliud etymum fingas, dubium non eſt, publicus et communem belli motum de[illegible] gnari. At Sicama ad Legem Friſion[illegible] tit. 18. *terrae defenſionem* interpretatur, cui conſonat vetus nota ex Codice Remenſi, apud Stephan. Baluzium ad Capitul. *Et quia in hoſtem aut propter terram defendendam, aut propter terram acquirendam iturι de Lantweri, ideſt, de patriae defenſione non aliter niſi ſecundum iſtum modum, in Lege aut in Capitulis Imperatorum ſcriptum habemus, etc.* Genuina vocis origo Teutonica, *Land* ſcilicet vel *Lans*, terra, regio, prouincia, et *Weri*, ſeu *Were*, arma et quae tam pro incurſione quam pro defenſione capi poſſunt.

LANVLA. Fridericus II. Imper. lib. 1. de Arte venandi cap. 45. *Pullis namque nouiter genitis primo innaſcuntur illae, quae nec ſunt vt pili, neque vt Lanulae; ſed habent naturam inter vtrumque qui cooperiunt, et a frigore quoquo modo defendunt. Secundo innaſcuntur aliae, quae dicuntur Lanulae, a quibusdam dumae; hae ſunt exiles et molles, denſiores et longiores primis, etc.* Adde lib. 2. cap. 31. V. *Duma.*

LANVTVS, *lanoſus, lanam habens vel lana abundans.* Ioh. de Ianua. *Animal Lanutum ouinum*, in Sententia an. 1339.

LANZARIVS, († Hiſpan. *Lanzado*, a verbo *Lanzar*, eiicere, expellere.) Charta Alfonſi III. Reg. Portugall. anni 1289. apud Brandaonum to. 4. Monarch. Luſit. p. 279. V. *Item omnis laborator, qui non fuerit Lanzarius, ſtet in pace, et nullus mallet eum.*

† LANZETTA, LANCETTA, ornamenti genus in veſtibus in formam *Lanceolae*, vnde nomen. Stat. a. 1342. inter Monum. eccl. Aquit. c. 90.

† LAN-

Digitized by Google

, LANZONVS, Ital. *Lan-* grandis lancea, contus. Stat. a. 1268. apud Murat. t. 2. p. 515.

VM, V. in *Laudemia.*

RATIVVS, pro *Laboratius*, lis. Ch. a. 987. inter Prob. t. 2. Occid. p. 141.

, λαὸς, populus, turba. Acta Cassiani apud Fontaninum in pendice ad Antiqu. Hortae pag. o.

APA. (1) Vestimenti genus. Stat. Conc. Treuir. a. 1238. t. 1. Hist. Treuir. p. 721. *Nullam cordum vel nodum in tunica vel superpunicali habeant* (clerici) *non solum in Lapa.* (2) LAPA, LAPPA, cardui species, ap. le Beuf t. 1. Collect. p. 362. (3) V. *Lappa.*

LAPAS, *atis*, *secundum Magistrum in historiis, est cibus ex oleribus confectus: ita dicit in libro Iudith.* Iohanni de Ianua. Idem infra: *Lapates scilicet lib. Iudith c. 10. dicitur cibus ex oleribus confectus, vnde quidam:*

Lappates cibus est, et olus componet eundem.

Hugo vero dicit: Lappates caricae, ficus siccae. Ex eodem fonte Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Lapates, cibus ex oleribus confectus. Viande confiite de chos.* Perperam vbique, legendum enim *Palathae*, vt habet vulgatus Interpres, laudato cap. 5. a Graeco παλαθη, massa ficorum et pinguium caricarum, quas in morem laterum figurantes, vt diu illaesae permaneant, calcant atque compingunt.

LAPATES, V. *Lapas.*

LAPATICA, *quaedam herba, quae in cibo sumpta confortat stomachum, venerem reprimit, vrinam prouocat, ructum excitat, et dicitur a Lapa.* Ioan. de Ianua. V. *Lapistrus.*

LAPATIVM, V. *Lapistrus.*

LAPATVM, pro *Lupasum*, frenum durius ad domandos equos ferociores, V. *Scispadum.*

LAPEMAE, *stellae fulgentes*, Ioan. de Ianua. V. *Lampena.*

LAPETVM, *locus vbi lapsae abundant vel crescunt*, Ioan. de Ianua. *Lieu où croissent glesons*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

LAPICEDIA, *locus vel domus, vbi lapides caeduntur.* Ioan. de Ianua; *Lapicidina*, Latinis.

LAPICEDIVS, *lapidis caesor.* Vgutioni.

† LAPICIDA, LAPISCIDA, aedificiorum structor, Gall. *Maçon.* Pact. Mss. a. 1392. *Lapicidas sine muratores.* LAPISCIDAE *seu massoni*, in Instr. a. 1304.

LAPICIDINARIVS, λαξευτὴς. Gloss. Lat. Graec. Sangerm.

LAPICIDINVS, idem, vide locum in *Macio.*

LAPIDARE, conuiciis infectari. Hieronym. Epist. 2. ad Nepotianum: *Lapidato iam Virginitatis libello, quem sancto Eucherio Romae scripseram.* Spartianus in Pescennio: *Inter Lapidationes execrationesque omnium.* Macrob. lib. 2. Saturn. c. 7. *Quo dicto vniuersitas populi ad solum Caesarem oculos et ora conuertit, notantes impotentiam eius hac dicatione Lapidatam.*

LAPIDARIVS. (1) LAPIDARIVS, LAPIDICINARIVS, λαξευτὴς, λιθοεργὸς, in Gloss. Graec. Lat. Hermas lib. 3. Pastor. (2) † Ad *lapidem*, hoc est, in ius vocatus; formula loquendi a sedibus lapideis, quibus iudices sedebant, deducta. Ch. Mss. Phil. Comit. Flandr.

† LAPIDATVS, qui super lapidem sedet. Gualt. Hemingford. de gest. Eduardi I. p. 37.

LAPIDEVS IGNIS, V. *Ignis.*

LAPIDIA, *lapicidina*, apud Leibnitium, Scriptor. Brunsuic. to. 2. p. 442.

LAPIDICAESOR, λάτομος, *lapicida.* Supplem. Antiqu.

LAPIDICINARIVS, idem, V. in *Lapidarius.*

† LAPIDIFICATVRVS, qui in lapidem conuertere vim habet. Arnald. de Villanoua in Rosar. Ms.

LAPIDIFODINA, lapicidina, apud Leibnit. to. 2. Scriptor. Brunsuic. pag. 360. ex Chronico Clusino Henrici Bodonis.

† LAPIDISCINIVM, lapicidina, in Bulla Lucii a. 1184.

† LAPI-

Digitized by Google

† LAPIDOSITAS, lapidibus producendis habilitas Tertull. de habitu mul.

LAPILLVS. (1) Lapis in terminum positus. Innocentius Gromaticus. *De arca vsque ad Lapillum, hoc est, terminum.* Auctor incertus: *Lapilli natura tornatiles sine alia factura breviores, etc.* (2) Calculi morbus, Gall. *la Pierre.* Vita S. Gerardi Abbat. Bron. saec. 5. Benedict. p. 270. (3) LAPILLVS ALBVS, idem, qui *calculus albus*, quo olim Thraces notabant singulos anni currentis faustos dies, calculum album in vrnam immittendo, vel atrum si infelices, vt scirent anno exacto, quot fuissent laeti dies, quot infausti: ad hunc morem respiciens Scriptor Hist. Beccensis MS. ad ann. 1152.

LAPIS PACIS, qui inter Missae solennia post consecrationem osculandus fidelibus defertur, quo tum tempore olim mutuis se osculis, quae *pacis* appellabant, prosequebantur. Statuta Ordinis de Sempringham. V. *Osculum pacis.* LAPIS PORTATILIS, pro altari portatili, in Synodo Baiocensi anno 1300. cap. 20. LAPIS IGNITVS, quocum focili ignis excitatur. Guigo II. Prior Cartusiens. in Statutis eiusdem Ordin. cap. 28. §. 5. *Ad ignem focile, esca, Lapis ignitus, securis, signa.* LAPIDES LIBERI. Siluester Giraldus lib. 1. Itiner. Cambriae cap. 3. *Id etiam - - - quasi pro miraculo duximus, quod in summis, quibus clauditur vndique montium verticibus, non petrosis aut saxosis, sed mollibus potius et herbosis, Parii lapides reperiri soleant, qui Liberi vulgo dicuntur, quia secabiles ferroque quodammodo polibiles, sese quasi liberaliter praestant, ex quibus Ecclesia ipsorum iam extat egregie constructa.* Est autem *Parius lapis candoris eximii*, vt est apud Isidor. lib. 16. cap. 5. LAPIS ORDINARIVS. Vetus Interpres Iuuenalis Sat. 10. de Babylone: *Quam condidit vrbem Semiramis Nini vxor, et coctili latere muniuit, quem hodie dicimus Ordinarium lapidem.* LAPIDES CATENATOS FERRE, poenae species, feminis potissimum indicta. Charta [illegible] Henrici Ducis Brabantiae et He[illegible] primogeniti ann. 1229. pro C[illegible]munia Bruxellensi: *Si mulier m[illegible]rem percusserit, solues 20. solid. si [illegible] victa fuerit, vel portabit lapides c[illegible]natos, a sua Parochia ad aliam.* GV[illegible]PIRE CVM LAPIDE, [illegible]gularis modus rei alicuius di[illegible]tendae, memoratus in Transacti[illegible] ann. 1085. ex Archiuo S. Victo[illegible] Massil. armar. Foroiul. num. [illegible] LAPIDES INSCRIPTI, V. *Insc[illegible]ptus.* LAPIS MVTVS. H[illegible]genus: *Lapides sine inscriptione, quos ideo, quia nulla significatione apparent, Mutos appellant.* His opponuntur *Petrae notatae et signatae* LAPIDES INCHORES, natiui, V. *Enchori.* LAPIDES NATIVI, in ipso solo nati, V. Agrimensores. LAPIS LVNAE, LAPIS SPECVLARIS, *admodum vitri perspicuus*, V. *Gypseae fenestrae.* LAPIS NERONIANVS, *mirae viri, ditatis ac splendoris*, apud Gregor. Turon. lib. 1 Miracul. Smaragdus. LAPIS PHYSICVS, Rocho *le Baillif*, in Dictionario Spagyrico, *est Medicina illa, per quam veteres transmutarunt metalla, et morbos omnes sanauerunt.* LAPIS VIVVS, apud Gratium in Cynegetico, et apud Agrimens. pag. 273. qui πυρίτης, vt est apud Turnebum, L. 6. Aduers. c. 9. *Ignifer*, apud Agrimensor. pag. 311. Statuta Mediolanensia 2. part. cap. 329. *Fiant scalae lapidum viuorum. etc.* LAPIDES MENSVRARIAE, V. *Carteria.* LAPIS ARDESIVS, V. *Ardesius.* LAPIS CALCINARIVS, V. *Calcinarius.* † LAPIS FINILIS, terminalis in Ch. Ms. a. 1265. † LAPIS GRISEVS, silex, in Comput. fabr. S. Petri Ins. a. 1483. † LAPIS PISCIVM, locus vbi pisces venduntur, in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. p. 428. † LAPIS SACRVS, altare portatile, in Inuent. Ms. a. 1449. † LAPIS VITREVS, gemma factitia, in Inuent. a. 1371. † LAPIS, pro quadam locorum distantia, milliare, quod columna lapidea notaretur. de Beuf t. 2. Collect. p. XVI. LAPIS, pro pondere, V. *Petra.*

LAPI-

Digitized by Google

…DA, pro lapicida, in Notis … et fundationum ad margi… Martyrologii MS. S. Saluatoris …is. V. *Lapicida.*

…A, *genus vasis lapidei et aqua…dicti a Lapis.* Ioan. de Ianua et …iae MS.

…TRVS, LAPATIVM, oleris …cies, de qua Isid. lib. 17. c. 10. …bit: *Haec in cibo sumpta, stoma…chum confortat, venerem reprimit.* V. *Lapatica.*

…ETITIDIS. *Supplicatio* (ann. 1328.) *facta domino Vicario Maffil. per Guil…lel. Codoliti magistrum Lapiditem deputatum ad curam barqueliorum,* in Schedis D. Fournier. Videtur legendum *Lapicidam.*

LAPOSVS, *plenus lapis,* (lappis,) Iohanni de Ianua, *Plein de glotons,* in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

† LAPPA. (1) *Gloutonnier, vel rosel flaterae.* Glossar. Lat. Gall. Cod. 7692. Aliud Gall. Lat. Cod. 7684. *Gleterer ou gloton, Lara.* (2) Candui species, V. *Lapa* 2.

† LAPPACIVM, ,pro *Lapathum,* in Act. SS. t. 1. Aug. p. 619. V. *Lapistrus.*

LAPPATES, V. *Lapas.*

LAPSABVNDVS, ruinosus, caducus, in Notitia anni circiter 1031. inter Probat. Hist. Tull. pag. LXX. et Hist. Lotharing. to. 1. col. 407.

LAPSANIVM, *herba sale condita,* qua Aegyptii Monachi vescebantur, vt auctor est Cassianus lib. 4. de Monach. cap. 11. et 22. Vox forte a *Lapsana* deducta, quae Plinio lib. 20. cap. 9. olus silueſtre fuisse dicitur.

LAPSI, qui a fide discedentes Paganismum aut haeresin amplectebantur, et postea per poenitentiam redibant ad Ecclesiam. Concil. Agathense c. 60. et Epaonense c. 29. LAPSI, praeterea dicuntur, qui aliquod delictum commisere, ex quo poenitentiae publicae subiacere debeant, Gregor. M. L. 1. Ep. 42.

LAPSILE, γλισχρὸν, *lubricum, lentum,* apud Ianum in Supplemento Antiquarii.

LAPSIVA, V. *Lapsuosus.*

LAPSITVDO, lapsus, defectio. Epistola Conradi Imp. apud Marten. to. 2. Ampliss. Collect. col. 1211.

LAPSIVOSVS. Gloss. Graec. Lat. ὀλισθηρος, *lapsuosus, lubricus.* Apud Papiam *Lapsina,* est, *Lapsus.* Vbi forte legendum *Lapsiua.*

LAPSVS, aquae diuortium, quo se pisces recipiunt: *Chute d'eau.* Gregorius Turon. de Vitis Patr. cap. 67. V. *Lapsi* et *Capsum* 2.

LAPTATVM, V. *Lactatum.*

LAQVATVS. Statutum Guidonis Episc. Traiect. anni 1310. Batauiae sacrae p. 174. *Item prohibemus, ne Sacerdotes vel Clerici calceos vel sotulares portent laquatos.* Lege *Laqueatos,* et mox vide *Laqueatae vestes.*

† LAQVEARE, laqueis seu lorulis astringere, Hispan. *Lacear,* Gall. *Lacer.* Lit. remiss. Ms. a. 1374. V. *Laqueatae vestes.*

LAQVEARII, *tectorum tignarii,* in Gloss. MSS. apud Salmasium. *Architecti Laquearii etc.* in leg. 2. Cod. Theod. de Excusat. Artific.

LAQVEATAE VESTES, Laqueis seu lorulis, exornatae, vel astrictae; Galli eiusmodi laqueolos *Las* et *Lassets* vocant: perperam enim *Lacets* quidam scribunt. Regula Templariorum c. 29. *De rostris et laqueis manifestum est, esse gentile: et cum abominabile hoc agnoscatur, prohibemus - - vt aliquis ea non habeat.* Bromptonus ann. 1188. *Ibi statutum fuit in Anglorum gente, ne quis scarleto, sabelino vario vel grisco, aut vestimentis laqueatis - - - vteretur.* Gerualius Dorobern. eod. anno. *Et quod nullus habeat pannos decisos et Laceatos.* Male *laceratos* habet Neubrigensis Picardi lib. 3. c. 23. extremo.

LAQVEATORES, retiarii, *Laceurs,* in Glossis Lat. Gall. Sangerm. Isid. lib. 18. c. 56. *de Laqueatoribus: Laqueatorum pugna erat fugientes in ludo homines iniecto impeditos consectatosque prostrare, amictos umbone pellicea.* Vtitur Vegetius lib. 3. c. 22. V. *Laqueus.*

LAQVEATVRA, fascis, manipulus, Charta anni 1253. *Omnia quae pertinent ad grangiam - - - - excussores ligare*

Digitized by Google

ligare tenebuntur, de quibus Religiosi habebunt vnam Laqueaturam.

LAQVETISMVS, *tendicula, quasi laqueus tensus.* Ioanni de Ianua. Gloss. Isid. *Lacatisinus, laqueus, decipula.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Lanquetisinus, Tendue de Las.*

LAQVEVS. (1) Forte corona collaris, Gall. *Collier.* Testam. Yzeu Dominae d'Anio anni 1293 apud Baluz. to. 2. Hist Aruern. p. 704. *Item sepulcram meam eligo in cimiterio Fratrum Minorum Viennae; quibus fratribus jocalia mea, videlicet laqueos et garlandas do et lego, vt exindr perpetuo ibidem faciant anniuersarium, meum annuatim.* V. *Laqueatae vestes.* LAQVEOS FERIS PRAETENDERE, in Lege Wisigoth. L 8 tit. 4. §. 23. in Lege Saxon. tit. 12. §. 3. tit. 13. §. 2. et Leg. 29. ad Leg. Aquil. L. 55. de Acq. rer. dom. (2) † Zona, cingulum, t. 2. Hist. Cassin. p. 599.

LAGVIRIVM, V. in *Loquersium.*

LAR. (1) Princeps, Herrufcis, vt docet Scaliger ad Properrium. *Lar, Larsis*, Dux vel Rex, vt interpretatur Turnebus lib. 17. cap. 1. vbi narrat Viridomarum Gallorum Ducem, quem interfecit Marcellus, cuique opima spolia detraxit, Aremoricum *Larsem*, id est, Gallicum Ducem, appellari ab Ausonio:

Tertia opima dedit spoliatus Aremoricus Lar.

Hinc, nisi me fallo, Iohannes de Ianua: *Lar fuit quidam Rex; sed tunc facit genitiuum Larsis, interposit at, causa differentiae.* Sussannaeus in Vocabulario: *Larthes*, summus Regum. (2) LAREM FOVERE, et LAREM TENERE dicuntur, qui in aliquo loco domicilium habent. Charta Philippi Regis Franciae anni 1310. ex 47. Regesto Tabul. Reg. n. 38. V. *Focus, Ignis.* † Pro parte domus, vbi ignis accenditur, in Lit. remiss. Mf. a. 1353. et in Act. SS. t. 2. Aug. p. 178. (3) Consuet. Perpin. Mf. *Idem possunt habere duas foguerias de lena et duas de lari ad vendendos panes cum voluerint.* V. *Foguaceria* et *Lena 4.*

† LARANTOLA, piscis genus. V. *Lichuda.*

LARCERIVM, pharetra, Gall. *Carq* quasi *Arcerium*, adiuncto L, vice ticuli. Computus anni 1336. H Dalph. to. 2. p. 306.

† LARCVS, *falsidico*, in Glossar. L Iral. Mf.

LARDALIS PORCVS, pinguis, o mus, in Chr. Farfensi apud Murato to. 2. part. 2. col. 402.

LARDARE. (1) Lardo suffigere, Gall. *Larder.* Ioan. de Ianua: *Lardare, Lardo impinguare, vel guttatim lardo assare, vel lardatum facere.* (2) † Metaphor. pro configere, Gall. *Larder.* Lit. remiss. Mf. a. 1361.

LARDARIOLVS, vox incertae notionis. V. in *Sigitula.*

LARDARIVM. (1) Vgutioni et Ioanni de Ianua. *Locus vbi Lardum seruatur et retinetur:* atque adeo carnes caeterae. *Lardier* in Glossis Lat. Gall. Sangerm. Chronicon S. Trudonis lib. 10. pag. 465. *Quodsi in Lardario Abbatis aut in Curti inuenirentur*, (carnes) *aut in curti inde acciperet, quod ipsis infirmis conuenire videretur.* In veteri Charta apud Aegid. Gelenium in Colonia pag. 169. male scribitur *Cardarium*, pro *Lardarium*, vel *Carnarium.* (2) Certum vectigal, quod pro lardo quod venum exponitur, exsoluitur. Charta Ludouici VII. Reg. Franciae anni 1177. pro Communia Laudunensi. (3) LARDARIVM, praeterea appellabant diem Martis Carnispriuii. Gallfredus Vosiensis 2. part. c. 12. *Die Martis* (quem) *Lardarium, eo, quod carnes plurimae a quibusdam denorantur, vulgus appellat.*

LARDARIVS, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiae cap. 6. §. 9. et *Lardarius dispensator*, in Libro nigro Scaccarii pag. 46. idem qui LARDERARIVS aliis, praefectus lardario. Eadmerus lib. 3. Hist. Nouor. p. 66. *Rogerium Larderarium suum pontificatu Herefortensi - - - - inuestiuit.* LARDENARIVS, pro *Larderarius*, in Libro nigro Scaccarii, p. 346. † LARDARIVS PORCVS, porcus saginatus, Germ. Speckschwein, ap. Oefel. t. 2. Script. Boic. p. 29.

LAR-

Digitized by Google

...io, actio lardi figendi, in ... Innocentii III. PP. to. 3. ... Hisp. p. 415.

† ...DATORIVM, verunculum lardatum, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. ...a.

LARDELLVS, animalis genus, ab ... *Larda*, albus. Stat. datiar. Ri... *De qualibet fondra ſeu mantella ...dellorum, ribellinorum, foinorum etc. ... Lareones.*

LARDENARIVS, LARDERARIVS, V. *Lardarius*.

† LARDERIA, funis ſpecies. Compar. a. 1363. t. 2. Hiſt. Nem. Prob. p. 259. *Larderium ad tympanum ligni excubiae nocturnae.*

LARDERIVM, locus vbi lardum et aliae carnes ſeruantur, t. 1. Annal. Praemonſtr. Prob. 535.

LARDERVM, cadus ſalſamentarius, Gall. *Saloir*. Chartularium S. Cornelii Compendienſis.

LARDOSVS, *plenus lardo*, Ioanni de Ianua; *Lardeux, habundant en lard*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm.

LARDVM. (1) Laridum. S. Auguſtinus lib. 2 de Moribus Manichaeor. c. 13. *Vt huic coenanti oluſcula cum exiguo Lardo apponuntur, eodem lardo vncta atque condita etc.* (2) † Porcus ſaginatus, vſtulatus et ſalitus. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1352.

LARDVS, laridum. S. Wilhelmi Conſtitut. Hirſaug. lib. 1. cap 97.

LAREONES, dicuntur eſſe animalia latentia ſub lapidibus interpreti Ioanni de Gallandia in Synonymis:

Dant pellis pallis, Morder, Beuer, Cyrogrillus,
Id quoque cuniculus, ciſimus dant et Lareones.

V. *Lardellus*.

LARERIVS, LAYRERIVS SALIS, idem quod *Saumata Salis*, tantum ſalis, quantum ferre ſolet iumentum. Inquiſitio anni 1330. to. 2. Hiſt. Dalph. p. 230. col. 2.

† LARESVS, arboris ſpecies, laria, Ital. *Larice*. Stat. Datiar. Riper. c. 12.

† LANEXINA. gummi ex larice. Stat. Crimin. Cumanae c. 204.

LARGAGIVM, tributi ſpecies, cuius mentio in Charta Iuonis Abbatis S. Dionyſii in Francia anni 1170. ex eiusd. Monaſterii Chartulario; *Matthaeus de Bellomonte Comes etc. Iniuſtias etiam et peſſimas conſuetudines quas in villa Morenciaco habebat, omnino Eccleſiae B. Dionyſii dimiſit, videlicet talliam, moltunagium, Largagium, herbagium, etc.* Niſi *Lardagium* legendum ſit, a lardo ſeu larido. V. *Lardarium*.

† LARGATVM, i. q. *Larexina*, in Correct. Stat. Cadubr.

LARGEARE, vel LARGEARI, pro Largiri, in Actis Henrici VIII. Angl. Regis anni 1515. apud Rymer. tom. 13. p. 519.

LARGENS, *domeſticus*. Gloſſ. Iſid. emenda poſt Graeuium: *Lar, Genius domeſticus*.

† LARGIAMENTVM, id quo domus laxior et amplior eſt. Ch. Mſ. a. 1352.

LARGICA. Lex Longobardor. lib. 1. tit. 6. §. 6. *Si vero coxam ruperis ſuper genuculum, hoc eſt, Largicam, componas ſol. 6. ſi autem ſubtus genuculum, quod eſt tibia, componat ſol. 6.* Vbi Edictum Rotharis Regis tit. 121. §. 7. *hoc eſt, Lagi*.

LARGIFLVVS, *largus*, Ioanni de Ianua. Iuuencus in cap. 1. Lucae:

Largiſſuis humiles opibus ditauit egentes.

Largiſſuus imber, apud Ciceronem ex Veteri Poeta.

LARGIMENTVM, munus, donum Fulgentius lib. 2. Mythol.

† LARGIRE, ampliorem facere, Gall. *Elargir*. Comput. Mſ. a 1244.

LARGITAS, V. mox *Largitudo*.

† LARGITIO, latitudo, Gall. *Largeur*. Ch. Mſ. a. 1207.

LARGITIONALIS, largitionum miniſter, Praefectus aerarii priuati, apud Vopiſcum in Carino cap. 20.

LARGITIONES, theſaurus publicus, fiſcus. Lactantius de Mortib. perſecut. n. 7. V. *Comes Largitionum*.

LARGITVDO. (1) Vel LARGITAS, δαψιλεια, in Gloſſar. Graec. Lat. δαψιλέστερος, *Largitor*, in iisdem. δαψιλεύομαι, *Largo, indulgeo*, δαψιλὴς, *Largus, Largitur*. ἀφειδῶς ἐπὶ δαψιλείας, *Largus. Largitates Principis, largitas principalis*, in

Cod. Theod. V. Nonium. (2) † Idem quod *Largitio*. Lit. Caroli VI. ann. 1284.

† LARGITVS, largirio, munus, donum, t. 9 Collect. Hist. Fr. p. 170. V. *Largimentum*.

† LARGIVM, i. q. *Largitio*. Ch. Mſ. a. 1242.

† LARGOR, idem. Contract. Mſ. a. 1268.

LARGVS. *Ad largum modum facere miſericordiam*, id eſt, largiter, large, benigne, in Chron. Danduli, apud Murator. to. 12. col. 489. † AD LARGVM VADERE, huc et illuc libere vagari, in Ch. Mſ. a. 1330.

LARICINIVM, latrocinium, ex Gall. *Larrecin*. Cowellus lib. 4. Inſtit. 3. §. 2.

LARICIVM, V. mox *Larricium*.

LARICVLA. Mamotrectus ad 7. Proverb. *Cancellus aliquando dicitur Laricula ſive appodiatio*. Legendum *Loricula*.

LARIDVS, ξηρὸς, *aridus*. Supplement. Antiquarii.

LARISSA. Bernardus Theſaurarius de Acquiſitione T. S. c. 192. apud Murator. to. 7. col. 828. *Et ſic reſumptis viribus cum defenſoribus turris, gladiis, Lariſſis, clauis et aliis inſtrumentis viriliter pugnauerunt*. An *Lanceis*, ſeu *Sariſſis*?

LARNA, *vaſorium*. Gloſſ. Iſid. Graev. ſuſpicatur legendum eſſe: *Larua, Daemonium*. V. *Laruae*.

LARNAX, Gr. λάρναξ, vrna, capſa. Vita S. Martinae Virg. et Mart. to. 1. Ianuarii. p. 17.

† LARRERIVS, ager incultus. a Gall. *Larris*, i. q. *Larricium*. Ch. Mſ. a. 1320.

† LARRETIVM, idem, in Ch. Mſ. a. 1229.

LARRICIVM, ager incultus, ex Gallico *Larris*. Charta Philippi Auguſti anni 1215. *Circiter arpenum et dimidium de Larricio quod habemus apud Beſtins de feodo Valeſii*. Alia an. 1266. ex Chartulario S. Arnulphi Criſpeiacenſis: *Apud Glauam quamdam peciam vineae, et vnum Laricium et vnum pratum etc.* LARRICVM. Charta Curiae Sueſſion. anni 1259. *Larritium*, in altera Charta eiusd. Curiae anni 1262. *In quodam [illegible] riſto ſito deſuper Monaſterium [illegible] Mincy*, in alia ann. 1230. LARRISCVM, in Charta anni 123[illegible] to. 2. Hiſt. Eccl. Meld. p. 303.

† LARRICIVS, idem, in Ch. Mſ. 1218.

LARSVS, χαροπὸς, *venuſtus, glauc*[illegible] in Supplemento Antiquarii. Martinio legendum videtur, *Laetiſicus* laetitiam vultu afferens, quod [illegible] vis ſit vocis Graecae. Quid ſi legeretur *Laruus*, vt ex Gloſſis idem Martinius habet infra: χαροπὸς, *Caſſius*, *Laruus*. A *Larua*, perſona, ficta facies, *Laruus* dictus, quaſi *Laruatus*, larua ornatus, ſicque iocoſam vultu prodens laetitiam, vel eam afferens oculis aliorum: quod ſignificat vox graeca χαροπὸς, vel χάροψ.

LARTHES, V. in *Lar*.

LARVAE, Daemones aërii, Gall. *Eſprit follets*. Apuleius de Deo Socratis. *Qui vero ob aduerſa vitae merito, nullis bonis ſedibus incerta vagatione ceu quodam exilio, puniuntur, inane terriculamentum hominibus bonis, ceterum noxium malis, id genus plerique Laruas putabant*. Iſid. L. 8. cap. vlt. ſub finem: *Laruas ex hominibus factos daemones aiunt, qui meriti mali fuerint, quarum natura eſſe dicitur terrere paruulos in angulis tenebroſis*. Monachus Sangallenſ. lib. 1. de Carolo M. cap. 25. *Tunc daemon qui dicitur Larua cui curae eſt ludicris hominum vel illuſionibus vacare, fecit conſuetudinem ad cuiusdam fabri domum venire, et per noctes malleis et incudibus ludere*. V. *Folleti* et *Gobelinus*.

LARVARE, *laruam induere; Laruatus, Larua indutus, vel a daemone poſſeſſus*. Ioh. de Ianua. Firmicus L. 3. c. 14. *Faſcinantes mulieres, quae etiam ipſos artus Laruari et faſcinari faciant*. Furioſos olim et mente captos *Laruatos* dicebant, quod crederent Laruarum viſu homines in furorem agitari, vnde Feſtus: *Larvati, furioſi et mente moti, quaſi laruis exterriti*.

LARVARIVM. Statuta Eccleſ. Aeduenſis ann. 1468. apud Marten. tom. 4. Anecd.

Digitized by Google

Anecd. col. 506. *Laruaria, Gallice Charinari, de cetero fieri prohibentur sub poena excommunicationis et centum solidorum elemosynae dicti reverendissimi Patris applicandorum. Ne faciant laruas seu cariuaria super matrimoniis faciendis*, in Statutis Capituli Ambian. apud eumd. Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1271. V. *Charinarium*.

LARVNDA, *quidam Laminam dicunt*. Papias: *Larunda* siue *Lara*, Dea Paganorum fuit, ex qua a Mercurio compressa geniti sunt fratres gemini, a matris nomine *Lares* appellati. Ausonius in Idylliis.

Nec genius domuum Larunda progenitus Lar.

LARVS, *animal, tam in terra, quam in aqua, volat enim et natat*, (*noe et vole*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.) *parua auis, vt fertur nigra et pinguis, semper habitans iuxta aquas: nec potest longe volare; vnde et agiles homines frequenter eam tapiunt*. Ioan. de Ianua. Inter aues prohibitas memoratur *Larus* Leuit. 11. 16. et Deut. 14. 15. Fulicam interpretatur Suffannaeus in Vocabulario, non ita male, λάρος enim Fulicam vel Gauiam reddunt. Quod haec auis sit voracior, dictum proverbium, *Larus hians*, pro homine auido et rapace. V. Gesneri Historiam auium et Lexicon Martinii.

LASAVERIVM. Computus anni 1336. to. 2. Hist. Dalphin. p. 306. col. 2. *Item, apud Massiliam tradidit pro Lasaueriis de sepo pro Domino, x. d. gr.* In Regesto Comput. Graisiuod. fol. 149. pro *de sepo* legitur *de seya*. Lubentius legerem *de sapone*, ita, vt *Lasauerium* sit Gallicum *Sauonette*, sapo tonsorius, smegmaticus globulus, quo barbam lauant et emolliunt tonsores, vt facilius radant. V. *Lasiuium* et *Lesauium*.

LASCIA. († reflis species.) Gregorius Turon. lib. 4. Hist. c. 26. *Aspicit hunc* (lanarium artificem) *Lascias regias componentem*, vbi ad marginem, *al. lanas, f. fascias*. Credo *lasciae* fuisse funiculos ad vestium ornatum, quomodo *lesces* Gallis. Laurentius in Amalthea: *Lascia, Ornatus ad vestimentum spectans*. V. *Lexa*.

† LASCIVIA, superflua copia. Acta SS. t. 2. Aug. pag. 645

† LASCIVIETAS, lasciuia, ad generationem habilitas, t. 7. Collect. Hist. Franc. p. 672.

LASCIVIVM, *species lixiui*, vel potius sapo tonsorius, Gallis *Sauonette*. *Pro Lasciuio ad abluendum caput Domini, VI. gr.* in Comput. anni 1333. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 275. V. *Lasauium et Lasauerium*.

LASCIVVS, languidus. Glossae vet. MSS. *Lasciuus, solutus, vanus*. Vita MS. S. Arigii Episcopi Vapiscensis: *Misit - - - operarios in praedia sua; et cum ad horam sextam venissent, vnus ex operariis inersi animo, corde impedito, dicendo se Lasciuum corpus pertrahere etc.* Sugerius in Ludouico VI. pap. 308. *Erat enim Ecclesiarum liberalis ditator et eleemosynarum dapsilis dispensator, sed Lasciuus parcere.* Id est, raro parcebat, si quis in eum offendisset. At contra Latini hanc vocem vsurpant, *Lasciuosque* πεφυκότες interpretantur. Glossae Graec. Lat. et Spartianus *Lasciuum cunctatori* opponit. V. ibi Salmasium pag. 41.

LASCOPITIVM, pro *Laserpitium*, vt videtur, plantae vel succus plantae saepius dictus *Laser*: quod duplex distinguitur, *Laser cyrenaicum*, vulgo *Asa dulcis odorata, et Laser medicum* vel *Syriacum*, vulgo *Asa foetida*. Miracula B. Raymundi, to. 5. Iunii pag. 690. *Non nibethi, moschi, ambrae, Lascopitii, thuris, opobalsami, rosarum, violarumque et aromatum, nec aliorum quorumcunque odorum odorificantium.*

LASENA, f. ala, Italis, *Ascella*, Gallis, *Aisselle*. Chronicon Mutin. apud Murator. tom. 15. col. 613. *Dimiserunt ipsam in mari descendere vsque ad Lasenas absque confessione, quae cum tot tormenta ferre non valeret, horribilia fuit confessa.*

LASHLITA, V. *Lah lita*.

† LASINA, serua, ancilla, in not. Eccardi ad Leg. Sal. tit. 11. art. 4.

† LASIO, f. ab Ital. *Laccio*, laqueus. Stat. ant. Florent. l. 3. c. 168. *Qui abstra-*

Digitized by Google

abstraxerit - - - hostium de domo alterius aut etiam lasiones etc.

LASSANVM, *vasis genus, in quo exoneratur venter.* Papias. Videtur sic dictum quod in eo *laxetur anus.* *) German. Lase est vas figulinum maius, obba.

LASSAR, pro *Laser*, vt videtur, succi genus, de quo in *Lascopitium*, V. *Croma.*

LASSARE. (1) Vox Italica, relinquere, dimittere, Germ. lassen, Gall. *Laisser.* Vita S. Francae to. 3. April. p. 393. V. *Laxare.* (2) Pro laxare, in Comoed. sine nomine.

LASSATINVS, perperam pro *Assasinus*, apud Walsinghamum ann. 1271. V. *Assasini.*

LASSATIO, lassitudo, apud Martianum Capellam et in Adnunciatione Caroli C. ad Edictum Pistense.

LASSI. Nithardus lib. 4. *Gens Saxonum omnis in tribus ordinibus divisa consistit. Sunt enim inter illos Edelengi, sunt qui Frilingi, sunt qui Lassi illorum lingua dicuntur. Latina vero lingua hoc sunt nobiles, ingenui et serviles.* Vide Pontanum l. 6. Orig. cap. 15. Infra legitur *Laxi.*

LASSICIVS, *mus, animal*, in Amalthea.

LASSO. Species salmonis, German. *Lax* vel *Lachs.* S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 1. cap. 8.

† LASSVS. (1) V. LASSI. (2) LASSVS SEDAE, filum sericum, cui sigillum in chartis appendebatur, a Gall. *Las de soie.* Ch. Ms. a. 1347. (3) Vinculum. Gualt. Hemingford. p. 243. V. *Lasio.* (4) Pro Lapsus, in Form. Ms. Senens.

LASTA. (1) Pro *Lastra*, de qua mox. Agnellus in Vita Damiani Pontif. apud Murator. to. 2. pag. 156. col. 1. *Lapides Ecclesiae, columnae et Lastae atque lateres, regulae*, etc. (2) LASTA, LASTVS, LESTVS, LAST, LEST, Germ. Last, voces onus, pondus, farcinam in genere denotantes; sed quae in specie certis quibusdam mensuris ac ponderibus aptantur. Fleta lib. 2. c 12. §. 2. ex Statuto Henrici III. de Ponder. et mens. *Duodecim Wayiae lanae faciunt unum Saccum, et 12. Sacca faciunt unum Lestum; Lestus autem alleciorum consistit ex 10. milliar. et quodlibet millare consistit ex decies centum, et quodlibet centum ex sexies viginti. Item Lastus coriorum consistit ex 12. dacris etc. Lasta coriorum*, in Statutis Gildae Scoticae cap. 21. et apud Knygthonum. *Lasta frumenti*, apud Pontan. lib. 7. Hist. Danicae. p. 416.

LESTA ALECIVM, in Charta Philippi Flandriae Comitis ann. 1188. to. 1. Anecd. Marten. col. 632.

LASTAGIVM, LASTADIVM. (1) Onus, quod naui imponitur, vt solidior sit, ne nimium fluctuet, quod vt plurimum ex lapidibus, vel sabulo constat; Gallis *Lestage*, Belgis *Lastagie*, Germ. Ballast, a Saxon. *hlaestan*, vel *beklaestan*, onerare. Vnde Anglis *Ballace*, Belgis *Ballast*, sabulum, quo naues onerari solent. Compositio inter Nicolaum Abbatem S. Augustini Cantuariensis et homines de Stonore ann. 1283. (2) Germ. Lastagie et Lastadie, est locus, vbi naues constituuntur et aedificantur.

LASTAGIVM, LESTAGIVM, Bromptono pag. 959. dicitur *consuetudo exacta, in nundinis et mercibus.* Raitallo, *est quietum esse de quadam consuetudine exacta in nundinis et mercatis, pro rebus cariandis, vbi homo vult.* Fleta lib. 1. cap. 47. §. 11. *Lestinge et quietantia Lestagii.* † LASTINGHA, in Ch. Phil. com. Flandr. a. 1163.

LASTALECHIVM, pro *Lassa alecium*, in Charta ann. 1230. pro Monasterio Marquetano apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Fl. cap. 30. Miraeus to. 1. pag. 577. Legit *Last halecium* distinctis vocibus.

LASTINGHA, V. *Lastagium* 2.

LASTRA, vox Italica, tabula lapidea vel bractea tenuis, quo modo secari solent marmora ad pauimentum vel ad parietes inducendos. Acta S. Richardi Episc. tom. 2. Iunii pag. 248. *Post illam quoque particulam sicut pauimentum fuisset, lapidea Lastra continebatur, in qua crux in ipso lapide manebat.* V. *Lastrum.*

LASTRVM, basis, seu pes columnae. Vide Wadding. ann. 1230. p. 714. to. 1. Italis *Lastra* est *pietra larga et sottile*

Digitized by Google

la quale serue per tegoli da tet- Vtitur Ioannes Villaneus lib. 10. 168. l. 12. cap. 20. hinc LA-RICARE, sternere, munire n, eidem Villaneo lib. 6. cap. 27.

VM, LAESTVM. (1) Ex Saxon. *de* et *Laed*, vnde Angli *a Lathe* rio comitatus maior, tres vel plu- hundredos continens. Ernulfus Textu Ecclesiae Roffensis, in Iti- erario Cantii: *Sexta pera debet fie- ri de Holingburna, et de toto illo La- sto, quod ad hoc pertinet.* V. *Leta.* (2) † Mensura frumentaria, i. q. *Lasta* 2. Germ. Last, ap. Ludew. t. 9. Reliq. p. 77.

LASTVS, V. *Lasta* 2.

LASVRIVS, LASVRVS, V. in *Lazur.*

LATA. (1) Mulcta debitori, qui statuto tempore non soluit, imposita. († Margaletas in Stat. Aquens. p. 126. addit: *quae quidem mulcta, quia principi et fisco applicatur, Lata nuncupatum, quasi ad principem lata pecunia.*) Domino debetur per nudam expositionem postulationis creditoris in acta publica relatam, hac tamen conditione, vt, si actor male suam exposuerit postulationem, reus mulctam hanc possit repetere. Triplicatur, si fraudulenter a debitore debitum denegatur. Charta ann. 1296. ex Archiuo S. Victoris Massil. *Ex antiqua consuetudine in possessione erat Monasterium S. Victoris non dandi Latam pro causis quas mouet, mouit et mouerentur coram Iudicibus, quod confirmat magnificus vir R. de Baucio Miles, Dominus Podii Ricardi, Vicarius Massiliensis.* V. *Latare.* (2) LATAE, minutiores asseres, sectiles, qui supra cantherios ponuntur, quibusque aptantur tegulae, Gallis *Lates*, Germ. Latten; quidam *Templa* esse Festi ac Vitruuii putant, de qua voce consule Bernaldinum Baldum. Glossae veteres MSS. *Asser, Lata tecti.* Papias: *Asseres, Latas, Latinum est.* Idem alibi *Lactas* habet: *Asseres, pali vel paxilli, vulgo Lactae dicuntur.* Gloss. Saxon. Aelfrici: *Asseres, Latta.* Charta Raimundi Comitis Tolosani ann. 1181. apud Catellum. *In qua fusta intelligimus arcas vel vasa siue vinaria, vel alia, et circulos, et Latas, et scamna, etc.* Cambro Britannis *Llath* et *Llhaten* est virga, pertica tres pedes longa, qua quid mensuratur, mensura trium pedum. (3) † Latus, ap. Marten. t. 8. Ampl. Collect. p. 192.

LATALIA. Diploma Ferrandi Castellae Regis an. 1224. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 916. *Dono - - - medietatem omnium hereditatum et donorum, quae habeo in Latalia de Ferrus.* Idem videntur *Latelia* et *Altalaya*; sed vtraque vox mihi perinde ignota, nisi forte legendum sit diuisis vocibus *Latalia*, *Alta laga*, et *Lia* vel *Laya* idem sit quod Gallis *Lée* vel *Lage*, via, vel sylua; sed haec diuinando. V. *Leda* 2.

LATARE. (1) *In latum extendere, ampliare, et tunc deriuatur a latus, a, um,* Ioh. de Ianua. Deriuatum idem verbum a *Latum* supino verbi ferre, eidem de Ianua est *Frequenter ferre.* Glossar. Lat. Gall. Sangerman. *Latare, Faire ample, eslasgir. Latatus, Amples, eslargis.* (2) † In registrum *latarum*, quod LATARIVM s. LATERIVM vocabant, inferre. Stat. curiae submiss. l. 1. art. 16. V. *Lata* 1. (3) † *Latas* seu minutiores asseres ponere, Gall. *Later*, Germ. Latten, Comput. Ms. a. 1295. V. *Lata* 2.

LATARIVM V. *Latare* 2.

LATEBRARE, latebras quaerere. Vita S. Fructuosi Archiepisc. Bracarensis num. 7.

LATEIRA, V. *Lecteria.*

LATELIA. V. *Latalia.*

LATENA, nauigii species. Messianus Presbyter l. 2. de Vita S. Caesarii Episc. Arelat. *Antequam ipsa lux diei clarescceret, tres naues quas Latenas vocant, maiores plenas tritico direxerunt.* V. *Lautomia.*

LATERALES. (1) Comites, socii, familiares, qui lateri alicuius vel domini adhaerent. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 40. *Comes Albertus de Blanderada, et caeteri Imperatoris Laterales.* etc. V. *Collateralis.* (2) Qui ad latus est alicuius, apud Siluestrum Giraldum, in Itiner. Cambr. l. 1. cap. 15. et 12. *Lateralis porcellus, Lactens,* qui matris lateri adhaeret,

Digitized by Google

ret, apud Schannatum Vindem. Litter. p. 45.

LATERALIA. (1) Ornamenta marginum in libris et Codicibus MSS. apud Iustum Vrgelitanum. (2) LATERALIA, vel LATERARIA, capsulae ad ephippium vtrinque suspensae, in quibus ea quae sunt iter facientibus necessaria reconduntur, lib. 32. Dig. leg. 102.

LATERALITER, ad latus. Liber ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 31. COLLATERALIS, COLLATERALITER, eadem notione, apud Silvestrum Girald. in Topogr. Hibern. dist. 1. c. 2. 5. LATERATIM, eadem notione, apud Will. Briton. lib. 7. Philipp. v. 112. V. Infra.

LATERALIVM, in Gloss. Graeco-Lat. ὑπομάσχαλον.

LATERANEVS, agnatus, *qui est du coste et liigne*, ein Seitenverwandter, in Statutis Venetor. ann. 1242. lib 1. cap. 33. lib. 3. cap. 11. 12. etc. Hinc *Collateranitas*, agnatio, ibidem.

LATERARE, *iungere, aliquid lateri apponere*, Iohanni de Ianua. Maxime dicitur de agris collateralibus. Testamentum Ermengaudi Episc. Agathensis an. 1149. *Relinquo - - Pontio naturali filio, fratris mei XV. modios frumenti et campum vnum de ripa, cui se laterat via, quae discurrit. etc.* V. *Lateratio.*

LATERARIA, V. *Lateralia* 2.

LATERATIM, super latus. S. Willhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 1. cap. 71. V. in *Lateraliter*.

LATERATIO, finis, terminus, quo ager alteri *lateratur* seu coniungitur, circumscriptio. Histor. MS. S. Cypriani Pictau. p. 136. V. *Laterare*.

LATERATVM, in Gloss. πλινθίον, laterculum.

LATERCVLVS. (1) Paruus later; vox nota. *Turris Laterculis ligneis cooperta*, id est scandulis, Gall. *Bardeaux*, in Chronico Andrensi tom. 9. Spicileg. Acher. p. 421. De *laterculis* seu codicibus dignitatum tam militarium quam ciuilium consule Carolum de Aquino in Lexico Militari. (2) Paruum latus. Gocelinus in Translatione S. Augustini Cantuar. cp. 6. Maii pag. 423. (3) † LATERCVLVS TESSERARIVS, sigillum. Testam. a. 1059. in Suppl. ad Miraeum p. 304.

LATERE, notione actiua, occultare, abscondere. Gononus in Vita S. Angeli Carmel. tom. 2. Maii pag. 830.

LATERENSES, comites, collaterales, qui a latere sunt. Tertullianus l. 4. aduers. Marcion. cap. 43.

LATERES. Statuta Ludouici Regis Franc. an. 1154. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 439. *Iudaei cessent ab usuris et blasphemiis, sortilegiis, Lateribus; et tam Talemus, quam alii libri in quibus inueniuntur blasphemiae, comburantur.* Characteres magicos suspicor, in coctilibus lateribus exaratos. Scripturas quasdam huiusmodi lateribus olim fuisse consignatas testes sunt Plinius lib. 7. cap. 56. vbi narrat, Babylonios Leges et Instituta publica coctilibus laterculis tradere consueuisse; et Diogenes Laertius, qui refert Cleantem ossibus in tegula adnotasse, quae a Zenone audierat. † Emendandus Martenius ex t. 1. Ordin. reg. Fr. p. 75. vbi pro *Lateribus* legitur *Caracteribus*.

† LATERGERIVS, qui laternam gerit. Tract. Ms. de re milit. et mach. bell. c. 11.

LATERINA, lateraria, officina in qua lateres fiunt. Tertull. adu. Marc. l. 2. c. 20.

LATERIVM, V. *Lata* 1.

LATERNA, LANTERNA. (1) Interdum reponitur inter vasa ac ministeria Sacra, vt in Chronico Casin. lib. 3. cap. 57. *Laternam argenteam librarum 3.* Capit. vlt. *Duae Laternae argenteae magnae et vna cotidiana.*

LATERNA VITREA. S. Altelmus de Laude Virginum num. 1. LANTERNA, φανὸς, in Gloss. Graec. Isidor. lib. 20. cap. 10. *Lanterna dicta, quod lucem habeat interius clausam. Etenim ex vitro intus recluso lumine, vt venti flatus adire non possit, et ad praebendum lumen facile vbique circumferatur.* LANTERNA PIXALIS, in Vitis Abbatum S. Albani p. 32. *Lanternam quoque pixalem cum candela in choro, noctibus, vt sic defides ac somnolentos excitaret, circumferri consti-*

Digitized by Google

...tuit. *Pro grauioribus autem cul-* ... *Lanternam maiorem a reo et a-* ...*te poenitentiam in edito censuit* ...*ferri.* Vbi obseruanda poena ...achica. *Laternam cornearum* ne- ... cur inuentionem adscribat Ael- ...do Regi Anglo Saxonum, Asserus ... de illius rebus gestis pag. 20. ...n earum Plautus et alii memine- ...nt. (2) LANTERNA, Carcer mo- ...achicus, vbi delinquens *latere* cogi- ...tur. Statuta Cisterc. ann. 1276. apud Baluzium to. 6. Miscell. p. 505. (3) † Idem quod latrina, vt colligitur ex Lit. a. 1388. t. 8. Ordin. reg. Fr. p. 284. Tabularium Sanctae Genouefae Paris. ann. 1226. *Cum controuersia esset inter 1. Abbatem S. Victoris, et Conuentum, ex vna parte, et censarios illos, qui tenebant censiuam S. Genouefae super ripam Beueris ex alia, de quibus conquerebantur quod impediebant cursum aquae, tum propter laternam quam fundauerant, tum propter aedificia, quae construxerant super ripam, etc.* (4) † LANTERNA AMBVLATORIA, caueae species, machina bellica, in qua homines praeliantes stabant. Tract. Ms. de re milit. et mach. bell.

LATERSICINIVM. Gloss. Saxon. Aelfrici: *Monodia*, g. *Latersicinium: quasi solicinium*; i. quasi vnius cantus.

LATEX *proprie liquor fontis est, dictus latex quod in venis terrae lateat*, Isidoro lib. 13. cap. 20. Pro quolibet humore sumunt Latini. Papias in MS. Bituric. *Latex Vinum etiam dictum quod in vasis lateat. Laticum honor* (f. humor) *id est vinum. Latex Lyaeus* Virgilio vinum est.

LATHINIO, V. *Lacinones.*

LATHOMARE, sectis lapidibus instruere, sepire, munire. Statuta MSS. S. Audomari: *Executores faciant foueam debite murari seu Lathomari.* Melius scriberetur *Latomare*, a λατόμος, lapicida. V. *Latomus.*

† LATHONIARIA, opificium ex *latone* seu orichalco. Inuent. S. Capellae Paris. a. 1376.

LATHOS, V. *Latos.*

LATIAE, *munditiae*, apud Ianssonium in Auctario Glossarum Isidori. Legendum *Lautiae.* Ioh. de Ianua: *Proprie Lauciae, vel Lauticiae dicuntur deliciosi et delicati cibi, vel mundiciae.* Festus *Lautia, Epularum magnificentia* etc. Liuius dixit *Lautia, orum*, neutro genere.

LATIALITER, Latine, apud Sidonium Carm. 23. v. 225. Martian. Capellam l. 5.

LATIBVLOSVS, latebrosus, in Capitulis Caroli C. tit. 48. c. 7. et in Actis S. Petri Mart. to. 3. April. p. 679.

† LATIBVSIS, *lo fabro*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

LATICVLARIVS, LATICVLOSVS, V. *Lacticularius.*

LATICVM, V. *Latex.*

LATIFVNDVS, *late possidens.* Gloss. antiqu. MSS.

LATIGRADVS, qui late graditur, seu multa breui tempore peragrat spatia: hinc metaphorice Notkerus Balbulus de Interpretibus Scripturae cap. 4. apud Pezium to. 1. Anecd. part. 1. col. 5. *In Lucam soligradum (tibi sufficiat) Beda Latigradus adeo vt omne quod ipsum reperit Euangelium volumen compingeret in vnum.*

LATILOQVENS, πλατυλόγος. Gloss. Graec. Lat.

LATINARE, Latine loqui. Gloss. Gr. Lat. ῥωμαΐζω, *Latino.* Vgutio: *Latinari, et Latinizare, more latinorum se habere et loqui: vnde excellentius ille dicitur proprie Latinari, qui congrue loquitur, literis Latinis: nam Laici et Italici quasi Barbari dicti sunt respectu Literatorum.* Apud Caelium Aurelianum Siccensem lib. 5. Tardar. passion. c. 6. *Latinare*, est in Latinam linguam vertere. Hinc *Latinator* dictus apud Will. Tyrium lib. 13. cap. 27. Petrus Monachus, aut quia linguam Latinam probe callebat, aut quia interpretis munus obibat. *Latinistam*, qui *Latine* loquitur, vocat Caesarius Eisterbach. l. 3. cap. 2. vt et Buschius de Reformatione Monasteriorum apud Leibnizium to. 2. Scriptor. Brunsuic. pag. 869.

LATINARIVS, interpres: Latiae enim linguae peritum, inquit Seldenus, caeteras quae in vsu, ita calluisse existimabant,

Digitized by Google

ſtimabant, vt generale interpretis nomen non immerito ei inde donandum putarent. Domesdei apud eundem: *Godwinus Accipitrarius, Hugo latinarius, Milo Portarius.*

LATINATOR, V. *Latinare.*

LATINERI, vt *Latinari*, Latine loqui. Miracula S. Amalbergae to. 3. Iulii pag. 111.

LATINI. (1) Chriſtiani Occidentales, qui Eccleſiam Latinam agnoſcebant, dicti. Vide Seldenum ad Origines Eutychii pag. 154. 155. 1. Edit. (2) LATINI, appellati Indigenae, ſeu veteres incolae, vel coloni in iis regionibus quae a barbaris gentibus peruaſae ſunt. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 6. § 3.

LATINIOSVS, verboſus, vt videtur. Marculfus lib. 2. form. 1. *Multa quidem et alia, quae Latinioſa ſunt proſequi pro eleemoſynis faciendis teſtimonia in Scripturis Sanctis reperimus; inter quibus vel ex quibus illam ego exiſtimo potiorem ſententiam quae ait: Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit peccatum.*

LATINISTA, V. in *Latinare.*

LATINITAS, (1) Occidens, vbi latina lingua in vſu in diuinis officiis, et vbi Chriſtiani Latinam agnoſcunt Eccleſiam. Ordericus l. 10. (2) † Ius *Latinorum* ſeu indigenarum et veterum colonorum. Iuſtin. Imp. in L. vnic. §. 1. C. de Latin. libert. tollenda.

LATINIZARE, in Latinam linguam vertere, apud Caelium Aurelianum lib. 2. Acut. cap. 1. 10 V. *Latinare.*

LATINVS. (1) V. *Latini.* (2) † PONS LATINVS, naualis, ex nauigiis quae *Latenae*, vel *Lautomiae* dicebantur, compactus, V. in *Pons.* † LATINA SVFFICIENTIA, ſcientia naualis apud Elmham. in vita Henr. V. c. 63.

LATIO. Concilium Senon. an. circiter 834. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 581. *Lauſa cum adiacentiis ſuis, hoc eſt, vico S. Sidronii cum territoriis, et Sylvis et ſimul Latione - - - Caprenciis, cum territoriis et ſyluis, et ſimul puteolis*, Italicum *Latione* portum ſignificat. † Eſt nomen loci, Gall. *S. Sidroine de Lagon*, vel *Laſſon.*

LATITIA, latitudo, vt *Longitia*, longitudo. Vtitur Innocentius de Caſis litterarum pag. 237. 248. etc. V. *Latura.*

LATO, LATON. (1) Metallum factitium ex cupro et cadmia, orichalcum, Gall. *Laiton*, olim *Laton* vt nunc Hiſpanis, a Belgico *Latoen*. Anglis *Latten*, quod idem ſignificat: vel vt quibusdam placet, a Graeco ἐλατρὸν, vnde Heſychius: Ελατρεὺς, ὁ τρίτην πύρωσιν ἔχων τὸ σιδηρῳ παρὰ τοὶς μεταλλεύσιν. Charta ann. 1054. *Donamus duos bacinos de Latone.* V. *Laton* et *Latonus.* (2) Forte moneta ex latone. Charta ann. 1337. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. pag. 13. *Cum magnificus Princeps dominus Ioannes Boemiae Rex nobis indulſit, vt in ciuitate a bonis ciuium et hominum Sittauienſium de marca qualibet vnum Latonem groſſum - - - exigeremus, etc.* Sed ſ. leg. *Loto*, vt infra.

LATOMIAE, V. *Lautumiae.*

LATOMVS, λατόμος; lapicida. Ioh. de Ianua: *Lathomus, Caeſor lapidum; Lathomia, Lapidis caeſio. Latomus ſiue lapicida*, in Epitome Conſtitut. Eccl. Valent. to. 4. Concil. Hiſp. pag. 186.

LATON, LATONIA, vt *Lato.* Charta an. 1382. apud Rymer. tom. 7. p. 357.

LATONIVS, pro *Latomus*, in Charta Dumbenſi ann. 1397.

LATONVS, vt *Lato.* Inuentarium ann. 1377. ex Archiuo S. Victoris Maſſil.

LATOPLAGA, planities, ager planus. Tabularium Caſaurienſe an. 19. Lud. Imp. Lot. fil.

† LATORALIS. Ch. Mſ. a. 1322. *XX. libras Pariſienſes cenſus annui, latoralis ſuper plures haereditates.* Id eſt vt videtur aſſignati, exigendi ſuper eto.

LATORORVM, *genus nauis, ſed latrociniorum.* Gloſſ. Iſidor. Graeuius conjicit ſcribendum: *Latena, Genus nauis, ſed latrocinantium*, ex ſuperiori voce *Latena*, quam vide.

LATOS, nauis, Gloſſ. Iſid. Papias: *Lathos, Arboris genus.* Legendum *Lothus*, Graec. λωτὸς, arbor frequens

Digitized by Google

…s in Africa, vbi *Celtis* dicitur. *Loto* arbore multa Salmasius, in …rcitationibus Plinianis.

…RABILIS CANIS, V. in *Canis.*

…RANVM, V. *Leatorium.*

…IA. (1) Λατρεία, *seruitus quae Deo debet exhiberi - - - Latris, qui Latrium impendit.* Ioh. de …nua. Vox notissima Scriptoribus ecclesiasticis. (2) † *Aournemens,* Gloss. Lat. Gall. Cod. 7692.

LATRINA, V. *Lautrina.* † LATRINA LIGNI, tella lignea ventri exonerando accommoda. Consuet. Ms S. Crucis Burdegal. a. 1305.

LATRIX, portalis. Vita B. Caroli Comitis Flandriae, tom. 2. Martii p. 194. *Intro conscenderunt per subtiles scalas et Latrices.*

LATRO. (1 Cognitio de latrone, quae ad eum pertinet, qui in feudo suo *magnam iustitiam*, seu ius gladii habet. Charta Willel. Comitis Pontiui ann. 1149. pro Monasterio Persinensi: *Concedo etiam ipsis Monachis duellum suum et sanguinem suum, et Latronem suum et catalla latronis si fugerit, vel deprehensus fuerit.* LATROCINIVM, eadem notione. Charta Henrici I. Regis Angliae apud Spelmannum. IVSTITIA LATRONVM. Hugo Flauiniacensis in Chron. pag. 132. LATRONIS REDDITIO. Charta Ludouici Regis ann. 1144. in Tabul. S. Dionysii. LATRONIS REDEMPTIO. Charta Anselli Episcop. Bellouac. ann. 1099. IVSTITIA *de suo Latrone residente* in veteri Inquesta in Regesto Philippi Aug. Herouualliano fol. 130. IVDICIVM *de Latronibus cum manuopere captis*, apud Will. Thorn. ann 1283. id est, qui in flagranti delicto capiuntur, cum ipso furto, *furtum habentibus in manibus.* Vbi pro *manu opere*, *manu habere*, restituit Somnerus. V. *Furtum.* (2) LATRO MANCIPIORVM, in Pacto Gildeberti et Chlotarii Regum, cap. 7. *Qui mancipia aliena iniuste tenet.* (3) *Proditor, Traitre* Charta Guidonis de Rupe an. 1205. *Quia pro eo, quod locutus fuit cum Galtero de Mandreuilla de proditore et Latrone domini mei Regis Franciae, et propter probrum, quod dixit eidem Galtero, qui proditor erat domini Regis Franciae etc.*

LATROCINALIS, spectans latronem, rapax, praedatorius. *Latrocinalis invasit manus*, apud Apuleium l. 2. Milef.

LATROCINALITER, more latronum apud Martian. Capellam. lib. 6.

LATROCINIVN, V. *Latro.*

LATROCINIVS, latro. Pactus pro tenore pacis Childeberti et Clotharii Regum c. 1.

LATROISMVM, pro *Latrocinium.* Charta an. 1123. apud D. Calmetum Histor. Lotharing. to. 2. col. CCLXXI.

LATROLABON, *forfex medicinalis*, vt ex Gloss. exponitur in *Vertibella.* Ibrida vox, vt videtur, à *Latro* et λαμβάν. deducta.

LATRONA, mulier quae latrocinatur, Gall. *Larronesse.* Consuetud. Brageriaci art. 83.

† LATRONALIS, ad latronem spectans. Acta SS. t. 5. Iun. p. 555.

LATRONICVLATOR, V. *Latrunculator.*

LATRONICVS, qui latronis est. *Latronica licentia*, apud Stephanum Baluzium tom. 6. Miscell. p. 312.

† LATRONISSA, latro femina. Ch. Ms. a. 1275.

LATROPRAEDARI. Gloss. MS. Reg. 1197. *Grassatur, latropraedatur.*

LATRVNCIAT, *per Naues pugnat.* Gloss. Isidor.

LATRVNCVLATOR, ληϛοδιώκτης, vox Vlpiano nota. Iulianus Antecessor Constitut. 15. *Cumque in Prouinciis, Praesides iusti mittuntur, superfluum est, Latrunculatores mittere, et eos quos Biocolytas, id est, qui violentias prohibent, vel aphoplistas vocant, - - - mittere.* Perperam in Glossis Lat. Graec. *Latroniculator*, ληϛοδιώκτης.

LATRVNCVLVS, excursor, praecursor exercitus, seu potius miles, qui in insidiis latet. Thwroczius in Andrea Rege Hungar. Cap. 43. *Is autem, qui ferebat Litteras, captus est a Latrunculis Andreae Regis et ad eum ductus.* V. Nonium in *Latrocinari.*

Digitized by Google

LATTA, V. *Lata* 2.

LATTVNATVS, factus vel textus ex *Latone* seu aurichalco. Computum ann. 1333. tom. 2. Histor. Dalphin. p. 278.

LATVARIVS, V. *Laturarius*.

LATVBRIS. Glossae Isidori: *Palla Latubres*. Legendum *Pallae lugubres*, quae easdem sunt, ac *Pallae sepulcrales*, de quibus suo loco.

† LATVM, pro latus, in Ch. a. 1152. apud Lam. in delic. erud.

LATVMA, LATVMNIA, V. *Lautumiae*.

LATVRA, quod pro onere ferendo accipit baiulus, Salmasio: Φόρα ἐργάτης, in Gloss. Graec. Lat. vnde emendandus locus alter: ἐργατὴ Φορέα, *latitia*. Gloss. Lat. Graec. *Latura*, Φόρετρον. *Vectura*, Φόρετρον. Vetus Interpres Iuuenalis Sat. 9. v. 142.

- - - - - *Et duo fortes*
Lecticarios ait, quorum Laturas locem, et securus Circenses expectem.

Ita enim legendum, pro *Laturus*.

LATVRARIVS, baiulus, qui fert onus. Papias: *Corbulo gestator manualis, Laturarius*. Ita Codex MS. pro *Latuarius*. S. Augustinus Serm. de Temp. 50. cap. 8.

LATVS. (1) Iuxta, *Lex*. Pactus legis salicae tit. 8. §. 1. *Si quis vero pomarium domesticum, aut perarium deintus curte, aut Latus curte, furaverit, aut capulauerit*. Vbi Glossa marginalis, *aut extra clausuram*. V. *Delatus* et *Legati a latere*. (2) LATVS, *ûs*, latitudo. Charta ann. 1251. e Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 1127. V. *Leda* 3. (3) † Vectigalis species, i. forte quod *Lastagium*. Stat. Massil. Ms. *Item quod ciues Massiliae - - sint perpetuo quitii et liberi de facto latuum nauium et galearum*. V. *Lastingha*. (4) † Pars. *Homines de Villanova a latere mane*, in Stat. Mutin. (5) † Panni vel telae latitudo, die Breite, Gall. *Lé*. Lit. remiss. Ms. a. 1353. (6) † *A latere*, seorsim, separate. Lit. remiss. Ms. a. 1417. (7) † Pro clatus, celebratus. Act. SS. t. 7. Sept. p. 396.

† LATVSCA, lactuca, Gall. *Laitue*. Glossar. Lat. Gall. Cod. 7692.

LATVSFINIS, limes lateralis, V. *Caputfinis*, in *Caput* 3 de loco.

LATZONIVM, *hastile*, in Amalthea. Germ. Lanze.

LAVACRIVS, vel f. *Lauacrius*, idem quod infra *Lauamen, Relauium*. Tabularium Calense p. 127. *Noueritis quod in nostra constitutus praesentia dictus Gaufridus de Milliaco, magistro Philippo fratri suo quitauit Lauacrios de omnibus et de terra venerabilis dominae Abbatissae de Kalasitis in Castolaria de Milliaco - - - Actum an. D. MCCXXXIX*.

LAVACRVM, *Vas vinarium*, apud Rymerum to. 8. pag. 428.

LAVADOR, apud Aruernos, idem quod Sudarium. Inuentarium Ecclesiae Anicienſis ann. 1444. *Item duos Lauadors sine Sudaria telle* (*telae*) *pro mortuis, et vnum Sandale nigrum pro sepulturis*.

LAVANCHIA, niuis moles excidens é montibus, *Lauange* apud Dalphinates, quibusdam aliis *Aualange* vel *Aualanche*, Heluetis Lawine, Lattwine. Charta ann. 1323. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 41. col. 2. V. *Lauina*.

LAVANDARIA. (1) Vel LAVENDARIA, loturae officium. Charta ann. 1260. e Chartul. S. Vandreg. to. 1. p. 859. (2) Lauacrum, *Lauanderie*, in quo panni eluuntur, quae vox occurrit in Notis Tyronis pag. 184. et in Statutis Corbeienſibus p. 2.

LAVANDARIVM, i. q. *Lauandaria* 2. Tabularium Casaurienſe ann. 969. *Et fine fluuio Gomano et ipsa via, quae pergit ad Leguniano, quomodo venit ad ipsum vadum de illo Lauandario in fluuio Gomano*.

LAVANDARIVS. Papias, *Fullo, Lauandarius, decorator*. Chronic. Senonienſe lib. 4. c. 19. tom. 1. Spicil. Acher. pag. 396. V. mox.

† LAVANDARVS, LAVANDARIVS, seruus pannis eluendis addictus. Ch. a. 1092. ap. Murat. t. 5. Antiq. p. 217.

LAVANDER, idem, qui Lauandarius, vnde Gallis *Lauandier*. Versus descripti in Grammatica MS. Smaragdi.

LAVAN-

DERIA. (1) *Lotrix*. Gall. *Lavé*. Computus an. 1333. tom. 2. Dalphin. p. 240. (2) † Lo- Gall. *Lauanderie*. Teſtam. Mſ. 76. (3) Officium in eccleſia Lug- enſi, cuius eſt pannis eccleſiae ndis inuigilare. Acta Mſ. capit. d. eccleſ. ad a. 1346.

ANDERIVS, idem qui *Lauandarius*. Conſuetud. Toloſae rubrica de bitis art. 1

LAVANDRIA, locus vbi panni eluuntur, in Chartul. Virzion.

LAVANHAE, purgamenta, elutia. Gall. *Lauures*. Capitul. Gener. MS. Victoris Maſſil. an. 1322. In altero Exemplari habetur *Lauaycha*.

LAVANTAILLE. Vſus Sangerman. in Probat. Hiſt. eiusdem Monaſterii pag. 143. col. 1. *Duo Monachi in floſculis ſuis accipient cereos de manibus Conuerſorum et ibunt per Lauantaille*. An locus *ante alam*, ſeu latus Eccleſiae, Gall. *Aile?*

LAVARCHA. Vgutio: *Stiricies, vel Strucies, herba eſt quàm quidam vocant Lauarcham, quia plerique ex ea lanam lauant*. Lege *Lanariam*, vt Cod. Nauarr.

LAVARI dicuntur capita Monachorum, cum raduntur, in Poenitentiali S. Columbani cap. 9. Cumeanus Abbas de Menſura Poenitentiarum c. 12. *Lauacrum capitis poteſt eſſe in Dominica, et in lixiuio pedes Lauare licet. etc.* Vide Regulam S. Pachomii c. 52. 54.

LAVARIVM, peluis ad lauandas manus, Gall. *Baſſin*. Coronatio Regis Hungariae apud Ludewig to. 6. p. 341.

† LAVASSERIVS, fullo. Ch. Mſ. a. 1335. V. *Lauandarius*.

† LAVATOR. (1) Idem. Ch. a. 1230. apud Cenc. inter cenſus eccl. Rom. (2) Inter ſeruientes monachorum recenſetur in Ch. a. 1056. to. 1. Hiſt. Treuir. p. 400.

LAVATORIVM. (1) Πλύσημον, in Gloſſ. Graec. Lat. († In edit. *πλύσιμον, Labatorium*, leg. vero *πλυσικός*.) Will. Britto in Vocab. MS. *Luter, dicitur Lauatorium. et quodcunque vas purgandis ſordibus deputatum*. Ita *Lavoir* Picardi vocant vaſa, in quibus panni eluuntur. Pro tonſtrina monachorum videtur vſurpare Eckeardus Iunior de Caſib. S. Galli cap. 11. *Lauatoria et domus lauatoria* in Chron. Trudon. lib. 10. p. 470. et 473. neque enim Goldaſto aſſentior, qui *Lauatorium* apud Eckeardum, vaporarium aut Sudatorium interpretatur. *Lauatorii domus*, apud Matth. Paris in Vitis Abbat. S. Albani. (2) LAVATORIVM, vbi manus lauant Monachi, priusquam eant ad refectorium. Liber Ordinis S. Victoris MS. cap. 35. de Refectorio. Pro loco vbi equi lauantur, Germ. die Schwämme, in Necrol. Pacif. Mſ. (3) Cornu altaris, vbi Sacerdos lauat manus ſacra faciendo. Charta ann. 1503. apud Madox Formul. Anglic. pag 339. (4) V. *Lauatrina*. (5) † Vas fundendo aquam ad manus lauandas aptum. Annal. Praemontr. t. 2. Prob. p. 591.

† LAVATORIVS, i. q. *Lauatura*, in Bonacoſſa de ſeruis quaeſt. 261.

† LAVATREIVM, vbi manus lauant monachi, priusquam eant ad refectorium. Chartul. Gellon. V. *Lauatorium 1.*

LAVATRINA, idem quod *Lauatorium*, locus ſcil. in fluuio pannis eluendis addictus. Charta Aiſtulfi Regis Longob. ann. 753. apud Vghellum to. 2. p. 105 *Lauatorium*, eadem notione in Spicilegio Acheriano tom. 13. pag. 317. Varro de Lingua Lat. lib. II. de Anal. *Cum breuitatis cauſſa nomina contraherent, quo eſſent aptiora, pro Lauatrina Latrinam nominauerunt*. Vbi *Latrina* non foricam ſignificat, ſed balneum. Nonius: *Latrina et Lauatrina, quod nunc Balneum dicitur*. Duplex igitur, vt hic obiter dicam, diſtinguenda videtur originatio vt et notio vocis *Latrina*. Cum balneum ſignificat, contracta eſt ex *Lauatrina*; ſi foricam, potius a *latendo* deduxerim, quod ſeſe abdant homines, cum aluum euacuant. V. Etymologicon Voſſii.

† LAVATURA, aqua qua aliquid lotum eſt, Gall. *Lauure*. Stat. Mſ. S. Vict. Pariſ. V. *Lauanhae*.

LAVAYCHAE, purgamenta, V. *Lavanhae*.

LAVBIA,

LAVBIA, porticus, *Gallerie*, V. *Lobia.*

LAVCA, pro *Lenca*, tom. 3. Ordinat. Reg. p. 206.

LAVCIA, ἐνδομυχίδιον, *suppellectile*, apud Ianum Laurenberg. in Supplemento Antiquarii. V. *Latiae.*

LAVCVS, V. *Laudus.* 1.

LAVDA. (1) Charta an. 1399. apud Rymer. to. 8. pag. 95. *Cum - - - - pratis, pasturis, boscis, parcis, chaceis, Laudis, Warennis, assartis*, etc. Videtur legendum *Landis*. V. *Landa* 1. *) Nisi sit Germ. Laude, ager incultus. (2) Pars officii Gothici. V. Officium Mozarabicum de S. Pelagio, to. 5. Iunii pag. 216. (3) LAVDA, LAVDIA, idem quod *Laus* 2. Tabular. Prioratus S. Iohann. Tolos. *Et retinuit dictus Procurator - - - - in dictis rebus et processione censum antiquum et consuetum, cum vendis Laudis - - - - et recognovit se habuisse vendas et Laudiam et alia denecia vsque in hunc praesentem diem.* (4) V. *Leudis* 3.

LAVDABILIS, approbatus, erlaubt. Ita vocem hanc vsurpat Cod. Th. l. 3. de Testim. l. 41. de Episc. l. vlt. de Itiner. Munit. *Laudabile bladum*, genuinum, sincerum, legitimum in Charta an. 1202.

LAVDABILITAS, titulus honorarius Praefidum, Consularium, etc. de quo copiose Brissonius in Formul. pag. 355.

LAVDABIS, pro *Laudabilis*, vt legendum omnino videtur. *Rogo te, Laudabis vir Defensor*, apud Marten. to. 1. Amplifs. Collect. column. 58.

LAVDAMENTVM. (1) Copia, facultas, *Permission, Germ.* Erlaubniß. Chronicon Besuense pag. 550. (2) *Pactum*, conuentio. Gerhodus Reicherfp. lib. 1. de Inueftigatione Antichriſti : *Duplicem autem eis conspirationem vel coniurationem obiiciunt, vnam, qua Augustulae Imperium Friderici Imp. et contra Laudamentum in verbo Domini factum, cum Siculo Willelmo - - - - foederati sint.* (3) Charta conuentionis. Inſtrumentum an. 1096. apud Mabillon. Diplom. pag. 618. *Laudamentum hoc iussu praenominati Richardi - - - - Gotafredo Episcopo, dictante Pontius scripsit.* (4) † Iudicium, ſententia arbitri. Ch. a. 1284. ap. Lam. in Deliciis erudit. V. *Laudum.* (5) † Conſilium, conſenſus. Pact. a. 1150. inter Pistor. t. 2. Hiſt. Occid. p. 532. V. *Laudum.*

LAVDAMINIVM, V. in *Laudemium.*

LAVDANAE, V. *Laudunae.*

LAVDARE. (1) Arbitrari, arbitrii ſententiam proferre, apud Rollandinum in Summa Notar. c. 6. V. *Arbitrator.* Henric. Knyghton. p. 2527. et Cuiac. ad lib. 2. Feudor. tit. 26. (2) Conſilium dare, ſeu potius perſuadere. Leges Edwardi, Confeſſ. cap. 39. *Et Laudatum est Regi quatenus consuetudines iustas - - - non aufferret.* (3) Concedere, erlauben. Vetus Charta apud Ioh. Columbum: *Comes concessit eis, Laudauit terras et feuda eorum ad suam fidelitatem et seruitium.* Charta Comitis Ceritanienſis in Diario Ital. D. de *Montfaucon* p. 7. *Dono et Laudo supra dictum monasterium Domino Deo et S. Mariae Crassae et Abbati et Monachis.* (4) LAVDARI ET COLLAVDARI dicitur, qui ritu ſolemni ad ſupremam aliquam dignitatem eligitur aut euehitur, cui nempe *laudes* dicuntur. V. *Laus.* Occurrit paſſim in Chron. MS. Andreae Danduli. Tabularium Monaſterii S. Theofredi, in Dioeceſi Anicienſi : *Vt nullus Abbas in eodem coenobio Laudetur aliquando a fratribus, aut ordinetur ab Episcopo, nisi prius*, etc. V. *Collaudare* ſuo loco. (5) Approbare, conſentire. Chronicon Beſuenſe pag. 583. *Donum - - - - super altare posuit, et filiam suam Laudare fecit.* Leges Monſpelienſes MSS. c. 71. *Quilibet habitator Montispessuli pro domo vel locali suo, cuiuscumque sit pretii, debent saluare cappas et lesdas, et Bailus Montispessulani debet ei Laudare illam domum vel locale.* (6) † *Laudes* pro alienando fundo percipere. Ch. a. 1369. t. 5. Ordin. reg. Fr. p. 389. (7) † LAVDARE SE DE ALIQVO, phraſis Gallica ; *se louer de quelqu'un*, alicuius benevolentiam praedicare. Ch. a. 1210. t. 1. Hiſt. Nem. Prob. p. 48.

LAVDA-

LAVDATICVM, in veteribus Chartis Regum Francorum primae et secundae stirpis passim occurrit inter tributa, a quibus eximuntur Monasteria, nulla alia notionis indicatione. In Vita Aldrici Episcopi Caenom. num. 56. apud Doubletum in Hist. Sandionys. p. 656. Beslium in Episc. Pictauiens. p. 28. Chifletum in Trenorch. pag. 193. Baluzium in Appendice ad Capitul. n. 21. 47. et alios. *Lode*, in Consuetud. Britannicae art. 317. et Senonensi art. 20. His addere iuuat, *Laudatici* mentionem constanter fieri, vbi enumerantur tributa, quibus eximuntur naues à Principibus concessae ad *vtilitatem et necessitatem* Monasteriorum.

LAVDATIO. (1) Idem quod *Laudes* in *Laus* 4. in Charta Philippi Aug. an. 1185. in Historia Vastinensi pag. 707. *Landationes et venditiones, sicut hactenus habitae sunt, reddentur.* (2) Iussus, consensus, concessio. Ch. ann. 1063. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 440. *Concedo omnipotenti Deo et S. Mariae atque S. Stephano (Niuernensi) . . . . et Canonicis ibidem Deo seruientibus ac seruiturit, per Landationem D. Hugonis Episc. et D. Goffridi Autissiod. Praesulis, etc.* Alia an. 1201. e Tabulario Maurigniacensi: *Promiserunt quod contra Laudationem et concessionem de cetero non venient.* V. *Laudare* 5. (3) Conventio, pactum. Forma iuramenti à Tolosanis praestiti Legatis Innocentii III. P. P. apud Catellum cap. 6. Hist Comitum Tolos. pag. 236. et in Actis SS. Martii pag. 412. *Qui omnes pro se ipsis et pro omnibus eorum sociis, qui tunc erant de Capitulo, et pro vniuersis hominibus, et feminis Tolosae, praesentibus et futuris, hoc mandatum, confirmationem et Landationem à praefatis Legatis receperunt.* (4) † Quod domino feudi pro facultate alienandi fundum solvitur. Ch. Ms. a. 1221. V. *Laus.*

LAVDATOR. (1) Arbiter. Knyghton. pag. 2926. Vita B. Iohannis Nepomuceni tom. 3. Maii pag. 670. V. *Laudare* 1. (2) LAVDATOR TESTIVM, qui testes *laudat* seu approbat, *firmans eos esse viros probos et dignos*, quibus fides habeatur. Leges Ludouici pii apud Murator. to. 1. part. 2. p. 127. *Martinus dedit vadimonium deprobare, et modo est paratus cum testibus et testium Laudatoribus.* V. *Laudare* 5.

† LAVDELA, i. q. LAVDEMIA, in Ch. Ms. a. 1294.

LAVDEMIA, idem quod *Laudes* in *Laus* 4. id quod Domino feudi seu territorii soluitur pro facultate alienandi tenementum. Epitome Constitut. Eccl. Valent. to. 4. Concil. Hispan. pag. 167. *In quibuscumque administrationibus, pro Laudemiis non valeat fieri aliqua gratia vltra tertiam partem.* LAVDEMIVM. Praeceptum Ludouici X. Franciae Regis an. 1315. apud *de Lauriere* 1. Ordinat. pag. 554. LAVDAMINIVM. Consuetud. Auscorum MSS. an. 1301. art. 41. LAVDIMIA, pari perinde significatu. Charta Rotroci Comitis Perticensis an. 1136. *Equitaturas, Laudimia, releuamenta, tallias corueias, biannos etc.* Pactum inter Iacobum Aragon. Regem et Berengarium Magalonae Episc. an. 1271. *Est etiam sciendum quod de supra dictis excipiuntur vsatica, Laudimia, consilia etc.* LAVDVMINIA. Charta Clementis PP. pro Monasterio S. Iohannis Angeriac. e Chartulario eiusd. Monasterii pag. 397. Occurrit rursus pag. 398. LAVDIVM, LAVDVM, eadem rursus notione, Charta Guill. de Bellauaura Episcopp. Cabilon. ann. 1297. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 253. LAODIVM. Charta an. 1322. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. LII. col. 2. LAVDIMIVM, consensus. Statuta Massil. lib. 1. c. 30. *Si quis in Massilia emit vel emet rem aliquam vel iura aliqua, vnde fieri debeat publicum instrumentum, in quo vel in quibus necessarium sit Laudiminm, Domini vel consensus, a quo tenentur res illae ad censum aliquem inde dandum etc.*

† LAVDERIA, census, praestatio. Testam. Ms. a. 1491.

LAVDES. (1) Retis genus. Litterae Renati Comitis Prouinciae an. 1479. in Priuilegiis Piscatorum Massil. *Vestra*

Digitized by Google

stra praedicta ordinatione et cessando corre ad tonairas, de Laudes fecerunt senchas in magna quantitate. (2) Aliis notionibus V. in *Laus.*

LAVDIA (1) V. *Lauda* 3. (2) † Panni species, f. a Laudensi vrbe, vulgo *Lodi*, appellata. Testam. Ms. ann. 1372.

LAVDIDIGNVS, vnica voce ἐπαίνῳ ἄξιος, in Glossis Graec. Lat.

LAVDIFICARE, ὑμνεῖν, in Gloss. Graec. Lat.

LAVDIFLVVS, laudum plenus. Vita S. Isidori Hispal. to. 1. Aprilis p. 363. Concil. Hispan. pag. 161. col. 2.

LAVDIMIA, V. in *Laudemia.*

LAVDINIA, V. *Laudunae.*

LAVDIS. (1) Compositio, mulcta, V. in *Leudis.* (2) Cithara, testudo, ex Germ. *Laute*, vti hoc a *Lauten*, sonare, resonare, tinnire. Gallis *Luth.* Certe apud Fortunatum in Epistol. ad Gregor. Turon. ad lib. 1. Poem. *Leudus*, sonum significat: *Apud quos nihil dispar erat, aut stridor anseris, aut canoroloris, sola saepe bombicans, barbaros Leudos harpa relidebat.* LEVTVM dixit Petrarcha in Testamento: Italis *Luto* et *Liuto.* Iosephus Scaliger ad Manil. ab Arabico *Allaud* etymon. accersit, vt et Bochartus lib. 1. de Colon. Phoenic. cap. 2. Vide Turcograeciam Crusii p. 210. (3) Idem quod mox *Laudum*, sententia arbitri. Literae Ludouici VII. ann. 1145. apud de Lauriere tom 1. Ordinat. pag. 10 *Quodsi infra vrbem aliquid forifecerint, pro Laude Baronum ipsius ciuitatis emedabunt.*

LAVDISONVS, vt *Laudifluus*, vel laudes canens. De S. Yuone Episc. Persae tom. 2. Iunii pag. 290

† LAVDISSA, a Prouinc. *Lauuisse*, vel *Louisse*, domus pars, quae tecto subest, nisi idem sit quod *Lobia.* Ch. Ms. a. 1383. ex Tabul. Massil. *Actum in quadam Laudissa palatii regii Barchinoniae.*

LAVDIVM, V. *Laudemia.*

† LAVDOCIA, *la nauita expectata*, in Glossar. Ital. Lat. Ms. V. *Laudus* 1.

LAVDOSIAE, inter ornamenta muliebria numerantur apud Murat. t. 2. Script. p. 155.

LAVDVM. (1) Clarigatio, repr[illegible]liae, Gall. *Repressailles*, Ius re[illegible]endi quod suum est, atque o[illegible]manum injiciendi in bona vel [illegible]pus debitoris; item, Charta qua [illegible]piam illud ius conceditur, Gall. [illegible]*tres de marques.* Statuta Massil. li[illegible] cap. 30. de *Laudo* concedendo c[illegible]bus Massiliae. Haud satis scio, [illegible] eadem notione Chronicon Sici[illegible] tom. 3. Anecd. Marten. col. 28. et [illegible] *Interea communi Messanenses retin[illegible]tes se sub dominio dicti Regis Car[illegible] et nolentes in praedictis sequi vestigia praedictorum Panormitanensium - - - venerunt cum hominibus et galeis partium principatus, ad Portum Panormi, extollenter seu alta voce clamantes in eodem portu Laudum siue Lausum dicti Regis Caroli.* (2) Breuiloquo est sententia arbitri. Nicol. Triuettus ann. 1293. *Rex Angliae dicto eorum* (arbitrorum) *et Laudo sub certa obligatione se submittet.* Charta ann. 1345. *Non contra facere, vel venire de iure vel de facto - - - omni Laudo, arbitrio, dito, diffinitioni, et pronunciationi eius etc.* V. *Laudare* 5. (3) † Consensus, approbatio, i. q. *Laudamentum* 2. Ch. Ms. a. 1455. (4) Idem quod *Laudemia*, V. in hac voce. (5) † Statutum, decretum, in Correct. Statut. Cadubr.

LAVDVMINIA, V. in *Laudemia.*

LAVDVNAE, Papiae, *Ecclesiastica vasa.* Anastasius in Hadriano PP. pag. 110. *Fecit in Basilica B. Hadriani cerostata argentea pens. libr 12. Simulque et Laudanas duas ex argento pens. libr. 8. quas posuit super rugas de presbyterio vbi arcus de argento existit.* Sed ibi, vt apud Papiam, Codices alios *Laudunas* praeferre monent Editores. Proinde euanescit Bulengeri coniectura, qui *Laudanas* ait fuisse ornamenta aurea, vel argentea, quasi virgas, quae suspendebantur ante altaria, aut rugis imponebantur, a *laudando* dictas, quia in laudem et honorem martyrum ponebantur: friuolum sane etymon. Apud Muratorium to. 3. pag. 188. *Laudinas* legitur ad marginem.

LAV-

Digitized by Google

s. (1) Species nauis, Maſſil. e. Charta ann. 1357. ex Ar- Epiſcopatus Maſſil. *Cum eſſet quodam Laudo, quem ibi naulĭ- et cepit, cuius erat dominus et us, etc.* Mox recurrit ibi. ndoſe *Laucus* pro *Laudus* in laſſil. Mſ. a. 1337. (2) Pro s. Charta S. Karilefi in Actis porum Cenom. pag. 82.

LVM vel LAVELLVS, locu- arca ſepulcralis, Ital. *Lauello.* S. Anſelmi Abbat. Nonantul. . Benedict. part. 1. pag. 12. *flentes Fratres et pſallentes ſuper i corpus - - - conditerunt il- marmoreo Lanello, infra ora- B. Dei Genitricis et Virgi- riae.* Vita S. Mercurialis Epi- .23. tom. 3. Aprilis pag. 756. *lli tribuit Eccleſias baptiſmales, tini ſcilicet, quae vocatur in , ſed melius in Lauacro, et S.* . Quo in loco vas Lauato- ntelligo, non ſepulcrum. V. .

DARIA, V. in *Lauandaria.*

RIA, lapicidina, vnde lapi- *auiae* dicti, eruuntur. Ch. a. in Chartul. Lingon.

ZIA, Ital. *Laneggio*, labes, . Stat. Aſſae.

ZIVM, veſtimenti genus. a. 1197. ap. Zanetti de Orig. monetae Vener. *Lego Sta- illae meae - - vnum meum m, et vnum ſeclum, et vnum v.*

OLVM. Charta ann. 1148. ricellum in Ambroſiana Ba- ag. 704. *Et habuerunt refe- - - - in ſecundo pullos ple- carnem porcinam cum pipe- turtellam de Lauezolo, etc.*

ETVS, armorum ſpecies, lſ. Cod. 7657. *Diuerſis ar- generibus praenominati, vt adiis, platis, pauiſeriis, ſer- lanfetis, etc.*

REDVM, V. *Lawehundre-*

lapidis ſpecies, Gall. *Laue.* 65. in Chartul. Lingon. V. t *Lauſa* 2.

† LAVCARIA, *Prov. velocitas, celeritas.* Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. 7657.

LAVINA. (1) Vel LABINA. Gloſſae Iſidori: *Lauina, Lapſum inferens.* Perperam in Excerptis Pithoeanis, *Lubina.* Idem lib. 16. Orig. cap. 1. *Labina, eo quod ambulantibus lapſum inferat, dicta per derivationem a labe.* Gloſſae eiusd. *Lubricum, lutum cum Labina.* Gloſſ. Longob. S. Germani Pariſ. *Labina, lapſum inferens, aquae pernium, alluniones.* S. Hieronymus Epiſt. 113. *Caeterum amat Deus hominem, vt artifex fabricam; ſed odit mala opera, quibus fabrica vergit in lapſum; et cogitur in Lauinam.* Infra, *ſicuti aliquem ſecuris inceſſibus gradientem repentino caſu, aut marmoris laenitas aut Lauina pauimenti, ſubuerſa pedum tutela, contorſit, etc.* Hinc *Labina*, pro paludoſo loco. *Terra labilis*, dicitur in Gloſſis MSS. ad Diſticha Magiſtri Cornuti. Ioanni de Ianua eſt *terra aquoſa et mobilis, et labilis, in qua quis facile labitur.* Papias: *Labina lapſum inferens, dicitur allunio. Labina, terra aquoſa et mobilis, in qua quis labitur, dicta a labe, vel quaſi lapſum inferens.* Charta Henrici VI. Regis Angl. tom. 2. Monaſt. Angl. pag. 372. *Iamque diuerſi ligei noſtri, iuxta praedictum Hoſpitale tempore hyemali et noctanter transeuntes, ſi ipſi ibidem hoſpitalitatem non haberent, in aquis, Labinis, et mariſcis ſaepiſſime periclitarentur.* Rhaeti etiamnum hanc vocem retinent: conglomeratas enim niuium moles de ſummis Alpibus decidentes *Lowin*, id eſt, *Lauinas* vocant, vti obſeruatum a Stumpfio et Simlero; atque inde forte perinde apud Gallos vox *Lauine* ſeu *Rauine*, Occitanis *Labaſſi*, qua aquarum ex niuibus confectarum, et ex montibus in agros excurrentium copiam denotamus. V. *Lauanchiae.* (2) † Apud Mabill. to. 2. Muſei Ital. p. 202. vbi Cod. Mſ. Bibl. reg. habet *Sauinam*, vnde *Saumam* emendare facile eſt.

† LAVIRE, humectare, aqua aſpergere. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 7692.

LAVITIVS, V. *Panis lauitius.*

† LAV-

Digitized by Google

† LAVMIVM, pro *Laudimium*, in Ch. Mſ. a. 1212. V. *Laudemia*.

LAVNECHILDE, et LAVNEGILT, reciprocum donum, ſeu pretium quodammodo rei donatae, ἀντίδωρον. *Donatio rei ſimilis, ſine remuneratio*, Boherio, Papias: *Launechild id eſt talio*. Placitum an. 814. apud Murator. to. 2. parte 2. col. 362. *Scapoldus ſua ſponte ceſſit et perdonavit eis ipſos CXC. mancos, et ſuſcepit ab eis Launechild ſimiliter manitias par unum*. Vide ibidem col. 930. Ex his patet, nullam fidem habendam veteri Gloſſario apud Lindenbrogium, vbi *Launechild ſine ſolennitate teſtium*, vertit. De vocis etymo vide Somneri Gloſſarium Saxonicum in *Lean*.

LAVORATIO, quaeſitum, acquiſitum, in Ch. Mſ. Seculi XI. V. *Labor* 2.

† LAVORIA, fructus cuiusuis generis ex agris cultis. Ch. Mſ. a. 1398.

LAVORITIVM, V. *Laboritium*.

† LAVORIVVS, arabilis, Gall. *Labourable*. Ch. Mſ. a. 1076. V. *Laboratinus*.

LAVPIA, porticus ſpecies, V. in *Lobia*.

LAVPREDA, muſtela vt videtur. Gall. *Lamproie*, apud Petrum Damiani Opuſc. 20. Cap. 4. V. *Lampetra* et *Naupreda*.

LAVRA, monaſterium, apud Anaſtaſium in Hiſt. Eccleſiaſtica et apud Paulum Diac. in Hiſtor. Miſcella lib. 24. p. 762. quemadmodum λαύρα vſurpatur apud Graecos ſcriptores. Differebat tamen *Laura* a Monaſterio, quod, vt ait Cyrillus in Vita S. Sabae, in Coenobiis illi viuerent, qui vitam exercebant communem: in *Lauris* vero, qui a congreſſione ſeparatam et quietam. In *Laura* igitur vitam exigebant Anachoretae, ſuis quique diſtincti cellis, vnique ſuberant Abbati. LABRA pro *Laura*, habet Concilium Lareranenſe ſub Martino PP. pag. 423. Edit. 1618. quomodo λάβρα Epiphanius contra Arianos.

† LAVRAGIVS, Lauracus, vel Lauriacenſis, Gall. *de Lauraguais*. Ch. Mſ. a. 1316.

LAVRARIVS, pro *Labrarius*, ſeu *Laborarius*, colonus, agricola, Gall. *Laboureur*. Charta Anſoldi Abb. C[illegible] pend. e Tabulario eiusdem Co[illegible] bii. V. *Labor* 3.

LAVRATVM, LABRATVM, im[illegible] Principis, *Thoracida*, στηθάριον, qu[illegible] vt plerique ceſſent, laurea c[illegible] cingeretur. De Conſtantino La[illegible] tius de Mortibus perſecutor. n. *Paucis poſt diebus Laureata im[illegible] eius allata eſt ad malam beſtiam, liberauit, an ſuſciperet - - - - ſ[illegible] pit itaque imaginem admodum im[illegible] tus etc.*

LAVREA, V. *Corona ferrea*.

LAVREARE, decorare, coronare. S. Petrus Chryſologus, Serm. 66. *Vbi poſtes tuos ſuis ulceribus Laureauit* (Lazarus) *ibi ſanie pinxit mica tuas?* Iohan. Sarisber. Epiſt. 298. Eccleſia Martyrum ſanguine laureatur.

LAVREATAE LITERAE, victoriarum indices. Plinius lib. 15. cap. vlt. *Laurus praecipue laetitiae victoriarumque nuncia additur literis, et militum lanceis pilisque*. Schol. Iuv. Sat. 4. *Si victoriae nunciabantur, laurus in epiſtola ſebatur: ſi autem aliquid aduerſi, pinna ſiebatur*. Ammianus l. 16. de Iuliano Imp. *Et ſi verbi gratia, eo agente tunc in Italia, dux quidam exiſſet fortiter contra Perſas, nulla eius meutione per longiſſimum textum facta, Laureatas literas ad prouinciarum damna mittebat, ſe iuſſe primores verſatum cum odioſa ſui laetatione ſignificans*. Vide Theodorum Marcilium ad Perſium, Demſterum l. 10. Antiq. Romanarum, Carolum de Aquino in Lexico Militari V. *Nuncii militares etc.*

LAVREOLVM, ferramenti Chirurgici Species, apud Caelium Aurelian. lib. 5. Chron. cap. 2. Scalpreolum, σμίλιον.

† LAVREREA PLACA, chirotheca laminis conrecta. Ch. a. 1320. to. 4. Hiſt. Occit. Prob. p. 162. V. in *Plata* 1.

LAVRIENDRVM, ξοδοδάφνη, in Gl. Graec Lat. MS. Editum habet, *Taxus, Lauria, andrum, viburna*. Sed videtur legendum *Lauridendrum*, ξοδοδένδρον enim ξοδοδένδρον etiam Graecis dicitur.

LAVR-

Digitized by Google

menſurae ſpecies, in Chár- 207. apud Vghellum. to. 7. 4. niſi mendum ſubſit. Locus n *Cartatoria*. V. *Lagena*.

S OPERIRE, maleficii, aut egii ſpecies. Priminii Excerpta oris Canonicis. *Non vulcanalia lendas obſeruare, Lauros operire, m obſeruare, effundere ſuper trun- frugem etc.*

S. (1) Conſilium. Roger. Houeden. 729. *Rex Angliae aſſignabit ei in terra ſua ad laudem et conſilium regis Franciae etc.* V. *Laudare* 2. (2) Donatio ſeu potius *conceſſio*. Ch. a. 1150. ap. Ruffium in Comit. Prouinciae p. 133. *Facta eſt haec laus ſine conceſſio in claustro etc.* V. *Laudare*. (3) Conſenſus. Ditmar. l 2. p. 22. *Praeſentia et laude Imperatoris et filii etc.* (4) LAVDES, pro eo quod domino feudi ſ. territorii ſoluitur pro facultate ſeu conſenſu alienandi tenementa. Ch. Mſ. a. 1274. V. *Lauda* et *Laudemia*. (5) († Gall. *Las*, piſcariae ſpecies.) Charta Roberti Comitis Aruerniae an. 1284. apud Baluz. tom. 2. Hiſtor. Aruerni pag. 134. *Nec permittemus aedificari a nobis ſeu ab aliquo alio aliquod molendinum batiſſol ſeu laus ſeu malleos infra confines ſuperius nominatos.* (6) LAVS, LAVDES, pars vltima officii nocturnalis: ſeu Pſalmus 148. et duo ſequentes, qui poſt Matutinos et Benedictiones cantantur, vt eſt in Regula S. Benedicti cap. 12. LAVDES dictum *Alleluia*, quod poſt Epiſtolam decantatur. Concilium Toletanum IV. can. 12. *Laudes poſt Apoſtolum decantari, priusquam Euangelium praedicetur, dum canones praecipiunt poſt Apoſtolum, non Laudes, ſed Euangelium annuntiare.* Vbi *Alleluia* ſignificari probat Mabillonius l. 1. De Liturg. Gall. c. 4. ex Iſidoro qui de diuinis officiis cap. 13. ſcribit: *Laudes, hoc eſt, Alleluia canere*; et ex Walafrido Strabo, quem vide loco Liturg. Gall. citato. LAVS ET SONVS, in Breuiario Mozarabico appellantur Reſponſoria quae in nocturno officio decantant Mozarabes; teſte Mabillonio in diſquiſitione de curſu Gallicano. num. 16. (7) LAVS DIVINA, officium eccleſiaſticum. Vita B. Stephani Abbatis Obaſin. lib. 1. cap. 7. (8) LAVDES etiam dictae acclamationes publicae, quae fiebant Principibus, cum inaugurabantur, vel in Theatris, aut in Eccleſia, atque adeo in celebrioribus ceremoniis. Mamotrectus ad lib. 1. Machab. cap. 5. *Fauſta acclamantes, i. Laudes de felicitate et proſperis ſucceſſibus decantantes.* Ammianus lib. 17. extremo. Annales Francorum Fuldenſes de Arnulpho Imp. *Regem honorifice cum Laudibus et hymnis ſuſcipientes ad vrbem perduxerunt.* Luithprandus l. 3. c. 7. *Ad Palatinum autem minime transfretauit, Laudesque iuxta conſuetudinem Porphyrogenito minime decantauit.* Idem in Legatione de Nicephori Phocae Imp. patre: *Cui itidem vt filio Graeci in Laudibus, primo inventis ſuis, Deus annos et multiplices, conclamant.* Panegyricus Berengarii Imp.

> - - - - *Carolum ſic aduenientem*
> *Suſcepit laudum modulamina dulcia cantans.*

Vbi *Laudes* non fuere carmina in Laudem Principis compoſita, quod volunt viri docti, ſed merae acclamationes.

† LAVSA. (1) Pro Alauſa vel Aloſa, piſcis, Gall. *Aloſe*. Ch. Mſ. a. 1310. (2) LAVSA, LAVZA, lapidis ſpecies, qua domibus cooperiendis et ſternendis ſolariis vtuntur, Gall. *Dalle*, Germ. Gliefe. Ch. a. 1356. t. 2. Hiſt. Nem. Prob. p. 185. 259. (3) Lapicidina, vnde *Lauſae* eruuntur, in Ch. Mſ. a. 1261.

LAVSANTES, *lauantes*, Papias editus et MS. Forte legendum *Laudantes*. V. mox *Lauſare*.

LAVSARE, *laudare*, Ioanni de Ianua; qui addit, *Lauſans, Laudans*, V. *Laudantes*. † Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. 7457. *Lanſar, Prov. laudare, Lauſare frequentatiuum, canere, commendare, Lauſor, Prov Lauſor, oris, laus.*

† LAVSATVM, ſolarium *lauſis* ſtratum, in Ch. Mſ. a. 1346.

LAVSERA. Versus Eucheriae, lib. 4. Epigr. vet. pag. 188.

Nectareum vitiet nunc Lausera terra rosatum,
Mellaque cum fellis, sint modo mixta malis.

Vbi legendum videtur, *vitient nunc Lasera, etc.*

LAVSISSA. Regestum Guillel. Ferandi Notarii Massil. *Actum in quadam Lausissa palatii Regis Barchinoniae.* † Leg. *Laudissa*, V. in hac v.

LAVSOR, V. *Lausare.*

LAVSVM, V. *Laudum 1.*

LAVSVS, idem quod *Laus*, consilium. Tabular. Fossatense fol. 138. *Ad Lausum duorum hominum.* V. *Laus 1.*

† LAVTIA, LAVTITIA, *delicatives viandes. Lautiositas, delicativeté.* Gloss. Gall. Lat. Cod. 7684.

LAVTICIA, V. *Lautia* et *Latiae.*

LAVTITAS, πολυτέλεια, in Gloss. Graec. Lat.

LAVTITIA, *aqua farina consperſa.* Gloss. Isidor. Festus habet: *Lautitia, Farina appellatur ex tritico aqua consperso.* Suetonio *Lautitia* dicitur elegantia, mundicies in cibo et vestitu. *Lautitius cibus*, delicatior, cupediae, in Vita B. Helenae Vtin. tom. 3. April. p. 257. V. *Latiae* et *Lautia.*

LAVTOMIA, species navis. Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 46.

Carpebant placida liberatis aequora velis
Figitur et notis vehemens Lautomia arenis.

† LAVTOR, lauator, t. 10. Collect. Hist. Fr. p. 69.

LAVTVM, V. *Lahutum.*

LAVTVMIAE, vt libri melioris notae praeferunt, quasi λαστομίαι, vel vt in aliis habetur, *Latomiae, Latumniae, Latumnae etc.* lapicidinae generatim, speciatim vero carcer Syracusanus, quem descripsit Tullius Orat. 5. in Verrem Cap. 27. Varro lib. 4. de Lingua Lat. *Quod Syracusis, vbi simili de caussa custodiuntur, vocantur Latomiae, et de Latonia translatum.* Gloss. vet. apud eund. Turnebum lib. 28. c. 6. *Latumiae Carceres apud Syracusas.* Hinc *Latumiae* ad quosuis carceres translatae. Vlpianus leg. 1. §. vlt. de Aleatoribus. *In Lautumias vel vincula publica [illegible] catur.* Gloss. Sangermann. MS. [illegible] 501. *Lautomia, custodia carcer[illegible]* Papias: *Lautumnia, Carcer.* [illegible]rus lib. 5. cap. ult. *Lautumna, [illegible] plicii genus ad verberandum ap[illegible] inuentum a Tarquinio Superbo [illegible] poenas Sceleratorum. Iste enim p[illegible] Lautumnas, tormenta, fustes, metall[illegible] atque exilia adinuenit, et ipse pri[illegible] ex Regibus exilium meruit. Lautum[illegible]nae* hic sunt *Lapicidinae*, ad quas mittebantur scelerati, vt olim ad fodinas metallorum. Illas autem Isidorus definit *Supplicii genus ad verberandum aptum*, quod in eis desidiosi verberibus adigerentur ad laborem. De hujusce modi *Latumiis* seu lapicidinis Plautum intelligo, cum ait: *Vel in Lautumiis vel in pistrino mauelim aetatem agere.* V. *Cautumae.*

† LAVTVS, cithara, testudo, Ital. *Liuto*, Gall. *Luth*, Germ. Laute. Stat. crimin. Cuman. a. 83. V. *Laudis 2.*

LAVZA, V. *Lausa 2.*

† LAVZENGA, adulatio, seu falsa laus, Ital. *Lusinga*, Hisp. *Lisonga.* Ch. a. 1197. t. 3. Hist. Occit. Prob. p. 152. V. *Losinga.*

LAWEHVNDREDVM, LAVHVNDREDVM, lex *Centenae* seu partis comitatus vel regionis, ab Anglico *Law*, lex, et *Hundred*, centum; vnde *Hundredus, Centena*, de quibus supra. Charta an. 1258, apud Madox Formul. Anglic. p. 161.

LAXA. (1) Lorum, habena. *Laxa leporariorum*, Gallis, *une Laisse de Levriers*, in Charta Walteri de Gant Comitis, apud Edw. Bisseum in Notis ad Vptonum p. 86. (2) Donatio, legatum. Charta Raymundi Comitis S. Aegidii, apud Catellum et inter Instrument. to. 2. Gall. Christ. col. 230. *Qui impugnare praesumserint donationes et laxas quas illi fecimus, qui ad dominici sepulcri liberationem vadunt.* LEXIA, vox eiusdem notionis et originis, nisi a *Lex*, vel *Legs*, legatum, etymon ducarur. Charta Iacobi Regis Aragoniae an. 1272. *Volumus etiam quod donationes et Lexiae quas fecimus de Castris et aliis rebus, habeant plenariam firmitatem.*

Digitized by Google

LESSA; eodem perinde , in Monaſt. Angl. to. I. *leemoſynas quas mei homines ſuis decimis, atque Leſſas bſtantiis, Deo et S. Nicolao* LESSVM, in Charta Maiſcopi Aurelienſis an. 1142. , Cowello et Anglis IC. ſignicationem terrarum et tenemenalicui factam; vox, vt videeiusdem originis.

ENTVM PRETII, Gallis , Nachlaß, in leg. 2. Cod. ributa in ipſis ſpeciebus, etc. *axare.*

INA, *habenae*, in Gloſſis Iſiet Pithoeanis, vox viderur eiusnotionis quae *Leſſia*, funiculus. *exa* et *Laxa 1.* Graeuius ſuſpiſcripturam hanc eſſe mendoex eo Papiae loco: *Laxamentum, ium, requies, intermiſſio.* Sed ſi ndo caret, inquit, *Laxamina* dine ſunt habenae, quia poſſunt laxa. Recte; ſic enim χαλινὸς Graeci χαλᾶν, laxare, deduxerunt.

LAXARE. (1) Nude pro *laxare* ventrem, aluum ducere, purgare. Chronicon Anonymi Salern. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 212. (2) Dimittere, ſinere, Gall. *Laiſſer.* Geſta Purgationis Felicis: *Dico illi ego: Moleſtus es mihi, tu homo immiſſus es: Laxa hinc te a me*, id eſt, *recede.* Galli dicunt: *Laiſſez moi la.* Gregor. Turon. lib. 2. Hiſt. c. 41. *Quod minarentur ſibi caeſariem ad creſcendum Laxare.* (3) Item pro relinquere, dimittere, *Laſcher.* Idem Gregorius l. 4. c. 16. *Omne quod circuiui, Laxare non potero, ſed ſub mea hoc poteſtate . . . cupio retinere.* Teſtamentum S. Fulcranni Epiſc. Lutevenſub finem: *Vineas quas Aldegeruus et Focediſcius laxauerunt mihi, dono Gontardo, etc.* Baldricus Noviom. l. I. c. 17. *Vt militiae cingulo poſthabito, Laxatoque coniugio, monaſtico habitu ſumpto, ſub ſanctae conuerſationis regula ſe conſtringeret.* Sic enim reſtituendum videtur, pro *Laxoque.*

LAXATIO. (1) Emiſſio e cuſtodia, Gallis *Elargiſſement.* Chartular. Turenae an. 1334. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 189. (2) † Ceſſio, rei poſſeſſae dimiſſio. Ch. MS. a. 1063. (3) † LAXATIO CARNIS, tempus quo carnium eſus *laxatur*, ſeu iis veſcendis finem imponunt, *Carniprium.* Ch. an. 1094. t. 4. Cod. Ital. dipl. p. 1536. LAXATIO RETIVM, V. *Tragal.*

LAXATIVVS, vox medica, Gall. *Laxatif*, qui mouet aluum. Vſi ſunt Cael. Aurel. lib. 2. Tard. c. 3. et Apul. de Herbis cap. 6. † LAXATIVA, in Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. 7657.

LAXIATVS, dimiſſus, interruptus. Geſta Manfredi et Conradi Regum apud Murator. tom. 8. col. 607. V. *Laxare.*

† LAYA. (1) Syluae portio caedenda, ſignatis arboribus deſignata. Ch. MS. a. 1310. V. *Laia* et *Leda 3.* (2) Lamina, Gall. *Lame.* Stat. Auellae a. 1496.

LAYCATVS, V. *Laicatus*

† LAYDA, quaeuis praeſtatio, vel quoduis tributum, maxime quod pro mercibus penditur. Ch. a. 1318. t. 12. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 405. V. *Leudis.*

LAYETA, capſa, capſula, Gall. *Layette.* Inuentarium Eccleſiae Nouiom. an. 1419. *Vna parua Layetta, in qua ſunt plures peciae argenteae omnes vel deauratae.* Potiſſimum dicitur de capſulis archiuorum, in quibus per ordinem diſtribuuntur et aſſeruantur MSS. hacque notione paſſim occurrit in catalogis MSS. chartarum S. Bertini. Vox ducta a *Lagena*, ſi credimus Borello; ſi Menagio, a *Capſula.*

LAYGNERIVM, V. *Laignerium.*

† LAYNAGIVM, i. q. *Lignagium*, ius ligna exſcindendi in nemoribus. Ch. MS., a. 1375.

LAYNERIVS, V. *Lanarius 2.*

LAYRERIVS, V. *Larerius.*

† LAYRONERIA, ſpelunca latronum. Lit. remiſſ. MS. a. 1379.

† LAYSANAE, immunditiae. Ch. a. 1352. t. 2. Hiſt. Nem. Prob. p. 150.

† LAYSSA. (1) Lorum, habena, Gall. *Leſſe.* Ch. MS. a. 1361. V. *Laxa.* (2) V. *Laiſſa.*

Digitized by Google

LAZANA NEMORIS, portio siluae longior, quam latior. Codex censualis MS. Humberti de Villaribus Domini Castellarii in pago Dumbensi an. 1391. *Iohanes Champagnon fuconerius et burgensis Castellarii tenet vnam Lazam nemoris suam iuxta nemus Petri de Montferrandi domicelli.* † Forte i. q. *Laia 1.*

LAZARI, leprosi, Gallis *Ladres:* sic dicti, quod eorum domus seu Ecclesia extra muros Hierosolymitanae vrbis sita, *sancto Lazaro* dicata esset. De hac mentio fit in Monastico Anglic. to. 2. p. 397. et 399. Charta Ludov. Regis, ex Tabul. S. Cornelii Compendiensis: *De infirmis qui et leprosi, vulgo autem Lazarii nominantur.*

LAZARRAZINA, annulus, forte sic dictus a lapide *Lazurio* siue caeruleo. Testam. Oliuarii de Pennart Aqu. Archiep. an. 1481. inter Instrum. to. I. Gall. Chr. p. 70. *Baga auri nominata Lazarrazina sistente in arca mea.*

LAZIA, f. idem quod *Leda*, via lata. Memoriale Potestatum Regiens. ad an. 1218. apud Murat. to. 8. col. 1102. *Christiani . . ordinauerunt qualiter poterat capi ciuitas* (Damiata) *et diuiserunt totam gentem, et praeceperunt custodire Lazias et carbonaria.*

† LAZOLVS, laqueus, pedica, tendicula, Ital. *Laccio, Lacciolo.* Stat. Mant. l. I. c. 115.

LAZVR, LAZVRIVS, LAZVLVM, vulgo *Azur:* Constantino Africano lib. de Gradibus; et Arabibus *Lapis Lazuli.* Matth. Silvaticus: *Lapis Lazuli Latinis, Arabibus, Hager Alzenar sive Alzanar.* Vbi *Hager* lapidem sonat. Alibi: *Lauzud, Arab. Azurinum, lapis Lazuli.* Mox: *Lazud, i. lapis Lazuri.* Alii aiunt *zul* Arabibus *caeruleum* sonare. Palladius de Architectura: *Colorum . . . medii, rubeus, viridis, croceus, purpureus, prasinus, Lazur, indicus.* Chronicon Constantiense: *Venetiarum namque episcopus modium plenum Graici coloris, qui Lazurius dicitur, etc. Sericum Lazurium,* apud Krantzium in Metrop. c. 8. LAZVLVM. Paulus Venetus lib. I. c. 34. *Suppeditat quoque mons alius in hac provincia Lazulum, de quo . . vum optimum.*

LAZZI. Nithardus lib. 4. de . . bus: *Quae gens omnis in tri . . dinibus diuisa consistit. Su . . inter illos qui Edhilingi, su . . Frilingi, sunt qui Lazzi . . lingua dicuntur. Latina vero . . hoc sunt, nobiles, ingenui, . . seruiles.* Supra habetur *Lassi.* . . dem esse quos alii, sublato . . sibilo, *Laetos, Letos, Lidos* ve . . *tos* appellant, haud male ad . . Eccardus ad Pactum legis S . . tit. II. §. 4. V. *Litus.*

† LEA, Gall. *Laie,* aper femina . . Ms. a. 1269.

LEAFGABVLVM, f. reliquus ce . . a Saxon. *Lfa, Lafe,* reliquum . . *Gafel,* census, tributum, re . . Vetus Charta apud Somneru . . Tractatu de *Gavelkynd* pag 27 . . *de 12. lib. 4. den. ob. de anno re . . assis. Cum Leafgabulo ad term . . S. Martini, etc.*

† LEAGIVM, ius signandi ar . . caedendas, vel quae pro ter . . norantur. Ch. Ms. a. 1196. V.

LEALDADIS, fidelitas, Hispan. . . tad, Gall. *Loyauté,* in Ch. Lu . . ap. Brandaonum.

† LEALIS, qui domino feudali fid . . tis sacramento adstrictus est, . . *Ligius.* Ch. Ms. a. 1331.

LEALS, mensurae liquidorum sp . . apud Aruernos. Tabularium B . . tense an. 1274. *Qui soluebat ti . . casione eiusdem vineae tres Leal . . annuatim.* Occurrit ibi non se . . .

LEAMEN, V. *Laemen.*

LEANES, in vetustissimo Glo . . Britannis dictas Moniales et Sanct . . niales, auctor est Camdenus in B . . .

LEAR, f. vervex vel aries, Gall . . *lier.* Codex Ms Irminonis Abb. . . germ. fol. 41. Vo. col. 1. *Solui . . cum I. crassum, Learem I. . . XII. pastas III. ova LX.* Et fol. . . Vo. col. 2. *Iterum ad III. annos . . soluit oriculam, sed soluit Lear . . de denar. IIII. et soluit omni an . . vino mod. II.*

LEARIVS, *Leonis filius, apud Pap . . .*

† LEATORIVM, locus lege. dele . . et prohibitus; nisi forte legen . . .

Digitized by Google

ullo ante *Latranum*, in Ch. in append. ad Marc. Hisp.

A, i. q. *Leuda*, tributum cibus. Ch. a. 1322. t. 8. reg. Fr. p. 477. V. *Leudis.*

ARE, ab Hispanico *Levantud* venatores excire, excitas, Gall. *Faire lever le gibier.* tus Antiq. Navarrae pag. 324. bulario Pinnatensi.

IVM, *vel Scapha*, *Vaisseau a* . Sussannaeus. Vas ad vomitum. βέτιον Graecorum, paruus lebes. , f. cacumen, apex, Gall. *La pointe;* († vel potius globulus, Gall. *Pomme*, quia ad lebetem seu ollam propius accedit.) Guillelm. Armoricus de Gestis Philippi Aug. apud Ducheſnium to. 5. p. 92. *Frequenterque tenuit in illis diebus, adeo vt in craſtino Natiuitatis B. Mariae fulmen deſurſum veniens in campanariam turrim B. Dionyſii, quae mirae erat altitudinis, gallum auratum cum Lebete deaurato proſtrauerit de turris ſummitate in terram.*

LEBETA. (1) *Olla, fem. gen. Lebetinae, Popinae.* Papias Mſ. Editus habet *Lebetinae.* Gloſſar. Sangerm. Mſ. num. 501. *Lebitinae.* (2) LEBETA, LEBETES, Vid. *Levitonarium.*

LEBETES, V *Leuitonarium.*

LEBETIAE, *lecania, ſcaphae, pelues,* apud Laurent. in Amalthea.

LEBETINAE, LEBITINAE, V. *Lebeta.*

LEBITO, etc. V. *Leuitonarium.*

LECA. (1) Praeceptum Ludouici Transmarini an. 938. Marcae Hiſpan. col. 850. *Qui pergit per ipſo riulo vsque in riuulo, qui deſcendit de ipſas lecas et injungit in torrentes.* Forte nomen proprium. † Gloſſ. Prou. Lat. Cod. 7657. *Leca, Prou. muſcipula, decipula.* (2) †LECA, LECACITAS, *la giotonia, e lecardia,* in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

LECATOR, LECCATOR, catillo, ſcurra, Gallis olim *Lichard*, Belgice *een lecker oft lekſpet.* Gloſſ. Iſidori; *Leccator, guloſus.* Alibi: *Leno, Leccator, mediator.* Vgutio: *Scurra, lecator, vaniloquus.* Brito in Synonymis:

Eſt epulo, ſcurra, Leccator, vel paraſitus.

Idem in Vocabulario: *Ganeus dicitur Leccator. Ganea, Lecatrix, meretrix.* Alibi: *Monile ornamentum eſt pectoris, a munio dictum, quaſi munile, quod munit pectus mulieris, ne Leccatores poſſint immittere manum in pectus eius.* Breuiloq. *Ambrones, dicuntur homines deuorantes et Leccatores.* Vgutio: *Ardelio, qui ardens eſt in Leccacitate, Ganeo qui moratur in tabernis, vbi fit Leccacitas. Item ganea, Leccacitas.* Idem Vgutio et Io. de Ianua: *Lecca eſt proprietas lingendi: inde Leccacitas et Leccator et Leccatrix: nam talium eſt lingere.* Vocis origo graeca. Lexic. Gr. Mſ. Reg. Cod. 2062. λειχάζω, τὸ ἀπατῶ, ἀπατητικοὶ γὰρ αἱ λειχαδρίαι ἢ πόρναι. Chron. S. Medardi Sueſſion. an. 1225. *Quidam ruſticus Lecator . . finxit ſe eſſe Comitem Flandrine Balduinum.* Charta Philippi Aug. Regis Fr. an. 1209. pro Communia Ambianenſi: *Qui pugno aut palma aliquem de Communia praeterquam conſuetudinarium, vel perturbatorem, vel Leccatorem, percuſſerit, etc.* Caeſarius Heiſterbac. lib. 4. cap. 6. *Quidam Monachus, ante converſionem Leccator opere, vino et teſſeris deditus. Si aliquis Licator vel meretrix,* in libertatibus Moirenci an. 1164. tom. I. Hiſt. Dalphin. p. 16. Hinc *Leccacitas*, pro ſcurrilitas, apud Balbum in Catholico. Vgutio: *Lecacitas*, vel *Leccitudo*, *officium lenonis.* Gloſſ. Iſid. *Lenocinium, Lecacitas.* Ordericus Vitalis l. 9. p. 752. *Incontinentes de Lecacitate ſua redarguebantur.* Chron. S. Trudonis to. 7. Spicil. Acher. *Lethargicumque cerebrum eius foetido adulationis ſuae oleo impinguantes interius Leccatriae ſuae ſic cum eo ſatisfaciebant.* (* *Ganeo, Leccator*, ein Lyetſprecher, in Vocab. Lat. Germ. a. 1477. *Garuio, Leccator, qui multa loquitur*, ibid. † LECCADA, certum onus, vel pondus, i. q. *Laſta* 2. Ch. a. 1226. t. 3. Hiſt. Occit. Prob. p. 204. *Duas leccadas de anguillis.*

Digitized by Google

LECCATOR, etc. V. *Lecator.*

LECEBRA, illecebra, a *Lacere*, quod vſurparunt quidam inter antiquos. Gloſſ. MS. Sangerm. n. 501. *Lecebra*, *Seductio vel occulta blanditio.*

LECH. Foedus Edwardi et Guthurni Regum, apud Spelman. *Habeant ſe omnes in Flokeſmoth, et in Shiremoth, et in Hundred, et in Wapentac, et in Trething, et in Lech, ſecundum conſuetudinem patriarum et prouinciarum.* Vbi *Lech* idem quod *Lath*, id eſt *Laſtum.*

† LECHITVS, pro *Lecythus*, in Gloſſ. ad Doctr. Alex. de Villa - Dei.

LECHVGVILLA, Hiſp. parua lactuca; vnde pro quodam ornatu veſtis parvae lactucae formam vtcunque referente vſurpatur in Concilio Limae an. 1582.

LECNA, planta paluſtris, Gall. *Nenuphar.* Charta an. 1436. apud Ludewig. to. 4 p. 307. *Dinaſtae de Auguzelez, qui originem ſuam ex Kauniczniis traxere, quique in ſuis inſigniis duas nymphaeas albas, vulgo Lecnas, e radicibus prodeuntes gerunt.*

LECTARIA; V. mox.

LECTATIVM, apparatus et inſtrumentum lecti. Formula Andegav. I. *Cido tibi bracile valente ſolidus tantus, tonencas tantas, Lectario ad lecto veſtito valento ſolidus tantus, etc.* Regula S. Fructuoſi c. 4. *Quicquid in veſtimentis, calceamentis, vel Lectariis Monachorum vetuſtum fuerit . . . . pauperibus erogetur.* LECTARIA, feminino genere. Formulae veteres Bignonii c. 37. *Tantas lectarias condignas ad lectos.* Perperam *lecturios* apud Lindenbrog. form. 77. pro *lectarios*; *Lectarios condignos ac lectos tantos.* LECTARIOLA, diminut. Vita S. Walarici to. I. April. pag. 22.

LECTARIVS, lectorum artifex, confector, κλινοποιος, in Gloſſ. Graec. Lat. V. *Lectarium.*

LECTERA. (1) Forte lectica, ſpecies vehiculi, Gall. *Litiere.* Computus an. 1333. *Item pro vna lecteria facta pro domina Dalphina, taxen. XVIII.* (2) Stramentum pecuarium ex foeno et paleis, quod vice *lecti* eſt, vnde vox *Litiere* Gallis, *Littiere* Italis. Charta an. 1107. apud Stephanot. to. 4. Antiq. Pictav. MS. pag. 632. LITERA, eadem notione. Monaſticum Anglican. to. 2. p. 3. LITERIA. Charta fundat. Priorat. Montis Guidonis a Iuhello D. M. duanae an. 1198. (3) † Lectri ſi crum, fulcimentum, Ital. *Lettier* Stat. Aſtae collat. VI. V. *Lectica.*

LECTERITVM, V. *Lectritum.*

LECTICA. (1) Lectus. Guidonis D. ſciplina Farfenſis c. 22. (2) Fer trum, quo defuncti cadaver efferu in lecticis enim ac lecticulis elata h neſtiorum cadauera pluribus doc lo. Kirchmannus lib. 2. de Funerib. Roman. c. 9. S. Hilarius Arelat. in Vita S. Honorati pag. 32. I. Edit. Maxime vero ita appellabant Sanctorum feretra, quae in Eccleſiis colenda exponebantur. Helgaudus in Roberto Rege Franc. (3) † Idem quod *Lecteria* 3. in Stat. Fuxenſ. a. 1457. (4) † *Leçon*, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 7692.

† LECTICALIA, lecti apparatus, in Stat. S. Vict. Pariſ.

LECTICALIS, *qui lectulos facit*, in Gloſſ. Iſid. et in Gloſſario Sangerman. MS. n. 501.

LECTICARIA, praedium, ad quod lectica pertinebat. Anaſtaſius Bibl. in S. Had. pag. 111.

LECTICARIVS. (1) Qui mortuos in lecticis efferebant, de quibus Nouella Iuſtiniani 43. V. Vitam S. Alexandri Acoemeti Abb. c. 6. n. 41. (2) † Lectorum opifex, in Gloſſar. Gall. Lat. Cod. 7684.

LECTICIVS PORCVS, lactens, Gall. *Cochon de lait*, in Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 46. Legendum *Lacticius.*

LECTICOCESSIVM, in Notis Tyronis pag. 158. vbi forte leg. *Lecticotectum*, κατάστεγον Φορεῖον, quod *tectam* nude dici quidam volunt in Gloſſis Iſidori: *Baſterna, tecta manualis*: vel certe *Lecticapſum*, eſt enim *capſus* vel *capſum* eidem Iſidoro lib. 20. *carruca vndique contecta*, ita vt *Lecticocapſum* medium tenuerit inter lecticam et capſum.

LECTICVLAE, inquit Durandus l. 5. Ration. cap. 2. n. 50. a quibusdam dictae diurnae lectiones in officiis Eccle-

Digitized by Google

ticis, quod breues sint, a is vero Capitula, eo quod vt am de Capitibus Epistolarum orum dierum, quibus dicuntur, untur. Haec siquidem post psal- s et antiphonas in singulis Horis ntur, prout statutum est in Con- Agathensi.

TIFLORVM, collectio florum seu rum praecipuarum et selectarum, onica, *quae dicitur Lectiflorum, am composuit Gaschapinus Cremo- ensis*, in Opusculo Guaualnei Flam- nei apud Murator. to. 12. col. 1008.

LECTILE, *iunceum*, in Glossis Lat. MS. Reg.

LECTIO. (1) Charta Henrici Regis Angliae tom. 4. Hist. Harcur. p. 1411. *Sicut teneo cum murdro er morte hominis, et plaga nichaim, et sanguine et duello et Lectione et aqua et rapto, et cum omnibus aliis regiis libertatibus.* Habetur *Lacone* to. 3. pag. 183. sed vtrobique legendum *Latrone*. V. *Lectiones*. (2) † Scriptura sacra, in Act. SS. t. 7. Iul. p. 238. (3) † Scriptum quoduis, in append. ad t. 3. Annal. Bened. p. 675. V. *Lectum*.

LECTIONARIVS. (1) Vel LECTIONARIVM, liber continens lectiones Ecclesiasticas, quem a S. Hieronymo compositum scribunt Honorius Augustl. I. Gemmae animae c. 88. et Berno Augiensis l. de missa c. I. Maxime vero ita appellatur liber continens ex Epist. S. Pauli, quae ad missam leguntur. Anastasius in Benedicto III. PP. (2) Qui crebro legit. Alexander Iatrosophista MS. l. I. Passionum: *Ego quidem vidi quendam Lectionarium incurrisse hanc passionem*, scil. epilepsiae.

LECTIONES. (1) Excerpta ex SS. Patribus, quae in singulis horis tam nocturnis, quam diurnis dicuntur: ita vero appellantur, quia non cantantur, vt Psalmus et Hymnus, sed leguntur tantum: illic enim modulatio, hic sola pronuntiatio quaeritur. Ita Durandus lib. 5. Ration. c. 2. n. 43. (2) Auctoritates, allegationes, testimonia Iurisconsultorum, legum, quae adducuntur ad confirmandam aliquam sententiam. V. Iac. Gothofredum ad l. 9. Cod. Th. de Infirm. his quae sub tyr. (3) V. *Lectio*.

LECTIS, *filia fratris*, apud Papiam, pro *Neptis*. V. *Leptis*.

LECTISTERNIVM, lecti apparatus et instrumentum, vel lectus ipse. Papias: *Puluinus, priuati hominis ceruical: puluinar vero Principum: vel Lectisternium, quod sternebatur in templis.* Io de Ianua: *Lectisternium, Lectus stratus et praeparatus, vel locus in quo lecti struuntur, i praeparantur, vel locus in quo homines sedere uel iacere consueuerunt.* Vita S. Geremari Abbat. c. 4. *Consilium inter se acceperunt, vt cultellum sub Lectisternio ponerent.*

† LECTISTERTICIVM, stramentum pecuarium ex feno et paleis, Gall. *Litiere*, t. 2. Monum. sac. antiq. p. 339. V. *Lecteria* 2.

LECTISTITIVM, *Statio lecti*, in Gloss. Isid. Graevius emendat: *Lectisternium, Stratio lecti*.

LECTITARE TERRAM, terram pro lecto habere, humi iacere. Matt. Masius in Vita S. Gerii, to. 6. Maii pag. 160. *Gerius nimia oppressus et grauatus infirmitate . . . terram Lectitauit, a qua surgere non potens, etc.*

† LECTIVAGIVM, lactis venditio, in Ch. Ms. a. 1346.

LECTIVM, *analogium super quo legitur*, in Amalthea. Lege et vide *Lectrum*.

LECTOR. (1) Secundus gradus Ordinis Ecclesiastici. Marcellinus Comes de Ioanne Chrysostomo: *Ioannes Antiochiae natus, ibique a Meletio eiusdem ciuitatis Episcopo, eodemque Confessore, Lector Ecclesiae ordinatus, per singulos officii gradus ascendit. Lectorum* munus erat *Lectiones pronuntiare, et ea quae Prophetae vaticinarunt, populis praedicare*, vt est apud Isidorum Iuniorem in Epist. ad Luitfredum: praeterea Lectiones desumtas ex Euangeliis et Epistolis S. Pauli, vt colligitur ex S. Cypriano Ep. 33. et 34. (2) Cancellarius, Scriba, Notarius. Charta 69. apud Goldastum: *Ruodo laicus Lector scripsi. Clericus et Lector*, in Charta 77. (3) Praeceptor, in Monasteriis. Ethelwolfus

Digitized by Google

thelwolfus de Abbatibus Lindisfarnenſibus ſaec. 4. Bened. part. 2. p. 320. Hodieque apud Monachos plerosque, viget nomen *Lectoris* ad Profeſſorem Philoſophiae ac Theologiae ſignificandum. V. *Lectura* et *Legere*. (4) LECTOR, in Eccleſiis Cathedralibus, cuius dignitas *Lectoria* nuncupatur in Hiſtoria Epiſcopor. Autiſiodor. c. 59. *In majori, ſcilicet cathedrali, Eccleſia, praeter alia quae ibi prouide fecit, vel liberaliter contulit, Lectoriam et Succentoriam, per quas totum in legendo, cantandoue ſeruitium diſpenſatur . . . reditibus ampliauit.* Vbi potius dici videtur is, qui legenda in choro diſponebat; at ſecus aliis in Cathedralibus; Lector enim dicebatur Theologus Profeſſor, quem vulgo *Theologal* appellant Galli: id patet ex Bulla Innocentii PP. an. 1353. to. 2. Hiſt. Eccl. Meld. p. 229. vbi Lectoris officia deſcribuntur. V. *Lectoria*.

LECTORARIVS, *lector*, ἀναγνώστης, apud veterem Interpretem Concilii CP. Agapeto PP. act. 1. et Concilii CP. ſub Menna act. 5.

† LECTORATA, modus agri. Ch. a. 1015. t. 2. Hiſt. Occit. Prob. p. 7. *Tres lectoratas de epiſcopali prato.*

LECTORATVS, lectoris dignitas et officium, in Concilio Braccarenſi an. 563. c. 20. et apud Martinum Braccarenſem c. 42. necnon in Bulla Innocentii PP. an. 1353. to. 2. Hiſt. Eccl. Meld. pag. 229.

LECTORIA, officium Lectoris ſeu Profeſſoris Theologiae in collegiis Canonicorum. Epitome Conſtitutionum Eccl. Valent. to. 4. Concil. Hiſpan. p. 184.

LECTORIALE, idem quod *Lectorium* 1. Gillebertus Lunicenſis Epiſcopus de Vſu Eccleſiaſtico: *Abſconſa etiam ſub candela, et Lecturiale ſub libro.* V. Puricellum in Baſilica Ambroſiana p. 1093.

† LECTORILE, idem, in Inuent. Mſ. Theſ. Sed. Apoſt. a. 1295.

LECTORILIVM, vt mox *Lectorium* 1. Laudes Papiae apud Murat. to. II. col. 41.

† LECTORINVM, idem, ap. Murat. t. 4. Antiq. Ital. p. 863.

LECTORINVS, f. pannus quo tegitur et ornatur *Lectorium*. Annal. Mediolan. apud Murator. to. 16. col. 810. *Lectorinus vnus xenotini alti planeta vna drappi vltramarini fodrata zandali nigro.*

LECTORIVM. (1) Analogium, *ambo*, pulpitum, in quo legitur in Eccleſia. S. Audoënus in Vita S. Eligii, ap. Edit. Ducheſnii: *Lectorium quoque et oſtia diligenter auro veſtiuit.* LECTORIOLVM, in Vita S. Baſoli c. 22. (2) Lecti apparatus vel lectus ipſe. Statuta an. 1359. apud Baluzium to. 2. Hiſt. Arvern. p. 860. V. *Lectarium*.

LECTRALE, vt infra *Lectuale*, ni ſit ita legendum. Inſtitutio Ordinis Vallis-Scholarium an. 1215. to. 4. Gall. Chriſt. Inſtrum. col. 200. *Habebunt Lectralia culcitris et linteis carentia, dormientes ſuccincti tunica et calceati caligis.*

LECTRICIVM, pulpitium, analogium. Aegidius Aureaevallis Monach. in Radulpho Epiſcopo Leodienſi c. 53.

LECTRICVM, pro *Lectricium*. Ordinarium Canonicorum Regul. ad calcem libri Iohan. Abrinc. de Offic. Eccl. p. 267. Edit. 1679.

LECTRINVM, eadem notione, Gallis *Lectrin*. Brompton. LECTRINVM, in Charta an. 1247. in Hiſt. Monaſt. S. Mariae Sueſſion. D. Mich. Germani p. 454.

† LECTRITVM, idem, in Ordinar. Mſ. S. Petri Aureae - vall.

LECTRIX, quae legit. Alcuinus Poëm. 3.

LECTRVM. Gloſſae Iſid. *Lectrum, analogium ſuper quo legitur.* Eaedem Gloſſae: *Pulpitum, analogium, lectrum.*

LECTVALE, inſtrumentum lecti, proprie *ſtragulum*. Poſſidius in Vita S. Auguſtini c. 22. *Veſtis eius et calceamenta et Lectualia ex moderato et competenti habitu erant.* LECTVOLVS, idem. Charta Aldegaſtri an. 781. apud Sandovallium.

LECTVALIS MORBVS, quo quis in lecto detinetur, κλινικός. V. Salmaſium ad Hiſtor. Auguſt. p. 57.

LECTVARIA, V. *Electabilia*.

LECTV-

Digitized by Google

...RIVM, idem quod *Lectuale*, ...*tarium*. Gregor. Turon. de ...Patr. c. 6. *Lectulum ſancti Sacer-... expetiit, in quo decubans, a le-...ria ipſe opertus paululum obdormi-...ita ſanatus eſt*, etc. Legendum ...e pro *a lectuaria*, nude *lectuario*. ...tamentum S. Ardii: *Boues, por-... Lecturia, vtenſilia*, etc. V. ...*ctarium*.

...TVLA, V. mox in *Lectus*.

LECTVLVS (1) V. in *Lectus* 1. (2) † Pala, Gall. *Chaton*, quod in ea iaceat gemma. Acta SS. t. 7. Sept. p. 806.

LECTVM, charta, ſcriptura, ſic forte dicta, quod palam lecta fuerit ad confirmationem. V. *Lectio* 3. Charta Agoberti Carnot. Epiſc. to. 4. Annal. Bened. p. 751 *Quod etiam vt inconcuſſum et irrefragabile in ſaeculum perſeuceret, in Capitulo Dominae noſtrae Virginis perpetuae Mariae, coram Canonicis noſtris, quibus praeſentauimus illud Lectum, teſtimonio cunctorum approbatum et corroboratum eſt.*

LECTVMSTRATVM, lectiſternium. Gregorius M. lib. 7. Ind. I. Epiſt. 6.

LECTVOLVS, V. *Lectuale*.

LECTVRA. (1) Lectio, Gallice *Lecture*. Charta an. 1454. ex Schedis D. Lancelot. (2) Ars vel actus legendi ſeu docendi ſcientias. Litterae an. 1340. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 424. (3) † Habilitas ad legendum, in Act. Mſ. capit. eccl. Lugdun. (4) † Commentarium et praeſertim iuri illuſtrando ſcriptum; quod ex diurnis Iurisconſultorum lectionibus componatur, Gall. *Lecture*. Teſtam. Mſ. a. 1329.

† LECTVRIRE. Gloſſar. Prov. Lat. Cod. 7657. *Legir, Prov. legere. Lecturire, deſideratiuum*. Vritur Sidon. l. 9. ep. 7.

LECTVRIVM, vt *Lectuarium*, V. in hac voce.

LECTVRIVS, V. *Lectaria*.

LECTVS. (1) Feretrum, in quo defunctorum cadauera efferuntur tumulanda, apud Iulianum Anteceſſor. Conſtit. 53. vbi etiam *maximorum*, vel *deauratorum lectorum* fit mentio, in quibus ad maiorem pompam deferebantur magnatum ac procerum cadauera, quique in ſcheuophylacio Eccleſiae aſſeruabantur. Etiam feretrum, in quo Sanctorum corpora quieſcunt, apud Adreualdum de Miraculis S. Benedicti c. 29. LECTVLVS. Deſcriptio Eccleſiae Gemeticenſis: *Introrſus domus alma fulget, habitantibus digna, ab Euro ſurgens Eccleſia. crucis inſtar erecta: cuius apicem obtinet alma virgo Maria, ante altare faciem lectuli condente beatiſſimo Filiberto, pictum gemmarum lumine, comtum auri et argenti congerie*. Hunc in locum adnotat Mabillonius lib. I. de Liturg. Gallic. cap. 8. n. 3. *Lectus* ſeu *Lectulus* vocabulis aliquando altare, aliquando ſanctum tumulum ſignificari. In Actis S. Anſtrudis Abbatiſſae Laudun. n. 33. ſaec. 2. Benedict. p. 983. Adalſinda, quae ei ſucceſſerat, caelitus admonetur, *vt lectum citius faciat aedificari*; quod cum ab alia Sanctimoniali, cui id reuelatum fuerat, audiſſet, *intellexit Lectum illum ſignificare altare*. At in Actis S. Trudonis n. 25. ibid. p. 1084. Quidam *ante Lectum piiſſimi patris*, id eſt ante eius tumulum, ſe proſtraſſe dicitur: quo ſenſu paſſim apud auctores mediae aetatis reperitur. Hinc conficit Vir eruditus omnino dici poſſe, *Lectulum* hoc loco eſſe menſam ipſam altaris, cuius ſumma pars altare appellatur ab hoc Auctore, qui ſaeculo ſeptimo floruit. (2) Teſtamentum Saurae de Medullione vxoris Petri Izoardi Domini de Ayſio an. 1286. to. 2 Hiſt. Dalphin. p. 61. *Imprimis eligo mihi ſepulturam in cimiterio Fratrum Praedicatorum de Auenione, vbi relinquo lectum meum honorifice ornatum et completum condecenter*. Hic obſeruat Cl. Hiſtoricus conſuetudinem hanc olim obtinuiſſe, praeſertim apud nobiliores matronas, vt Lectum ſuum omnibus ornamentis inſtructum Eccleſiis, in quibus ſepeliebantur, legarent, ad inſtar virorum, qui ſaepius equum, arma aliosque ſuos apparatus bellicos Eccleſiis largiebantur, eumque vſum ita deinceps inualuiſſe, vt ab Eccleſiaſticis viris tanquam debitum exigeretur, atque inter Eccleſiae redditus annumeraretur: hinc lecti aliquan-

Digitized by Google

quando pecunia redemti. LECTOS RHETORVM, seu Curionum decedentium sibi *de consuetudine* arrogasse archidiaconos et Archipresbyteros in diaeceſi Turonensi, docemur ex Concilio Andegauensi an. 1365. cap. II. quo id iuris lecti ad certam pecuniae summam redigitur. LECTVS OBSEQVIORVM, mausoleum seu lectus ad pompam funebrem ornatus. Extractum Computi an. 1334. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 282. † LECTVS MORTALIS, quo quis mortens iacet, Germ. Todbett. Assiſ. ap. Cadom. a. 1234. † LECTVS PARTVS, in quo puerpera iacet, Germ. Kindbett. Ch. Mſ. a. 1207. † LECTVM MARITI OBSERVARE, vel LECTVM SVVM CVSTODIRE, dicitur vxor, quae fidem priori marito datam seruat, ad secundas nuptias non conuolando. Ch. a. 1113. in Delic. erud. LECTVS PLVMALIS, *Lit de plume*, Gallis, in Legibus Burgor. Scoticor. Cap. 125. §. 1. LECTVS, VESTITVS, omnibus ornamentis instructus Formulae Andegau. art. 53. LECTVS, *ûs*, in Actis Monasterii Murensis, si tamen librarii mendum non est, apud Eccardum, in Orig. Habsburgo-Austriac. p. 221. (3) Alueus, Gall. *Lit d'une riviere.* Chron. Parmense adud Murator. to. 9. col. 789. *Flumina Episcopatus Parmae creuerunt et exierunt de Lectis suis.* Recurrit ibidem col. 792. (4) † LECTVS IVSTITIAE, Gall. *Lit de Justice*, tribunal iudiciarium cui Rex praeest. Anest. Mſ. a 1416. (5) † Pluteus precatorius, vel tapes super terram stratus, in Pontif. Senon.

† LECVM, f. operculum. Ch. a. 1438. t. 3. Hist. Nem. Prob. p. 260. *Duae pitalsae cum leco.*

† LECZTA, tributum pro mercibus, i. q. *Lesda.* Ch. Mſ. a. 1317. V. *Leudis* 3.

LEDA. (1) Praestatio, tributum, V. *Leudis* 3. (2) LEDA vel LETH, tertia pars Comitatus, apud Anglos, alias *Trithinga*, continens 3. vel 4. hundredas siue centurias. Foedus Alvredi et Godwini Regum: *Sint omnes . . . . et in Frigild iuxta [illegible] ditiones et professiones suas, et in Folkesmoth, et in Schiremoth, et in Hundred et in Wapentac, et in Thrising, et in Leth secundum consuetudines patriarum et prouinciarum, comitatuum Regni.* Alias *Lech* habetur. Leges Edwardi Confess. c. 34. quod inscribitur *de Trithengis et Ledis*: *In quibusdam vero prouinciis Anglice vocabantur Leth, quod alii dicunt Trithinge.* V. *Lastum*, *Trithinga.* (3) Charta Eustachii D. de Campainies in tractatu Bononiensi, in Morinis ann. 1216. in Chronic. Andrensi. *Dedi totam partem mareſci . . . iacentem inter mareſcum de Gisnes et mareſcum S. Wilmari de nemore, ultra Ledam de Gisnes, ab orientali parte ipsius Ledae, etc.* Alia anni 1136. in Probat. Hist. Guinensis. *Terram, alnetum, paludem, quae iacent inter Ledam de Alarderbroc et sluſam molendini praedicti Comitis, etc.* Vbi *Leda* videtur esse via latior, Gallis *Lée*, quomodo in siluis semitas grandiores eriamnum vocamus: vnde denique *la lée*, perperam postmodum *alée*, pro *la lée*, semita in hortis et siluis dicta. Vel potius Germ. Lande, ager incultus, desertus: († Aquaeductum, seu canalem quo aqua deriuatur, hac voce interdum significari colligitur ex Ch. in Suppl. ad Miraeum p. 763. *Aquae ductus qui vulgariter dicitur Leda.*) LADA, simili significatu. Monasticum Anglic. to. 1. p. 854. *Vnde placitum fuit inter eos in curia domini Regis, scilicet quod omnes Laedae quas Monachi de Saltreia fecerant in illo mariſco, obſtupabuntur: excepta illa magna Leda, quae vadit de Wittlesmare, verſus Saltreiam, quae remanebit aperta, per quam ipſi Monachi de Saltreia adducent lapides et cactera neceſſaria ad conſtructionem Monaſterii ſui, etc.* Charta Edwardi Confessor. in lib. Rames. Sect. 102. *Ex parte scilicet orientali ipsius Ladae, vsque ad locum qui dicitur Gangstede.* Vbi *Lada* non est canalis ad deriuandam aquam e paludibus, vti censuit Spelmannus, quod satis ex loco proxime laudato

Digitized by Google

colligitur. LEIA, eadem no-ne, in Monastico Anglic. tom. 2. 483. *De dono Algenae . . . ter-de boſco, longam Leyam, curtam m, Croſtam Harduini, etc.* Char-Philippi I. Regis Franc. in Tabu-Ferrarienſi: *Brancas etiam de quantum neceſſe fuerit ad focum nachorum.* Vbi *Leia* accipitur pro ua caedua. LIA, ſimili pariter ſi-ficatu, in Charta Ioh. de Lacy, conſtabularii Ceſtriae apud Spelman-num. *Confirmaui Deo et S. Iohanni Hoſpitalis Hieroſol. . . 22. acras ter-rae in villa de Attancotes, infra Lias diuiſas, ſcilicet de orientali latere de Stenwood vsque ad ſemitam, quae, etc.* Hinc *La-er les bois* in Conſuetud. Aurelian. cap. 1. art. 82. eſt ſiluam per vias diuidere: *Laie* in aliis pars ſyluae viis ſuis definita: vnde *S. Germain en Laie*, id eſt in ipſis ſyl-uis ſitum ſuburbanum, non vero a *Leiis* populis, vti opinatur Iacobus Gothofredus ad l. 22. Coel. Th. de Veteranis. Vide Conſuetud. Lodu-nenſem c. 13. art. 3. At *Laiam* pro caeduo vſurpare videtur Charta fundationis Collegii Canonicor. in Eccleſia Parochiali Eſcoiarum dioe-ceſis Rotomag. in Ingeranno de Ma-rigniaco menſe Ian. an. 1310. ex 47. Regeſto Tabularii Regii n. 64. *In-ſuper de praedictis Canonicis videlicet cuilibet 11. quadrigatas boſci ſeu buchiae pro ardendo, videlicet quamli-bet quadrigatam ad 3. equos percipien-do anno quolibet in foreſta de Basque-villa iuxta boſcum caedum, ſine Lay-am, quae fuit nouiſſime menſurata.* (4) Femina ſeruilis, V. in *Litus*.

LEDDA, LEDDIS, mulcta vel tribu-tum, V. in *Leudis* 3.

LEDGRAVIVS, vel LEIDGRAVIVS, comes, *Ledae* praepoſitus, praefe-ctus, ex *Led*, de qua ſupra, et *Greve* praefectus. *Leidgrenii*, in Le-gibus Henrici I. cap. 8.

LEDIA, mulcta vel tributum, V. *Leudis*.

† LEDIVM, idem, t. 8. Ordin. reg. Fr. p. 109.

LEDO, LEDONA. Gloſſ. Iſidor. *Le-do, maris aeſtuatio.* Papias: *Ledona, aeſtus maris dicitur.* Alibi: *Euri-pus, eſt deductio maris, vel aquarum, quod fit ſecundum crementum, vel de-crementum Lunae: et maius, Malina; minus, Ledona vocatur.* Gloſſa-rium Saxon. Aelfrici: *Ledona*, Nep-flod, *vel Ebba.* Vocis poſtremae no-tionem mox indicat idem ſcriptor: *Acceſſus, Flod. Receſſus, Ebbe.* Sic fallitur Ioannes de Ianua, qui Le-doni adſcribit quod Malinae fuit: *Ledo, onis fem. gen. i. maris exunda-tio, ſicut Malina eſt eiusdem retracta-tio, et dicitur a laedo, dis.* Beda de Natura rerum cap. 28. *Aeſtus cre-ſcentes Malinas decreſcentes autem pla-cuit appellare Ledones.* Glaber Ru-dolfus lib. 3. Hiſt. cap. 3. *Cuius etiam maris* (Oceani) *excrementum Malinas, decrementum quoque Ledo-nes nuncupant.* Simeon Dunelmenſis, de Geſtis Regum Anglic. ann. 793. *Lindis dicitur flumen quod excurrit in mare, duorum pedum altitudinem ha-bens, quando Ledon fuerit, id eſt, minor aeſtus, et videri poteſt; quando vero Malina fuerit, id eſt maior ae-ſtus maris, tunc nequit Lindis videri.* Eſt igitur *Ledo*, ſeu *Ledona*, aeſtus maris languidior, qui per 4. paene dies, tam ante, quam poſt ſecun-dam atque vltimam Lunae quadratu-ram, menſe vnoquoque accedit, cum certis diebus languidius et minore aquarum tumulo tercae oras adlam-bit, *Malinae* contrarius, quae fit cum effuſius et maiori aeſtuum quantitate in littus proruit et effunditur. De vocis *Ledo* vel *Leduna* etymo variae ſunt ſcriptorum ſententiae. Ioſephus Scaliger l. 2. de Emendat. temp. p. 170. et Spelmannus *Ledunam* a Sa-xonico *Leid*, quod eſt *Lenis*, deduc-unt, quod *Leduna* tempore mare lenius appareat: idque eliciunt ex Beda l. de Rat. temp. c. 15. qui ait vetеribus Anglis *Lidam* vocari men-ſes, Iunium et Iulium, quod ſint *blandi et nauigabiles, et in vtroque menſe et blanda ſit ſerenitas aurarum, et nauigari ſoleant aequora.*

LEDORIA, conuitium, ex Gr. λοιδο-ρία. Ioan. Sarisb. Epiſt. 212. V. in *Lada* 1.

LEDVNA, V. ſupra in *Ledo*, *Ledona*.

LEDVS, ſeruus aſcriptitius, V. *Litus*.

LEES,

Digitized by Google

LEES, pascuum, a Saxonico *Loesve:* quod idem significat. Antiquit. Ambrosden. ad ann. 1315. *Dimidia arca bi Lese - mor - side iuxta terram dnmini de Bigenhull.*

† LEFFRVS, f. ager pascuus. Ch. Mf. Ludou. a. 1286. *Quittauimus partem — in colle — et haiam et leffros quos habebamus ibidem.*

LEGA. (1) Locus. Lelando, *Hurſt-lega, Locus ſyluestris*, *Hyrſt* enim Saxonibus est sylua. (2) Gradus, bonitasque metallorum, Gall. *Aloy, Alay.* in Articulis super Cartas editis an. 28. Edw. I. cap. 10. Decreta Alberti Regis Hungariae. *Cudantur obuli in eadem Lega, qua ipſi maiores denarii cudantur.* V. *Lex.* (3) LEGA pro *Leuca*, Gall. *Lieue. Piſcatio per Legas tres*, in Tabulario S. Vitoni Virdun. (4) Vox Ital. Gall. *Ligue*, foedus, societas, inducie, pax. Chron. Dominici Gravinae apud Murator. tom. 12. col. 570.

† LEGAIA, mensura itineraria, i. q. *Leuca*, in Chartul. L. Sulpit. Bitun.

LEGALIS. (1) In Iure Anglicano dicitur, qui stare iuri idoneus est, cui opponitur *Exlex*, *vtlagatus.* Papias: *Legalis*, *rectus*, *talis qualem lex praecipit.* Brito in Vocab. *Legalis* qui legem seruat et fidem. Gallis *Leal* pro *fidelis.* Leges Edwardi Confess. cap. 19. *Expurgent se iudicio Dei, quas ſi clementia Dei et innocentia ſua ſaluauerit, remaneant legales cum dotibus ſuis et maritagiis.* LEGALES ANTIQVI HOMINES, aetate, fide et probitate laudabiles, quorum auctoritas plurimum valet. Charta ann. 1181. apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. col. 134. (2) Legitimus, iuxta leges. *Legale concanium*, seu *concambium*, legitima permutatio, in Chartulario S. Sulpitii Bituric. fol. 14. *Legalis haeres*, *Legalis vxor*, in Charta an. 1034. ex Archiuo S. Victoris Massil. *Legalis moneta*, proba, legi consentanea, in Charta an. 1345. apud Madox Formul. Anglic. pag. 32. *Legalis Filius*, legitimus, in Tabulario Prioratus Paredi f. 57. *Si Filium Legalem non habuerit.* LEGALES MILITES, V. in *Miles.* LEGALIS PLAGA, *Plaie Lejau*, in Consu[etudines] S. Seueri tit. 18. art. 1. 2. V. P[laga]

LEGALITAS. (1) Probitas, ra[ctitudo] cuius quis iuri stare potest, ido[neitas] est, ac legalis. Hugo Flauiniac[ensis] in Chron. pag. 257. LEGALI[TATEM SVAM REDIMERE, in] gibus Canuti Regis, §. 34. di[citur] Iudex qui prauo iudicio edito [se] legalitatem redimit seu idoneit[atem] mulcta definita Regi exsolut[a]. *Lagam redimere.* (2) Fidelitas, [pro]bitas. S. Bernardus Epist. 39[9] Theobald. Comitem Campaniae [an.] 1127. *Non quidem pro ipſorum inſo[lentia] precor; in tantum quippe de veſtra iuſtitia et Legalitate confidens, vt nec hosti veſtro in veſtra curia placitanti de ſuo iure timendum esſe exiſtimem.* Codex Legum Normann. cap. 13. apud Ludewig. to. 7. pag. 177. *Ligantiam autem ſine Legalitatem de omnibus hominibus totius prouinciae debet habere, id est, fidelitatem ei debent omnes*, V. *Fidelitas.* (3) Gradus bonitasque monetae. Charta Galteri Archiep. Senon. ann. 1231. *Comes in Ciuitate Autiſſiodorenſi non poterat facere cudi monetam niſi ad pondus etc. Legalitatem XVI. ſolidorum et VIII. denariorum.* V. *Lega* 2.

LEGALITER. (1) Legitime, iuxta leges, regulariter. Senatori lib. 4. Epist. 37. (2) Fideliter, Gall. *Loialement. Legaliter et fideliter*, in Charta ann. 1311. apud Murator. to. 10. col. 370. V. *Legalitas* 2.

LEGALIVS. Placitum ann. 862. inter Instrum. nouae Hist. Occit. to. 1. col. 114. *Ego exinde ſcripturam emtionis habeo, exactorem nomine Petrone, qui ipſas res in Legalios auctoriſare debet.* Id est iuxta leges, vt ex similibus loquendi formulis coniecto.

LEGARE. (1) pro *Ligare.* Leges Rotharis art. 377. to. 1. Muratorii part. 2. p. 47. (2) Includere. *Lapidem precioſum . . . auro Legatum vel non Legatum*, in Litteris an. 1391. apud Rymer. tom. 12. p. 460.

LEGARIOL. Charta Philippi Fr. Regis an. 1215. apud Labbaeum Miscell. pag. 641. *Praedicti etiam homines ad firmandum caſtrum adducunt pal-*

lum

Digitized by Google

et Legariol, et debent auxilium adducendum ramentum ad facien- capitale aedificium domini de ancourt rationabiliter, quando erit, et erunt submoniti. Le- dum *Le gariol* distinctis vocibus, *le* articulus sit, et *Gariol* idem od supra *Garrolium*, repagulum, bi coniectatum.

RIVM, legumen. *Legarii sexta-* , in Charta an. 1070. ex magno Chartulario S. Victoris Massil. Varro de Re Rustica l. 1. *Serendum viciam, lentem, circerculum, eruilam, caeteraque, quae alii legumina, alii, vt Gallicani quidam, Legaria appellant.*

LEGATARIAE CHARTAE, quibus res ac praedia Monasteriis et aliis *legantur*, ac donantur. Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobiensium cap. 4. LEGATARIAE EDITIONES, testamento mandatae apud Tertullianum de Spectaculis capite 6.

LEGATARIVS. (1) Legatus, missus, πρεσβευτής. Ita *Legatarium* reddit apud Theophanem auctor *Miscellae*. Lex Ripuarior. tit. 65. §. 3. *Si quis Legatarium Regis vel ad Regem, seu in vtilitatem Regis pergentem hospitio suscipere contempserit, etc.* LEGATORIVS, Walafrido Strab. in Vita S. Galli Abbatis cap. 3. (2) Exsecutor testamenti, in 1. Testamento Widradi Abbatis Flauiniacensis: *Perinluster vir Amalsindo quem in hac pagina testamenti nostri Legatarium institui.* LEGATARIA, exsecutrix testamenti, apud Ludewig to. 1. p. 278.

LEGATIA. (1) Districtus Legati, intra quem iurisdictionem suam exercet, apud Matth. Paris ann. 1217. et Bromptonum an. 1214. (2) Pecuniae qualitas, seu potius vinculum, ligamen, modica pecuniae summa sic asseruata. Acta LL. t. 5. Aug. p. 853.

LEGATIO. (1) Munus et Officium Legati. Chronicon Reichersperg. an. 936. LEGATIO LIBERA, cum Legatus omnimoda auctoritate eius a quo mittitur, gaudet, in Cod. African. cap. 93. 94. (2) Prouincia vbi Missi dominici Legatio obitur, quae et Missaticum dicitur in Capitul. 3. ann. 812. cap. 7. (3) Epistola formata. Concilium Rotomagense an. 1050. c. 9. *Vt Episcopus alterius dioecesis Clericum, nisi sub Legatione aut probabilibus signis ordinare praesumat.* (4) Munus, donum, Gall. *Present.* Gesta Consulum Andegau. tom. 10. Spicil. Acher. p. 414. *Venite ergo ad donationis confirmationem, ad benedictionem et ad nuptiarum celebrationem domini dominaeque vestrae, et facite Legationem eis; quod et factum est.*

LEGATIVVM, legatorum viaticum. Vlpianus lib. 2. Dig. de Legationibus.

LEGATOR, legatus, missus. Litterae Iohannis XI. PP. in Histor. MS. Monasterii S. Cypriani Pictau. p. 119.

LEGATORIVM. Vgutio: *Pulpitum, analogium, legium, lectrum, Legatorium, in quo publice legitur.*

LEGATORIVS. (1) Missus, V. *Legatarius* 1. (2) Legatarius, cui aliquid testamento legatur, et donatur. Gall. *Legataire.* Testamentum an. 1317. tom. 2. Histor. Dalph. p. 154. V. *Legatarius.*

LEGATRIX, precatrix, quae pro alio intercedit. Acta SS. to. 2. Aprilis pag. 803.

LEGATVM. (1) Edictum Philippi Aug. Fr. Regis ann. 1219. tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 38. *Si mulier sine herede decesserit, parentes ipsius mulieris non participabunt cum marito suo, ex hiis quae ipsa et maritus suus simul acquisierunt, dum ipsa viveret, in mobilibus, nec in tenementis, ymo quiete remanebunt marito ipsius mulieris, saluis rationabilibus Legatis ipsius mulieris. Parentibus vero mulieris accedet id quod ipsa secum attulit in matrimonium, saluo Legato suo, quod ipsa potuit facere per ius.* Editor de Lauriere Legatum hic interpretatur Res in vsus pios testamento relictas. V. *Intestatio* et *Mortuarium.* (2) ✝ Pars decimae, vt videtur, quam percipiebat is, qui ligandis manipulis vincula ministrabat. Ch. a. 1263. in Chartul. Lingon. V. *Tractus* 3.

LEGA-

Digitized by Google

† LEGATVRVS. ligamentum, zona, Ital. *Legatura.* Acta Mſ. notar. Senenſ.

LEGATVS, idem qui *Miſſus*, ſeu qui in Prouincias a Principe ad exercenda iudicia mittebatur. Annales Franc. Tiliani ann. 799. *Legatos regios, qui tunc ad iuſtitias faciendas apud eos commorabantur, comprehendunt.* LEGATVS, pro nuntio priuati alicuius hominis. Occurrit in libro Rameſ. Sect. 265. LEGATI A LATERE, ſeu Apoſtolici a Romano Pontifice in Prouincias cum ampliſſima auctoritate delegati, quae eiusmodi eſt, vt toto legationis tempore non ſecus ac Pontifex ipſe, honorentur, et ſuprema in rebus Eccleſiaſticis poteſtate gaudeant, et ad Apoſtolicam ſedem factas appellationes ipſi iudicent, vt eſt in cap. 1. extr. de officio Legati. Generatim porro *a latere mitti* ac delegari quiuis Legati dicuntur, qui ex Familia mittentis ſunt. Poſſidius in Vita S. Auguſtini cap. 13. *Propter quod perficiendum etiam a ſuo latere . . . ad Africam Iudicem miſerat.* Gregorius M. lib. 12. *A quo cum veneritis, quem a Latere noſtro transmiſerimus, eas poſſit accipere.* V. *Lateralis.* LEGATI NATI, Archiepiſcopi vel Epiſcopi, qui iure Legatorum Apoſtolicae Sedis in ſuis dioeceſibus ac prouinciis gaudent. Bulla Vrbani PP. ann. 1378. de Cantuarienſi Archiepiſcopo. LEGATVS IMPERII, qui alias Vicarius. Exſtat Ottonis Imp. Diploma ann. 1209. apud Corium in Hiſtoria Mediol. part. 2. quo Wolphgero Patriarchae Aquileienſi legationem totius Italiae committit, vbi haec habentur: *Volentes quod ipſe vice et loco noſtro et Imperii Legati, et quidquid ipſe ſibi de honore noſtro et Imperii tractauerit nos per omnia ſumus habituri.*

† LEGAVLVS, *lo gatto*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† LEGEANCEA, ſacramentum fidelitatis, quod domino vaſſallus praeſtat, i. q. *Ligantia.* Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 240. V. *Legia* 3.

LEGENDA. (1) Vel LEGENDARIVS, liber acta Sanctorum per anni totius circulum digeſta continens, [illegible] ctus, quia certis diebus *legend[illegible]* Eccleſia et in ſacris ſynaxibus [illegible] ſignabantur a moderatore C[illegible] vnde a Graecis συναξάρια appe[illegible] tur. Blerus c. 60. et eo Durandu[illegible] bro 6. Rat. cap. 1. n. 29. *Lege[illegible] rius vocatur liber ille, vbi agitu[illegible] vita et obitu Confeſſorum, qui l[illegible] tur in eorum feſtis, Martyrum au[illegible] in Paſſionariis.* Ioannes Neapo[illegible] nae Eccleſiae Cimeliarcha in Prae[illegible] ad Vitam S. Ioannis Epiſcopi N[illegible] politani: *Et cum vita eius, et qu[illegible] ter fuerit ad Epiſcopum aſſumptus e[illegible] in eo laudabiliter conuerſatus, in Chronica haberetur antiqua: nec tamen legenda, quae ad honorem eius in feſtinitate ſua legeretur, ſcripta aliquatenus appareret, etc.* (2) † *Anniuerſarium — cum legenda ſeu matutinis mortuorum in vigilia diei obitus,* in Teſtam. Mſ. a. 1363.

† LEGERARE, pro *Legatare*, legatum mittere, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 7692.

LEGERE. (1) Docere, profiteri, Gall. *Enſeigner, Profeſſer.* Beda, in Epiſtola ad Egbertum: *Memini me heſterno dixiſſe anno, cum tecum aliquot diebus Legendi gratia in monaſterio tuo demorarer, etc.* V. Supra *Lector.* (2) † Colligere, ſacco condere, t. 4. Hiſt. Neim. Prob. p. 47. (3) † Idem quod *Legenda* 1. in Cerem. vet. Mſ. eccl. Carnol.

LEGERGILDVM, mulcta irrogata ei qui fugitiuum ſeruum excipit, et cubile, quod Saxones *Leger-bedd* vocant, praebet. Leges Henrici I. cap. 11. Somnerus perperam ſcriptum putat, pro *Weregildum.*

LEGERWITA, V. *Lairwita.*

LEGEVS, pro *Ligius*, de quo infra, apud Rymerum to. 8. pag. 236.

LEGI HOMINES, pro *Legis homines*, hoc eſt, Legis Iudaicae Sectatores, perperam legitur, tom. 4. Anecd. Marten. col. 1142. vt ſatis patet ex dictis in Voce *Cagoti.*

LEGIA. (1) *Parua nauis.* Iohan. de Ianua Gallis *Alege.* In Gloſſ. Lat. Gall. *Legia: Nef, ou le gras de l'oreille.* At poſterior ſignificatio vo-

ci,

Digitized by Google

...la, conuenit. Ebrardus in ...o cap. 10.

...cartilago: *Sed Legia dicitur auris*

...lago *tamen amborum dicitur esse.*

... *Legulas* dixit vetus scriptor. ... Sidonium l. 1. Epist. 2. (2) ... Gosselinum in Vita S. Were... n. 12. idem est quod *Leuca.* ... Sacramentum fidelitatis, in ...s. a. 1226. V. *Legeancea*, et ...s. (4) *Legia, teneritas aurium,* ... Glossar. Prou. Lat. Cod. 7657.

LEGIAMENTVM, LEGIATIO, V. *Ligius.*

LEGIBILE, εὐαναγνοστὸν, in Gloss. Lat. Graecis.

LEGIBILIS DIES, quo habentur scholae. Rob. Goulet in Compendio iurium et consuetud. Vniuersitatis Paris. fol. 4. Vo. V. *Legere.*

LEGIBILITER, ita, vt legi possit. In Actis SS. Iunii tom. 1. p. 266.

LEGICREPA, rabula, qui crepat leges. Varro Atacimus apud Fulgentium:

Legicrepae tundunt, latrant fora, classica turbant.

Supplem. Antiquarii: *Legiscrepa, νομοδίφας, Legisperitus.* Hinc emendandus Papias editus, qui legit *Legiorecar, Legisconsultor;* et MS. vbi *Legiprecar.*

LEGIDES. Pactum MS. inter Clericos Ecclesiae Lugdunensis, et Guigonem Comitem Forensem, ann. 1167. *Legides fori et feriarum communes, et clamores atque banni communes, exceptis Clericis et familiis eorum domesticis.* Forte pro *Leidae,* seu praestationes, V. in *Leudis.*

† LEGIETAS, i. q. *Legia* 3. in Ch. Ms. a. 1206.

LEGIFERI PROVINCIARVM, apud Suecos, non semel occurrunt in Erici Vpsalensis Historia Suecor. lib. 3. p. 57. 74. 79. 80. 96. 99. 111. 119. Horum districtus LEGIFERATVS dicitur lib. 2. pag. 44. etc. *Non aduertit patriae consuetudinem, et priuilegia regionis, quibus cauetur, ne Rex sine comitiua antiquitus designata, Legiferatum aliquem Regni intrare praesumeret.* *) *Legifer,* eyn werntlich rechtsprecher, in Vocabul. Lat. Germ. a. 1477.

LEGILE, analogium, V. Ceremoniale Episcop. lib. 1. c. 11. vbi *instar Legilis* esse dicitur Presbyter, qui Episcopo sacra facienti de libro ministrat.

LEGILOQVVS LIBER, appellantur Capitularia, in versibus Ansegisi collectioni praescriptis in antiquis Codicibus.

LEGIMEN, electio. Vita S. Materniani, tom. 3. Aprilis p. 759.

† LEGIO, sacramentum, quo aliquod dictum seu promissum, quasi *legione,* firmatur et munitur. Ch. Ms. a. 1239. *Sub fidei legione quittauit.*

LEGIORECAR, LEGIPRECAR, V. *Legicrepa.*

LEGIRVPA, *qui legem rupit,* Martinio: recte Carmen de Laudibus Berengarii Aug. apud Muratorium to. 2. pag. 399. col. 1.

Vix proprios tetigit fines Rex ille verendus
Legirupis en Wido tubis rediuium resumit.

LEGIRVPIO, eadem notione; παρράνομος, apud laudatum Martinium in Lexico.

LEGISCREPA, V. *Legicrepa.*

† LEGISDOCTVS, disciplina christiana eruditus. Ch. Ms. a. 1125.

LEGISTA, *qui docet leges, vel qui vacat legibus,* Vgutioni et Iohanni de Ianua; *Legistres* in Glossis Sangerman. Anonymi liber Reuelationum, cap. 21. *Iste autem suo tempore inter eos, quos Legistas et Decretistas vocant, peritissimus habebatur.*

LEGISTERIVM, ius, iuris et legum scientia. Ericus Vpsalensis lib. 6. Histor. Suecicae.

LEGITIMA. (1) Nude, pars haereditatis Legibus constituta, Gall. *La legitime,* Germ. Pflichttheil. Charta, ann. 1273. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 198. *Ita quod* (Anna filia Dalphini Guigonis.) *non possit aliquid plus in praedictis bonis et haereditate et terra dicti Domini, ratione Frareschiae vel Legitimae, vel Supplementi Legitimae.* (2) Forte Appendix, Gall. *Dependance.* Traditio Liodrici de Meckerias pro Monasterio Sithiensi: *Dono igitur, donatumque in perpetuum esse volo legaliter per festucam, et andelaginem, rem proprie-*

Digitized by Google

proprietatis meae nuncupante Meckerias . . . vna cum ipsorum locorum peruiis, Legitimis et wadriscapis.

LEGITIMARE. (1) Legitimo connubio prognati ius spurio tribuere. Gall. *Legitimer*, Hispan. *Legitimar*. Iacobus Arragoniae Rex in Concilio Turiasonensi ann. 1229. (2) LEGITIMARE PONDERA ET MENSVRA, ea cum aliis authenticis collata comprobare, et legitima declarare. Statuta Arelact. MSS. art. 74.

LEGITIMATIO, *per subsequens matrimonium* inducta primitus fuit ex lege a Constantino M. lata, quam restituit Zeno I. Diui Cod. de Natur. lib. ac deinde Iustinianus Nou. 12. 84. 117. etc.

LEGITIMITAS, ortus, nascentia ex legitimo thoro. Statuta Excl. Aurelian. art. 59. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1279 *Inquirat Sacerdos . . . de Legitimitate sponsi et sponsae.* Alibi actio, qua notitus declaratur legitimus. V. tom. 3. Concil. Hispan. p. 492. col. 1.

LEGITIMVS. (1) Ex Lege idoneus ad aliquid agendum, vel probus. Lex Longob. lib. 2. tit. 29. §. 1. *Hoc prospeximus vt intra X. annos non sit Legitimus homo ad res suas alienandas etc.* V. *Legalis* et *Legitima*. (2) † Ingenuus, ap. Meichelbec. t. 2. Hist. Frising. p. 529.

LEGITORIVM, pulpitum, analogium. Glossar. Prou. Lat. Cod. 7557. *Letrier*, *Prou. legium*, *lectrum*, *legitorium*, *analogium*.

LEGIVM, seu LEGIVVM, in Gloss. Lat. Gall. *Pulpitre*, *Letrin à mettre livre sus*. Vgutio: *A lego, lectrum et Legium*, *pulpitum*. Leo Ostiensis l. 3. Chr. Cas. cap. 31. (al. 33.) *Legium quoque perpulcrum et eminens in eo constituit.* Cap. seq. *Legium quoque pulcherrimum auro atque coloribus pictorum ingenio decoratum ibid. extrui iussit.*

LEGIVS, V. *Ligius*.

LEGNAGIVM, vt infra *Lignagium*, ius excidendi lignum in syluis, vel Praestatio pro huiusmodi iure, *Legnagium*, *et carbonagium*, in Regesto Philippi Aug. f. 87. e Chartophylacio Regio.

† LEGNAIVOLVS, faber lignarius, Ital. *Legnaiuolo*, in Stat. ant. Florent. l. 5. c. 19.

LEGNEIRARE, LEIGNERARE, infra *Lignare*, lignum in syluis scindere. Sententia arbitralis Dominos et Communitatem Ca an. 1497.

LEGVA, Hispan. *Leuca*, Gall. Concil. Dertusanum ann. 1499 *Leua* et *Leuca*

LEGVLA. Aelfricus: *Legula*, *vel clea*, *vel Code*, *Mete - lacca*. Somnerus: *Legendum forte*, *lo vel locellus*, *Metesacca vel Codde*. hic *Legula* est pro *Ligula*, quae mensura Medicis et aliis nota, qua Marcellus Empiricus p. 47. 122. Glossae vert. κοχλιάριον, *cochliarium*, *Legula*: μύστρον, *Legula*. V. alia notione in *Legia*.

LEGVMENARIVS, ὀσπριοπώλης, in Gl. Gr. Lat. Alii praeferunt Leguminarius, qui vendit Legumina.

† LEGVMENIVM, LEGVMENTVM, legumen, in Consuet. monast. S. Cruc. Burdegal.

LEIA, V. in *Leda* 3.

LEIBO, LEIBVNCVLVS, panis crassior, et relictis furfuribus minus candicans, Goldasto. Germ. ein Leib Brod. Ephemerides Monasterii S. Galli tom. 1. Rerum Alam. 16. Kl. Dec. *Eodem die dantur carnes*, *pisces*, *casei et ova cum floupo*, *et maximo Leibone et minore Leibuncula de Stanheim.*

LEIDA, V. in *Leudis* 3.

LEIDARIVS, V. *Leudarius*.

LEIDGRAVIVS, LEIDGREVIVS, V. *Ledgrauius*.

† LEIDIS, tributum pro mercibus, in Ch. Ms. a. 1167. V. *Leudis* 3.

LEJEWITE, LEGERWITE, V. *Lairwita*.

LEIGIALIS TERRA, quam tenet homo *Ligius*, V. locum in voce *Terra*.

LEIGIVM, Charta Henrici Regis Franciae an. 1060. pro Ecclesia S. Martini de Campis. *De redditibus quidem pastionis vieriae*, *Siluae*, *atque Leigii*, *omnem decimam . . . concedo.* Occurrunt eadem verba in alia Charta Ludouici VII. anno 1137. Idem videtur quod *Alegium*. V. in hac voce.

LEIGNAGIVM, ius lignationis, V. *Lignagium*.

LEIGNE-

Digitized by Google

EBARE, V. in *Legueirare.*

TREA, laeuis oſtrea. V. *Aſpra-*

, fuga, vox incertae originis. Procul dubio a Germ. laufen, Sa- lopen, Angloſax. *hlepan.*) Le- Henrici I. Regis Angl. c. 43. *quis a dommo ſuo ſine licentia di- las, vt Leipa emendetur, et redire atur.*

WITA, V. *Lairwita.*

IVERPIRE, V. *Laeſiuerpum.*

EITA, minutiſſimae monetae ex latone vel cupro ſpecies. Ch. Mſ. a. 1320. *Duobus denariis, minus de leita.* V. *Laso* et *Loto.*

LEITIHVNT, etc. V. *Canis Leitihunt.*

LEITO. Charta Alfonſi III. Reg. Portugalliae apud Brandaon. to. 4. p. 279. v. *Gallinam, caponem capritum, anxe- rem, aut Leitonem.*

LEIXARE, permittere, finere, Gallis *Laiſſer.* Charta Luſitanica apud Brandaon. lib. 14. V. *Laxare 2.*

† LELEX, Iurisconſultus, legis peritus, in Ch. a. 1152. t. 2. Hiſt. Occit. Prob. p. 539.

† LEMA, *la voragine.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ. pro *Lama 1.*

† LEMBVLVS, diminut. a *Lembus*, nauis Genus, in Gloſſar. Prou. Lat. Cod. 7657.

LEMBVS, *veſtis regia*, Papiae. An *Limbus*, fimbria ad ornatum veſtibus aſſuta? Agnellus in libro Pontif. apud Murator. tom. 2. p. 178. col. 2. *Ornauerunt que diuerſis palliis exani- me corpus, et Lembum* (MS. *Loibum*) *a barba vsque ad caput inundatus erat, quod illi ſua ex auro Baſilii miſeras mater.*

LEMIGA. Vita S. Parduli Confeſſoris in Cod. MS. et apud Labbeum to. 2. Biblioth. pag. 601. *Quidam ex ruſticis vulgaribus, dum ligna ad vſum ignis caederet, vt adſoles, in vetuſta arbore, bolidos, quos vulgo Lemigas vocant, adhaerentes reperit; et cum eas collegiſſet, decreuit vt eas ad vi- rum Dei Pardulum deferret, etc.* Mox: *Sciſcitatus ab eo cui has defer- ret Lemigas. Tunc homo confitendo dixit, quod ad virum Dei Pardulum, qui nihil carnium, nec volatilium ede-* *bat.* Occurunt ibi ſemel ac iterum: vbi *bolidus*, ponitur pro *boletus*, vti haberi in MS. Compendienſi monet Mabillonius, fungus, *Champignon.* Sic *Lemiga* idem erit quod *boletus.*

LEMINALATGE, f. *Heminagium*, ſeu praeſtatio ex quacumque hemina frumenti aut alterius grani. Chartular. Gratianopol. f. 41. n. 33. *Sextam partem leydae huius ciuitatis de ſale et denariis, et tertiam partem de linguis vaccarum ſiue boum, et tertiam de Le- minalatge cum tertia parte lanarum, et cum omnibus rebus minutis quae de Lezda exeunt*, V. *Hemina.*

† LEMMA, in Ch. Caroli M. a. 774. ap. Mabillon. Dipl. pag. 645. pro *Lemnia.*

LEMMANE. Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. c. 84. *In illis autem diebus cum iam ſemina triturarentur, et ſicut Lemmane veſtitum ſegetibus nudum habetur, a ſiluis intercedente gelu, cum non eſſet vnde ignis accenderetur, ab ipſis paleis focas ſibi adhibuerant excuſſores.* Ita praeferunt tres Editiones: qua voce pars Aruernorum agri intelligitur plana et fertilitate nota, quae vulgo *Limaigne* dicitur, quamque *Lemane Aruernam* vocat idem Gregor. lib. 3. Hiſtor. c. 9. *Limane* lib. 5. c. 35. quam vocem quidam ab *alimonium* deducunt; vel quod ea animalia vſui ruſtico neceſſaria nutriat, quae Hiſpani *alimana* vocant. V. Iacob. Bourgoing de Origine et vſu vulgarium vocum p. 76.

LEMMONES, V. *Lemnones.*

LEMNA. (1) Vectigal in vrbis exitu vel introitu pro mercibus ſoluendum, forte ſic dictum a *limen.* Statuta S. Seueri in Capite Vaſconiae circa an. 1100. tom. 1. Anecd. Marten. col. 280. *Statutum etiam fuit, quod ſi extranei, cauſa vendendi, in animalibus vel in plauſtris aliquid ab- ſtraxerint, in exitu portarum Lem- nam perſoluant. Idem dicimus de co- rariis, quod Lemnam debeant dare.* (2) V. alia notione in *Lemnia.*

LEMNARIVS, portitor, exactor *lem- nae*, ibid. col. 279. *Extranei vero, ſi aliquid venale ad villam attulerint, ſiue in praeſenti ſiue in futuro, ven- diderint in introitu portarum, Leſ-*

dam persoluant, vel securitatem non vendendi Lemnario faciant. Ex hoc loco patet *Lemnam* idem esse quod *Lestam*; vnde procliue esset suspicari vbique scribendum fuisse *Lestam*, vel *Leudam*, vt *Lestario* seu *Leudario*, pro *Lemnario*, si vox *Lemna* toties non repeteretnr.

LEMNIA, LEMNA, LEMPNA, silua. Tabular. S. Eparchii Inculism. *Ego dono . . . et ad ignem et ad alia necessaria omnes arbores Lemniarum mearum de Pontos, praeter chaisnum et fraxinum.* Charta Aimerici de Ronconio, ibid. *Dono Deo et S. Eparchio lo chaufatgha in Lempnis meis, quantum eis opus fuerit ad suum chaufatgha.* Rursum fol. 870. *In illa terra, quae est trans la Lemna de Palirs, iuxta mansum Brolii.*

LEMNIAE, homines monstrosi et fabulosi quos sic describit Isidorus lib. II. Orig. c. 2. *Lemnias in Lybia credunt truncos sine capite nasci, et os et oculos habere in pectore; alias sine cernicibus gigni, oculos habere in humeris.* LEMPNIAE. Odo de varia Ernesti Bauariae Ducis fortuna to. 3. Anecd. Marten. col. 362.

† LEMNISCAE, *fasciolae puerperae.* Gloss. vet. Cod. 7613. V. *Lamnistae.*

LEMNIVS, *luctuosus dicitur.* Papias.

LEMNONES, *larvae, animae mortuorum.* Papias. In Gloss. Sangerm. MS. num. 501. habetur *Lemmones:* an pro *Lemures?*

LEMNVNCVLVS, pro Lembunculus, apud Papiam. *Lemnunculum, lembum,* in Gloss. Sangerm. MS. n. 501.

† LEMOISSELLVS, LEMVISSELLVS, LEMVSSELLVS, globus, Gall. *Peloton. X. fundae et VII. Lemusselli fili,* in Munit. castr. dom. reg. V. *Loisellus.*

LEMONIVM, malum citreum minus, Gall. *Limon,* apud Bern. de Breydenbach Itiner. Hierosol. p. 226.

LEMOSINA, *eleemosyna,* Italis *Limosina,* apud Laurent. in Amalth.

LEMPNA, V. in *Lemnia.*

LEMPNIAE, V. *Lemniae.*

LENA. (1) Apud Petrum de Crescentiis lib. 10. c. 37. *Suber* seu *Liege* vertitur a veteri interprete Gallico. (2) Pannus laneus qui culcitrae supersternitur. Guido Disci Farf. c. 47. *In lectulo ad vnumquemque deputetur Lena cum pellicula uestita, sagum laneum, capitale.* nardus Ord. Cluniac. part. 1. c. 17. *Pro signo strati quod substernitur, et Lena vocatur a S. Benedicto* etc. Latinis *Laena* pallii genus quod caeteris vestimentis superinebatur, praesertim hiberno tempore et ad iter faciendum, hocque in lectu *Lenam* accipio in Statutis Csterc. an. 1183. to. 4. Anecd. Marten. col. 1256. vbi: *In Lenis artificiose fiunt varietates colorum in Monasteriis nostris: quod ne vlterius fiat modis omnibus prohibemus; sed si contigerit quod fimbrias tinctas emerint, non nisi vnius coloris in vna Lena ponant.* (3) † LENA PANIS, frustum, offella, Gall. *Leche.* Acta SS. t. 1. Aug. p. 646. (4) † Fascis virgeus, lignum calefaciendo furno accommodum, Germ. Welle, Hisp. *Lenna.* Consuet. Ms. Perpin. c. 37.

† LENAGIVM, pro *Legnagium,* in Reg. Phil. Aug.

LENARE, lenocinari, lenocinium facere. Salmasius ad Vopiscum ex vetere Epigrammate:

Lenandi callidus arte.

Vetus Scholiastes Iuuenalis ad illud Satyrae 2.

Illa docet, missis a corruptore tabellis,

adnotat: *Socius filiam suam Lenas et docet eam moechis caute rescribere.* Laurentius in Amalthea ex vet. Glossis: *Lenare, Lenire.*

LENARIA, quae facit lenocinium. Miracula S. Cunerae, to. 2. Iunii p. 564.

LENAYRARE. *Pro pascayrando vel pasqueria sumendo cum eorum aueri grosso et minuto, pro Lenayrando, et Lenayra faciendo,* in veteri Charta Massil. ex Schedis D. le Fournier, id est, pro lignis in silua exscindendis. V. *Lignerare* et *Legneirare.*

LENCIO, *ἐν τοῖς πένθεσιν ὀχεύμενος, tempore luctus saltans.* Supplem. Antiquarii. V. *Lentio.*

LENCIVS, († lintea supellex.) Testamentum Sancii I. Regis Portugal-

Digitized by Google

ae aerae 1217. apud Brandaon. to. . p. 260. *Habeat et meas cintas, meas scarlatas, et penas varias, rençanes et Lencios*; id est, *Lintea.* Actis SS. Iunii to. 3. p. 477. habetur *Lincios.* V. *Lenfia.*

IDEX, *tarmus* (tarmes) *vermis in rdo*: Iohanni de Ianua, *Vert de art*, in Gloſſis Sangerm.

DITVM, V. *Landicum.*

ENEVS, lo vino, in Gloſſ. Lat. al. Mſ. pro *Lenaeus.*

ENGVETA, lingula, Gall. *Lanette.* Stat. Sabbat. Carcaſſ. Menſe *Vengueta* editum t. 8. Ordin. g. Franc. p. 560.

HACERIVS, qui carminat lanam, allis, *Cardeur*, in veteri Catalogo S. Sodalium confraternitatis B. Mae Deauratae.

HAIRRARE, lignum in ſiluis exndere. Charta an. 1289. V. *Liverare.*

HAYRAGIVM, ius lignorum in uis exſcindendorum. Conuentio idouici Regis Siciliae cum Arelanſib. an. 1385. ex MS. D. Brunet.

ICANARIVM, veſtis ſpecies. Caolicon Armoricum: *Huclien, Gale, Huquet de toile, Lat. hoc Leninarium. Item praetexta, Gall. Huete a genes enfans. Hucpillotet, Gall. ucque pillotée, Lat. haec lacerna.* rte melius legeretur *Hoclenicanum*, pro *Huclien canab*, Gall. *Huet de toile de chanvre.*

ENIS, pro laeuis, planus, in Act. . t. 7. Sept. p. 747.

ONIA, lenocinium, *Maquerelage.* kehardus Iunior de Caſib. S. Galli I. extremo.

SIA, lintea ſupellex. Ch. d. 1357. t. Cod. Ital. diplom. p. 2476. *Cum arſiis, lenſiis, vallifiis etc.* V. *Lencius.*

TACVLVM, *cruſtatia*, apud Paim.

TARE, pro morari, non ſemel rrpat Gregorius M. lib. 2. Ind. 11. . 1. 42. lib. 10. Epiſt. 35. Papias: *ntare, tardare. Fata lentata*, id eſt, data, apud Trebellium Pollionem Claudio c. 6. Virgilius Aeneid. 3.

Ante et Tinacria Lentandus remus in unda eſt.

Adlentare.

LENTEA, *fouea.* Papiae.

LENTERNA. (1) *Vincula modica.* Papiae et veteri Gloſſatori Sangerm. MS. n. 501. (2) Species vaſis. Acta S. Samſonis MSS. *Samſon, quem in cella tua poſuiſti, omnia bona, quae congregas, inaniter diſpergit, et maxime Lenternas melle plenas fundo tenus euacuauit. Dubritius introiuit in cella et introiens vidit omnia vaſa funmo tenus plena.*

† LENTESCERE, dicitur de colle decliui, in Act. SS. t. 7. Iul. p. 274.

LENTIA. (1) Annales Genuenſes apud Murator. to. 6. col. 349. *Et facto proinde conſilio ſic Lentiam, quae Rempublicam annue nituntur augere, ad creandam militiam, Deo auſpice, profecturam, laetiores ſolito authoritatem hilari mente praeſtaruns.* Vox ignora ac forte mendoſa, hinc que locus perobſcurus. (2) † Ager in longum protenſus, Ital. *Lenza.* Ch. a. 1083. ap. Murat. t. 2. Antiq. p. 1034. V. *Leſa.*

LENTIACVM, praeſtatio ex *lentibus.* V. *Meſtiuarius.*

LENTIARIVS, pro *Lintearius*, Gl. Graec. Lat. ὀθονιαχὸς, *Lentiarius.* λέντιον, dixere Piſides in Hexaemero v. 1747. Palladius in Hiſt. Lauſiaca c. 52. et alii quos laudat Meurſius.

LENTICLA, dimin. *Lentis*, V. *Lenticularia.*

LENTICVLA. (1) Eucherio Lugd. *Vaſculum ex acre habens oleum, quo vngebantur in regnum.* Lib I. Reg. c. 10. 1. lib. 4. c. 9. vbi Graec. Interpr. φακὸς ελαίου. Iſid. lib. 2. c. 7. *Lenticula, medicum* (modicum) *vas aeneum vel argenteum, quadrangulum, in latere apertum, quod et Lichitum, (Lecythum) eſt enim vas olei, quo Reges et Sacerdotes vngebantur, a liniendo dictum.* Alii *Lenticulam* dictam volunt, quod lentis formam quodammodo referret. V. Plinium lib. 18. c. 12. et Martinium in Lexico. (2) Genus placentae. Pelagius Diag. de Vita SS. Patrum c. 4. n. 59. *Fecit de farinula Lenticulam et Zippulas.* (3) † Lentigae, macula. Acta SS. t. 2. Sept. p. 454.

LENTICVLARIA, ager lenticulis conſitus. Lex Salica tit. 29. §. 13. *Si*

Digitized by Google

quis in napinam, in fabariam, in Lenticulariam, vel his similia ad furtum faciendum ingressus fuerit, etc. Gloss. *Lenticla*, φακῆ.

LENTICVM, praestatio pro vendendis Lentibus, V. locum in *Sandalis*.

LENTIGAMEN. Gesta Archiepiscoporum Treuir. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 426. *Dominus Cuno submisit se ad fossatum castri per arctam fenestram cum Lentigamine, et sic euasit.* Videtur legendum *Ligamen*, nisi *Lentigamen* dictum sit, quod ligamen fuerit ex linteo textum.

LENTILAT, vox Gallica, lens, species leguminis nota, Gall. *Lentille*. Necrologium Carnotense: *Aquisiuit etiam apud Menuesin generaliter quidquid maior habebat in granica Capituli, scilicet duos trituratores, vechiat, pesiat, Lentilat, fauat.*

LENTIO, ὁ ἐν τοῖς πένθεσιν ὀρχούμενος. V. Salmasium ad Vopiscum p. 504. et Ioh. Kirchmannum lib. 2. de Funerib. c. 7. Supra habetur *Lencio*, tempore luctus saltans.

† LENTIOLVM, linteolum, in Act. SS. t. 3. Maii p. 637.

LENTIPES, lento, seu tardo gradiens pede. Ausonius Ep. 21.

LENTIS, *nauis pusilla*. Papias et Gloss. Sangerm.

LENTISMA, *Mastiche*, *lentisci resina*. Laurent. in Amalth. ex Onomastico.

LENTIVM, σάβανον, Gloss. Lat. Graec. Sangerm. Sabanum, sudarium. Vox ducta ex λέντιον, quod Graeci recentiores formarunt ex Latino *Linteum*.

LENTRVS, linteum lecti, Gall. *Linceul*. Charta aerae 1060. apud Anton. de Yepez in Chron. Benedict. to. 5. p. 435. *Quatuor plumacios, literius 3. Lentros de leno* (i. e. *de lino*) *3. duos etiam pares de sabanes.* Sed videtur legendum *Lentios*. V. *Lencius*.

LENVM, pro *Linum*, V. in *Lentras*.

LENZA, Ital. fascia. Miracula B. Henrici Baucen. to. 2. Iunii pag. 386.

LENZIOLVS, linteum lecti, Gall. *Linceul*. Miracula S. Zitae to. 3. April. p. 525.

LENZOLVS, eadem notione, *Lenzuolo*. Chron. Bergom. apud [illegible]rator. 10 16. col. 918.

† LENZONVM, idem. Ch. a. [illegible] t. 1. Hist. Cassin. p. 81.

† LEO, aper, vt videtur. Ch. a. [illegible] t. 11. Gall. Christ. Instr. p. 328. *[illegible]cimam siluestrium bestiarum siue [illegible]num.*

LEOA, leuca, Gall. *Lieue*. Code[illegible] minonis Abb. Sangerm. fol. 1[illegible] cto col. 1. *Habet ibi de silua in [illegible] gyro Leoas V. vbi possunt sag[illegible] porci mille.*

LEOCRYSVS, lapis pretiosus, *colore aurea interueniente candida*, vt habet Isid. lib. 16. c. 13. Io. de Ianua praefert *Leocrisis* vel *Leochrisis*, Papias *Leochysus*. Legendum cum Plinio *Leucochrysus* a Graeco λευκόχρυσος.

† LEODA, tributum pro mercibus, praestatio quaeuis. Ch. Ms. a. 1163. V. *Leudis 3*.

LEODARDI, LEVDARDI, melius quam *Leodasdi*, vt recte monet Eccardus in Notis ad Pactum Legis Salicae tit. 6. Voces frequenter occurrentes in eadem Lege, quas arcessit Schilterus ex *Leaden*, siue *Leudan*, *Leiten*, ducere, scil. testes, et *Ardi*, *Art*, genus, species. Nimirum inquit, duo genera, vel species sunt condemnandi reum, aut per modum confessionis aut per modum conuictionis per testes, etc. in quo posteriori genere locum habet poena inficiationis, vtroque et Romano et Germanico Iure vsitata. Luculentus textus iuris Francici est in Legis Salicae titulo 10. §. 1. *Si quis animal aut caballum, vel quodlibet pecus in messe sua inuenerit, penitus eum vastare non debet, quod si fecerit et confessus fuerit, capitale loco restituat, ipse vero debilem ad se recipiat. Si vero confessus non fuerit, et ei fuerit Adprobatum. Malb. Leodardi DC. denar. qui faciunt sol. XV. excepto capitale et delatura.* Hinc infert Vir eruditus, *Leodardi* alteram esse speciem condemnationis ad mulctam, si quis non confessus, sed inficiatus factum, desuper conuictus fuerit. Quod confirmat ex eiusdem tituli §. 4. vbi: *Si negauerit et tamen conuictus*

Digitized by Google

fuerit, Malb. Leodardi, vt et et vlt. ibi: *Testibus eum con-* Et tit. 2. §. 3. *Et ei fuerit atum, Malb. Leodardi.* Tit. 27. *Et ei fuerit approbatum, Malb. di.* Tit. 33. §. 6. tit. 68. *Si ne- conuictus fuerit Malberg. Leu- solidos XV. componat.* Con- tandem laudatus meritoque ndus scriptor, ex iis locis, manifesta sunt, cetera, quae iora sunt, esse interpretanda. prorsus modo, sed nobis mi- probabili, rem expedire cona- ccardus loco laudato: quem, si vis, consule.

LEODE, V. *Leudis 2.*

LEODICVS, LEODIGVS, LEODVVS, fiscalis, regalis, publicus, vt Valesius exponit pag. 270. Notitiae Galliarum, a *Leudibus*, vel *Leudis*, *Leodis*ve, quae populum significat veteri Germanico. Litteras Hugonis Regis an. 4. Regni pro Arnulfo Episc. Aurel. *Leodiae quoque silvae venationem, sicut antecessores eius visi sunt habuisse, eidem matri Ecclesiae habere concedo.* Robertus Hugonis filius eandem silvam *Leodigum* appellat, in Litteris, quas citat Valesius loco laudato: vbi etiam observat, *Leodicum vicum publicum*, a plerisque nostris Annalium et Chronicorum veteribus auctoribus appellari, nomine Germanico, vicum illum qui initium fuit percelebris civitatis *Leodium* hodie dictae; vnde conficit eam *Leodicum* potius esse nuncupandam. *Leudicam* vocat Carolus C. in Capitulis an. 854. ex eodem etymo deducta voce. Plura videsis apud eundem Valesium p. 270. et seq. et apud Lipsium lib. 1. Poliorceticon Dialog. 2.

LEODIS, LEODVS, V. *Leudes et Leudis.*

LEOFWINVS, Anglorum lingua, *Carus amicus*, in Translatione S. Cuthberti saec. 4. Benedict. part. 2. pag. 295. a Saxonico *Leof*, dilectus, et *Win*, fortitudo, vnde terminationes nominum propriorum, *Alwin, Baldwin*, etc.

LEONA, Ital. *Leaena*, Gall. *Lionne*. Vtitur Boncompagnus apud Murator. to. 6. col. 932. et Chronographus Parm. to. 9. col. 826. etc.

LEONATVS, coloris leonini. *Vela ferica Leonata*, Anastasio in Vitis Paparum apud Murator. to. 3. p. 272. col. 1. Concil. Tolet. an. 1582. Nec (Clerici) *in vestibus laneis alios vsurpent colores praeter quatuor modestos et obscuriores, nempe nigrum, violaceum, cinericium, hoc est pardum, et castaneum, hoc est Leonatum.*

LEONES. (1) Nummi aurei Francici. Vetus Regestum: *A 1. Febr. 1336. ad 14. Nouemb. 1338. fiebant Leones ponderis 48.* Ita etiam appellati nummi aurei Comitum Flandriae ac Ducum Burgundiae, quod in iis effictus esset Leo. Horum typum exhibet Hautinus in lib. de monetis Francicis pag. 95. Magnum Chronicon Belgicum an. 1456. *Insuper declaratum est, quod eidem Gusberto pro suis expensis tribueretur summa 50. millium Leonum.* (2) V. *Mare Leonis.*

LEONIFERI, a Petro Diac. lib. 4. c. 37. al. 39. inter Vexillarios Eccl. Rom. recensentur: *Aquilifferos, Leoniferos, Lupiferos, Draconarios, etc.* Sic dicuntur ob leones depictos in vexillis. *Albertus portator vini siue Leonifer*, in Chronico Parmensi, apud Murator. to. 9. col. 791.

LEONINI VERSVS. Sic forte nuncupati, quod inuenti fuerint a quodam Leone Poeta, qui circa tempora Ludouici VII. vel Philippi Augusti Regum Franciae vixit, cuius meminit Aegidius Parisiensis in Karolino lib. 5.

Nec minus in sacris melico sermone Leonem,
Laudeutem historiis, et quem intepuisse dolemus.

Quae est etiam sententia Stephani Paschasii lib. 7. Disquisit. Francicar. c. 2. vbi complures eiusdem versus describit perelegantes, in iisque aliquot ex iis quos Leoninos appellamus, vel Rythmicos, et ὁμοτελεύτους. Thierricus Vallisoloris in Vita Vrbani IV. Papae:

His replicans clare tres causas explico, quare
More Leonino dicere metra fuo.

V. Chronicon Augustanum part. 2. c. 2. et Faucherum lib. 1. de Poetis Francicis c. 6. † Adde de his versibus le Beuf t. 1. Dissert. p. 268. seqq. et Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aevi p. 687.

LEONINITAS. Metulinus ad Ebrardum Betun. in Graecismo c. 15. *Forte dicit ita, vt haberet Leoninitatem in versu.* V. *Leonini.*

† LEONINVM PALLIVM, coloris leonini. Cod. S. Mart. Lemou. V. *Leonatus.*

LEONISTAE, haeretici, qui alias Valdenses, a quodam *Leone*, vti vult Goldastus, vel vt Illyricus Centur. 12. cap. 8. Freherus, ipse quoque Gretzerus, a Lugdunensi ciuitate, quae *Lion* dicitur, appellari. Horum mentio in Constitutione Friederici contra haereticos.

† LEOPARDI, monetae Anglicae species, leopardo insignita. Consuet. Ms. monast. S. Crucis Burdeg. *XII. Leopardos auri.*

LEOTVM, latum, Gall. *Large.* Statuta Massil. l. 3. c. 18.

LEPA, mensurae species apud Anglos. Vox formata a Saxonico *Leap*, calathus, corbis. Extenta de Garingges apud Spelmannum: *Debet triturare tres bussellos frumenti et dimidium Lepae, vel 5. bussellos fabarum, pisarum. vel vescarum.*

LEPASTA, V. *Lepista.*

† LEPIDA, *la imagine di santi padri*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

† LEPISCVM, *lo vaso del vino*, ibidem. V. *Lepista.*

LEPISTA, *genus vasis*, in Gloss. Lat, MS. Reg. Vox est graecae originis: λεπαστὴ, vel λεπαστὴ κύλιξ, Athenaeo dicitur de poculo ampliore, et λεπάστις Hesychio οἰνοχοὴ et εἶδος κύλικος. Hinc *Lepastae* apud Varronem lib. 1. de Vita populi Rom. et *Lepista, Genus vasis aquarii*, apud Festum. Gloss. vetus Sangerm. *Lepiscam* (Lepistam) *Vas vinarium antiqui ita nuncupabant.* Ex quibus emendari debet laudatus Varro lib. 4. de Lingua Lat. vbi perperam *Depesta* pro *Lepesta*, vt a Scaligero iam monitum. Gloss. Latin. graec. Sangerm. *Lepistra*, εἶδος χύτρας. Laurentius in Amalthea: *Lepaste, Poculum in formam ollae, quod una ansa apprehenditur*, ex Clemente Alexandrino. Plura Martinius in Lexico v. *Lepasta.*

LEPITVDO, *epifora*, Papias. Legendum *Lippitudo*, vitium lacrymantium oculorum *Epiphora* dictum Medicis, a Graeco ἐπιῤῥοὰ, humor irruens vel influens in aliquam partem corporis.

LEPO, piscis genus, V. *Fuca* 2.

LEPORA. Lambertus Ardensis apud Ludewig. to. 8. p. 486. *Rubescente aurora, promptiori animo corniculum auscultas venatoris quam campanam sacerdotis, auidius vocem Leporarum quam Capellani.* Videtur legendum *Leporariorum*, nisi forte *Lepora* sit vertragus femina, Gallis *Levrette.* V. *Canis Leporarius.*

LEPORALIS, V. *Canis Leporarius.*

LEPORAREATORIA. Chronic. Pisanum ab Vghello editum, ann. 1159. *Fecerant quinque galeas ad custodiam maris, et fossam magnam in Leporareatoria, vsque prope petraria de Trisi, etc.* Vereor ne mendum subsit, pessime enim Vghelliana Italia impressa est. Legendum forte *Leporaria.*

LEPORARIVS. (1) V. *Canis Leporarius.* (2) † Qui canes leporarios curat. Lib. nig. Scacar. edit. Hearn. p. 356.

LEPORETA, dicta arua inculta, vbi lepores morari amant. Hinc sumpsit appellationem *Alebretorum* nobilis familia in Vasconibus, quorum sedes praecipua in *Landis*, seu aruis eremis et incultis Vasconum extat, qui in veteribus tabulis latinis *de Lepereto*, apud Froissartem *de Lebret*, fere semper cognominatur. V. Historiam Abbatiae Condomensis p. 477. 468. et Marcam in Hist. Beneharn. lib. 7. c. 10. n. 3.

LEPORIVM, locus vbi Lepores asseruantur. Monasticum Anglic. to. 2. pag. 1035. *In turbariis, in vinariis, et Leporiis, in Ecclesiis, et capellis, etc.* Videtur legendum *Leporariis.* Gloss. Gr. Lat. λαγωτροφεῖον, *leporarium.*

LEPRARIVS CANIS, vt *Leporarius*, Gall. *Levrier*, in Constitutionibus Regis Siciliae c. 115.

LEPRA-

Digitized by Google

rcvs, lepra infectus, apud um African. in Vita S. Amo- 28.

OSALIS, ad leprosum spe- in Stat. eccles. Tull. Ms.

ARIA, nude, domus lepro- in Charta an. 1237. tom. 1. larii S. Vandregisili p. 156.

OSARIAE DOMVS, in Hi- piscopor. et Comitum Engo- 35. extremo.

ARIVM, eadem notione, in Ludouici II. Regis Siciliae ex D. Brunet. fol. 115.

SARIVS, rector domus lepro- m, in Epistola Sixti PP. an. 1477. Abbatem S. Faronis. ex Archiuo pitalis Meldensis.

LEPROSIA, vt *Leprosaria*, in Charta an. 1239. ex Archiuo Camerae fontis.

LEPROSITAS, lepra, morbus leprosi, apud Eccardum Orig. Hasburgo-Austriac. col. 88.

LEPROSORIVM, domus leprosorum, in Chronico Colmariensi part. 2. an. 1293.

† LEPROSVS, qui *Leprosorum* curam agebat. Ch. Ms. a. 1320.

LEPTIS, *filius fratris*, in Glossis antiquis MSS. Puto legendum, *Neptis, Filia fratris*. V. *Lectis*.

LEPTYNTICOS, λεπτυντικὸς, vim habens attenuandi et gracilem reddendi. Th. Priscianus de Diaeta c. 10. *Ceparum virtus Leptyntica*.

LEPVDIVM. Glossae antiquae MSS. *Homo elegans et mollis, facetus, Lepidum vocatus*.

† LEPVS, leporis captio et venatio, in Ch. Ms. circ. a. 1080.

LEPVSCVLA. Gloss. Saxon. Aelfrici: *Tesserae, vel Lepusculae, Federscite Taefel*, apud Somnerum, *Taefl* est alea, tessera, talus. Isid. l. 18. c. 63. *Tesserae vocatae, quia quadrae sunt ex partibus omnibus. Has alii Lepusculos vocant, eo quod exiliendo discurrunt*.

LERETICAE, *a lertae, i. inuectio*. Papias. In MS. *Lerretice, alerte, i. e. inuectio*.

† LERIA, *lo palio*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

LERNVM, simulacrum, ἄγαλμα, in Gloss. Lat. Gr. Sangerm. MSS. † *Larum*, V. Barthium l. 42. c. 6. et supra *Laernum*.

LERWITA, V. *Lairwita*.

LESA. (1) Species vinearum ad muros subruendos, quas Cedrenus λέσας vocat in apparatu bellico Sultani aduersus Romanos, quasque ex eo describunt Lipsius l. 1. Poliorceticωv Dialog. 7. et Carolus de Aquino in Lexico Militari. (2) † LESA, LESIA, i. videtur ac *Lentia* 2. ager in longum protensus, qui alterius lateri adiacet. Ch. Ms. a. 1407. *Vnam laesam orti*. V. *Lexa* 2.

LESAVIVM, smegmaticus globulus barbae lauandae et emolliendae, antequam radatur, Gall. *Savonnette*, vel ipsa Lotio. Computum an. 1333. to. 2. Hist. Dalphin. p. 274. *Barberio pro emendo vno sacco, pro faciendo Lesauio pro Domino, duabus quartariis et vno cantaro, taren. I.* V. *Lasciuium*.

† LESCA. (1) Idem forte quod *Lesa* 2, nisi i. sit ac *Lesda*, praestatio, tributum. Ch. Ms. a. 1155. *Lescam tuam quam auferunt, tibi reddere faciam*. (2) Optio, a Germ. Lesen, eligere. Testam. Ms. a. 1305.

LESCHERIA, locus palustris, vbi iunci et herbae palustres nascuntur, vnde *Lesche* rusticis Dumbensibus, foenum crassius in huiusmodi locis natum.

LESCIVIA, lixiuium, Gall. *Lescive*, in Mirac. S. Gibriani to. 7. Maii p. 650.

LESDA, quaeuis praestatio, V. *Laudis* 3.

† LESDARE, LESDAM seu tributum pro mercibus soluere. Ch. Ms. a. 1215.

LESDARIVS, V. *Lendarius*.

LESGRINI. Index MS. Beneficiorum Eccl. Constant. fol. 15. *Habet omnes decimas bladorum, lini et canabi, duas partes lane et duas partes de tota Lesgrini*. An legumen? An potius pro Gallico *de tous les grains*, de omnibus granis? Quo posteriori posito vox *bladorum* de solo tritico deberet intelligi.

LESHA. Polyptychum Fiscam. a. 1235. *In eadem Ecclesia reddit Presbiter ad Purificationem B. Marine tres Leshas*

cere pro candela. Si vera lectio eſt, videtur ſpecies ponderis; ſed ſuſpicor leg. *libras.*

† LESIA. (1) *Lo Paradiſo*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ. *Leſſia, paradiſum*, in Gloſſ. vet. Cod. 7641. (2) V. *Leſa.*

† LESINA, vox Ital. ſubula. Acta SS. t. 2. Aug. p. 578.

† LESINEVS, ſorte electus, ſelectus, ab Ital. *Lezione*, electio. Ch. an. 1133. ap. Murat. t. 2. Antiq. Ital. *De grano ſtarium vnum, et gallinam vnam, et de lino gramulato leſineo triginta.*

LESOVERPIRE, V. *Læſuerpum.*

LESSA. (1) IC. Anglis ſignificat locationem terrarum vel tenementorum alicui factam: ex Gallico *Laiſſer*, relinquere, Gallis *Bail à ferme.* Cowel. V. *Laxa.* (2) † Paſcuum, i. q. *Lees*, apud Marten. t. 4. Anecd. p. 18.

LESSIA, V. *Leſia 1.*

LESSVM, V. *Laxa 2.*

LESTA. (1) V. *Laſta* 2. (2) † Tributum, maxime pro mercibus, i. q. *Lesda.* Ch. Mſ. a. 1324. V. *Leudis* 3.

LESTAGIVM, V. *Laſtagium* 2.

LESTES, V. *Laſtum.*

LESTINGE, LESTVS, V. in *Laſta.*

LESTVS, V. *Laſta* 2.

LETA, IC. Anglis, eſt quaedam iurisdictio, quam Vicecomes (Regius) de certis minoribus criminibus et aliis cauſis infra Comitatum, vt Regis officialis, exercet: quam quidem iurisdictionem habent etiam alii intra limites ſui manerii, dummodo eam vel Charta Regis, vel praeſcriptione ad ſe pertinere oſtendant. Ita Cowellus. Vulgo *à lecte*, vel *à courtleete.* Tenebatur vero *Leta* in ſingulis villis ſemel quotannis, hoc eſt iuxta magnam Chartam c. 36. ſub feſtum S. Michaelis: interdum ad ſemeſtre ſpatium renouabatur; ſed tunc *Leta* poſterior *Reſiduum letae* nuncupabatur. Bis teneri letam docet etiam Charta Edwardi III. an. 1358. *Leta* interdum ſumitur pro *emendis*, ſeu mulctis, quae in *letarum* iudiciis irrogantur. Charta Ricardi II. Regis Angl. to. 1. Monaſt. Angl. p. 538. *Terras, tenementa, reddi-*

tus, Letas, ſeruitia, feoda Militum, etc.

LETABVNDVS, pro *Lethalis.* Vita Guthlaci num. 27.

† LETAGA, lactuca, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 7692. V. *Latuſca.*

† LETAGIO, morte dignus, vel capite damnatus a Letum. Ch. an. 1339.

† LETAGIVM, merx lactea, Gall. *Laitage.* Areſt. Mſ. a. 1365.

LETALES MANSI, qui a *Letis* excolebantur. V. *Manſi Lidiales* in *Manſus*, et mox vocem *Leti.*

LETAMEN, pro *Laetamen*, V. in hac voce.

LETANIA, V. *Litania.*

LETARIVM, Necrologium, Kalendarium, a *Letum*, mors, ſic dictum. Ita Kalendarium ſuum inſcribit Iohannes de Paguera, teſte Mabillonio, Diplom. lib. 2. c. 23. n. 7.

LETAVIA, V. mox in *Leti.*

LETDA, V. in *Leudis.*

LETDARIVS, V. *Leudarius.*

LETERINVM, pluteus, analogium, Gall. *Lutrin, Pupitre. Circa Leterinum ſeu pulpitum*, in Geſtis Guillelmi Maioris Epiſc. Andegau. to. 10. Spicil. Acher. p. 251.

† LETEVM, *lo povero.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

LETGIVS, V. in *Ligius.*

LETH, V. *Lech, Laſtum* et *Leda.*

LETHA. Vita S. Carthaci Epiſcopi n. 12. *Et ipſe ſolus egrediens duas Lethas libris plenas ſuis humeris impoſuit.* Clitellas interpretantur viri docti.

LETHANIA, V. *Litania.*

LETHARDVS. Miracula S. Vedaſti Epiſc. ſaec. 4. Benedict. part. 1. p. 602. *Ecce moritur Lethardus ſecundum nomen ſuum, ſi ita volueritis, compoſitum ex Latino et Teudiſco, Mors dura, quam non ſibi optamus.* Teutonibus *Hart*, durus, fortis, vt Schilterus exponit.

† LETHERIA. Ch. t. 1. Prob. Hiſt. Brit. p. 908. *Dedi eis parvum nemus viride ad faciendum parva ſine monſtra et letherias per totam foreſtam praedictam.* Forte tortiles ex virgultis laquei.

LETHERWITHE, V. *Legerwita.*

LETHVM,

Digitized by Google

[illegible], vt infra *Letum*, iustitia de [illegible]io. Charta Arnulfi Archiep. [illegible]. 1008. to. 4. Annal. Bene[illegible]690.

[illegible]ne LAETI, populi Septen[illegible]s, qui cum Francis aliisque [illegible]bus barbaris in Galliam et [illegible]niam irrumpentes, ibi tandem [illegible]torum concessione confedere, [illegible]is ad excolendum agris, ita vt [illegible]bus et seruitio militari obno[illegible]nt. Ex Eumenio quippe, et [illegible]yrico dicto Constantio Caesari, [illegible]t *arua iacentia* et praedia, in [illegible]a, *Francis*, *Letis*, populisque [illegible] barbaris excolenda data, vnde [illegible]ebantur postmodum militum co[illegible]hortes, quae ab locorum, in quibus domicilia sua fixerant, denominatione appellationem sortiebantur, adiecta *Letorum* nomenclatura. Ita passim in notitia Imperii, *Letos Batauos*, *Constragineuses*, *Nometacenses*, *Francos*, *Suenos*, *Lingonenses*, *Nervios*, *Teutonicanos*, *Lagenses*, observare est. Quod vero maxime in Galliis habitarent, Gens Gallica, ἔθνος Γαλατικὸν, dicuntur Zozimo p. 696. Sed et inde Armoricam prouinciam *Letauiam* dictam auctor est Camdenus, quod in ea potissimum consederint: qua quidem *Letauiae* appellatione vtitur scriptor Vitae S. Gildae Sapientis n. 16. quae in Lexico Cambro-Britannico *Llydaw* nuncupari dicitur. Eiusmodi *Letorum* praeterea mentio est in l. 10. et 12. Cod. Th. de Vereranis, et l. 12. de Erogat. milit. ann. et apud Ammianum Marcellinum lib. 16. et 20. De iis vero copiose egere Henricus Valesius ad eundem Ammianum, et Iacobus Gothofredus ad d. l. 12. de Veteranis. Porro agri iis in Gallia et alibi assignati. LAETICAE TERRAE appellantur lib. 9. eod. Cod. de Censitoribus, quarum ratione *Leti* obnoxii erant seruitio militari: vnde haud insulse opinantur viri doctissimi feudorum inde apud nos fluxisse originem, vel certe seruitii militaris, ita vt eum obnoxiae quodammodo essent conditionis ob id oneris, pro seruis et conditionalibus habiti deinceps fuerint, dictique sint agri omnes lis adstricti seruitiis *liti*, ac *litales* et *mansi lidiales*. Nam *litos* appellarunt Galli, quosuis *conditionibus* obnoxios, sed maxime militaribus seruitiis, quod etiam obseruauimus in Dissert. 17. ad Ioinuillam, indeque omnimodum seruitium seu obsequium militare, *ligium* appellatum, vtpote agrorum istorum possessoribus nude et immediate a dominis suis pendentibus, iisque ratione seruitii militaris prorsus obnoxiis. V. *Ligius*.

LETIA. (1) V. *Leudis* 3. (2) † Ex abbreuiatione pro *Leteria*, lectica, species vehiculi. Comput. Ms. a. 1239. V. *Lecteria*. 1.

† LETICA, lecti fulcrum, fulcimentum, in Prob. t. 4. Hist. Nem. p. 19. V. *Lectica* 3.

LETIMONIVM, V. infra in *Litus*.

† LETIS, pars quaedam carri. Chartul. Norm. Ms.

LETISSA, canicula, Gallis *une Lisse*, Germ. super. Leusch, Leutsche. Ebrardus in Graecismo:

Nascitur ibris aper, si porca domestica nubit,
Patre lupo gaudet, matre Letissa cane.

LETO, vel LETON, metallum ex cupro er cadmia compositum, Gall. *Leton*, in Statutis Massil. lib. 2. c. 38. §. 2. V. *Lato*.

† LETONVS, idem, in Inuent. MS. a. 1449.

† LETRATVS, f. tapes quo pluteus cooperitur. Ch. a. 832. inter Prob. t. 1. Annal. Praemonstr. p. 104. *Duos letratos et tres parelios de tocalesias letratos et duos vassos argenteos.* Nisi leg. sit *listatos*, V. *Lista*.

LETRICVM, plutei, analogium, Gall. *Lutrin*. Vsus Culturae Cenonam. MSS. V. *Lectricum*.

LETRINVM, V. *Lectrinum*.

LETRVVII. Charta libertatum de Moneto in Biturigib. an. 1269. apud Thomassserium p. 96. *Letruuii, textores villae et textrices habent reponere foenum meum in grangiam meam, etc.*

LETTERIA, stramentum, Gall. *Litiere*. Ordinatio an. 1340. to. 2. Hist. Dalphin. p. 394. col. 2. In MS. D.

Digitized by Google

Lancelot habetur *Lettoria*, minus recte.

† LETRA, vox Hisp. littera, syngraphum nummularium. Ch. MS. Aldef. reg. Arag. a. 1165.

LETVM. (1) Iustitia, de homicidio. Charta Simonis Episcopi Nouiomensis an. 1139. in M. Pastorali Eccles. Paris. Ch. 7. *In Leto et sanguine nihil habet Aduocatus . . . et si debitor Leti vel sanguinis in tali loco erit, vel ad talem dominum confugerit, vt aduocatus Letum vel sanguinem habere non possit, etc.* (2) Alia notione, Gall. *Relief.* Charta Iuonis Episcopi Carnotensis in Tabul. Eccl. Carnot. n. 42. *Et faciebant sibi parari saepe ingentia prandia tam Praepositi quam seruientes sine licentia Capituli: Leta capiebant, et de hominibus Ecclesiae releuationem terrarum, de coninngendis feminis, venditiones, et plurima carricia faciebant, quod non licet, exceptis duobus, etc.* Alia an. 1218. ibid. num. 228. *Dicimus etiam quod percipiant de Valeiensib. tam pro praebenda Abbatis, quam pro annualibus in denariis de Chamera.* V. *Levamen.*

LETVRGICVS, pro *Lethargicus.* Vita 2. S. Bonifacii Archiep. et Mart. tom. I. Iunii p. 481.

† LETVS. (1) Panni vel telae latitudo, Gall. *Lé.* Lit. remiss. Ms. a. 1257. V. *Latus.* (2) LETVS ALECIVM, certa halecum quantitas, in Arest. MS. a. 1386. V. *Lasta.*

LEVA, leuca, Gall. *Lieue.* Codex MS. Irminon. Abb. Sangerm. fol. 29. col. 1. V. *Legua.*

LEVA. (1) Cataracta, Gall. *Ecluse.* Tabularium Casaurienfe.: *Donauimus medietatem de vno molino . . . cum Leua et pausa sua.* (2) Collecta, tributum quod exigitur et *leuatur.* Gall. *Levage.* Chronicon Casin. lib. 2. can. 97. *Seditiones, quas dicunt Levas, seu praedationes . . . ne vlterius fierent feuerissime interdixit.* Bulla Innocentii III. PP. in Bullario Casinensi to. I. p. 29. *Omnes omnino seditiones, quas Leuas dicunt: seu direptiones . . . interdicimus.* V. *Leuare 4.*

LEVDA, eadem, notione. Iura Comitis Bitorr. in Ciuitate Albiensi an. 1252. (3) † Recensio, index, t... Hist. Nem. Prob. p. 338. (4) † R... bellio, Aufstand, Aufruhr, Em... rung. Murat. t. 4. Antiq. p. 1052.

LEVACRIVS, V. *Lauaricus.*

LEVADV. (1) V. *Leua* 2. (2) † *Le... ada Piscium*, ius ex piscibus cap... aliquot *leuandi* seu exigendi. Ch. M... a. 1184. V. *Leuata* 4.

† LEVADISSVS PONS, versatilis Pi... nio, Gall. *Pontlevis*, Hisp. *Levadi...* Ch. Ms. a. 1370. V. *Leuatilis* et *Pon... Leuator.*

† LEVADORIVS PONS, idem, ap. Murat. t. 19. p. 774.

LEVAGIVM. (1) Collectio frugum et partitio inter dominum et colonum. Charta Prioratus S. Triuerii in Dumbis an. 1240. V. *Leua* 2. (2) † Vectigal pro mercibus, quae importantur vel exportantur soluendum; Gall. *Levage.* Ch. t. 1. Prob. Hist. Brit. p. 640. LEVATGIVM, in Chartul. S. Ioann. Angeriac.

LEVAMEN, quod alias *Releuium* in re feudali. Charta de Paroeciis Corbeiensis vrbis ex Bibl. S. Germani Paris. Cod. 564. *Faciunt homagium Abbati vel fidelitatem, et soluunt pro Leuamine 60. sol. vel amplius.*

LEVAMENTVM. (1) Gall. *Levain*, Germ. Hafen. Papias: *Fermentum, Leuamentum, a fernore dictum, etc.* (2) Minus nauigium, onerariae navi, illius *leuandae* gratia, adjunctum, Germ. ein Lichter. Lex 4. D. de Lege Rhodia: *Nauis onustae Leuandae caussa, si quaedam merces in scapham trajectae sunt.* Gallis vulgo *Aleges* eiusmodi scaphae dicuntur, quod *alleuientur* seu leuiores fiant.

LEVAMENTARIVS, in l. 1. Cod. Th. de Nauicular. *Leuamentorum* nauicularius. V. *Alegium.*

LEVANS. (1) Oriens, Ital. *Levante*, Gall. *Levant.* Annal. Genuens. ad an. 1283. apud Murator. to. 6. col. 581. (2) LEVANTES ET CVBANTES, Gallis *Levans et Couchans*, mansionarii, manentes, qui in dominorum praediis sedem fixere, iis obnoxii: quibus opponuntur *Albani*, seu Alienigenae. Statutum de Decimis Saladinis apud Richardum an. 1188. *Et si nullum dominum ligium habebit,*

Digitized by Google

ebit, et in cuius feudo manseris uans et Cubans, dabit decimam de proprio mobili. Bracton. lib. I. 10. §. 3. *Quam diu manentes fuerint villenagio Leuantes et Cubantes.*

ANVM, fermentum, ex Gall. *main*, quod farina fermento imbu- intumescat, ac *levetur*. Occurrit Fleta l. 2. c. 10.

ARE. (1) Germina producere, ll. *Lever*. Pactus Legis Salicae t. 37. §. 2. *Si quis per alienam mes- sem, postquam leuauerit, herbice tra- xerit, etc.* Vbi Editio recentior tit. 36. *Postquam germina produxerit*, habet. (2) Auferre, furari, Gallis, *Lever*, *Enlever*. Sidonius lib. 7. ep. 2. *Leuat diuitem pauper ada- matus.* Id est, ait Sauaro, abducit: vbi ille plura ex Gregorio Turon. lib. 6. c. 45. lib. 7. c. 4. et ex Lege Wisig lib. 3. tit. 3. §. 4. lib. 6. tit. 4. §. 2. (3) Tributum exigere, *Lever des impostz*. Edictum Pistense §. 21. *Et quoniam audiuimus quodam plus a pau- peribus accepisse, quam bannus Leuet, etc.* Orario Legatorum Regis Fr. coram Pio II. PP. an. 1459. to. 9. Spicil. Acher. pag. 321. *Nam cum denarii sint Principis supremi, Leuari nequeunt publica cessante auctoritate praedicti Principis supremi.* Index MS. Beneficior. Eccl. Constant. f. 20. *Leuat dictus Rector cimiterium cum pertinentiis vna cum altalagium.* Hoc est, percipit oblationes pro humati- one et altari factas. Charta an. 1064. apud Miraeum to. I. p. 63. Vbi *cer- visias levare* est illud tributum exi- gere seu percipere, quod pro ceruisiis pensitatur, situm hoc loco in cer- tis ceruisiae mensuris. V. *Leua*. (4) Paulus Diaconus Emeritensis in Vita S. Masonae Emerit. Episcopi c. 2. *Si quis . . . vas parvulum in quo Leuaret, exhibuisset.* Hispanismus, *enque leuarlo* valet, *in quo deferret*. (5) Aedificare, exstruere. Breuia- rium Historiae Pisanae, tom. 6. Mu- ratorii col. 186. *Anno 1173. Lucenses cum magno exercitu Leuauerunt ca- strum Mutronis cum aedificiis magnis, et Pisani iuerunt illuc et turpiter fu- garunt eos et castrum destruxerunt.* (6) Ascendere. *Et in capite marcasii Leuat fossa per montem Huelgoret*, in Veteri Charta, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 250. (7) LEVARE CAMPVM, castra mouere, Gall. *Lever le camp*, apud Parisium de Cereta in Chron. Veron. to. 8. Muratorii col. 623. (8) LEVARE HOMINES, milites cogere, conscri- bere, Gall. *Lever des troupes*, in litte- ris Edwardi III. Angl. Regis ann. 1337. apud Rymer. to. 4. p. 781. LEVA- RE FERIAM, nundinas instituere, V. *Feriae* 3. † LEVARE FIDEM, V. in *Fides*. LEVARE IVDICEM accedere ad iudicem, ius ab eo requi- rere. Vita S. Fructuosi Episcopi Bra- carens. c. 17. LEVARE LAVDEM, f. signa proponere, vexilla figere, eri- gere, Gall. *Lever* seu *Arborer l'etен- dart*; († vel alicuius laudem pro- mulgare, Ital. *Levar voce*.) Annal. Genuens. ad annum 1266. apud Mu- rator. to 6. col. 537. † LEVARE NEMORA, ligna exscisa exportare, in Ch. Ms. a. 1202. LEVARE PSAL- MVM, praecinere, Gall. *Entonner*. Statura Ecclesiae Valentinae, tom. 3. Concil. Hispan. p. 911. col. 2. Sic *Leuare antiphonam*, in Vita S. Wi- boradae Virg. et Mart. saec. 5. Bened. p. 50. LEVARE SE, regnum inua- dere. Idatius in Fastis Consulari- bus: *Valentinianus Iunior apud Vien- nam est interfectus et leuauit se Eu- genius tyrannus. Leuare in Regem*, dixerunt scriptores mediae aetatis, ex vsu Francis, Gothis aliisque po- pulis quibusdam recepto, quo Re- ges Ducesue suos futuros impone- bant scuto humerisque attollebant: qua de re consulendus Pithoeus lib. 2. aduers. c. 6. et Lipsius lib. 4. ad Hist. Taciti p. 519. LEVARE TER- RAM, agrum nouiter colere, arare. Concordia Capituli Aeduensis cum Domino de Perreria ann. 1257. V. *Terra noua*. LEVARE SEDITIO- NEM, excitare, in Lege Bajiuar. tit. 2. c. 3. §. 1. et Longob. lib. I. tit. 13. §. 1. LEVARE DE SACRO FONTE, dicitur, qui alias *suscepsor*, seu patrinus. Anastasius in S. Silue- stro PP. LEVARI SVPRA CHO- RVM dicitur Canonicus, qui ad al- tiora Chori subsellia, quae *formas* vocant,

Digitized by Google

vocant, admittitur. Statuta Ecclesiae Lugdun. c. 16. (9) † Acquirere, comparare. Stat. Patau. l. 2. c. 65. (10) † Educere, abducere, Gall. *Enlever*. Acta SS. t. 6. Iul. p. 56. (11) † Italis in nauem imponere. Form. Mſ. God. 7657. V. *Leuatarium* 2. (12) † Aliquem expedire, debito liberare, Gall. *Lever*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1384.

† LEVARIA, agger, Gall. *Levée*, ſ. ius quod ex aggeribus percipitur. Ch. a. 1224. t. 2. Hiſt. Burg. Prob. p. 8. V. *Leuata* 3.

† LEVARIVS, vectis, Hebel, Gall. *Levier*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1350. V. *Leuatorium* 2.

LEVATA. (1) Exta, viſcera et quaevis animalium inteſtina, vt cor, jecur et alia huiusmodi, Prov. *Levado*. Statuta S. Victoris Maſſil. anni 1591. per Cardinalem Triuultium. (2) Forte pars, portio. Ordinatio anni 1340. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 417. col. 1. *Poſſintque dicti Magiſtri monetarum in deliberationibus faciendis facere tres Leuatas, et de qualibet Leuata tria pondera et eligere quamlibet voluerint ipſi Magiſtri ex eisdem tam in ponderibus quam Leuatis*. Alia Ordinatio ann. 1342. pro Magiſtris Monetarum ibid. p. 420. *Remedia vero ligae et ponderis punctas, Leuatas, eſſayamenta et alia jura, et priuilegia habeatis quae in noſtris monetis antea habebatis*. (3) Agger, *Levée* Gallis. Papias: *Mancipara, Leuata*. Charta anni 1271. in Regeſto 30. Tabularii Regii Ch. 220. *Calciata* ſeu *Leuata, quae ducit ad Motam*. (4) Exactio, Gallis *Levée*, Germ. Hebung. Charta a. 1216. apud Guesnaium in Annalib. Maſſilienſib. *Hal eat pleno jure dominationem, piſcationem et lanae, et pabuli et piſcium, et Leuatae et omnium quae quondam habuerat*. Codex MS. reddituum Epiſcopatus Autiſſ. *Quaelibet cucufaria debet unum denarium et duas Leuatas ad manum*. Quidnam ſint hic *Leuatae*, non ſatis liquet. V. *Leua* 2. et *Leuatio* 1. (5) LEVATA PISCIVM, piſcatus, piſcium captura. Charta Guillelmi Epiſcopi Autiſſiod. anni 1219. (6) † Frugum, fructuumque perceptio, Germ. Hebung. Form. Inſtr. V. *Leuata*.

LEVATARIA, V. *Leuator* 3.

LEVATARIVS, qui *Leuatas* ſeu ag[illegible] res curat. Conuentio Caroli I. C[illegible] mitis Andegaviae et Prouinciae, cu[illegible] Arelatenſibus ann. 1251. Art. 5. *Leuata* 3.

LEVATGIVM, V. *Leuagium*.

LEVATILIS PONTVS, pons qui d[illegible] ctariis catenis attollitur, Gall. *Po[illegible] levis*, Ital. *Ponto levatoio*, in Chr[illegible] nico Petri Azarii, apud Murator. to. 16. col. 365. V. in *Pons*.

LEVATIO. (1) Vt *Leuata*, exactio, collectio. Gall. *Levée*. Mandatum Edwardi Regis Angl. anni 1302. apud Rymer. to. 2. p. 912. (2) Egreſſus e lecto, Gall. *Le lever*. Charta anni. 1309. tom. 1. Chartul. S. Vandreges. p. 926. (3) † LEVATIO SACRAMENTI, ſacrae hoſtiae ſublatio, Gallis *Levation* pro *Elevation*. Ch. Mſ. a. 1399. (4) † LEVATIO ANGVILLARVM, i. q. *Lenada*, ius ex anguillis captis aliquot *leuandi* ſeu exigendi. Ch. Mſ. a. 1106. V. *Leuata* 5.

LEVATOR. (1) LEVATOR PISCIVM, piſcator. Ch. Mſ. a. 1321. *Piſcatores ſeu Leuatores poſſint facere Leuatam piſcium, et piſces quos capient, diuidantur*. V. *Leuata* 5. (2) Exactor, coactor. Charta Philippi Pulcri anni 1307. apud Meneſterium in Probat. Hiſtor. Lugdun. p. 42. col. 1. V. *Leuare* et *Leuata* 4. (3) † Magiſtratus qui *leuatas* ſeu aggeres curat; cuius officium LEVATARIA vocatur. Ch. a. 1234. ap. Garamp. de Sigill. Garfagn. p. 27. Vbi promiſcue *Leuatores* et *Leuatarii* appellantur. (4) † LEVATOR EXERCITVS, qui milites *leuat* ſeu delectum habet, vel rei bellicae praepoſitus. Ch. a. 1468. ap. Pez. t. 6. Anecd. part. 3. p. 222.

LEVATORIVM. (1) *Locus in quo leuatur vel plantatur aliquid*. Ioan. de Ianua. Gloſſ. Lat. Gall. *Leuatorium, Leveur*, (ſic). *Levement*, in MS. Sangerman. (2) † Vectis. Tract. Mſ. de re milit. et rebus bellicis c. 154. LEVATORIVS, ibid. c. 38.

LEVA-

Digitized by Google

TORIVS, *Leveur*, in Gloss. lat. Sangerm. *Leuatorius pons*, in ronico Petri Azarii apud Murator. 16. col. 322. Idem qui *Leuatilis*. in *Pons*. V. *Leuatorium* 2.

VATVM, fermentum, Gall. *Le*, Germ. Hefen. Stat. Vercell. V. *Leuamentum*.

ATVRA. (1) LEVATVRA PORAE, cataracta, cratis ferrea ad portas vrbium, V. *Saracenesca*. (2) † Locus aedificandae domui aprus, Gall. *Leveure*. Chartul. Casal. Bened. (3) † Collecta, tributum. Ch. a. 1042. t. 10. Gall. Christ. Instr. p. 284. V. *Leua* 2.

LEVCA, LEVGA, LEWA. (1) Vox et mensura itineraria Gallica, 1500 passuum, vti passim testantur Scriptores, Armoricis *Lew*, vel, vt pronunciant, *Leo*. Hesychius λεύγη, μέτρον τι γαλατικόν. Iornandes de Rebus Geticis: *Leuga autem Gallica mille et quingentorum passuum quantitate metitur*. († A Celtico *Leoug* vel *Leak*, lapis, quod eiusmodi spatia lapide distinguerentur.) LEVGA, in veteri Inscript. 1078. 7. Lex Baiwar. tit. 1. cap. 14. §. 4. Viae Hierosol. LEVCA VSVALIS, *Mensura terrae metentium apud Francos constat de duobus millibus passuum*. Ingulphus *p. 910.* LEVGA ANGLICA, *duodecim quarenteinis confici* dicitur in Monastico Angl. tom. 1. pag. 313. LEWA apud Bedam lib. de Numerator. diuisione, in Chartis Sigeberti apud Henschenium 1. Febr. pag. 234. Caroli Cal. apud Doublet pag. 706. LEVIA, Ioanni de Ianua et Vgutioni. LEWIA, in Chron. Besuense p. 572. vbi pariter pro *banleuca* vsurpatur. (2) † Horae spatium, Gall. quoque *Liene*. Arest. Ms. a. 1333. *In pilorio — per spatium vnius leucae tenebuntur*.

LEVCAS, *significat cucullum*, Papiae.

LEVCATA, spatium, quantum continet leuca. *Infra Leucatam villae*, apud Bromptonum pag. 1183.

† LEVCIVS, telae vel panni species a colore albo sic dicta; *Leuce*, ex Graeco λευκός, albus. Acta Ms. Inquis. Carcass. a. 1308.

† LEVCOCVNVS, *aqua et oleum*. Glossar. vet. Cod. 7613.

† LEVCOFLANCIA, mendose pro *Leucophlegmatia*, in Act. SS. t. 1. Aug. p. 272.

† LEVCONIVM, gossipium, a colore albo, in Stat. Auen. l. 1.

LEVCOPORPHYRVS, ex purpura alba. Charta donationis Ecclesiae Carnutianae edita a Suaresio: a λευκὸς, Candidus et πορφύρα, Purpura.

LEVCORHODINVS, ibidem, ex roseo colore dilutiore.

LEVDA. (1) *Compositura in longum*, Papiae. *Le* vocant agrimensores Gallici latus agri, qua parte in longitudinem porrigitur. Idem porro valet, quod *Latus, ta, tum*; vel certe idem, quod *latus, teris*. Nescio an huc respexerit Papias. (2) Tributum, praestatio, V. in *Leudis* 3.

LEVDABILIS, *leudae* seu tributo obnoxius. Ch. Ms. a. 1319.

LEVDARDI, V. *Leodardi*.

LEVDARIVM. (1) Districtus *Leudis*, seu viri nobilioris territorium, tractus. Litterae Philippi VI. Franc. Regis ann. 1338. to. 2. Ordinat. pag. 127. (2) Liber seu charta continens *leudas* seu vectigalia exigenda, Occit. *Laudaire* seu *Leudaire*. Ch. Ms. a. 1451.

LEVDARIVS, collector *Leudae*, in Statut. Montispessul. LEIDARIVS, ibidem. LEVDATARIVS, t. 3. Ordin. reg. Fr. pag. 624. LEYDERIVS, ap. Baluz. t. 2. Hist. Aruern. p. 793. LESDARIVS, in Ch. a. 1273. LETDARIVS, ap. Brussel. t. 2. de Feudor. vsu p. 728. LEYDATOR, in Ch. a. 1309. V. *Leudis*.

LEVDATARIVS, V. *Leudarius*.

† LEVDERIVS, idem quod *Leudarius*, in Ch. a. 1390. t. 7. Ordin. reg. Franc. p. 380.

LEVDES, vasalli, subditi; Saxonibus *Leosh*, Germanis Leute, homines dicuntur. V. Ioann. Gryphiandrum de Weichbildis Saxon. c. 14. n. 9. et Fredericum Sandium ad Consuetudines feudales Gelriae pag. 16. († D. Bouquet t. 1. Iur. publ. Franc. p. 94. potius vult *Leudes* eos esse, qui ad stipendia principis vel alicuius ex proceribus militabant, atque adeo

Digitized by Google

adeo nec inter vaſſallos nec inter ſubditos cenſendos.) Lex Wiſigoth. lib. 4. tit. 5. §. 5. *Inter Leudes quicunque nec Regiis beneficiis aliquid fuerit conſecutus.* — Maxime vero *Leudes* dicuntur vaſalli nobiliores, cuiusmodi ſunt Barones. Lex Longob. lib. 2. tit. 22. §. 1. *De omnibus debitis ſoluendis ſicut antiquitus fuit conſuetudo, per 12. denarios ſolidi ſoluantur per totam Legem Salicam: excepto ſi Leudes, id eſt, ſi Saxo, aut Friſo, Salicum occiderit, per 60. denarios ſolidus ſoluatur.* Nam *Salici* nobiliſſimi Francorum dicuntur Ottoni Friſingenſi. LEODES ET FIDELES, in Edicto Chlotarii II. in Synodo Pariſienſi V. apud Gregorium Turon. lib. 3. Hiſt. cap. 23. LEVDI. Fredegarius Nibelungi anni 768. LVIDI. Charta Dagoberti, Regis apud Browerum. L. 7. Annal. Trevir. p. 422. 1 Edit.

LEVDESAMIVM. Formula 39. apud Lindenbrogium ſic inſcribitur: *Vt Leudeſamia promittantur Regi.* Mox: *Rex Comiti illi . . . . iubemus vt omnes pagenſes veſtros . . . congregare faciatis, quatenus . . . fidelitatem praeceſſo filio noſtro vel nobis, et Leudi ſamium per loca Sanctorum . . . debeant promittere et coniurare.* Eadem Marculf. lib. 1. c. ult. habet: *Vt Leude ſamio promittantur Regi.* Ipſe vero contextus, *vel nobis et Leode et Samio per locus, etc.* Sed non diuidi debet vox, eſt enim *Leudeſamium*, ſeruitium, (vel iuramentum, vt exponit Eccardus ad Legem Salicam p. 94.) quod *Leudes*, id eſt, ſubditi, Principi ſuo debent, vt *Litimonium* ſeruitium, quod *Liti* dominis ſuis.

† LEVDINIA, legi ſeruiens, ingenua, in not. Eccardi ad leg. Sal. tit. 28. §. 4.

LEVDIS. (1) Vaſſallus, V. *Leudes.* (2) LEVDIS, LEVDVM, compoſitio, mulcta pro homicidio. *Compoſitio homicidii*, in Lege Saxon. tit. 14. §. 3. 4. et forte *compoſitio leudis*, id eſt, hominis liberi. Lex Salica tit. 37. §. 8. *Si ſeruus ingenuum hominem occiderit, ipſe homicida pro mediatate compoſitionis hominis occiſi parentibus tradatur, et aliam mediatatem dominus ſerui ſe nouerit ſoluturum: aut ſi legem intellexerit, redimere ſe obmallare, vt Leudem non perdat.* Tit. 43. §. 11. *Si autem qui praecipitatus eſt, mortuus fuerit, tertia Leude ſua componat.* LEODE, in Pacto Legis Salicae tit. 44. et forte 125. apud Lindenbrogium. LEODIS, in Capitul. 3. ann' 813. cap. 11. 25. et in Capit. 3. anni 819. c. 7. LIVDIS. Capitulare triplex anni 803. cap. 2. Edit. Baluzianae. LAVDIS. Litterae Ludovici Iun. Regis Franc. anni 1145. tom. 1. Ordinat. p. 10. LEVDVM. Vett. Gloſſae. *Leudum, compoſitio, ſive Widrigilt.* Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 28. (3) LEVDA, LESDA, LEDA, etc. Gall. *Laude*, *Louade*, *Leude*, appellatur quaevis praeſtatio, vel quodvis tributum, maxime, quod pro mercicibus penditur, fruſtra enim Expillius actione forenſi 15. ait ita in Dalphinatu appellari tributum, quod pro *plaſſagio*, ſeu loco vbi venum exponitur *bladum*, et eiusdem *bladi* menſuratione exſoluitur, cum conſtet id nominis paſſim pro quouis tributo vſurpari. Neque felicius ſcripſit Chopinus lib. 1. de Domanio tit. 9. n. 1. *Leudam* dici a *laudanda venditione rerum publice venalium*: id eſt, pro facultate venum merces exponendi: ſed non ego credulus illi. Varie autem haec vox effertur. LEVDA, in Reſcripto Alphonſi Regis Aragonum apud Saxium in Pontificio Arelat. *Leuda vel pedaticum.* Libertates Saluae terrae in Ruthenis anni 1284. *Nullus habitans in dicta villa det Leudam de re, quam vendat vel emat.* LAVDA. Conſuetud. loci *de Troi* in Biturigib. art. 6. apud Thomaſſerium. LEVSDA, in Charta Maſſil. anni 1202. LEVZDA, in Charta Mariae D. Montispeſſulani anni 1205. to. 8. Spicil. Acher. p. 220. LEZDA, in Chartulario Gratianop. fol. LXI. LEZPA. Sententia anni 1208. apud Marten. to. 7. Ampliſſ. Collect. col. 96. Forte legendum *Leudis.* LEZTA, in Charta Sancti Regis Aragon. aerae 1090. apud Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi L. 3. p. 10. LESDA, in Charta Libertatum

Digitized by Google

Villefrancae apud Gallandum: *quid ibi pendiderint, non dabunt dam excepto sale.* Ibidem: *Lesda onae et salis.* LISDA, in Char- Hugonis Regis Italiae anni 928. SIDA. Dotatio Ecclesiae S. Nico- iuxta mare, anni 1056. apud Ste- notium, to. 10. Fragment. MSS. 283. LIDIA, in Charta liberta- oppidi de Moneto in Biturigib. ni 1269. LEDA. Charta Raimun- Comitis S. Aegidii, anni 1164. LAEDA, in Confirmatione priuile- giorum Ciuitatis Aquensis anni 1291. apud Pittonem Hist. eiusd. urbis p. 170. LEIDA, LEYDA. Charta Ademari Vicecomitis Lemouic. anni 1184. in Tabul. Dalonensi fol. 11. LEDDA. Charta anni 1165. to. 13. Spicileg. Acher. p. 317. *Et de omnibus omnino rebus de quibus Ledda vel vsaticus dari solet.* Perperam *Iedda* scriptum reperitur pro *Ledda*, facili lapsu, in Charta Oldegarii Episc. Barcin. in illius Vita num. 36. LEDDIS. Charta Rengardis Comitissae Biterr. anni 1070. Marcae Hisp. col. 1153. LIDDA, in Charta 1066. in Notis ad Concilia Narbon. p. 79. LAEDIA, in Charta Humberti D. Bellisoci pro libertatib. Bellevillae anni 1233. to. 9. Spicil. Acher. pag. 185. LIDIA, in Charta anni 1269. apud Thomasserium in Consuetudinib. Bituric. p. 96. LETIA, in Charta Willelmi Domini Montispessulani anni 1103. apud D. Brussel, to. 2. de Feudorum vsu, pag. 728.

LEVDOISMVS, idem, quod *Leuda* in *Leudis* 3. Charta Arnaldi Episcopi Barcinon. pro Magistro Ordinis S. Iacobi de Spata.

LEVDVM, V. *Leudis* 2.

LEVDVS. (1) Vasallus, V. in *Leudes*. (2) Cantus, ex Germanico Lied, Cantilena. Fortunatus in Epist. ad Gregor. Turon. Episc. praefixa lib. 1. Poemat. *Apud quos nihil dispar erat, aut stridor anseris, aut canor oloris, sola saepe bombicans, barbaros leudos harpa relidebat, etc.* Et L. 7. Poem. 8.

LEVE, facile, procliue. Sallas Malaspinae de Rebus Siculis, apud Baluzium, to. 6. Miscell. p. 303. *Dummodo ampla pugnandi trahatur deliberate cupedine, Leue est audere, quod placeat.*

LEVEA, frugum fructuumque collectio, Gall. *Recolte*. Ch. tom. 1. Anecdot. Marten. col. 1239.

† LEVEATA, idem, in Ch. Ms. a. 1293.

LEVEIA, eadem notione. Tabularium Calense. p. 344.

LEVERIVS. (1) Vectis, Gall. *Levier*. Munitiones castri Sommeriae, anni 1260. (2) Species panni feralis. Testament. anni 1365. apud Baluzium tom. 2. Hist. Aruern. p. 716. *In die sepulturae meae, supra corpus meum ponantur duo panni aurei, quorum vnus sit bornatus de sandali nigro . . . et vnus Leverius . . . vnus detur capellae Oliergii, et alter pannus et Leverius supradicti dentur Fratribus Minoribus supradictis pro faciendo vestimenta sacerdotalia.*

LEVESCERE, leuius fieri. Gocelinus in Translatione S. Augustini Cantuar. to. 6. Maii. p. 428.

LEVGA. (1) V. *Leuca*. (2) † Locus vacuus domui aedificandae aptus. Ch. a. 1294. t. 1. Hist. Nem. Prob. p. 121.

LEVIA. (1) Mensura itineraria, V. *Leuca*. (2) Idem quod *Feuda* seu praedia *feudaliter* tenta. († Leg *Feuium* vel *Feuum* pro *Feudum*.) Catalogus Feudorum, Castellaniae de Glanae anni 1262. e Chartulario Aeduensi. *Item D. Perreria debet esse in homagio domini de Glane de tribus Leuibus, de quibus Estam est iurabile et etiam reddibile, ... Item dominus de Chastul debet esse in homagio domini de Glane super omnia Laeuia, et Chastul iurabilis, reddibilis cum appendiciis suis.* Vereor ne mendum sit in hac voce.

LEVIARE, *leuare, leuem facere, vel exonerare, pondus auferre, vel diminuere*, Ioanni de Ianua. *Alleger, faire leger*, in Gloss. Sangerm. Lat. Gall. MS. *Monetam in lege vel pondere Leuiare*, in Charta anni 1188. tom. 8. Fragm. MSS. Stephanotii pag. 37.

† LEVICVS, mendose pro *Leuirus*, gener, in ep. Philippi reg. Alemann. inter

Digitized by Google

inter not. Cang. ad Villehard. p. 278.

† LEVIDENSIS, *vestis raro filo leuiterque densata.* Gloss. ver. Cod. 7613.

LEVIDIS vel LEVIS, *idis*, plaga, vulnus, vt videtur, a Gallico *Livide*, liuidus. Charta anni circiter 1060. apud D. Calmet. in Probat. Histor. Lotharing. col. 451. *De Liuide vero et sanguine facto, aliisque iniuriis, etc.*

LEVIDO, manſuetudo, in Chartul. Cluniac.

LEVIGA. (1) Vgutioni et Ioan. de Ianua, *Instrumentum Leuigandi quod etiam Complanatorium dicitur*, Gall. *un Polissoir.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Leuiga idem quod Planatorium, Plaine ou Rabot.* Hinc LEVIGARE, polire, apud Capitol. (2) Lixiuium. Annales Francorum Bertiniani anni 862. *Vestitum lineum, quod Camisium vulgo vocant, leuigare, (id est, Lexiuio lauare,) incipiens . . . . ad primum initium quo Laeuigam imprimens traxit, vestimentum sanguineum est effectum. Sicque quotiens idem mancipium Leuigam traxit, sanguis est subsecutus.*

LEVIGABILIS, qui potest alleuiari, seu leuior fieri. Bulla Iohann. PP. anni 1276. apud Rymer. to. 2. p. 66.

† LEVIGABILITAS, alleuiatio, leuamen, Germ. Erleichterung. Act. Sanct. t. 2. Maii p. 695.

LEVIGARE. (1) *Bitumine linire*, apud Papiam in MS. Bituric. V. *Leuiga.* (2) Subleuare, alleuiare, leuius reddere. *Iudaeos conuersos a pensionibus Leuigat*, in Vita S. Gregorii PP. to. 2. Marni. p. 147. (3) Lixiuio lauare, V. *Leuiga* 2.

LEVIORATIO, f. animi leuitas, inconstantia, mutatio. († vel potius leuamen.) Praeceptum Theodorici Regis Franc. apud Mabillonium rom. 3. Analect. p. 206. *Et res ad praedictum Monasterium monemus, vt neque nos, neque successores nostri . . . auferre aut alienare a iure et dominatione iam dictae matris Cenomannicae vrbis Ecclesiae; aut propter beneuolentiam vel Leviorationem, seu seruitii praefati domni et apostolici viri Aigliberti Episcopi aliqua succedas occasione, aut qualiter callidissimo vel malo ingenio machinetur.*

LEVIS. (1) Vt mox *Leuita* 2. Osbern in Vita S. Dunstani Episc. to. Maii. p. 360. (2) Plaga, vulnus, *Leuidis.*

LEVISATA, *tunica militaris*, Gl. Isid. Coniectat Graeuius legendum *Lacerna*, ex Isidoro L. 19. cap. vbi *Lacernam* dicit fuisse *Pallium fibriatum, quo olim soli milites vtebantur.*

† LEVISSATA, *genus armorum*, in Gloss. ver. Cod. 7613. V. *Leuisata.*

LEVITA. (1) *Vasa aenea*, apud Papiam. Forte pro *Lebita*, seu *Lebetes.* (2) Diaconus. Isid. L. II. c. 12. *Leuitae ex nomine auctoris vocati: de Leui enim Leuitae exorti sunt, a quibus in templo Dei mystici Sacramenti mysteria explebantur. Hi Graece Diaconi, Latine Ministri dicuntur*, etc. Epist. Remigii Episcopi Remensis ad Fulconem Episcop. *Cum Leuitas feceris, Presbyteros consecraris, Archidiaconos institueris etc. Leuitica dignitas*, Sidonio lib. 5. Ep. 1. *Leuiticum ministerium*, Maximo Taurinensi. *Leuitalis honor*, Iohanni Diacono in Vita S. Athanasii Episc. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 1046.

LEVITA SEDIS APOSTOLICAE consecratus Valentinus II. PP. antequam Pontificiam dignitatem consequeretur, apud Anastasium in eius Vita. LEVITISSA, *Femme de Diacre*, Gloss. Lat. Gall.

† LEVITALIS, ad *Leuitam* seu diaconum spectans, in Act. SS. t. 6. Sept. p. 874.

† LEVITATES, crepundia, apud Barcl. in Serm. de Choreis.

LEVITIANA. Vita 2. S. Carthaci Episc. num. 2. *S. Mochuda adpraedictum S. Colmanum venit in suo Monasterio Lainneala manentem, vt veniens secum Leuitianam signares, in suo Monasterio Raithin: quia mos S. Colmano erat, cum angelis loco Leuitianarum signare, et donatum est a Domino S. Colmano, vt filii mortis non assurgerent, in Leuitianis, quas ipse signaret.* Infra: *Exiui ad Leuitianam cum angelis signare, reuertere, et sicut videbis signa minima constituta, per*

Digitized by Google

in Australi plaga cellae tuae, tuit Leuitianam: et ne tibi modica, qui ab alia tibi mangelis in tua alia ciuitate, ali Hiberniae regione signabi- reuersus S. Carthagus ita in- Leuitianam signatam sicut S. Coldidxit. Hic benedictionem erii auguratur Editor; cui que fauet Vita S. Declani Epito. 5. Iulii p. 608. *Cuius sacorpusculum . . . debito honore ciuitate Ardmor in Leuitiana, ipse iussione angelica signauit, jes est.* Sollerius interpretatur ellum, in quo sepeliri voluerit vir sanctus, aut habitum seu vestem, in qua sepultus sit; malim coemeterium. Vita S. Coemgeni, to. 1. Iunii p. 317. *Leuitimaque monachorum tuorum tam sancta erit, ut nullus eorum introiens sub humo, tormenta inferni pertulerit.*

LEVITISSA, V. *Leuita* 2.

† LEVITO, i. q. *Leuitonarium.* Act. SS. t. 6. Aug. p. 34.

LEVITONARIVM, LEBITONARIVM. Isidorus lib. 19. Orig. cap. 22. et ex eo Papias, ex Vita S. Pachomii c. 14. *Leuitonarium est colobium lineum sine manicis; quali Monachi Aegyptii vtuntur.* Suidas: λεβυτωνάριον, χιτὼν ἐκ τριχῶν συντεθειμένος. S. Hieronymus de Tabennensib. Monachis: *Nihil habet in cellulis praeter gabathium, et duo Lebitonaria, quod Aegyptiis Monachis genus est vestimenti, absque manicis. Leuitonarium* non semel occurrit in Regula S. Pachomii. c. 2. p. 67. 81. LEBITON. Vita, doctrina, et perfectio SS. PP. c. 20. to. 3. Bibl. Asceticae p. 424. LEVITORIVM, apud Papiam MS. Bituric. LEBETES. Ruffinus de Vitis Patrum, lib. 2. c. 7. *Indumentum eius stuppeum colobium erat, quod apud illos Lebetes appellatur.* Idem cap. 9. *Cui ille cum habitum Monachorum, hoc est, Lebetam, et cucullam ac melotem, quae est caprina pellis, imposuisset, etc.*

LEVRERIVS, canis leporarius. *Leurerii ad leporem, et vulpem et catum et texon*, in Regesto Herouualliano Philippi Augusti f. 159. Ex Gallico *Levrier.*

LEVS, *nauis pusilla.* Gloss. Sangerm. MS.

LEVSDA, V. *Leudis* 3.

LEVSEVERPIRE, LEVSEWERPIRE, V. *Laisowerpum.*

LEVTVM, V. *Laudis* 2.

LEVTVS. (1) Ascriptitius seruus. V. *Litus.* (2) Testudo, cithara, V. *Laudis* 2.

LEVVA, V. in *Leuca.*

LEVZDA, V. in *Leudis* 3.

LEWA, LEWICA, V. *Leuca.*

LEX. Haec vox varie sumitur in Legibus antiquis: interdum etiam pro iure scripto, vt sunt Leges Salicae Burgundionum, Baioariae et similes; interdum pro iudicio vel pro iudicis sententia, vel etiam pro mulcta iudiciaria.

Ac (1) LEX quidem pro iure scripto, vel recepta consuetudine, vt in veteribus Chartis, in quibus passim occurrit, *secundum Legem Salicam Romanam, etc.* quae quidem *Lex loci* dicitur, in Lege Ripuar. tit. 33. Vetus formula: *Sicut lex et nostra consuetudo.* Differebant autem *Leges* a *Capitulis*, quod Leges solius populi consensu olim editae essent, cui tamen accedebat Regis constitutio. Capitul. Caroli Calvi ann. 864. to. 2. Capitularium col. 177. *Et quoniam Lex consensu populi fit, et constitutione Regis.* Capitula vero vel Capitularia a Regibus et Principibus, sed populi item consensu. Luitolphus anni 819. Hinc frequens formula LEGEM SVAM COMPONERE, pro mulctam, quae in sua lege definita est, exsoluere. Nam quilibet reus in alieno solo deprehensus, *sicut Lex loci, vbi natus erat, respondebat: et si domnaretur secundum Legem propriam*, non secundum Legem loci *sustinebat*, vt in Lege Ripuar. tit. 31. §. 3. 4. Hinc etiam formula, *in sua Lege conscriptus*; scilicet qui *Legem qua viuere statuit*, professus est. Charta vetus Hugonis Episcopi Tolosani apud Sammarthanos. LEX, nude pro Nouellis Iustiniani ex versione Iuliani Antecessoris, non semel vsurpatur, apud Abbonem Floriacensem

Digitized by Google

censem in Canonibus c. 11. 13. 14. 22. 32. etc. LEX ALAMANNORVM, e patriis consuetudinibus primum redacta in scriptis a Theodorico Francorum Rege, Chlodouaei filio, emendata deinde a Childeberto: denique *temporibus Clotarii Regis vna cum Principibus suis, id sunt*, 33. *Episcopis, et* 34. *Ducibus, et* 72. *Comitibus, vel caetero populo constituta est*, vt eiusdem Legis praefert Epigraphe. LEX ANGLIORVM ET WERINORVM, *hoc est*, *Thuringorum*, qua vsi dicuntur Angli veteres, *in Germania, a Carolo M. postmodum confirmata.* Anglos ad Albim statuunt Geographi, Varinos ad flumen *Warne*, quod Rostochium adluit. Thuringi etiamnum nomen seruant. V. Cluuerium lib. 3. German. antiquit. c. 27. Alia est LEX ANGLORVM, in Britannia scilicet maiori, a veteribus illis Anglo-Germanis, seu Anglo-Saxonibus et Danis, qui Insulam hanc occuparunt, primitus condita: quae quidem triplex potissimum fuit, nempe *Lex Occiduorum Saxonum*, *Lex Merciorum*, *et Danelaga* seu *Lex Danorum.* LEX ANTIQVA, in Pacto Legis Salicae tit. 58. quae ante Salicam conditam et scriptam apud Salios vel Francos vigebat. LEX BAIWARIORVM de qua sic in eius Prologo: *Theodoricus Rex Francorum, cum esset Catulanis, elegit viros sapientes, qui in Regno suo Legibus antiquis eruditi erant. Ipso autem dictante iussit conscribere Legem Francorum, et Alamannorum et Baiiuariorum, unicuique genti, quae in eius potestate erat, secundum consuetudinem suam, etc.* Iisdem *Legibus* additum postea Decretum Tassilonis Ducis Baioariorum, addita etiam Capitula aliquot Caroli M. V. Ottonem de S. Blasio cap. 50. et Metropolim Salisburgensem tom. 1. pag. 464. LEX BARBARICA, V. *Barbarus*. LEX CAROLI. Ioan. Hocsemius in Adolpho a Marka Episc. Leodiensi cap. 5. Vbi *Lex Caroli*, liber forte Capitulorum innuitur, vel certe Lex a Carolo M. inducta, sed perperam intellecta, cum nihil eiusmodi statutum vspiam reperiatur, sacramentaque recepta tantum fuerint in casibus, in quibus probationes et testes deerant. Sed potius videtur esse *Ius* illud, quod *Carolum* vocat Wichbild Magdeburgense. V. *Ius Caroli.* LEGEM COMMVNEM vocat Lex Longobard. lib. 2. tit. 5. eam, quae a Principe statuebatur in casibus praesertim quae in legibus priuatis non erant definiti: cuiusmodi sunt Capitula Regum, et Imperatorum, quibus interdum legibus priuatis derogabatur. LEX COMMVNIS, *Common ley*, apud Anglos dicitur Consuetudo generalis, quae per vniuersum Regnum aeque custoditur; vt *particularis*, quae in diuersis Comitatibus, ciuitatibus, burgis etc. vim habet. Cowell. lib. 1. Institut. tit. 2. §. 7. et Rastallus in Exposit. vocum Leg. Anglic. eadem quae *Lex terrae*, de qua infra. LEX COMMVNIS ANGLORVM, dicitur ea, quam S. Edwardus Confessor edidit. Bromptonus de Edwardo. V. in *Laga.* LEX DANORVM, Saxonice *Danelaga*, qua scilicet Dani Anglici vivebant, cum Angli lege Anglorum viuerent, ex quo ii in Angliam transierunt anno 790. eamque obtinuerunt, Lex scilicet Canuti Regis edicta a Lambardo et Weloco, quae *Lex Danorum*, in Lege Edwardi c. 10. 19. etc. *Danelaga* cap. 12. etc. *Denelaga* in Legibus Henrici I. cap. 6. *Denelae*, in Legibus Willelmi Nothi vernaculis c. 3. appellatur. Brompton. p. 956. LEX DIOECESANA. Charta R. Beluacensis Episcopi anni 1240. *Abbas et Conuentus S. Ioannis Angeliaci in Pictauia, Prioratum seu domum de Bruriaco, in qua manebant duo Monachi, sitam in dioecesi Beluacensi, et sic iure communi, et Lege dioecesana, vt dicebat Episcopo Beluacensi in omnibus spiritualibus subiectam.* Ex Tabular. Cluniac. Ch. 227. LEX DIVINA, Canones sacri. Capitul. Caroli C. tit. 37. LEX FRANCORVM, seu *Francica*, eadem est, quae *Salica*: si quidem Franci Orientales Salii appellati, vt recte obseruatum a Sigonio lib. 4. de Regno Italiae. Vnde *Francorum Lex Salica* dicitur apud

Hinc-

Digitized by Google

um Remensem in Vita S. Charta Caroli M. Regis an. a Mabillonio. *Fuerunt nam- ni in nostra praesentia con- secundum Indicium Franco- dicati.* LEX FRISIONVM, eges antiquas locum obtinet, a consulendus Sibrandus a in Commentariis in eam Le- ditis. LEX GOTHA, quae thia, id est Narbonnensi Gal- vigebat. Charta incerti anni Gall Christ. Instrum. pag. 3. LEX GVNDEBADA, seu Burgun- dionum, a Gundebaldo eorum Rege, qui vixit eo ipso tempore, quo The- odoricus in Italia et Chlodouaeus in Francia, circa ann. 501. Gre- gorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 33. LEX LONGOBARDORVM, primo a Rothari Rege in ordinem digesta est, hoc titulo, apud Herol- dum: *Incipiunt Leges Longobardo- rum quas Rotharis Rex sola memoria et usu retinebat, et composuit tussitque Edictum appellari, an. 707. ex quo Longobardi in Italiam venerant.* Id etiam observatum ab Hermanno Con- tracto anno 637. *Per haec tempora Rotharius Rex Longobardorum, quam- uis Arianus, iustitiae tamen amator, Leges Longobardorum scripsit.* LEX MARTIANA. Galfridus Monemu- thensis de Orig. Britannor. lib. 1. cap. 20. *Post illum Guintelinus dia- dema regni susceptt. Erat ei nobilis uxor Martia nomine omnibus acti- bus erudita: haec inter multa et inaudita, quae proprio ingenio inuenerat, inuenit Legem, quam Brittones Martianam vocauerunt. Hanc etiam Rex Alvredus inter caeteras transtulit, quam Saxonica lingua Marchelelage vocauit.* Eadem LEX MERCIORVM, et *Merchenelaga* dicta; *Merchenelac*, in Legibus vernaculis Willelmi No- thi c. 1. 3. 4. Io. Brompton. p. 956. LEX MOLMVTINA, a Molmutio primum in Anglia edita. Willelmus Westmonast. aetate 5. c. 2. LEX MVNDANA, TERRENA, in Excer- ptis Egberti c. 130. Ciuilis quae *Ex- trinseca* dicitur, in Concilio Calche- don. c. 18. in Capitulari Aquisgran. anni 787. c. 28. cui opponitur *Chri- stiana, Ecclesiastica.* Praefatio ad Con- cilium Moguntiacum a. 813. LEX MVNDANALIS, eadem notione. Charta anni 1000. Marcae Hispan. col. 957. LEX MVTA, praescriptio. Hieratium iuris Pontificii pag. 60. LEGES OLERONIANAE, seu *Le- ges maris*, quarum Ricardum I. An- gliae Regem auctorem asserit Selde- nus in Differt. ad Fletam, p. 532. et 539. et lib. 2. de Maris dominio c. 24. LEX RIPVARIORVM, V. *Ripuarii.* LEX ROMANA, Cathwlpho in Epistola ad Carolum M. Imp. dicitur *totius mundi prima.* Hoc nomine postea donatum Codicis Theodosiani Breuiarium, quod Tho- losae 20. Alarici anno collectum, biennio post per Anianum Aduris editum fuit, vt patet ex subscriptio- ne Commonitorii Alarici ad Timo- theum huic collectioni praefixi. Qui quidem Codex interdum in MSS. *Auctoritas Alarici Regis*, interdum, *Liber legum*, sed crebrius *Lex Ro- mana* appellatur, vt in Codice Bibli- othecae Regiae 1197. *Incipit Lex Romana. In hoc corpore continentur libri Legum Romanarum libri 13. Nouellarum libri 5. etc.* LEX SAE- CVLARIS, eadem quae *Mundana*, cui opponitur *Ecclesiastica*, in Concilio apud S. Mariam Orreae in territorio Bigorritano, de quo Mabillonius to. 5. Annal. Benedict. pag. 11. LEX SALICA, duplex fuit; prior, quae ante susceptum Christianismum ob- tinuit, quamque eam esse putant, quae ex Fuldensi Codice ab Heroldo edita est sub titulo *Pacti Legis Sali- cae*, et quam postmodum Gotefridus Wendelinus erudito commentario il- lustrauit. Altera Legis Salicae edi- tio illa est recentior, et a Regibus Francis Christianis emendata, et cor- recta, quam publicarunt Tilius, Pithoeus, et Lindenbrogius, quibus inidem addita Capitula Caroli M. et Ludov. Pii. Multa de vtraque Le- ge congesserunt Gotefridus Wende- linus ad Legem Salicam, et Domi- nicus in Assertore Gallico cap. 5. V. *Salicus.* LEX SATVRA, *quae de pluribus simul loquitur rebus, dicta sic a copia rerum et quasi a saturitate,*

Digitized by Google

in veteri Vocabulario iuris vtriusque. LEX SAXONVM, quae in Collectione Legum antiquarum descripta legitur, videtur ea esse, qua vtebantur ante Carolum M. qui iis subditis patrio iure vti ultro concessit. Poeta Saxonicus lib. 4. de Carolo M. ann. 803.

Tum sub iudicibus, quos Rex imponeret ipsis
Legatisque suis, permisit Legibus vti,
Saxones patriis, et libertatis honore;

LEX TERRAE, Lex et Consuetudo Regni, a Lege Caesarea, ciuili vulgo dicta, distincta, inquit Seldenus in Dissertat. ad Fletam cap. 9. §. 3. LEX VILLANA, qua reguntur *villani*, rustici, manentes, mansionarii: alia enim est virorum nobilium Lex. Consilium Petri *de Fontaines*, c. 3. §. 5. LEX WESTSAXENVM, in Anglia, *Westsaxenelaga* dicta, ab Ina et Aturedo Regibus subinde edita: *Qua Lege antiquis temporibus 9. australes Sclirae, i. prouinciae, quatenus flumen Thamesiae eas a reliqua parte Angliae secuerit, indicabantur, etc.* Brompton. pag. 956. a quo Latine editae, vt Saxonice a Lambardo de Wenloco. V. Leges vernaculas Willelmi Nothi cap. 3. 4. 8. 25. et Leges Henrici I. cap. 6. 9. LEX WISIGOTHORVM, ab Eurico Rege composita, aera 504. vt testatur Isidorus Hispalensis in Chronico, cum antea tantum moribus et consuetudine tenerentur. Hanc correxit Leuuigildus, plurimasque adiecit leges, plerasque superfluas auferens, vt idem scribit aera 608. Postmodum Chindaswindus et Receswindus plenissimum robur, huic Codici dederunt, abolitis aliis omnibus aliarum gentium Legibus, vt est in Lege Wisigothorum, lib. 2. tit. 1. §. 1. 5. 7. 9. Nouissima denique omnium recensio a Fl. Egica facta fuisse videtur, quam etiam in Concilio Toletano XVI. a Patribus confirmari postulauit. Hinc vsus eius in Hispania et Gothia, id est, Narbonnensi Gallia, frequens, et quidem tantae auctoritatis, vt ex illa in Capitulare Caroli M. qui[illegible] inserta leguntur L. 6. c. 269. add. 4. c. 1.

LEGIS TERMINVS, spatium [illegible] poris lege vel consuetudine [illegible] tutum. Charta anni 43. reg[illegible] Chunrado Rege Alamandorum, [illegible] Provinciarum, ex Chartular. [illegible] Apt. fol. 25. Vo. LEGEM A[illegible]TERE, dicitur infamis, peri[illegible] exlex, *quia*, inquit Bracton. [illegible] Tr. I. c. 19. §. 2. *non est vlterius [illegible] gnus lege. Legis beneficium et ter[illegible] amittere;* in Regiam Maiestat. L. [illegible] c. 14. §. 5. † LEGEM APOSTATARE, contra legem agere, legi contraire. Leges Henrici I. Regis Angliae c. 12. LEGEM FACERE, illud agere quod lex postulat, iurare nimirum, summam petitam et vnamquamque eius partem esse indebitam, et alios secum adducere, qui vere iuratum esse sacramento de credulitate sua suspecto affirment. Cowel. lib. 3. Instit. tit. 30. §. ult. † LEGEM HABERE, ex iure suo aliquid agere. Lit. remiss. Mf. a. 1389. LEGEM WADIARE, spondere se ad diem iudicialiter assignatum in Curiam venturum, et legem facturum, apud Cowellum lib. 3. Institut. tit. 30. §. ult. LEGIBVS HAEREDITARE, legitimam et quae ex *legibus* debetur, haereditatem adire in vet. Notitia an. 2. Ludov. Imp. apud Perardum p. 35. LEGIBVS INVENIRE, per vel secundum leges. Lex Longobard. L. 2. tit. 55. §. 21. *Cum 6. electis aut sibi 12. esse debeant, quales potuerint Legibus inuenire, et sic inret, etc.* Ita in lib. 1. Cod. Theod. de Religione: *Quae ad ordinarios cognitores, vel ad vsum publici iuris pertinent, Legibus oportet audiri*, id est, secundum leges. LEGEM ALICVI IVDICARE, secundum legem scriptum ius ei dicere, in Capitulari Caroli M. lib. 5. c. 14. LEGVM DOMINI, qui aliis *Doctores Legis*, dicuntur. Otto de S. Blasio. cap. 14. V. *Doctor*. AD LEGEM CADERE. Ch. Alexandri Comitis Cuperstatensis anni 1102. apud Vghellum to. 7. pag. 864. *In captionem vos non mittet, nec mitti faciet, excepto si alicuis*

Digitized by Google

uis in capitalibus deprehenſus fuerit, i fideiuſſores idoneos inuenire non ſſit, aut niſi aliquis ad Legem ceci- rit, et facta lege ſit ſolutus. † LEX VGVSTI, i. q. *Bannum Auguſti*, s ſcilicet, *bannum* quo meſſibus ca- etur promulgandi, in Ch. Mſ. a. 244. LEX CAMPALIS, qua duel- m in *campo* ineundum decernitur. harta Henrici Leodienſis Epiſcopi no 1081. apud Marten. tom. 4. Am- iſſ. Collect. col. 1175. V *Campus* 3. EX DVELLI, idem. Sugerius in ad. Vl. c. 18. *Rex vero ratione et ege duelli numquam ſe pepigiſſe per nſellum Dapiferum ſuum, vbicunque ure vellent defendere.* LEX PATRI- E. Regiam Maieſtat. L. 4. cap. 1. §. 4. *quiretur rei veritas, et ex veriſimi- us rerum indiciis et coniecturis, nunc o eo, nunc contra eum qui accuſa- r, facientibus, per legem patriae pu- endus eſt, aut omnino ab impoſito imine purgandus eſt.* Vbi Skenae- ex §. 12. ſeq. *per legem patriae, ellum* interpretatur, *vel per aſſiſam rium, quae Lex propterea vocatur x paribilis; Pares vero conuaſallos sdem Domini, qui de eodem domino da ſua tenent. Loi de Bataille*, in nſuetud. Norman. c 117. 120. em Bracton. d. lib. LEX PLENA. ncilium Islebonenſe, cap. 41. *Si na lex erit facienda, ibi fiat, vbi ius fuit.* V. *Lada.* LEX TRICE- RIA, praeſcriptio 30. annorum, ver. Charta, ſub Carolo M. Lo- m habes in *Perportare.* V. Ia- bum Gothofredum ad leg. 7. Cod. eod. de Act. certo tempore finien- . LEGEM VADIARE, *Contra- diare, Facere. Legis vadiatio* di- ur modus tollendae obligationis: rbi gratia, ſi quis ſuper ſimplici ntractu, pecunias ab alio vendicet, teſt ille *vadiare legem* contra eum, eſt, poteſt ſpondere ſe ad diem i iudicaliter aſſignatum in Curiam nturum, et legem facturum. Eſt tem *legem facere* in hoc caſu, age- quod lex poſtulat, ſeu iuramento mare, rem peritam eſſe indebitam, alios adducere, qui hunc vere iu- ſe ſacramento ſuo aſſerant. Ita Co- llus L. 3.

(2) Iudicium. *Legem audire, intelligere*, in Pacto Legis Salicae tit. 38. §. 7. tit. 48. §. 1. *In ius venire.*

(3) Sententia iudicis. Pactus Legis Salicae tit. 59. *Si quis alterum per legem vicerit.* Tit. 60. *Dicite nobis per Legem Salicam*, id eſt pronunciate ſententiam ſecundum legem Salicam. † LEX VERA, iudicium quo lis terminatur, in Ch. a. 1185. ap. Lam. in Delic. erud. † LEX VLTRATA, Gall. *Loi outrée*, iudicium quo ius ſeu lex impugnatur. Areſt. Scacar. Normann.

(4) Iudicium Dei, purgatio canonica, vel vulgaris, a *Lege*, barbarica nempe, inducta, ac per ſententiam iudicis indicta. De vtraque enim vox haec vſurpatur, *quomodo Lada* apud Anglo-Saxones. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 62. *Ab Aduentu Domini, vsque ad octauas Epiphaniae, . . . non eſt tempus Leges faciendi, i, vel iusiurandum pro fidelitate domini, vel concordia, vel bellum, vel ferri, vel aquae, vel alias Leges examinationis tractari. Idoneum Legis examen*, cap. 87. LEGEM FACERE, iudicium Dei ſubire, apud Landulfum de S. Paulo, in Chronico Mediolanenſi cap. 11. *Poſt legem de eo factam ignitam* cap. 26. LEX APPARENS, Gall. *Loi apparoiſſant*, vel *appariſſant*, in ver. Conſuetud. Norman. cap. 81. noua, art. 60. 61. 62. vbi opponitur legi ſimplici, *Loi ſimple*, ſeu potius ſimplici iuramento, quod *ſimplicem ladam* vocant Leges Henrici I. Regis Angl. Eſt autem *Lex apparens*, quae et *aperta* et *parabilis*, purgatio ſeu iudicium diuinum, cuius euentu rei controuerſae ac dubiae veritas eluceſcit, euidenter *apparet*, vel *aperitur*, *ſe découvre.* LEX MANIFESTA, idem in Reg. S. Iuſt. Cam. Comput. Pariſ. LEX DEI, quomodo *Iudicium Dei.* Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 20. *Et ſi dominus eius negauerit, quod per ipſius conſilium factum non fuiſſet, purificet ſe ad Legem Dei, etc.* LEX IGNEA, iudicium ignis, cum quis ad comprobandam veritatem per ardentem rogum transire compellitur, in Vita S. Ioannis Gualberti c.

Digitized by Google

33. 62. 63. et 64. LEX IVDICIALIS, proprie purgatio per Iudicium ferri, in Leg. Henrici I. Reg. Angl. c. 9. quae nude *iudicium* dicitur, c. 45. 49. et alibi. V. *Iudicium*. LEX LEGALIS, Purgatio vulgaris a lege inducta. Tabul. Vindocin. Thuan. Ch. 172. LEX PARIBILIS, eadem, quae *Apparens*, Cuiacio auctore, in Constit. Sicul. lib. 2. tit. 31. LEX PLENARIA, idem. Leges Vernaculae Willelmi Nothi cap. 48. LEX PROBABILIS, qua aliquid probatur per *Sacramentales*, Gall. *Loy probable et monstrable*. Iura et Consuetudines Normanniae c. 25. LEX SACRAMENTALIS, purgatio per *Sacramentum*. Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 9.

(5) Ius ciuile. *Studium generale quinque Facultatibus, Theologiae videlicet, Lege, Decretis, Medicinae et Artibus compositum*, in Confirmatione Academiae Cadomensis a Carolo VII. Franc. Rege ann. 1452. apud Acherium to. 6. Spicil. pag. 500.

(6) LEX CATHOLICA, *Lex Christiana, Lex sanctissima, Lex venerabilis*, passim in Cod. Theod. pro Christiana Religione.

(7) LEX CHRISTIANA, Episcopalis audientia, Curia Christianitatis. Constit. 17. in Appendice Cod. Theod.

(8) Monetarum in metallo probitas *a lege* requisita et definita: Italis *Lega*, Gallis *Loy*, *Aloy*. Concilium Remense an. 813. c. 41. *Ne solidi qui in Lege habentur, pro 40 denarios discurrant*.

(9) Legitima pars haereditatis legibus constituta. Leges Grimoaldi Regis Longob. apud Murator. to. 1. part. 2. p. 50. col. 1.

(10) Mulcta, *emenda* a lege definita, statuta. Rex Salica tit. 42. §. 13. *Quod si adhuc maior culpa fuerit quae seruo requiritur, dominus servi non vt seruus, sed vt ingenuus totam Legem super se soluiturus accipiat*. Charta Caroli Magni pro Monasterio Sandionysiano, apud Doubletum: *Quod si homines illi ex iudiciaria caussa aliquid persoluerint, quod nos leges vocamus, in tres partes dividetur, quarum duas Praep[ositus] tertiam Aduocatus habebit.* MAIOR, maior mulcta, maiora crimina et delicta solet. Chronicon Besuense. ALTA ET INFIMA, Gallis *et petite amende*. Charta Caritatis Flandriae an. 1125. in Monasterii S. Bertini. † LEGALIS, mulcta consueta, Ms. a. 1145. † LEX PLENA, in Ch. a. 1174. t. 7. Ordinat. Fr. p. 276.

(11) LEX EXCOMMVNICATIONIS, Ius excommunicandi vel puniendi per excommunicationem. Charta Anselli Episcopi Beluacensis ann. 1099. LEGES POENITENTIVM, Bernardo Constantiensi Presbytero lib. de reconciliatione lapsorum p. 285. Liber ecclesiasticus, in quo continentur quae spectant poenitentiam peccatoribus imponendam et poenitentes reconciliandos.

(12) LEGES, exactiones, tributa, praestationes. Gregor. Turon. lib. 9. c. 30. *Ille cum iuramento promisit, vt Leges consuetudinesque nouas populo non infligeret, etc. Leges tortae*, prauae exactiones, male *toltae*, in Charta Fulcon. Abb. Corbeiensis an. 1055. in Tabul. eiusdem Monast. V. *Fortitudo*. † LEX CHRISTIANA, quidquid ex iure curionibus a parochianis soluendum est, ap. Oefel. t. 2. Script. Boic. p. 45. † LEX VINAGII, praestatio certae vini mensurae pro vineis. Ch. a. 1253. t. 4. Ordin. reg. Fr. p. 632.

(13) † Aequum, ius. Leg. Lusit. sub Alph. t. 1. Prob. hist. geneal. domus req. Portug.

(14) † Officium municipale, corpus ciuitatis. Ch. Ms. a. 1439.

LEXA. (1) *Luxuriosa, quasi laxa, id est, inutilis*, apud Papiam. (2) Funiculus, Gall. *Lesse*, vox vt videtur ex *licia, orum*, formata, stamina, vel fila quibus in telis textrices implicant stamina. Gaufridus Malaterra lib. 3. c. 28: *Venetianus autem in adiutorium Ducis (ex funibus per) Lexas aduenientibus hostibus de muro dependentes porrigit*, Vbi vnco inclusa delenda videntur. Lexa,

[illegible]dem notione habet Constanti-[illegible]ph. de Admistr. Imp. c. 51. [illegible] vbi πλόκη et πλόκος expo-[illegible] V. infra *Liciae*.

[illegible]is, locus vacuus, vbi domus [illegible] aedificari, forte a verbo *laxa-*[illegible] Charta anni 1062. apud Mar-[illegible]to. 1. Ampliss. Collect. col. 459.

[illegible]A, subula, Ital. *Lesina*, Hisp. [illegible], Gall. *Alene*. *Lexena ad suen-*[illegible] *sotulares*, in Miraculis B. Si-[illegible]is Eremitae Augustin. to. 2. SS. [illegible]lis p. 825.

[illegible]A, V. *Laxa* 2.

† LEXIO, laesio, offensa, Ital. *Lesio-*[illegible] Tract. Ms. de re milit. et mach. bell.

LEXIVA, pro *Lixiuia*, vel *Lixiuium*, quomodo *Lexiue* dicunt Galli, apud Eddium Stephanum in Vita S. Wilfridi c. 62.

† LEXIVIA, lintea quae lixiuio purgantur. Tabul. Fossat.

LEXVIVM. Elogium Petri Fortii Anachoritae X. circiter saeculo exaratum, apud Stephanotium tom. 1. Antiq. Occitan. MSS. p. 482. *De pilis camelorum induebatur et tunica, vtebatur pane duro Lexuio composito.* An panis quasi Lixiuio subactus, vt nullus in eo superesset gratus sapor?

† LEXVS, elixus, aqua coctus, Ital. *Lesso*. Tract. Ms. de re milit.

LEYA, V. *Leda* 3.

LEYDA, V. in *Leudis*.

† LEYDARIVS, LEYDERIVS, *leydae* seu vectigalis collector, t. 8. Ordin. reg. Fr. p. 200. V. *Leudarius*.

LEYDATOR, V. *Leudarius*.

LEYDERIVS, V. ibidem.

† LEYHA, arcula, capsula, a Gall. *Layette*. Inuent. Ms. a. 1476. V. *Layeta*.

LEYSON. Hermannus de Lerbecke, in Chron. Comitum Schawenburg. p. 35. *Eodem tempore Benedictus XI. Papa, Ordinis Praedicatorum, consecratur, et sectae quaedam fatuorum, dicti Fratres Leyson fuerunt. Vnde versus:*

Anno milleno trecenteno quoque deno
Secta fuit ficta Leyson fratrum maledicta.

Sic dicti ii forte, quod crebrius *Kyrie eleison* inclamarent.

LEYTERIA, lectica, Gall. *Litière*. Computus an. 1335. to. 2. Hist. Dalphin. p. 297.

LEZA. (1) Charta an. 1256. in Metropoli Salisburgensi to. 2. p. 581. *Cum nauis Ecclesiae ad Austriam deducitur, procurator ipsius dabit Mutario* (Telonario) *nostro pro Leza 12 denarios, et seruis suis denos denarios: et si in ea fuerit aliquid quod ad Ecclesiam non pertineret, vnde muta* (telonium) *dari debet, de hoc soluetur muta. Cum vero reducitur nauis de Austria, iterum dabuntur Mutario nostro pro Leza 12 den.* Vbi *Leza* forte idem quod *Lesda*. vel *Leuda*, tributum, V. in *Leudis*. (2) Lemouicibus, agellus strictior, qualis est areola, puluinus, i. q. *Lesa*, Gall. *Leze*. Obituarium S. Geraldi Lemouic. f. 18.

† LEZARE, *lezatam* compingere; est autem LEZATA, vt videtur, carri species. Stat. Montis-reg. p. 204. V. *Lezia*.

† LEZCA, praestatio, tributum, in Ch. Ms. a. 1322. V. *Lesda* in *Leudis*.

LEZDA, V. in *Leudis*.

† LEZIA, carri species, in Stat. Perus. p. 54. V. *Lezare*.

LEZNA, LEZTA, V. in *Leudis* 3.

† LHIEVRARE, LHIVRARE, praebere, tradere, dare, Gall. *Livrer*; vnde LHIEVRATIO, traditio. Ch. Ms. a. 1324. V. *Liberare* 2.

LIA. (1) *Amurca*, Papiae: Gallis *Lie*. Ioannes de Garlandia in Hortulano c. 21. *Alii Liam, id est, faces vini calcinati.* (2) Alia notione, V. in *Leda* 3. (3) † Ius in vina minutatim vendita, a *lia* seu amurca dictum. Ch. a. 1226. inter Prob. Hist. Autiss. p. 48. V. *Liagium*.

LIACVLVM, Λιαντὴρ, *Vitiligo*, in Supplemento Antiquarii. Aliter mox in *Liare*.

† LIAGIVM, praestatio non ex vinis, quae minutatim vendebantur, sed ex iis etiam quae ad vsum monasteriorum erant. Ch. a. 1311. in Glossar. Iur. Gall.

† LIAGVLA, ligula, Gall. *Jarriere*. Glossar. Provinc. Lat. Cod. 7657.

Digitized by Google

LIAIRVS, vt mox *Liardus*. *Mula Liaira*, in Notitia Ecclesiae de Vancio, to. 6. Miscell. Baluzii p. 434.

LIALIS, i. q. *ligius*, V. *Feudum liale*.

LIARDVS. (1) Color equi, *Gris pommelé* Gallis: *Leardo* Italis, apud Claudium *Corte* Italum lib 1. *Del Cavalerizza* c. 13. vbi eumdem colorem in sex alios diuidit, scil. *Leardo rotato*, *ò pomelato*, *l'armelino ò candido*, *il moscato nero e rosso*, *l'argentino*, *il mellatto*, *et il storniello*. Iul. Scaliger exercit. 325. in Cardanum num. 15. vbi de colore cinericio: *Grisum vulgus vocat. Itali Bretinum voce Gothica*, *nostri Germani Ghrau*, *Columella iu asino Murinum*, *in equis Glaucum Virgilius*, *Leardum vulgus Italiae*. (2) Moneta minutior, teruncius, Gall. *Liard*. Stat. Auen. l. 4.

LIARE, Polire, Graeci, Λιαίνειν. Glossae: λίαν ποιῶ, *Polio*, tectorio polire. *Liare cisternam*, apud Tertullianum. Hinc *Liaculum* exponitur in Gloss. Lat. Graec. λιαστὴς, instrumentum, quo subigebant et fricabant tectorium opus inductum calci et arenae, quibus parietes linebant. Vtitur Vitruuius l. 2. c. 4. et l. 7. Vetus Inscriptio: *Calce hauerata lito politaque*.

† LIASONVS, lignum quoddam ad vsum molendini. Pedag. castri de Les a. 1263.

LIATOR, in veteri Catalogo Sodalium Confraternitatis S. Mariae Deauratae, vel qui polit, vel potius qui in fasciculum colligat, aut qui facit capsas, Gall. *Layettes*, Hispanis *Liar*, vt et Italis *Liare*, ligare est, Gall. *Lier*; vnde *Liator* deducere malim, quam a *Liare*, polire. Sed haec merae coniecturae.

LIAVES, *ruina*, apud Papiam.

LIBA, pro *Libamen* vel *Libamentum*; ex Graec. λοιβή. Iohannes Scotus in in Areopagiticis.

LIBACVNCVLVS, paruum libum. Tertull. de Spectac. c. 27.

LIBANINVM. Henricus de Knygthon an. 1270. *Praeconizatum est voce publica*, *quod Edwardus cum peregrinis suis partem torniamenti tenerent contra omnes aduenire volentes. Concurrerunt itaque multi ex parte regionis illius*, *inter quos fuerunt multi*, *et etiam equestres erati sunt ad inuicem in spoliatio Anglorum*, *prae manibus vendent equos et arma*, *et bibentes vin baninum in spoliationem captiu rum*. Forte *Libamen*.

† LIBANVM, restis crassior, *Liban*. Inuent. Ms. a. 1363.

LIBASSIVS, *Liber*, apud Papiam.

LIBATIO. Diploma an. 1345. ap Ludewig. to. 5. p. 535. *Quam quidem pecuniae summam . . . absque Libatione quacunque reddere et soluere totaliter promittimus*. Vereor ne legendum sit *dilatione*. Si retinenda vox *Libatio*, intelligi potest detractio, diminutio, a *Libare*, excerpere.

LIBATORIVM, *Coxale*. Gloss. Isid. Sed hic restituendum videtur *Lambatorium*, vt iam in *Coxale* dictum. Alibi *Libatorium* est crater ad effundendum libamen in sacris, qua notione sumitur lib. 3. Esdrae 2, 13. et lib. 1. Macc. 1, 23. Ioannes de Ianua: *Libatorium*, *locus vbi sacrificatur*.

LIBELLA. (1) Parua libra, seu libra paruorum denariorum, qui aere et argento mixti *Parui* vocabantur, vnde eorum Libra Libella dicta, quae 20 denariorum paruorum erat, quemadmodum libra vulgaris 20 denariorum argenteorum. Parthenoni *Thura* dictae, dioecesis Namurcensis, centum *Libellas* annuas delegasse legitur Iacobus de Croy Episcopus Camerac. in noua Gall. Christ. tom. 3. col. 618. V. *Libra*. (2) † Piscis genus. Tract. Ms. de Pisc. c. 33. *Libellam Massilienses peis jouzion appellant*, *non a foeditate*, *sed a tegumenti capitis similitudine*, *quo Iudaei olim in prouincia vtebantur*, *Hispani peis lino*, *limada*, *toilandola*.

LIBELLARE, arca, in qua reconduntur libri. Gregorius Turon. lib. 4. Hist. c. 41.

LIBELLARE, per *libellum* dare. Charta ann. 1053. apud Puricellum in Monumentis Ambrosianae Basilicae p. 429. V. *Libellus*.

LIBELLARIA, praedium *libellario nomine*, vel *titulo*, concessum. Gerbertus

Digitized by Google

tus Epist. 6. V. *Libellus.* † Feu- opponitur et pro allodio vsurpa- passim in libris feud.

LLARIS SENTENTIA, PRO- SIO, Sententia vel Professio li- o seu scripto declarata. Concil. let. I.

LLARIVM, idem quod *Libellus Precaria.* Charta Ottonis III. p. ann. 999. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 503.

LLARIVS. (1) Seruus per *li- llum*, seu per *chartam* manumissus. *Libellarii antiqui, vel nouiter facti*, in Capitulare Pipini Regis Italiae c. 6. V. *Commendatus.* (2) Notarius. Testamentum Ephibii Abbatis. (3) Pro *Libellus*, seu *Precaria.* Charta Podionis Episcopi Florentini apud Vghellum to. 3. p. 56. *Neque volo vt aliquis de ipsis Canonicis habebat potestatem de ipsis rebus Libellarios facere, aut aliquid donare.* LIBEL- LARIO *vel Emphyteuticario iure dare*, vel *possidere*, in Synodo Pontigon. ann. 876. c. 10. *Libellario iure* dare, in Chronico Casin. l. 1. c. 50. *Libellarium placitum constituere*, ibidem l. 2. c. 3. *Libellario titulo dare*, apud Senatorem lib. 5. Epist. 7. *In terra aliena Libellario nomine residere*, in Lege Longob. l. 1. tit. 9. §. 22. *Libellario nomine in fundum dare*, lib. 2. Feud. tit. 5. §. 1. l. 2. tit. 9. §. 1. LIBELLARIAE LEGES, apud Gerbertum Epist. 12. *Contemnetur Imperialis maiestas cum in me, tum in se ipsa, in diuisione Sanctuarii secundum leges Libellarias facta, quia consentire nolo, etc.*

LIBELLATICVM, concessio et datio ad *libellum*, seu emphyteusin, vel potius pensio, quae pro *libellariis praediis* quotannis exsoluitur. Gregor. M. lib. 1. Ep. 42. *Sed ipsa etiam Libellatica, prout summa pensionis fuerit, moderentur.*

LIBELLATICI, dicti Christiani qui a gentilibus Christum abnegare et diis sacrificare adacti, libello per se, vel per alium iudici porrecto, quo ingenue Christianos se esse profitebantur, ob idque sacrificare sibi non licere, praemium seu pecuniae summam aliquam offerebant et porrigebant, ne quod iis non licebat, facerent. Ita quidem Cypriani Interpretes ad Epist. 52. et lib. de Lapsis. At Baronius an. 253. n. 19. *Libellaticos* dictos censet ex eiusdem Cypriani verbis, Epist. 31. non quod libellos darent magistratui, sed quod acciperent. Horum praeterea meminit Epist. 15. 21.

LIBELLENSIS, Magistratus apud Siculos, qui aliis *Magister libellorum*, qui scilicet libellos supplices subditorum excipiebat, examinabat, et de iis ad Principem referebat, in Constitutionibus Siculis lib. 1. tit. 38. §. 2.

LIBELLIFIVS, LIBELLIFICVS, qui libellos facit, qui reorum confessiones et testium responsa describit, *Greffier.* Hist. de Exilio S. Martini PP. apud Anastas. in Collectan. p. 97. *Dirigitur ab Imperatore ad Diomedis custodiam ad magnanimum Papam Demosthenes Rescriptor et Collaborator sacellarii, et Libellifius cum eo.* Quo loco Baronius habet *Libellitius.*

LIBELLIO, notarius. *Libellionem vt tabellionem*, apud Nonium ex Varrone. *De capsa miseri Libellionis*, apud Statium, hoc est, pauperis bibliopolae, qui minutos libros vendit. Gloss. Sangerm. MSS. *Libellio, βιβλιοπώλης.* Aliae apud Martinium: *βεβλιογράφος, Librarius, Libellio, βεβλιοπώλης, Libellio.* Onomast. apud eund. *Libelliones, γραμματεῖς*, scribae.

† LIBELLIVM, *vno fiore*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

LIBELLVS. (1) Charta, qua praedium in emphyteusin conceditur, quae quidem contractus ac pactionis species frequens olim fuit in praediis Ecclesiasticis: sub vulgari ac recepta nomenclatura, *Praecariae* et *Praestariae.* Gerbertus Epist. 2. *Nescio quibus codicibus, quos Libellos vocant, totum sanctuarium Domini venundatum est. Libellum facere*, de praediis, etc. frequens formula. (2) Causidici scriptum in litigiis; († vel potius quaecunque scriptura, in qua continetur nomen actoris et rei, res quae petitur, et causa petendi.) Statuta Massil. l. 1. c. 20. §. 11. LI-

Digitized by Google

BELLVS ANATHEMATIS, excommunicationis bulla. Anastasius in S. Agapeto. LIBELLI APPELLATORII, V. Calv. Lex. Iurid. LIBELLLVS CONFESSIONIS, quo quis reatum suum confiterur, et ab eo absolui flagitat. V. in *Poenitentes*. † LIBELLVS CONVENTIONALIS, charta conuentionum, in Ch. Mss. a. 1210. † LIBELLVS DIVORTII, qui et REPVDII, quo matrimonium soluitur. LIBELLVS FAMOSVS, Gall. *Libelle diffamatoire*. Capitul. l. 6. c. 316. LIBELLVS FVNERALIS, V. *Funeralis*. † LIBELLVS OSCVLI, charta donationis propter nuptias. Ch. Mss. a. 1020. V. in *Osculum*. † LIBELLVS PENSIONARIVS, quo *pensio* seu praestatio annua reseruatur. Ch. a. 952. ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 164. LIBELLVS POENITENTIAE seu *Poenitentialis*, quo quis imposita et indicta poenitentia, a reatu, quem vltro fatetur, absoluitur, aut absoluendus reseruatur, et Ecclesiae reconciliandus. Qui quidem libelli repudiantur in Addit. 3. ad Capitul. to. 1. col. 1199. LIBELLVS PRAECEPTORIVS, scripti obligatio, Gallis *Obligation*. Statuta Arelat. MSS. art. 161. LIBELLVS nude, eadem notione. Statuta eadem art. 139. LIBELLVS PROFESSIONIS, Charta qua quis monasticae vitae nomen dedit. Vita S. Bernardi edit. 169. col. 1221. LIBELLOS DARE. Tradit. S. Augustin. lib. 22. de Ciuitate Dei c. 8. *Fideles*, in quibus Deus miraculum quodpiam operatus esset, libellos dare solitos Episcopo, qui rem prout gesta esset, continerent, vt populo recitarentur. Exempla eiusmodi libellorum profert idem Augustin. Serm. 31. et 39. de Diuersis: morem vero etiam attigit Euodius Vzalensis Episcopus l. 2. de Mirac. S. Stephani c. 1.

LIBELTITIVS. V. *Libellisius*.

LIBER, adiect. V. *Liberi*.

LIBER, Saxonice *Landboc*, vel *Bocland*, id est, *terra ex scripto*, quasi *terra libraria*, *terra testamentalis*, in Legibus Kanuti Reg. c. 32. apud Bromptonum. *Terra haereditaria*, in Legibus Alvredi c. 20. et ei[n] Kanuti c. 104. apud eumdem [B]ptonum. Fundum, inquit Lam[b]dus, veteres ex scripto, qui[d] *land*: aut sine scripto, qui *Fo[l]* dicebatur, possidebant. Qu[i] ex scripto possessio, commodio[a] conditione, haereditaria, liber[a] que immunis. Fundus sine sc[ri]censum pensitabat annuum, [a]officiorum seruitute erat oblig[a]Priorem viri plerumque nobiles gue ingenui, posteriorem rustici re et pagani possidebant. Illam Angli vulgo *Frehold*, et per Chartam; hanc *ad voluntatem Domini* appellant. Eiusmodi autem fuit conditionis *Bocland*, vt ad haeredes transire necessario deberet, proindeque alienari non posset, nec vendi. Leges Henrici I. c. 70. *Si Bocland habeat, quam ei parentes dederint, non mittat eam extra cognationem suam.* Quod etiam statui in Legibus Alvredi c. 37. obseruat Spelmannus, etsi aliam legis sententiam fuisse contendat Somnerus, nempe, alienari non posse, si testamento, aut alio scripto, id prohibitum fuerit. V. Leges Edwardi Seniotis c. 3. Henrici I. c. 13. LIBER CENSVALIS, seu *Polyptychum*, in quo summa cuiusque Ecclesiae seu Monasterii possessionum exhibebatur. Nullum antiquiorem nouimus Codice MS. Irminonis Abb. Sangerman. regnante Carolo M. exarato. † LIBRI CLAVSTRALES, de vita monastica agentes, t. 12. Gall. Christ. Instr. p. 137. LIBRI DEIFICI. Ita Christianorum libros sacros vocabant gentiles. Vide Passionem S. Felicis Episcopi Tubizacensis, et gesta purgationis Felicis Episcopi Aptungitani. LIBRI IVDICVM, codex legum Gothicarum apud Nauarros Antiq. Nauarrae p. 421. LIBER MIXTVS, si sic legendum, videtur esse genus esculenti cibis in Monasterio ministrari consuetis superadditum. Necrologium Parthenonis sancti Petri de Casis: IV. *Augusti obiit D. Petrus Estrelatz, qui dedit Conuentui vnum Librum mixtum, et vnam crellat après lo mas pro pitancia. I. Libum.* LIBER ORDINALIS,

Digitized by Google

DINALIS, ORDINARIVS, ORDINIS, liber in quo ordinatur modus celebrandi officii diuini. V. *Ordinale.* LIBRI NIGRI, de Necromantia; apud Ekehardum de Casib. S. Gall. c. 2. *Ne miremini, si diabolus, a quo nigros libros noctibus discunt, fascinatorum suorum calices, ne offenderentur, continuit.* Martianus Capella lib. 2. *Eranique quidam* (libri) *sacra nigredine colorati, quorum literae animantium credebantur effigies.* LIBER ORDINARIVS, in quem quotidie referuntur acceptum et expensum. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioricae inter Acta Sanctorum Iunii tom. 3. p. 1. † LIBRI PLENARII EVANGELIORVM, integer IV. Euangeliorum textus; in Act. SS. t. 6. Sept. p. 499. † LIBER PROVINCIALIS, liber censuum, qui in diuersis prouinciis ecclesiae Romanae pensitabantur. Hist. S. Emmeran. Prob. p. 15. † LIBER SACRAMENTORVM, liber ecclesiasticus, in quo continetur Missarum officium, i. q. *Missale* 2. Chartul. S. Ioann. Angeriac. † LIBER SACRIFICIORVM, idem, V. *Sacrificium.* † LIBER SERMOCINALIS, V. *Sermocinalis.* † LIBER SIGNORVM, qui notis scriptus est, in Stat. Vercell. l. 3. LIBER SAECVLARIS, a profano et gentili auctore scriptus. S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 1. c. 21. LIBER PACIS, qui, ni fallor, osculandus offertur Sacerdoti a Diacono vel Subdiacono. Charta an. 1247. in Hist. Monasterii S. Mariae Sueßion. p. 445. LIBER TEMPORVM, id est, Paralipomenon, apud S. Hieronymum lib. 2. in Ruffinum c. 8. LIBER VITAE, *Martyrologium*, ad cuius calcem scribuntur nomina benefactorum. Testament. Bertichramni Episcop. Cenoman. LIBER VIVENTIVM, in quo quotidianae Monachorum *praebendae*, seu cibi et potus portiones diurnae, vnde *Liber viuentium* dictus, recensentur. Charta incerti anni apud Mabillon. to. 5. Annal. Bened. p. 678.

LIBERA, pro *Libra.* Charta Chlodouaei III. ann. 692. apud Felibian. Hist. Sandion. p. XII.

LIBERA. (1) LIBERA WARA, V *Wara*, (2) † Hedera, vt videtur. Gall. *Lierre.* Ch. Hug. de Gornago Ms. *Felgam et liberam ad foenum faciendum.*

LIBERALIS HOMO, Saxonibus *Degen*, vnde vox *Thainus*, Baro, vir nobilis. Leges Kanuti Regis Angl. ex textu Roffensi: *Si in domo Liberalis, quem supra Thegen nominauimus, et quidam dicunt Twelfhaendman, hoc fit, etc.* V. *Thainus.*

LIBERALITAS, *libertas.* Ita Glossae MSS. ad Concil. Carthag. can. 32.

† LIBERALIVS, liber, immunis. Ch. Ms. a. 1483.

LIBERARE. (1) Mittere, remittere. Vetera Statuta Corbeiensis Monasterii p. 1 et 2. Ita *liberari* dicitur, qui caussam suam prosecutus coram iudice, prolata sententia ab eo domum remittitur. Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 70. §. 1. *Si quis . . . vicente eo* (iudice) *requisierit dicendo, quod Liberatus non sit, faciat illi institiam, post quantoscunque annos requisierit. Causam liberare*, iudicium conficere, proferre, ibidem tit. 20. §. 9. tit. 52. §. 1. (2) Praebere, dare, Gall. *Livrer*, *delivrer*, Germ. Liefern. Capitula Caroli C. apud Carisiacum: *Dedit omnibus licentiam . . . redeundi ad propria, exceptis his quos specialiter pro specialibus causis considerandis, vel pro dona Liberanda secum aliquantis diebus manere praecepit.* LIBRARE, eadem notione. Bernardus in Ordine Cluniac. part. 1. c. 12. *Hospitibus et omnibus qui in monasterio ad equos praebendam recipiunt, ipse Librat eam.* LIVRARE, eodem perinde significatu, a Gallico *Livrer.* Charta vetus apud Lobinellum to. 2. Hist. Britan. col. 836. LIVERARE, LIVERATIO. Statuta Vercell. l. 1. f. 15. vo. *Qui ostenderit ipsius Liuerationis instrumenta, quae facta fuerint de iure, soluatur eis precium pro quo Liuerata sunt.* LIBERARE SE, Gall. *se livrer*, sese tradere. Ogegerii Panis Annales Genuens. ad ann. 1203. to. 6. Muratorii col. 403. LIBERARE, notione passiua non semel occurrit in Processu de Miraculis B. Simonis Erem. Aug. to. 2. Aprilis

Digitized by Google

Aprilis p. 628. et 629. *Cursus Liberauit*, id est, Liberatus fuit. Infra: *Eius filius Liberauit.* LIBERARE IN SACRARIO, incerta notione legitur in Capitulis Adalhardi inter Acta SS. Benedict. Saec. 4. part. 1. p. 758. XLVII. *De miscendo in sacrario et cito Liberando.* XLVIII. *De tepide cantando.* LIBRARE EQVOS, pabulum, et quidquid nomine *fodri* significabatur, equis ministrare. Charta an. circ. 1296. in Instrum. to. 4. Gall. Chr. col. 35. LIBRAGIVM HERBAE, ius exigendi *librationem herbae* seu foeni pro equis. Pacta ann. 1300. to. 1. Hist. Dalph. pag. 54. col. 1. LIBRARE FESTVM, die festo pecuniam distribuere. Kalendarium Claromont. apud Duchesnium in Notis ad Bibl. Cluniacens. *Quarto Nonas Ian. Octaua S. Stephani et Odilonis Abbatis et Confessoris, pro quo festo Librando Odilo de Mercorio Canonicus Claromontensis . . . promisit XL. solidos censuales aut reddere semel XL. libras, et debent Librari in Missa et Vesperis dicti festi.* LIBRARE NOBILES ET FRANCOS in Dalphinatu dicebantur Castellani, qui nobilibus et Francis ad bellum profecturis, ac militaturis sumtibus Dalphini, cibaria necessaria prouidebant: hinc in litteris ad Castellanos missis pro bellica citatione, vt obseruatur to. 1. Hist. Dalphin. p. 48. saepius occurrunt haec verba: *Castellani prouisi per vnum mensem Librare nobiles et Francos Castellaniarum suarum.*

LIBERATA. (1) Praebitio, *Livrée.* Tabularium Dunstapulense: *Liberata bosci quam habet Prior in Bocwood.* Infra: *Liberata grati in le South-Maede.* (2) Idem quod *Liberatio* 1. Nicol. Vpton. lib. 1. de Militari officio c. 17. *In Anglia quando rex aliquem nobilitat, solet vna cum feudo signum, hoc est, Liberatam suam nobilitando condonare, etc.* LIBRATA, eadem notione, Charta an. 1394. ex Archivo S. Victoris Massil. *Iohannes Abbas erat obligatus in 300 flor. auri causa emptionis pannorum diuersorum colorum in butigia drapariae, tam pro suo vestiario, quam et pro vestiario seu Librata scutiferorum.* Alia an. 1480. ex eodem Arch. *Quidam verberauit acriter seruie. . . . . portantem libratam cini.*

(3) LIBERATA, seu LIBRA hospitiorum praebitio seu desig. Litterae Clementis VII. PP. an. 1 to. 10. Spicil. Acher. p. 242. *Ad si Romanus Pontifex, qui pro tem fuerit, vellet cum sua curia in aliq uisatum . . . . regni Adriae mo hoc possit libere et absque impedim quocunque . . . et tam circa Libr ordinandas, cancellos f. : : : ta, tiones domorum, iurisdictione Mare scalli libera et aliorum officialium curiae Romanae.* Ordinatio Ioannis XXII. PP. supra ordinandis Librati Cardinalibus in Ciuitate Auenionis, apud Sebastianum Fantoni tom. 1. Histor. Auenion. p. 164. *In Librata superiori domus episcopalis assignata sunt hospitia infra scripta.* Et infra: *Istud hospitium exemptum fuit a dicta Librata, et loco ipsius hospitii fuit assignata ipsi Librata quaedam cava seu volta lapidea, quae est subtus ipsum hospitium.* (4) † Acceptilatio, Gall. *Decharge.* Ch. a. 1445. ap. Guichenon. p. 356.

† LIBERATARIVS, qui *liberatas* seu acceptilationes legitime dare potest, V. *Appaltor.*

LIBERATE. BREVE DE LIBERATE, chartula liberationis. Mandatum Henrici III. Regis Angl. ann. 1262. apud Rymer. to. 1. p. 751.

LIBERATIO. (1) Quidquid in pecunia vel cibo, et poru, vel vestimentis a domino domesticis, aut *Officialibus* quotannis, vel certis ac definitis anni tempestatibus *liberatur*, seu praebetur. Hugo de Cleeriis de Maioratu Franciae: *Tunc Panetarius mittet Comiti duos panes atque vini sextarium, et coquus frustum panis et vini hauftum: haec est enim Liberatio Seneschalli illo die.* Maxime vero ita appellabant Galli vestes, quae certis anni tempestatibus ac festis a Regibus, atque adeo etiam proceribus aliis liberis, domesticis ac officialibus quotannis praebebantur: idque *Livrées* vocabant. Computum Stephani Fontani Argentarii Regii an. 1351. Haec et similia, quae apud Scriptores Gallicos

Digitized by Google

s crebro occurrunt, docent cur
ssequi seu famuli *Liberatas*, seu *les*
rées, dominorum suorum deferre
ntur: de quibus praeterea agi-
s in vocibus *Pallium* et *Roba*.
RATIO, idem, praebitio, distri-
o, apud Srephanotium tom. 3.
iq. Pictav. MSS. p. 527. LIBRA-
D CLAVSTRI, LIBRATIO SV-
RPELLICII. Haec distributio est,
iae singulis Clericis, qui diuinis
terfunt officiis; illa vero, quae iis-
em fit ratione *praebendae*. Epist.
Clementis IV. PP. an. 1267. tom. 2.
Anecd. Marten. col. 478. LIBRA-
TVS CANONICVS dicitur, qui hu-
iusmodi *Librationes* percepit. Bulla
Innocentii VIII. PP. pro Canonicis
Geneuensibus an. 1484. in Continua-
tione magni Bullarii Rom. pag. 291.
col. 1. (2) Merces, salarium. Char-
ta Henrici Regis Angl. an. 1155.
apud D. Brussel to. 2. de Vsu feudo-
rum p. IV. *Nullus Vicecomes, vel*
Bailliuus noster, vel alius expiat equos
vel caretas alicuius pro cariagio faci-
endo, nisi reddat Liberationem anti-
quitus statutam; sed et pro careta ad
duos equos X. denarios per diem, et
pro careta ad tres equos, XIII. den.
per diem. (3) Voluntas, sententia,
consilium. Testamentum Bertighra-
mni Episc. Cenoman. to. 3. Analect.
Mabill. p. 127. *Ergo quia votus, et*
Liberatio, et deliberatio mea est, vt
etc. (4) Securitas, cautio. Con-
uentio inter Henricum Reg. Angl.
et Theodorum Comitem Flandriae
in Libro nigro Scaccarii p. 30. *Si Rex*
eos (obsides) *tamdiu retinere voluerit*
ad Liberationes Regis, etc.

LIBERATVRA, vt *Liberata*, praebi-
tio. Statuta Ricardi II. Reg. Angl.
an. 1380. apud Rymer. to. 7. p. 242.
LIBRATVRA, eadem notione, t. 4.
Gall. Christ. p. 909.

LIBERCVLVS, libellus. Acta B. An-
dreae Hispellati to. 1. Iulii p. 365.

LIBERI, qui nulli seruituti obnoxii
sunt, ingenui. Duplex autem fuit
liberorum ordo, eorum scilicet qui
Liberi et *Nobiles*, et aliorum qui
Liberi quidem essent, sed *non nobi-*
les. Lex Frision. tit. 11. §. 2. *Si nobi-*
lis Liberum occiderit, etc. §. 4. *Si*
Liber nobilem occiderit, etc. Adde
§. 13. 14. In Lege Angliorum tit. 1.
§. 1. nobilis, *Adelingus* dicitur, cuius
interfecti compositio longe maior esse
dicitur quam liberi. Ita apud Saxo-
nes, *Liberos* a *Nobilibus* fuisse distin-
ctos obseruat Adam Bremensis cap. 5.
Liberi autem proprie dicti videntur,
qui ab antiquo ex seruis manumissis
originem traxerant. Theganus de
Gestis Ludouici Pii cap. 44. *Fecit te*
Liberum non nobilem, quod impossibile
est post libertatem. Ita *nobiles* sunt,
qui nulla originis ac seruitutis macu-
la coinquinantur. *Liberi* autem *ho-*
mines sub patrocinio alicuius esse de-
bebant, nec omnino sui iuris erant.
Charta diuisionis Imperii Caroli M.
cap. 3. *Praecipimus vt quemlibet Li-*
berum hominem, qui dominum suum
contra voluntatem eius dimiserit . . .
neque Rex suscipiat, . . . hoc non so-
lum de Liberis, sed etiam de seruis
fugitiuis statuimus ordinandum. Et
cap. 5. *Et vnusquisque Liber homo*
post mortem domini sui, licentiam ha-
beat se commendandi, etc. Hanc sen-
tentiam Cangii, quasi omnes *Liberi*
homines sub patrocinio alicuius esse
debuerint, erudite impugnat Mura-
tor. Antiq. Med. Aev. T. I. p. 715.
vbi et de *Arimannis* et *Herimannis*
egregia refert. LIBERI PER CHAR-
TVLAS, libertate donati, manumis-
si, Gregor. Turon. lib. 9. Hist. Franc.
cap. 26. V. *Manumissio.* LIBERI,
coloni. Lex Alamannorum, cap. 1.
tit. 9. *Quicunque Liberum Ecclesiae,*
quem Colonum vocant, occiderit etc.
Leo Ost. lib. 1. c. 61. *Eo etiam tem-*
pore octo familias Liberorum hominum
in cella S. Benedicti de Caudis eodem
Abbate roganre concessa. Fori Bigor-
renses cap. 15. *Censuales rustici vel*
Liberi non in Expeditione Comitem se-
quantur, etc. Cap. 37. *Si quilibet*
Liber dominum suum morte interue-
niente prodiderit, etc. Mox: *Lege*
Liberi originalis possidere. Vbi *Liberi*
iidem qui *Manentos*, *Hospites*, *Man-*
sionarii, qui lege *originis* dominis sub-
duntur, a seruis tamen et libertis, ac
maxime *ab hominibus de corpore* se-
iuncti. Charta Communiae S. Quin-
tini an. 1195. *Illi homini nostri Libe-*
ri,

Digitized by Google

ri, qui non sunt homines nostri de corpore, si venerint in Communiam, poterunt esse cum omnibus rebus suis illuc secum allatis. V. *Colonus.* Potioris autem esse conditionis *Liberi* dicuntur, in Cap. Caroli C. tit. 12. c. 5. *Si liber homo fuerit, bannum dominicum componat; et si colonus fuerit, 60. ictus accipiat.* Adde tit. 31. c. 15. 23. tit. 39. c. 2. vbi coloni seruorum loco habentur. LIBERI HOMINES, apud Alemannos nobiliores dicuntur, *Freyherren*, quorum *scilicet maiores nullam*, quod sciatur, seruierunt seruitutem, et hi, proprie *Nobiles.* Nam qui ex seruitute manumissi libertatem consequebantur, *Ingenui* dicti, et ab Alemannis *Semperfrey*, ex formula manumissionis, *Semper Ingenuus atque secarus existat.* Ita Goldastus ad Eckardum Iunior. c. 9. Bruno de Bello Saxonico: *Fridericum de Monte qui inter Liberos homines vel Nobiles eximius habebatur, famulum suum esse asserit.* Infra: *Et hominibus advenis vestra bona largiens vos ipsos Liberos et ingennos ignotorum hominum praecipiet seruos esse.* Idem alibi: *Dicebant ex persona Ottonis et Herimanni Comitis, se solos ex Liberis hominibus . . . beneficio fugae in Saxonia relictos.* LIBERI SAGITTARII, in Chronico Beccensi, ann. 1467. qui vulgo Gallis *Francs-Archers.* † LIBERI FORESTAE, quibus foresta vti liberum est. Chartar. Normann.

LIBERIA, pro *Libraria*, Bibliotheca, Gall. *Librairie*, in Historia Australi anni 1295. V. *Librarium.*

LIBERITAS, pro *Libertas*, apud D. Secousse, to. 3. Ordinat. Reg. pag. 116.

LIBERRIA. Vita S. Godelevae, to. 2. Iulii p. 417. *In finem vsque in se conseruari intemeratam Liberriam laetatur.* Cl. Editor monet. sic legi in MS. putatque non licere substituere *Libertatem*, cum potius, inquit, indicetur castimonia. Sed quid si *libertas* hic significaret coelibatum? Quae coelebs viuit, libera est, seu *a lege viri liberata*, vt loquitur Apostolus 1 Cor. 7, 39. Potius ergo legendum videtur *libertatem*, quam retinendum esse barbaram vocem *Liberriam*, qua *fortasse insinuare luerit Scriptor S. Godelenam a libi abhorruisse*, vt habet laudatus eruditus.

LIBERTARE. (1) Manumittere, libertatem impertiri, liberum fac Lex Burgund. tit. 87. §. 1. *Minor aetati ita credidimus consulendum, ante 15. aetatis annos eis nec Liberta nec vendere, nec donare liceat.* (2 Libertatem et immunitatem loco cui conferre. Liber de Fundat. Monasterii Gozecensis pag. 233. *Quod Coenobium iisdem Comes in honore B. Ioannis Euangelistae constructum sub Apostolicae sedis auctoritate Libertauit.* (3) † Libere et publice agere. Libell. supplex a Bohemis concil. Basil. a. 1438. exhibitus.

LIBERTAS. (1) Districtus loci alicuius, intra quem incolae *libertate*, priuilegio, ac iure ciuitatis gaudent, *Franchise* Gallis, Freyheit Germanis. Chronicon Trudonense, lib. 4. p. 391. *Acer quidem erat, constansque . . . tamquam generose natus de libertate et familia Louaniensium.* Bracton. lib. 3. Tract. 2. cap. 25. §. 1. *Vt liber homo captus fuerit et inprisonatus contra pacem in Curia vel infra Libertatem alicuius.* (2) Charta ingenuitatis, manumissionis. Testamentum Vidradi Abbat. Flaviniac. (3) Praestatio quae pro tuitione datur, alias *Saluamentum* dicitur. Charta Willelmi Comitis Pontiui ann. 1205. in Hist. Eccles. Abbauillensi c. 26. *Capellae sanctae Crucis 13. libras, et dimidiam Libertatem in Festo Pentecostes.* (4) Immunitas. Charta an. 1271. to. 1. Chartular. S. Vandreges. p. 819. *Pro hiis autem donatione, dimissione et concessione dederunt mihi praedicti Religiosi et concesserunt Libertatem manerii mei de Estaintot, de omnibus consuetudinibus ac seruitiis.* Licentia, consensus. Charta Ludouici Regis Franc. anni 1160. e Chartulario Montis-martyrum: *Insuper ipsum conquestum . . . et herbergarium quod in conquestu fecerat mea Libertate.* LIBERTAS DECEMBRICA. Ioannis Sarisberiensis in Prooemio ad Polycraticum: *Sic dum corrigatur, Horatius*

Digitized by Google

...am seruis, vt Decembri Li-...vtantur, indulget. Adde ...m lib. 7. cap ult. V. *Kalendae*. ...t. L. 2. Sat. 7. LIBERTAS ...ESIASTICA VEL CANO-... Hincmarus Remensis Epist. 7. ...bbeanis; vbi *Libertas Eccle-...et Canonica* est facultas, quam ...Episcopus, nominandi ac prae-...di Presbyterum alteri Episcopo, ...ius dioecesi Ecclesiam habet a ...dependentem, qui ab eo ordine-..., vt in ea sacra munia obeat. ...ERTAS ROMANA, immunitas ...Ordinarii iurisdictione, qua fit, ...quaedam Ecclesiae ad Sedem Rom. nullo medio pertineant. Bulla Vrbani II. PP. anni 1096. to. 6. Spicil. Acher. p. 22. LIBERTAS ROMANA, ius ciuium Romanorum, ius ciuitatis, ius immunitatis. Vita S. Adheleidis Imperatricis c. 7. (5) Gretzerus, in Episcopis Eystetensib. cap. 45. *Huius Berctoldi est sanctio illa, qua coercet eorum improbitatem, qui Sacerdotum defunctorum bona libere inuadebant ac diripiebant, conceditque singulis Clericis liberam testandi facultatem, ea tamen conditione, vt quotannis per decurias seu decanias distributi, certo in loco conueniant, remque diuinam faciant; quod etiamnum fit, vocaturque vulgo talis conuentus Libertas, quod Sacerdotes libere de suis rebus disponendi libertatem obtineant.*

LIBERTATICVM, obsequium ac seruitium, quod Libertus patrono suo debet ratione libertatis concessae, et quod ille sibi reseruauit in Charta ingenuitatis. Olim enim apud Romanos Liberti patronis donum, munus, ac operas debebant, toto Tit. de Operis Libertor. in Digest. Formula vetus 48. ex Bignonianis: *Nec vlli haeredum meorum nullum impendas seruitium, nec hominium, nec Libertaticum, nec vllum obsequium, nec patronaticum.* Apud Marculfum lib. 2. form. 32. *Libertinitatis obsequium* appellatur.

LIBERTATIO, pro *Libertas, facultas*, in Charta Vrsonis Archiep. Bar. apud Vghell. to. 7. p. 853.

LIBERTATVS, Libertate donatus. Charta anni circiter 805. apud Murator. tom. 2. part. e. coll. 746.

LIBERTI, a seruitute manumissi. Gregor. Monachus in Chronico Farfensi, tom. 2. Muratorii part. 2. col. 398. *Constituit ipsius Libertos . . . vt ipsas res cultarent et meliorarent et annualiter persoluerent hordei modia X.* Erant Liberti, vel manumissi sub obsequii conditione, in familia, et ex familia Patroni, seu manumissionis: ita vt ii, eorumque liberi professionem edere, identidem tenerentur, qua et manumissorum conditionem, et se ex familia manumissoris esse profiterentur, vt est in Concilio Toletano IV. c. 70. Tolet. VI. c. 9. Caesaraugustano III. c. 4. et in Legib. Wisig. L. 5. tit. 7. §. 21. Tantum vero aberat vt ingenuitatem plenariam adipiscerentur, vt ne cum ipsis siquidem ingenuis matrimonio copularii iis liceret. Quod si eiusmodi nuptiae contraherentur, nati ex ea coniunctione liberi, libertinae conditionis existebant, vti statuitur in Concilio Toletano IX. c. 13. 14. 15. 16. et in Legib. Wisig. lib. 5. tit. 7. §. 17. V. *Petrocinium*.

LIBERTICA RES, idem quod *Libertinitas*, ap. Murat. t. 2. Script. part. 2. p. 745.

† LIBERTICARE, libertatem et immunitatem conferre. Ch. Ms. a. 1123.

LIBERTINITAS, liberti conditio, vel praedium, et possessio liberti. Charta Abbonis pro fundatione Monasterii Novalicensis, ex Tabulario Ecclesiae Gratianopolitanae fol. 51.

† LIBERTINVS. (1) Idem qui *Libertus*, a seruitute manumissus. Ch. a. 1214. t. 2. Annal. Praemonstr. Prob. p. 21. (2) Act. Apost. c. 6. v. 9. *Quidam de Synagoga, qui appellatur Libertinorum.*

LIBERTVS, V. *Liberti*.

† LIBERZOLVS, libellus in Stat. datiar. Riper. c. 12.

† LIBIS, pro *lebes*, in Gloss. vet. Cod. 7613.

† LIBISTITA, *fabula, fatera*, in Gloss. Prou. Lat. Cod. 7657.

LIBLACVM, LIBLACVS, vox formata a Saxonico *Lyblac*, quod artem

Digitized by Google

tem veneficam vel maleficam sonat, maxime speciem eius quae fascinatione constat, inquit Somnerus: vel *ligaturis*, ex lib. *obligamentum*. Lambardus *barbarum sacrificium* reddidit in Legibus Athelstani. Hinc *Lyblecan*, talia factitantes sacrificia. Leges eiusd. Athelstani Regis §. 6. *Decreuimus etiam de sortilegiis, et Liblacis, et sortem dantibus, etc.* Leges Edmundi Reg. editae apud Londinum §. 6. *Qui falsum iurabunt, vel Liblacum facient, sint in aeternum a consortio Dei segregati.*

LIBOR. (1) Vel LIBVS, φθοή. Glossae Cyrilli apud Martinium, qui observat, φθοή, idem esse quod φθίσις, tabes; φθόις autem esse speciem libi seu placentae; sic ergo videtur legendum. (2) ξεῦμα ἐπὶ ποδάγρας, *fluxus*, apud Ianum in Supplemento Antiquarii. (3) Pro *Liuor. Principis Libor exarsit, et cum disperdere nitebatur e terra*, apud Camillum Peregrin. in Hist. Principum Langobard. tom. 2. Muratorii p. 266. col. 1.

LIBRA. (1) Pro *Lepra*, apud Felibian. Hist. San-Dion. pag. XI. in Testam. an. circ. 690. (2) Praebitio, Gall. *Livrée*. t. 4. Gall. Christ. p. 35. V. *Librare* 2. et *Libra seruientalis* in *Libra* 3. (3) LIBRA AVRI, Constant. M. aeuo 84. solidorum fuit, quod denariorum libra apud Romanos, vti obseruatum a Scaligero lib. de Re nummaria p. 64. ex lib. 1. Cod. Theod. de Pond. et auri inlat. Postmodum ea imminuta et ad 72. solidos redacta a Valentiniano Seniore, vt est in leg. 13. eod. Cod. de Suscept. praepos. et arc. et L. un. de Oblat. vot. quae posterior. LIBRA OCCIDVA, appellatur in Actis S. Marcelli PP. et Synodo Suessana locis a Baronio anno 302. Scaligero, et aliis passim allatis, qui de vocis *Occiduae* nomenclatura vix inter se conueniunt. Sed copiose ac erudite de vtraque libra et de hac voce disseruit Iacobus Gothofredus ad d. L. un. de Oblat. vot. vbi expensis aliorum sententiis eo tandem concedit, vt *Occiduam libram* Valentiniani appellatam veluti *imminutam*, quomodo Occiduum a Scriptoribus inferioris aetatis vsurpatum aliquot locis probat. Hunc consule si lubet: nam pudet ab aliis annotatis librum infarcire. LIBRA AVRI, puri ac cocti duodecim denariorum argenteorum libris aestimatur, in Edicto Pistensi cap. 24. *Vt in omni regno nostro non amplius vendatur Libra auri purissimi cocti, nisi 12. libras argenti de nouis et meris denariis.* LIBRA GALLICA. Vetus Agrimensor de Ponderibus: *Iuxta Gallos vigesima pars vnciae denarius est, et 12. denarii solidum reddunt: ideoque iuxta numerum denariorum tres vnciae 5. solidos complent; Sic et 5. solidi in 3 vncias redeunt: nam 12 unciae Libram 20 solidos continentem efficiunt. Sed veteres solidum qui nunc Aureus dicitur, nuncupabant.* LIBRA MONETARIA. Synodus Vernensis anni 755. cap. 27. *De moneta constituimus similiter, vt amplius non habeat in Libra pensante, nisi viginti duos solidos, et de ipsis viginti solidis Monetarius habeat solidum vnum, et illos alios reddat.* LIBRA PONDERALIS ARGENTI, apud Scotos, erat viginti quinque solidorum, vt est in statutis Roberti III. Regis Scotiae cap. 22. §. 3. et in Assisa Regis Dauidis de ponderibus §. 3. sed propter imminutionem monetarum, interdum fuit 26. solidorum et 4. denariorum. V. Fletam lib. 2. cap. 12. §. 1. LIBRA ANGLO-NORMANNICA, 20. pendebatur solidis: solidus autem interdum 16. denariis, sed plerumque 20. ex argenti vncia conflatis. Hinc in Domesdei crebro: tale *manerium reddit* 10. 20. vel 30. *Libras denariorum de 20. in ora*, vt de specie constet solutionis. Haec igitur libra duplex fuit, scilicet maioris vnciae, et minoris: vel maiorum denariorum, et minorum. LIBRA DENARIORVM, illa frequentior est, in Domesdei et perinde sub illo saeculo, de 20. denariis in vncia. † LIBRA IMPERIALIS, monera imperatorum, quae in Italia currebat. Ch. Mss. prior. S. Maioli in Papia. LIBRA ANGLO-SAXONICA, continebat solidos 48. argenteos: solidus vero 5. tantummodo dena-

Digitized by Google

...rios. Exstant certa rei monu-...ta, vt Lambardus refert, in de-...s argenteis, tempestate Ethelredi ...s excusis. Spelm. LIBRA AN-...VM, numerus annorum 72. sic ...s, quod *Libram occiduam* diui-...nt in totidem solidos. Sic *Libra* ...m, pro numero testium 72. non ...l occurrit in veteribus instrumen-... LIBRA CHAPOTENSIS, vel ...*otensis*. Charta Edwardi II. apud ...ner. to. 3. pag. 626. *Recipient* ... *triginta millia Librarum Chipo-...sium seu Burdigalensium, valentium viginti quatuor millia librarum par-...rum Turonensium*. V. *Chapotensis*. LIBRA LVCENSIS, apud Lucenses in vsu, in Charta Innocentii IV. Papae anni 1243. apud Illustr. Fontaninum, ad calcem Antiq. Hortae, pag. 485. LIBRA MARCAZANA, Ferrariensibus nota, vt patet ex Constitutione Eugenii IV. Papae ann. 1438. in Bullario Carmelit. pag. 196. col. 1. LIBRA MERCATORIA, apud Anglos constat 15. vnciis. Fleta lib. 2. cap. 12. §. 1. LIBRA AD NVMERVM, numerata, nec ponderata. V. mox *Libra pensa* et *Arsura*. LIBRA NVMERATA, in Domesdei. Currebant in primis pecuniae (vt hodie argenteae) solummodo numeratione: accepitque inde haec libra nomen, denarios veteres 120. numeranti exhibens. LIBRA OCTONARIA, octo vnciarum, auri fabris et monetariis propria, Gall. *Livre de marc*. Non semel memoratur in veteribus instrumentis. LIBRA PANIS, in Regula S. Benedicti Monachis praescripta, in refectionibus, cap. 19. Concilium Aquisgran. sub Ludov. Pio, cap. 57. *Vt Libra panis triginta solidis per 12. denarios metiatur*. Vbi constare dicitur solidus 12. denariis. Leges Franc. tit. 4. 5. 106. *Vt inter Francos per 12. denarios solidus componatur*. LIBRA PARISIENSIS, 25. solidis constabat; *Turonensis* vero 20. Sed id omnibus notum. LIBRA PENSA, seu *Pensata*, in Domesdei. Cum multa essent vbique locorum *cuneagia*, (nam illustres plurimae ciuitates, villae, Episcopi, proceres, sua habere,) factum est vt leues saepe denarii a *cuneatoribus* et falsariis cuderentur, detonsique saepe alii in publicum proreperent. Venit igitur in vsum, non solum *libram* numerare, sed (vt aureos hodie) ad pensum trutinare. Domesdei: *Reddit nunc 30. Libras arsas et pensatas, etc.* LIBRA PENSANS, in Capit. sub Pipino Rege, §. 5. LIBRA, *ad magnum et paruum pondus*. Charta anni 1185. ex Tabulario Meldensi: *Semel in anno debetur Episcopo Meldensi ab Ecclesia S. Germani procuratio sub hac forma, XL. panes de pane Conuentus ... tres Librae cerae ad paruum pondus vel vna ad magnum pondus*. Eadem occurrunt in Charta Fulconis Abbatis S. Germani. Minoris quoque fuit ponderis libra, qua in ponderandis aromatibus vtebantur in quibusdam prouinciis. Consuetudo Lemouic. art. 70. *Libra est, et esse debet XIV. vnciarum et dimidia, salua Libra de speceria, quae debet esse et est XII. subtilium vnciarum*. V. *Libra mercatoria*. LIBRA PRIMA, 20. solidis constans, apud Occitanos, quibus etiamnum *Livre prime* dicitur. Vetus Placitum circa ann. 1200. apud Catellum in Hist. Occitan. lib. 5. *E contra vero omnes Iudaei asserentes, quod non debebant eam ceram dare ad commune pondus Tolosae, sed ad quoddam speciale pondus, quod est 20 solidorum, quas Libras primas vocabant*. LIBRA PROVINCIALIS, scilicet 20. solidorum, in venditione villae Hiersi Caroli I. Comiti Prouinciae ex Schedis Praesidis de Mazaugues. LIBRA AD SCALAM, V. *Scala*. LIBRA SERVIENTALIS. Consuetudines Monasterii de Regula, to. 2. Bibl. Labbei p. 744. *Habeat Ecclesia duos homines vel feminas cum sarculis vnoquoque anno ad segetes purgandas: et dabitur vnicuique vna Libra Seruientalis, et alio tempore in manu vna torta de furno, et vinum, et in nocte vna Libra*. Id est, libra carnis qualis seruientibus dari solet, nisi forte intelligendum sit id omne quod in cibo et potu domesticis a domino datur: de quo more supra dictum in *Liberatio*. LIBRA STERLINGORVM, eadem olim fuit,

fuit, quae libra denariorum de 20. in vncia: nam *denarius* alias dicebatur *sterlingus* et *esterlingus*. Confecerunt autem sequentes Reges *sterlingorum* libram ex denariis de 40. in vncia: nouissimi, de 62. vel eo amplius, retinentes tamen *sterlingorum* appellationem, vtpote iam pecuniam legalem significantem. Prisca igitur *Libra sterlingorum* ex 120. denariis constabat, pondo aequalis grauitate: media ex 480. hodierna ex 728. et quidpiam supra. Sterlingorum autem nulla, quod sciam, in Domesdei mentio, cum recentioris sit originis vocabulum. Haec Spelmannus. LIBRAE SVBTILES ET GROSSAE. Charta Raymundi Gaufredi Domni *de Trez*. *Vendidimus . . . . octauam illam partem quam habuimus vel tenemus pro indiuiso in ciuitate Massilia et eius territorio et districtu, in mari, in insulis, in venationibus, et in ferro Quintalis, et in lasciis, et in corda, et vicesimo quinto, et in libris subtilibus et grossis, et in marchis, et in millarolis vini, et olei, et in sextariis, et in cocis*, etc. LIBRA VRSA, mendose pro *arsa*, apud Kennett. Antiq. Ambrosden. p. 165. V. *Arsura*. (4) LIBRA TERRAE, ET LIBRATA TERRAE. Bromptonius anni 1172. *Cui pro illo homagio et fidelitate dedit 1000. Libratas reditus in Anglia per annum*. Mox: *Et concessit ei 50. Libratas redituum Andegauensium*, i. e. 50. librarum monetae Andegauensis redituum annuum: quomodo in veteri Charta apud Menagium: *Mille Libratas ad Turonenses*, i. Turonensis monetae: vbi perperam editum *adturonenses*, et *attournois*, iunctis vocabulis. Charta anni 1239. *Item dedit dictae Margaritae filiae suae in maritagium quingentas Libratas terrae ad monetam Diuionensem*. Alia ann. 1322. to. 4. Gall. Chr. Instrum. col. 257. *Octies viginti Libratas terrae ad Turonenses paruos, quas assidemus super res inferius annotatas*. Vt ex praemissis locis iam satis constare videatur, *Libras*, vel *Libratas terrae*, aestimatas fuisse ex valore agri, non ex ipsius quantitate, ac proin[illegible] hil aliud fuisse quam agros cert[illegible] meri librarum annui reditus, [illegible] certum librarum numerum ex [illegible] perceptum: ne quis tamen [illegible] scrupulus, iuuat hanc sententia[illegible] uis testimoniis, iisque lucul[illegible] confirmare. Charta Philippi F[illegible] Regis pro Edwardo Rege Angl. [illegible] 1286. apud Rymer. to. 2. p. [illegible] *Concedimus et promittimus nos [illegible] ros, et in certis locis et compet[illegible] bus cum omni iustitia alta et b[illegible] nos assignaturos dicto Regi Angliae, pro se et suis haeredibus tria millia Librarum Turonensium rendalium*. Et in sequenti Charta de eadem re ibidem: *Cum dilectus et fidelis noster . . . Edwardus Rex Angliae nobis tradi fecerit, Litteras suas inter caetera continentes, quod pro tribus millibus Libratis terrae ad Turon. quas eidem tenemur assidere, etc.* Vnum et idem sunt, vt satis patet, *Librae Tur. renduales* prioris Chartae, et *Libratae Terrae ad Turon.* posterioris. V. *Librata* 1. LIBRAE porro *terrae* olim aestimatam sortem principalem vicesimo denario docet Charta Roberti Archiepiscopi Lugdun. ann. 1233. ex Regesto Feodor. Ecclesiae Lingonensis: *Et ipsi tenebuntur ponere vterque ipsorum, videlicet 200. Libras in emptione 10. Librarum terrae, quas assignabunt et tenebunt in feodum in perpetuum ab Episcopo Lingonensi*. V. *Denarius*. (5) Aliud omnino sonat vox *Libra* in sententia arbitrali anni 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte in Occitania. *Pronunciauerunt quod perticus, cum quo mensurantur arpenta et terrae, vineae et alii honores, habeat in perpetuum et habere debeat decem palmos bonos et largos de longo, vt hactenus habere consueuit, et arpentum computetur de centum duabus Libris et octo scaquis, et concada terrae computetur de* LXXIV. *Libris et X Scaquis ad perticum superius memoratum*. Hic *Libras* intelligo frumentarias, *arpentumque de centum duabus Libris et octo scaquis computatum*, modum agri, in quo seminentur frumenti pondo 102. et 8. *scaquae*,

Digitized by Google

...ae. Est autem *ſtaqua*, ſi bene ...erpretor, pugillus frumenti, Oc... nis *Eſcach*, quod proprie ſignifi... paululum illud frumenti, quod ...ereſſe ſolet mercatoribus forenſi..., qui cum in vrbem veniunt fru...tum venditurі, pluſculum ad...unt quam menſura capiat, ne ...d deſit in menſurando. (6) LI...A VINI, *Libra ceruiſiae*, in Re...a Canonicorum in Synodo Aquiſ...n. cap. 122. in Regula Sanctimo...dium, ibid. c. 13. V. veterem Agri...aſorem *de menſuris in liquidis* pag. ...3. et ſupra in *Hemina*.

LIBRAGIVM, V. in *Liberare* 2.

LIBRALE, χοινικὶς, *Modiolus*. Suppl. Antiqu.

† LIBRALIS MONETA, eadem quae vſualis ſeu iuſti ponderis, t. 7. Ordin. reg. Franc. p. 435.

† LIBRALE, menſurae frumentariae ſpecies. Inuent. Mſ. a. 1476. V. *Livrale*.

LIBRARE. (1) Tradere. V. in *Liberare* 2. (2) pro *Ponderare*, V. in hac voce. (3) † Per auctionem adjudicare. Lit. a. 1411. t. 9. Ordin. reg. Fr. p. 600. (4) † LIBRARE FESTVM, pecuniam pro officio alicuius feſti praebere. Acta capitul. Mſ. eccl. Lugd.

LIBRARIA, vt *Librarium* 2. Martianus Capella lib. 1. *Vtpote Librariae ſuperum Archiuique cuſtos.*

LIBRARIVM. (1) ζυγοστάσιον, in Gloſſis Graeco-Latinis, Librile. (2) Bibliotheca, Gall. *Librairie*. Gloſſ. Saxon. Aelfrici: *Librarium, Boc-hus*. i. librorum domus. Monachus Altiſiod. ann. 960.

LIBRARIVS. (1) Librorum deſcriptor. Iſidor. L. 6. c. 14. *Librarii iidem qui Antiquarii vocantur. Sed Librarii ſunt qui et noua et vetera ſcribunt; Antiquarii qui tantummodo vetera, vnde et nomen ſumpſerunt.* (2) Qui deſcribendis actis iudicialibus operam dabat, in Cod. Th. leg. 1. de Lucris offic. leg. 1. de Decur. vrb. Rom. apud IC. Symmachum, etc. Hinc LIBRARIVS, pro *Notario*, apud Rollandinum in ſumma Notariae: qua notione *Librarius* dictus videtur Hilduinus Abbas Sithienſis apud Mabillonium to. 3. Annal. Benedict. pag. 123. neque enim hic Hilduinus alius videtur ab eo qui in quodam praecepto, quod exſtat to. 12. Spicileg. Acher. pag. 109. Imperialis aulae *Archinotarius* appellatur. (3) Dignitas Eccleſiaſtica, in Eccleſiis Cathedralibus, eadem forte quae *Cantoris*, qui et *Armarius* dicitur. Charta Henrici III. Imp. anni 1056. apud Meuriſſium in Epiſcopis Metenſibus p. 360. *Videlicet vt electionem Primicerii faciant, ſine Decani, Cantoris, Librarii, atque Cuſtodis Eccleſiae S. Stephani.* (4) Librorum cuſtos in Monaſteriis. Regula Mellicenſis anni 1451. in Chronico eiusd. Coenobii p. 414. (5) LIBRARIVS in veteri iuris vtriusque Vocabulario: *Qui in libra apponendo pondera, cauſas rerum determinat, vel eſt libros vendens vel cuſtodiens.*

LIBRATA. (1) Libra pecunaria reditus annui. Charta anni 1208. to. 2. Chartular. S. Vandegreſ. p. 1903. *Beneficium valens* XIII. *Libratas annui reditus*. V. *Libra terrae* in *Libra* 4. (2) Praebitio, famularis veſtis, vulgo *Livrée*. V. ſupra in *Liberata*.

LIBRATIM, per libram ad amuſſim. Vita S. Guthlaci, tom. 2. April. p. 38.

LIBRATIO, V. *Liberatio*.

LIBRATVRA, V. *Liberatura*.

LIBRATVS, V. *Liberatio* 1.

† LIBRETVS, libellus, Ital. *Libretto*. Inuent. Mſ. a. 1366.

LIBRIAS, πλακοῦς, *placenta*, in Gloſſ. Sangerm. MSS. et in Supplemento Antiquarii.

LIBRILLA. Ioann. de Ianua: *Librilla eſt baculus cum corrigia plumbata ad libraudum carnes. Dicitur etiam Inſtrumentum librandi, i. percutiendi lapides in caſtra, ſcil. manganus. Vnde librillo, as, tali inſtrumento proiicere, vel percutere, vel infeſtare.* (Feſtus habet: *Librilla*, vel vt reſtituit Scaliger, *Librilia, appellantur inſtrumenta, bellica, faxa ſcilicet ad brachii craſſitudinem, in modum flagellorum loris reuincta.*) Henricus Rosla in Herlingsberga:

Non hic vnigena fabricatur machina nomen
Haec Librilla tenet; quasi saxea pondera librans.

Librilium meminit Caesar lib. 7. de Bello Gallico: *Fundis Librilibus, fudibusque, etc.* Iis qui vtebantur, *Libratores* dicuntur Tacito 2. et 3. Annal. V. *Manganum.*

† LIBRORIVM, mensurae frumentariae species, Gall. *Livrot;* vnde LIBRORIATA, modus agri cui seminandi *librorium* satis est. Terrear. S. Maurit. in Foreſt. V. *Librale* et *Livrare.*

LIBRVNCVLVS, paruus liber. Praefatio in Vitam S. Samsonis Episcopi Dolensis.

LIBVM, genus praestationis, vox Latinis scriptoribus notissima; *Gasteau, Tarte.* Charta Hugonis Castellani Vitriacensis anni 1224. apud Perardum. p. 407. *Cum perciperem in molendinis de Chausseio . . . Libum vnum, quotiescunque ad villam de Chausseio me venire contingebat, quidquid iuris habebam in percipienda Liba memorata legani in eleemosynam etc.*

LICA, cylindrus, Gall. *Lisse*, V. *Lischa.*

LICATOR, catillo, scurra, V. in *Lecator.*

LICCINIVM, V. infra in *Lichinus.*

LICENTIA. (1) Ioan. de Ianua: *Licentia dicitur commeatus, quod vulgariter commeatio: Vnde Licentiare, vulgo commeare.* Vgutio, a quo hausit: *Licentia dicitur commeatus, vel vulgariter dicitur cognatum, vnde Licentio, as, cognatare, vulgo.* Vbi forte legendum *Congeatum et Congeare.* (2) LICENTIA, quae ab Abbate Monachis conceditur aliquid faciendi. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis c. 38. LICENTIA MAIOR. Tabularium Cisoniense anni 1266. *Statutum est etiam, vt quilibet Canonicus durante maiori licentia, quae semel in anno concedi consuenit, aestimationem praebendae vini sui habeat in pecunia numerata.* MALA LICENTIA, Longobardis dicta facultas peccandi vxori a marito indulta. Leges Luitprandi Regis. tit. 101. *De mala Licentia mulieri data.* Mox: *Si quis coniugi suae mal... centiam dando dicat: Quin va... concumbe cum tali homine; aut... xerit ad hominem; Veni et fa... muliere mea carnis commixtionem.* (3) Facultas data Doctoribu... Professoribus profitendi publ... Academiis. M. Robertus de Soi... in Serm. de Consicient. *In isto... eris solum examinatus, quando... Licentiam legendi Parisiis.* (... Practicis Gall. *Congé de deffant,* ... quo defensor, prouocatore non ... parente, a petitione dimittitur ... soluitur, t. 8. Ordin. reg. Fr. p... (5) † Relaxatio, oblectamentu... in Reg. Visitat. Odon.

LICENTIARE. (1) Facultatem dare rei cuiuspiam faciendae. Caesarius Heisterb. lib. 2. de Mirac. cap. 10. *Dixitque iuueni: Vis vt ostendam Abbati? et Licentia vitei.* (2) Facultatem et Licentiam abeundi dare, dimittere, expellere, Gall. *Licentier, congedier.* Gauterius Cancellarius de Bell. Antioch. p. 451. *Licentiatis Baronibus quiete recreari etc.* ILLICENTIATVS. Thom. Walsinghamus anni 1296. *Illicentiatus clam discessit, tamquam fugitiuus, non imperata ac petita missione.* (3) LICENTIARI. *Licentiatus ad magisterium*, in Chron. Nicolai Trivetti ann. 1282. Idem Rob. de Sorbona: *Multis enim magnatibus fit aliquando gratia, et Licentiantur sine examinatione.* (4) † Liberius agere, Gall. *Se Licencier.* Steph. de Infestura Ms.

LICENTIATVRA, idem quod *Licentia* 3. *Licentiaturae gradus in vniuersitate studii generalis*, in Bulla Pii IV. PP. to. 4. Gall. Christ. Instrum. col. 345.

† LICENTIOSITAS, licentia abeundi, t. 1. Leg. Polon. p. 259.

LICENTIOSVS. Gloss. Graec. Lat. ἀντεξούσιος, *Licentiosus, suae potestatis, emancipatus, sui iuris.* Supplement. Antiqu. *Licentiosus,* παῤῥησιαστικὸς, *Libere loquens.*

LICERA. Charta Monasterii S. Vincentii del Pino, to. 2. Concil. Hisp. p. 168. col. 1. *Si quis . . . huic contra hunc factum insurgere voluerit, si quis*

Digitized by Google

...is super viam facere tam Regia ...stas, quam Pontificum maiestas, ...que populorum diuersitas, nec vo... enim habeant nec licentia, et fron... propriis careat Liceris, non vi... quae bona sunt in coelestem Hie... lem. Fronte propriis careat Lice... idem esse videtur quod Frons ...riis priuetur luminibus seu ocu... sed quid *Licera* proprie signifi... aut vnde oriatur, non satis per... o. An pro *Lucerna* scriptum, ... pro *Visera*, Hisp. Cassidae con... cilium, quo barbarus scriptor oculos seu videndi facultatem vel actum exprimere voluerit, vt vocem *Viſiere* quandoque Galli etiamnum vsurpant in iocoso atque familiari colloquio.

† LICERE, *is*, licentia, facultas. Ch. a. 1065. ap. Murat. l. 1. Antiq. p. 198.

LICERCERIS, *centurio*. Gloss. Isid. Additur in Pithoeanis, *Luceres*; erant autem *Luceres* vel *Lucerenses pars tertia populi Romani, appellati a Lucero Ardeae Rege, qui auxilio fuit Romulo aduersus Tatium bellanti*, si Festo fidem habeamus. A Lucumone *Luceres* dictos ait Iunius.

LICENTIRE. Charta an. 1222. e Chartulario S. Medardi Sueſſ. *Insuper etiam Licentiebamus super mortua manu Boneti, qui fuit homo de eleemosina.* Idem quod *Dissentire*, vt liquet ex alia eiusd. Chartul. Charta an. 1226. vbi: *Insuper etiam Dissentiebant partes praedictae super mortua manu Boneti, etc.*

LICHA, idem quod *Lischa*, machina poliendis et laeuigandis telis et holoſericis accommoda, Gall. *Calandre, Liche*. In Codice censuali Ms. Eccl. Atrebat. an. 1261. N. tenens domum vnam in territorio Eccleſiae debere dicitur eidem Eccleſiae certam pecuniae summam *pro Lichis suis*, quia forte telas expoliendi artem exercebat: quod Galli dicunt *Calandrer*. V. *Lischa*, et *Licinitorium*.

LICHERA, LICHERIA, lectica, Gall. *Litiere*. Miracula MSS. Vrbani V. PP. *Ipsum portauerunt in domum suam in vna Lichera*. Statuta Monialium S. Saluatoris Massil. *Post mortem quando Monialis portabitur in Licheria*. Pro Lecti apparatu vsurpari videtur vox *Licheria* in Charta an. 1500. apud D. Calmet to. 3. Hist. Lotharingiae col. CCCXXXI. *Quatuor lectorum munitorum sine garnitorum . . . . Licheriis, enleibibus, puluinaribus, baſſaghiis, linteaminibus, ludicibus, coperturis, cortinis pendentibus, etc.* V. *Lectarium*, *Lecteria* et *Lichiera*.

† LICHERIVS, ad *lichias* seu repagula pertinens. Hinc *Iuſticia licheria*, quae intra *lichias* exercetur, V. in *Iuſtitia* 1.

† LICHIA. (1) Septum, repagulum, Gall. *Lice*. Ch. Ms. a. 1318. V. *Liciae*. (2) Licium, Gall. *Liſſe*. Lit. remiſſ. Ms. a. 1352.

† LICHIERA, lecti fulcrum. Inuent. Ms. a. 1449.

LICHINA, ſpecies tubae, V. *Licina*.

LICHINVS, idem quod *Ellychnium*. Papias, *Lichini, cicendelia lucernae*. Ordericus Vital. lib. 6. p. 615. LICHINIVS. Conſtantinus Africanus tit 2. De Morbor. curat. cap. 7. LICINVS, apud Hugonem Farſitum lib. de Miraculis S. Mariae Sueſſion. cap. 10. Ioh. de Ianua: *Cicendulum, Thuribulum vel Licinus, et ponitur pro candela*. Gloss. MS. Sangerm. Lat. Gall. *Licinium vel Licinus, Limechon de chandelle*. LICINIVS. Papias et Gloss. Arabico-Lat. ex Isidoro lib. 20. c. 10. *Licinius, quasi Lucinius, quia lumen dat, est enim cicindela lucernae*. Glossae Isid. *Licini, candelae, lucernae, vel cicindilia*. LICCINIVM, *quod de candela vel lucerna emungitur*, in Glossis MSS. LYCHINVS. Miracula S Etheldredae, to. 4. Iunii p. 551. LYCHNIVM, in Vita S. Humilianae n. 15.

† LICHINVS, adiect. ad *lichinum* componendum aptus, in Ch. Ms. a. 1350.

LICHITVM, pro Lecythum, V. in *Lenticula*. 1.

† LICHVDA, gammarus. Tract. Ms. de Pisc. c. 133. *Gammarum Galli et Normanni appellant homar, - - Gennuenſeis Lombardo, - - Conſtantinopolitae Licnulla vel Lichuda, Illyrici lacontola*.

LICIAE. (1) Perticae, castrorum aut vrbium repagula, Gall. *Lices*, a *Liciis*, seu staminibus, vel funiculis dicta, quod ea primitus ex funibus conficerentur, vel quod vt stamina iunctim erigantur. Epist. Anonymi de capta vrbe CP. an. 1204. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 786. *Exercitum nostrum grossis palis circumcinximus et Liciis.* Computus an. 1202. apud D. Brussel to. 2. de Feudorum vsu ad calcem p. CXLVII. *Pro veteri garrulio reficiendo et pro Liciis LII. S.* Et p. CXCVI. *Licius* legendum to. 8. Spicil. Acher. p. 364. pro *Licias. Liciae duelli*, locus *Liciis* clausus ad singulare certamen, apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. col. 851. V. *Lexa* et *Masouerius* in *Mansionarii*. Carolus de Aquino in Lexico Militari vocis etymon non a *Liciis*, staminibus seu funiculis censet esse deriuandum, sed potius a *Sublicis* vel *Sublicius*, quae perticae sunt ad pontes potissimum struendos et sustinendos: ex quo pontes ipsi dicti sublicii: vel cum Ferrario in voce *Lizza*, a palis, quibus septus est ficti vel imaginarii certaminis, aut munimenti castrensis vel vrbani locus. A palis enim, inquit, fit palicium, et hinc licium. Idem censet Menagius. Itali similia repagula lignea ex palis indiscriminatim dicunt *Lizza* vel *Liccia*. (2) † Atria ecclesiarum, *liciis* seu repagulis plerumque clausa. Chartul. S. Eligii Paris.

LICIANI, *Prophetae*. Gloss. Isid. An a *Licinio* aut *Luce*, vt intelligatur *Videns*, inquit Martinius, illuminatus homo, qui plus aliis videt, futura praeuidet. Coniectura non placet Graeuio, qui et ipse coniicit forte legendum, *Linigeri*, *Prophetae*, quod Aegyptiorum Sacerdotes linigeri fuerint et Prophetae dicti.

LICIATORIVM, Vgutioni et Mamotrecto ad 1 Paralip. c. 8. *Lignum in quo licium innoduitur, et laqueus qui de filo solet fieri.* Io. Monachus Maioris Monasterii lib. 1. Hist. Gaufridi D. Norm. *Vir ille humanae virtutis modum excedens, lanceam quasi Liciatorium habens, Andeganensem impe-*

sit. V. 1. Reg. c. 17. lib. 1. Pa[illegible] c. 11. etc. Occurrit praeterea vox nude in Gloss. Arabico-Lat.

LICIATVS, obuolutus licio. S. gust. lib. 30. de Genesi ad lit[illegible] num. 23. metaphorice: *Et qu[illegible] modo Liciata primordia futur[illegible] animalium, quae de corruptionib[illegible] lium corporum pro suo quaeque [illegible] ac differentiis erant exortura.* prorsus ratione rursum vtitur li[illegible] de Ciuit. Dei c. 14.

LICINA. Matth. Westmonast. *Rollandi cantu inchoato, vexilli[illegible] ctis et euolutis, tubis cum Li[illegible] perstrepentibus, etc.* Ita vtraque editio. Legendum videretur *bucinis* pro *buccinis*, quomodo graeci recentiores *βούκινον* dixere. Videtur tamen retinendum esse *Licinis*, quod Nicolaus Specialis lib. 1. de Rebus Siculis c. 14. apud Murator. to. 10. col. 933. ambas voces *Lichinis* et *buchinis* vsurpet: *Alii*, inquit, *strepebant pedibus in propugnaculis, alii percutiebant fustibus tabulata, conchas aereas et lebetes, nonnulli tubis et tibiis, Lichiniis et buchinis, aliisque similibus terribiliter insonabant.*

LICINAE, tenue filum textum, apud Martinium in Lexico.

† LICINITORIVM, i. q. *Licha*, in Gloss. Gall. Lat. a. 1348. V. *Liciatorium.*

LICINIVM. (1) Genus vestis, Isidoro lib. 19. c. 22. *vocatum, quod textura eius ligata sit in totum, quasi diceret Liginum, c pro g littera commutata.* Melius a *Licio* deducit Martinius. V. *Licinius* in *Lichinus*. (2) Lignum lucens. Isid. lib. 19. c. 19. *Lignum vocatur Graeca etymologia, quia incensum in lumen conuertitur et in flammam; vnde et Licinium dicitur quod lumen det.* Similia rursum habet lib. 17. c. 16. V. *Lichinus* et *Lucinium.*

LICINIVS, LICINVS, idem quod *Ellychnium*, V. supra in *Lichinus.*

LICINVS, *ἀναξυρίς*, in Glossis: qui capillos sursum versos habet, vt apud Seruium *Licini boves* dicuntur qui habent cornua sursum versum reflexa. Martinii Lexicon consule.

† LICIP-

Digitized by Google

...PPIVM, vestis genus videtur, ...hron. Dan. ap. Ludewig. t. 9. ... p. 115.

...ATOR, *gladiator*, *apparitor*, ..., *cui multa licent*. Gloss. Isid. ...lla et turbata sic recte corrigit ...uius ex Constantiensi, qui nihil ...termittit: *Licitator*, *Gladiator*, ..., a *Licitari*, congredi, pu..., vt apud Nonium. *Lictor*, ...*paritor*. *Licentiosus*, *cui multa ...cent*.

†LICITVM, i. videtur quod alias *Sibilum* dicitur, cantus scilicet species, quo non voces, sed vocum soni longius cantando diducuntur et protrahuntur, quod quia licentius fit *licitum* appellatum videtur. Stat. S. Capell. Bstur.

†LICITVS, licentia, venia, t. 6. Collect. Hist. Franc. p. 63.

LICIVS. (1) *Negotiator*. Gloss. Isid. Graeuio videtur scribendum *Licitator*, quia negotiatorum est emere et licitari, quae postea carius vendant. (2) Forte pro Ilex, arbor nota. Dicta S. Aegidii to. 3. Aprilis p. 242. *Et signa praecipua excisa sunt ex arbore Licii prope eamdem cellam excrescente, sub qua saepius orauit Christus apparuit.*

†LICCISVS, legis custos, apud Marten. t. 9. Ampl. Collect. p. 1028.

LICTAE, pro *Liciae*, vt dictum in hac voce.

†LICTERATORIE, per litteras, scripto, in Ch. a. 1311. ap. Lam. in Delic. erud. V. *Literaliter*.

†LICTERATORIVM MANDATVM, scripto datum, in Prob. t. 4. Hist. Nem. p. 82.

†LICTERIVM, analogium, pulpitum, in Ch. a. 1019. t. 1. Hist. Cassin. V. *Lectorinum*.

†LICTIRE, *detrere*, in Glossar. Lat. Gall. Cod. 7692.

LICTOR. (1) Lutra, Gall. *Loutres*. Charta an. 1158. in Metropoli Salisburgensi to. 2. p. 263. *Venationes bestiarum, cernorum, castrorum*, (lege *castorum*) *et Lictorum in flumine Ambre, etc.* LICTORES, *ecclesiae assertores. Hi laici sunt et in choro inter clericos in Missa Apostolum legunt: vel quod Subdiaconos faciunt, et hi faciunt. Hos Africa vel reliquae Regiones habent.* Papias in ordine lit. *Li.* tametsi videatur de *Lectoribus* agere.

LICTORIA, *Decuria Consularis*, in l. 1. Cod. Th. de Lucris offic. V. ibi Iacob. Gothofredum.

LICTRA, zona funebris, V. *Litra*.

†LICTRINVM, ambo, analogium, in Ch. Ms. a. 1330. V. *Lectrinum*.

†LICTVS, derelictio, in Obituar. eccl. Paris.

LICVBVS PICEVS, species arboris, vt videtur, ac forte Pinus vel Abies, vnde pix expromitur. Rolandinus Patauinus de factis in Marchia Tarusina lib. 3. c. 13. *Pugnatum est etiam ad portam S. Stephani, et exinde ad pontem Altinatem, per murum illum, quia planior erat murus et Licubi picei assidibus coadiutus, et inde spissiores intrinseci defendentes.*

LICVLMEN, *gari species ex intestinis piscium*, apud Laurent. in Amalthea.

LICZVDA, V. *Lichuda*.

LIDA. (1) Ancilla, serua, V. *Litus*. (2) Hisp. *Lid*, rumultus rixantium, contentio, iurgium. Fori Alaconenses Alfonsi Regis Portugalliae aera 1267. *De cavallos qui se perdiderint in algara vel in Lida, etc.* Est vox Arabica a *Ladda*, altercando, vel litigando contendit, V. *Lidis* 2. (3) † I. quod *Lidda*, in Reg. episc. Niuern.

LIDDA, praestatio, tributum, V. *Lendis* 3.

LIDDO, LIDDVS, V. in *Litus*.

LIDEMLAIO, V. mox in *Lidolaip*.

LIDEMONIVM, V. *Litimonium*.

LIDERE, pro allidere, et humo infligere, in Lege Baiwar. tit. 21. §. 9. *Si ligneum est, Lidas eum terris*.

LIDHILAHIBVM, V. mox in *Lidolaip*.

LIDIA. (1) Ancilla, serua, V. *Litus*. (2) Praestatio, tributum, V. *Lendis* 3.

LIDIALES MANSI, qui a *Litis* seu seruis excolebantur, V. in *Mansus*.

LIDIMONIVM, V. *Litimonium*.

LIDINLAIB, V. mox in *Lidolaip*.

†LIDIS. (1) Idem q. *Lidda*, in Ch. Ms. a. 1266. (2) Praelium, certamen, Hisp. *Lid*. Leg. Lusit. sub Alphons. reg. V. *Lide* 2.

LIDISCARTI. Vox confecta ex German. *Lid*, membrum. et *Schard*, fissura. Lex Baiwar. tit. 3. c. 1. §. 21. *Si aurem maculauerit, vt exinde turpis appareat, quod Lidiscarti vocant, etc.*

LIDO, maris aestus, V. in *Ledo*.

LIDOLAIP. Lex Longobard. lib. 2. tit. 15. §. 2. *Si quis res suas alii thinganerit, et dixerit in ipso thinx Lidolaip, id est qui in die obitus sui reliquerit, non dispergat ipsas res postea doloso animo nisi fruatur cum ratione.* Editio Heroldi habet *Lidhilahibum*. Codex Cathedr. Mutin. teste Muratorio, *Lidinlaib, id est, quod etc.* Ambrosianus *Lindila*, Estensis *Lidemlaio*, Schilterus *Lidolaip* reddit *Lih to leib*, concedo ad vitam, vitalitium, vsusfructus, in verbo *Lihen*, dare, concedere, largiri.

LIDORIVM. Monachus Altisiod. an. 1091. *Reperta sunt in ipsis Ecclesiae fundamentis sepulcra plena sarcophagis et loculis saxeis, plumbeis, gypseis, sectisque ac complanatis Lidoriis, quae omnia erant plena corporibus. Lidorium* laterem hic significat, vt in Chronico S. Petri Vivi ad annum 1068. apud Acher. to. 2. Spicil. p. 746. *Inuentum est quoque in quodam Lidorio hoc scriptum: Hic positus est Tetulfus ante sepulchra Martyrum fabricator huius Ecclesiae.* Laurentius in Amalthea: *Lidoron, Later longitudine sesquipedalis, latitudine pedis.*

LIDVNA, maris aestus, V. in *Ledo*.

LIDVS, idem qui *Litus*, V. in hac voce.

† LIEA, a Gall. *Lie*, amurca, faex. Arest. a. 1345. V. *Lia* 1.

† LIEGANCIA, sacramentum fidelitatis. Io. de Trockeloue Annal. Ed. II. p. 55. V. *Ligantia*.

LIEGNE, lignum. Chartular. S. Vedasti Atrebat. not. V. p. 264.

LIEMARIVS. Liber niger Scaccarii p. 357. *Ductor Liemarii i. d. et Liemarius ob.* Vbi Hearnius Canem interpretatur sic dictum a loro, *Liemer*. Latine *Leuiarium* et *Lorarium* nominauit Caius de Canibus Britan. fol. 11. qui et canem medium esse notat inter sagacem et leporarium. † LIEMERIVS, Gall. *Limier*, in Co[illegible] put. a. 1244.

† LIEMTILE, mensura frumenti. *Tria sextaria et vnum liemtile fr[illegible]menti ad mensuram Bazani*, in [illegible] Ms. a. 1303. V. *Librale*.

LIENA, manipulus. Transactio [illegible] 1493. ex Archiuo S. Iusti Lugdu[illegible] *De decem Lienis canapis vnam L[illegible]nam*. V. *Gelina*.

† LIENCIA, laetitia, gaudium. L[illegible] remiss. Ms. a. 1380.

† LIENTERIA, *flu de ventre, foire. Lienteriosus, foireus.* Glossar. Gall. Lat. Cod. 7684.

LIENZVS, tela linea. Hispan. *Lienço*. Priuilegium Ferdinandi Gonzalez Principis Castellae, to. 3. Concil. Hisp. pag. 177. col. 1. *Per omnes domos, singulos cubitos de Lienzos.*

LIERNVS, pro *Liardus*, de quo supra, scutulatus, Gall. *Gris pommelé*. Charta an. 1097. pro Monasterio S. Vincentii Cenoman. to. 1. Amplissi. Collect. Marten. col. 564. *Dedit mihi iam dictus Abbas et Monachi XL. sol. et vnum palefridum Liernum.*

† LIEVREIA, praebitio, Gall. *Livrée*. Arest. Ms. a. 1279. V. *Liberata* et *Liberare*,

† LIEVVS. *Via lieua*, agger, Gall. *Levée*. Ch. Ms. Boson. Cathal. episc. V. *Leuata* 3.

LIGA. (1) Confoederatio, foedus quo quis cum alio *ligatur*, vincitur; *Ligue* Gallis, *Liga* Italis. Albertus Argentinensis in Chron. an. 1337. *Inter Principem et Francum interpositis Iuramentis et confectis litteris, Liga perpetuo confirmata.* Et infra: *Marchio cum Mastino Veronensi Ligam contraxit.* Adde p. 132. 146. 159. *Liga seu conspiratio*, apud Gobelinum Personam in Cosmodromio aetate 6. c. 73. (2) Ligamen, *Lien*, *Lanière* in Glossis Lat. Gall. Sangerm. *Garba de trium Ligarum longitudine*, in Synodo Sadorensi. (3) Vt supra *Lex*, monetarum in metallo probitas *a lege* requisita ac definita, Gall. *Loi*, *Aloi*, Ital. *Lega*. Extractum Computi an. 1339. to. 1. Hist. Dalphin. p. 95.

LIGA-

Digitized by Google

ACIA, faſciculus chartarum, [illegible]ll. *Liaſſe. Ligatia litterarum*, to. 3. [illegible]ſt. Harcur. p. 63.

AMEN. (1) Charta Rudolfi Imp. [illegible] 1276. in Metropoli Salisburgenſi [illegible]m. 1. pag. 392. . . . *Fuerint in [illegible]ſtra et pacifica poſſeſſione ſeu quaſi, [illegible]ris recipiendi mutam ſen thelonium [illegible] Obernperge a tranſeuntibus nauibus in fluuio qui Enus, in vulgare nomine dicitur, ſal et alia mercimonia deferentibus, de talento quolibet maioris Ligaminis ſcilicet 13. ſolidos longos, et 10. denarios vſualis monetae Patauienſis etc.* Alia an. 1298. ibid. to. 2. pag. 34. *Quod quilibet Abbas eiusdem Monaſterii, qui pro tempore fuerit, tria talenta maioris Ligaminis, et duodecim minoris ſalium ſemel in anno, quocunque tempore voluerit, deducere valeat . . . aaſque exactione cuiuslibet thelonei ſiue muta, etc.* An ſaccus in quo certa quantitas ſalis, quique duplex fuerit, maior et minor? V. *Ligatura.* (2) Detentio, incluſio in cuſtodia. Tituli 35. Pactus Legis Salicae, et 41. Legis Ripuariorum inſcribuntur, *De Ligaminibus ingenuorum*: quod ſic exprimitur in Lege Salica eod. tit. 35. *De eo qui hominem ingenuum ſine cauſſa Liguerit.* Quo in titulo verbum *Ligare* bis terue ſumitur pro Comprehendere, ſeu manum in aliquem iniicere. (3) † Sacramentum fidelitatis, quo vaſſallus domino ſuo *alligatur*, in Chron. Th. Otterbourne p. 102. V. *Ligantia.*

LIGAMENTVM. (1) Pactum, vt *Liga.* Ioſ. Moretus in Antiquit. Nauarrae pag. 574. *Ligamentum dilectionis*, amicitiae vinculum, in Charta an. 1327. apud Ludewig. to. 5. p. 79. (2) Amuletum, V. *Ligatura* 4. (3) † LIGAMENTVM SACCORVM, praeſtationis ſpecies in Ch. Mſ. a. 1210.

LIGANTIA, LIGENTIA, LIGEITAS, etc. dominium, ſeu ius quod dominus habet in vaſſallum, qui *ligio* hominio obnoxius eſt: vel ſacramentum fidelitatis, quod is domino ſuo praeſtat. Radulfus de Diceto: *Homagium Regi fecit, fidelitatem invauit, et rurſum in ſuam Ligantiam rediit.* Alibi: *Redierunt in homagium et Ligantiam meam. Ligantiam autem ſiue Legalitatem de omnibus hominibus tocius prouincie debet habere* Princeps Normanniae, in Codice Legum Norman. apud Ludewig. to. 7. p. 177. LIGEANCIAE, eadem notione, apud Granuillam lib. 7. c. 10. l. 9. c. 1. in Regiam Maieſt. lib. 2. c. 61. LIGEANCIA, in Regiam Maieſt. lib. 2. c. 12. §. 15. LIGIANTIA. Willelmus Neubrig. l. 2. c. 37. LIGENCIA, Tabula S. Victoris Pariſ. ch. 20. LITGENSA. Conſuetud. MSS. S. Auguſtini Lemouic. fol. 23. LIGEITAS. Charta Stephani de Monte S. Ioannis apud Gollutum lib. 7. c. 3. LIGIANTAS. Regeſtum Campaniae fol. 54. apud D. *Braſſel* de Vſu feud. to. 1. p. 124. LIGIATIO. Charta an. 1237. apud Chiffletium in Beatrice. LEGIATIO. Charta an. 1232. ex Archiuo Boneuallis. LEGEIA. Charta Matthaei de Morliaco an. 1202. LIGIAMENTVM. Ciſtrenſis l. 2. c. 23. LEGIAMENTVM. Charta Alienordis Reginae Angliae an. 1199. to. 4. Hiſt. Harcur. p. 1377. LIGECIA, in Regeſtum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 165. LIGIVM, in Charta Simonis D. Joinvillae an. 1218. in Tabulario Campaniae.

LIGARE. (1) Comprehendere, V. *Ligamen* 2. LIGARE DVELLVM, de duello conuenire, quomodo dicunt *Lier une partie.* Charta Galcherii Comitis Regiteſtenſis an. 1255. pro libertatibus villarum de *Rancourt* et de *Heraucourt*: *Si duellum Ligatum fuerit coram Praepoſito per teſtimonium Scabinorum.* Et infra: *Sciendum eſt, quod duellum ligari non poterit.* LIGARE ECCLESIAM, V. *Obligati.* (2) † Librum compingere, Germ. binden. Stat. ſynod. eccl. Caſtr. a. 1358.

LIGARIA. Agnellus in Vita S. Ioannis Epiſc. Rauenn. to. 2. Muratorii p. 68. col. 2. *Etiamſi vox mea excreuerit adamantina, et aereum pectus, et centeni mei verſus in Ligariis fuerint, ſic nec omnia facta veſtrorum*

Digitized by Google

ferorum narrare possum. An esse *in ligariis* idem est quod adunari, in vnum cogi, colligari, ita vt nerui omnes simul contendantur.

† LIGASCIA, i. q. *Ligantia*, ap. Bened. abb. Petroburg. ad a. 1170.

LIGASSA LINI, fasciculus lini, *Liasse* Gall. in Consuetud. Monasterii de Regula apud Labbeum to. 2. Biblioth. pag. 745.

LIGATI, foedere coniuncti, Gall. *Liguez, Allies.* Laur. Bizynius de Orig. Belli Hussitici an. 1421. apud Ludewig. to. 6. p. 175. V. *Liga.*

† LIGATIA, fasciculus. Inuent. Ms. a. 1295. V. *Ligacia.*

† LIGATICVS, ligaminibus instructus. Constit. Carmelit. Ms.

LIGATIO. (1) Idem quod *Liga*, foedus, pactum. Notitia Ecclesiarum Hispaniae a Resendio edita ex Veteri Codice: *Domine, si vis, faciam stabilitatem inter nos, et Ligationem firmissimam, vt non sit absoluta vsque in finem seculi.* Eadem habentur in Statutis Ecclesiae Londinensis. COLLIGATIO, pariter, in Concilio Tolosano an. 1229. c. 38. Auenionensi an. 1281. c. 8. etc. (2) Idem quod *Ligatura* 4. amuletum. Statuta Eccles. Valentinae, to. 3. Concil. Hisp. p. 510. (3) † Funium apparatus, Tauwerk. Pedag. castri de Les a. 1263.

LIGATOR, qui libros compingit, Gall. *Relieur.* Statuta Ecclesiae Londinensis: *Vtque libri omnes ad Decanum et Capitulum pertinentes sumptibus Ligatoris librorum ligentur, teganţur, et hamulis suis claudantur. Ligator et coopertor librorum*, in *Talmut* seu Codice MS. pensionum S. Victoris Massil. an. 1337. Ita libros *Ligari* dixit Isidorus Peluſiota lib. 1. Ep. 129. † LIGATOR BALARVM, compactor, consarcinator. Stat. Ms. a. 1317.

LIGATVRA. (1) Fascis ligatus, Germ. Bündel. Leo Ostiensis lib. 2. c. 8. *Pro censu super singulos annos quatuordecim ligaturas sepiarum, quadraginta bonas sepias per singulas Ligaturas habentes.* (2) Libri compactio, Gall. *Reliûre.* Ad calcem duorum Codicum Bibliorum Monasterii Stabulensis visitur haec inscriptio, quam exhibet Martenius to. Itinerarii p. 149. *Codices hi an... quia continuatim et tamen mora... scripti sunt per annos ferme IIII... omni sua procuratione, hoc est, s... ptura, illuminatione, Ligatura ... eodemque anno (1097.) perfecti s... ambo.* (3) LIGATVRA NAVIV... Charta Berengarii et Adelberti ... gum Italiae an. 950. apud Vghe... to. 2. p. 129. *Teloneum quoque. ... curaturam, et redhibitionem ipsius ... pariae, et Ligaturam nauium, etc.* V. *Anchoragia.* (4) LIGATVRAE, Καταδέσεις, Platoni lib. 2. de Legibus, καταδεσμοὶ, Eusebio de Laudibus Constantini c. 13. et Artemidoro lib. 1. c. 79. Amuleta quaedam ad arcendos et depellendos morbos, quae aut ad collum suspendebantur, aut circa alias corporis partes alligabantur, qualium magna mole referssse scripta sua Xenocratem Aphrodisiensem et Pamphilum quemdam refert Galenus lib. sexto simplicium pharmacorum: cuiusmodi etiam subinde prodere non dubitauit Plinius, vt et Medici aliquot ex veteribus, Marcellus Empir. c. 29. p. 207. Horatianus lib. 4. p. 93. Serenus Sammonicus c. 49. Alexander Iatrosophista, Tertullianus lib. 2. c. 232. Dioscorides lib. Parabil. cap. 156. Nicolaus Myrepsus de Antidot. cap. 405. et alii: quas quidem *incantationes, adiurationes, et colli suspensiones* non omnino improbat Constantinus Africanus, licet Christianus et Monachus, in Epistola ad filium. Isidorus lib. 8. c. 9. *Ad haec omnia pertinent Ligaturae execrabilium remediorum, quae ars Medicorum condemnat, sive in praecantationibus, sive in characteribus, vel in quibuscunque rebus suspendendis atque ligandis: in quibus omnibus ars daemonum est ex quadam pestifera societate hominum et Angelorum malorum exorta. Vnde cuncta vitanda sunt a Christianis, et omni penitus execratione repudianda atque damnanda.* S. Audoenus lib. 2. Vitae S. Eligii c. 15. *Nullas ad colla vel hominis vel cuiuslibet animalis Ligamina dependere praesumat,*

Digitized by Google

etiamsi a Clericis fiant, etsi di- quod res sancta sit, et lectio- minas contineat, quia in eis remedium Christi, sed vene- Diaboli. Gregorius Turon. lib. Mirac. cap. 45. *Incantationes murat, sortes iactat, Ligaturas suspendit.* ALLIGATVRAE, Bedam in Vita S. Guthberti n. 16. Reinerum in Catalogo ticor. p. 92. *Ligamenta*, apud um Aurelian. locis laudatis. IGAMENTVM MAGICVM, pio l. 3. OBLIGATORES, iusmodi ligaturas ad depellen- morbos aegrotis porrigebant, in Capitulari Aquisgran. an. 787. c. 63. et in lib. 1. Capitul. c. 62. SVBALLIGATVRAE, apud Gaudentium Brixiens. tract. 4. *Veneficia, praecantationes, Suballigaturae, vanitates, auguria, sortes, etc.* V. Fabium Victorinum in 1. Ciceron. Rhetoricor. Apuleium de Virtut. herbar. c. 17. 18.

LIGEANTIA, etc. V. in *Ligantia.*

LIGECIA, LIGEITAS, V. *Ligantia.*

† LIGENSIA, i. q. *Ligantia*, in Ch. Mſ. a. 1244.

LIGENTIA, V. *Ligantia.*

† LIGENVM, linum, in Chartul. S. Dion. Exoldun.

LIGEVS, V. *Ligius.*

LIGIA, confoederatio, foedus. Chron. Triuetti ad an. 1213. to. 8. Spicileg. Acher. p. 553. V. *Liga.*

† LIGIALITER, i. q. *Ligie*, in Ch. Mſ. a. 1242.

LIGIAMENTVM, LIGIANITAS, LIGIANTIA, LIGIATIO, V. *Ligantia.*

LIGIE TENERE, ſub *Ligeitate*, ſeu ſacramento fidelitatis tenere. Stabilimentum Philippi Regis Franc. ann. 1209. tom. 6. Spicil. Acher. p. 465.

LIGIETARIE RECIPERE, ſimili notione. Charta an. 1292. in Hiſt. Loſſenſi part. 2. p. 20.

† LIGIETAS, i. q. *Ligantia*, in Chartul. S. Vinc. Laudun.

† LIGIO, idem, in Ch. Mſ. a. 1224.

† LIGITVDO, vaſſalli *ligii* conditio, in Chartul. Maſciac.

LIGIVM, V. *Ligantia.*

LIGIVS. (1) Is dicitur qui domino ſuo ratione feudi vel ſubiectionis fidem omnem contra quemuis praeſtat. Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 32. *Nemo dominum ſuum iudicet, vel iudicium proferat ſuper eum, cuius Ligius eſt.* Cap. 43. *Quantumcunque dominos aliquis habeat, vel quantumcunque de aliis teneat, ei magis obnoxius eſt, et eius reſidens eſſe debet, cuius Ligius eſt. Si multis homagium fecerit, et ab aliquo eorum captus et implacitatus fit, ille cuius reſidens et Legius eſt, erga quoslibet alios iure poteſt eum plegiare, nec debet et denegari.* Eadem ferme habentur cap. 55. Baldricus lib. 3. Chron. Camerac. cap. 66. *Cuius Legius miles erat. Homo Ligius*, in Charta Philippi Regis Fr. an. 1076. et in alia Henrici Epiſcopi Sueſſion. in Chronico S. Ioann. de Vineis p. 44. 56. cum ante haec tempora voces iſtae rarius occurrant. Will. Brito lib. 9. Philipp.

Praeſulis et Regis homo Ligius, et feodali
Iure tenens ab eis terrarum quicquid habebat.

Dupliciter autem aliquis dicitur eſſe *Ligius* domini ſui. Nam alia eſt *Ligeitas* nuda ac principalis, in qua nemo excipitur. In nuda *Ligeitate*, vaſſallus dominum *contra omnes qui poſſunt viuere et mori*, adiuturum ſe profitetur. Eiusmodi fuit non tam hominum, quam pactum initum inter Carolum M. et Stephanum IV. PP. in Cod. Carolino Ep. I. Alia *Ligeitas* eſt quae a vaſſallo domino feudi praeſtatur, *ligeitate* quam priori domino ratione alterius feudi debet, excepta: adeo vt qui ſemel *fidelitatem Ligiam* alicui domino iurauit aut praeſtitit, alteri, ſi forte feudum aliquod obuenerit ei, eandem *fidelitatem Ligiam* praeſtare non poſſit, niſi priori excepto domino: etiamſi prior dominus vaſſallus ſit poſterioris: quod attigit etiam Bodinus l. 1. de Republ. c. 9. adeo vt, ait ille, ſi duo domini antiquitate pares, habeantur, neutrum, ſi inter illos bellum interce-

intercedat, iuuare teneatur. Praeter hanc *Ligeitatis* distinctionem, aliam infert D. Bruſſel de vſu feudorum lib. 1. c. 11. vbi *Ligeitatem* in *perſonalem* et *realem* diſtribuit. Haec ob tenementa in feudum ligium conceſſa praeſtabatur, quam qui tenebatur exhibere, *Ligium de feodo* vocant Chartularia 12. ſaeculi. Altera vero quae etiam *de corpore et perſona* dicitur, fit ob annuam penſitationem quae ſub titulo feodali conceditur. Huic autem praeſtandae teneri omnes ſucceſſores maſculos haereditario iure probat Salvaingus, ex Charta an. 1421. quam loco citato refert D. Bruſſel, vnde etiam qua ratione exhibita fuerit haec *Ligeitas* diſcere licet. LIGEVS, pro *Ligius*. *Ligeum hominum, ligea fidelitas*, apud Matth. Weſtmonaſter. p. 324. † LIGIVS TERRAE, ſubditus, indigena, ap. Io. de Trokelowe in Annal. Eduard. II. De vocis *Ligius* origine ac etymo plures habentur Scriptorum ſententiae. Guido Papae deciſ. 309. Gloſſ. in Clement. *Paſtorales*, de Sentent. ac re iudic. Nic. Vptonus de militari offic. c. 18. et alii, a *ligare* effictam volunt, quod *hominio*, ac *profeſſione fidei* ſtrictius domini ſeruitio alligetur vaſſallus. Alia eſt Iouiani Pontani lib. 2. de Geſtis Ferdinandi ſententia: *Dicti*, inquit, *ligii*, *quod ligatis Reges pollicibus illos fidei imperiisque ſic ſuis vinciant, atque obnoxios ſtatuant.* Quo ſpectant iſta Dudonis lib. 2. de Morib. et Actis Norman. *Dedit omnem terram ſuae ditionis filio ſuo Willelmo, Popae filio, atque inter manus Willelmi adoleſcentis manus ſuas mittentes Principes coniguuit illi coniurationis ſacramento.* Vox autem *Conligare* eadem fere notione occurrit in Synodo Tuſſenſi apud Saponarias cap. 5. *Et qui ſibi pro hoc ipſo inimici ſunt, quos ipſe voluerit, ſi potuero, Conligare eidem procurabo.* Cuiacius ad lib. 1. Feudor. Vigilerius in Tract. de Minori Britan. pag. 159. et Bignonius ad Formulas Marculfi lib. I. c. vlt. vocem *lige*, eiusdem eſſe originis volunt, qua *Leudis*, *leodis*, id eſt, fidelis; quemadmodum ex *Leodium*, vrbe no Eburonibus, *Liege* dicunt Galli. eſt etiam D. Bruſſel in Tract. de Feud. to. 1. p. 116. ſententia; ſet enim a *liga*, quod idem ac fo confoederatio, ſonat, accerſen vocem *Ligius*. Sed probabilior l videtur eorum ſententia, qui *tis* accerſunt, quos mox oſtende ita appellatas *Aſcriptitios* quos qui dominis ſuis ratione ſeruitii noxii erant: adeo vt qui eius ſeruitiis ratione praediorum, b ficiorum, ac feudorum nobile nerentur, *litgium* ſeruitium deb dicerentur: quod omnino ſuadent Tabulae veteres aliquot, in quibus *Litge* ſcribitur. Charta Rainaldi Vicecomitis de Gimel an. 1163. apud Iuſtellum in Hiſt. Turen. p. 34. *Pro iſto vero feudo idem Rainaldus fuit homo Litges praedicti Vicecomitis Raimundi. Litgantia*, in Charta Arcembaldi Vicecomitis Comborn. an. 1229. in Regeſto Carcaſſonenſi p. 53. *Salvo in omnibus iure domini Lemovicenſis Epiſcopi, cui hominium et Litganciam debemus.* Erant igitur *Ligii* vel *Litgii*, dominis ſuis omnino *et in ſolidum* obnoxii, adeo vt ab iis nude penderent. Vnde *hominium ſolidum* ab iis exhiberi dicebatur, vti ſupra obſeruatum in voce *Hominium*. Ita qui *ligius eſt*, totus eſt domini ſui; familiaris, domeſticus, atque, vt verbo dicam, vaſſallus. Sed et hac ferme notione vocem hanc in aliis quam hominiorum occaſionibus vſurpatam legimus. Leges Edw. c. 29. *Indaei . . . ſub tutela et defenſione Regis Ligia debent eſſe*; id eſt, ſola et omnimoda. Ita *Ligia reſidentia*, integra, ſolida, omnimoda, *continua*, vti appellatur in Charta P. Epiſcopi Meldenſis ann. 1239. in Tabulario eiusd. Eccl. fol. 10. Honorius III. PP. *Iuramentum praeſtitiſti de facienda reſidentia, quae Ligia nuncupatur, in Eccl. S. Martini Turon. in qua Praepoſituram obtines.* Iuramentum eorundem Praepoſitorum, ex Tabul. Eccl. S. Martini: *Et Ligiam facibm ſecundum interpretationem Dom. Innocentii Papae manſionem.* Charta an. 1272. to. 2. Chatr. S. Van-

reg. p. 1798. *Capellani ibi-manendi personalem et Ligiam residentiam. Ligia potestas, et* qua vxor defuncto marito iuris est. Monast. Anglic. to. o. *Ego Iuliana quondam vxor i le Bret . . . in Ligia pote-viduitate mea tetegi et inspe-*la p. 53. 329. Ita *Ligia* in Veteri Charta apud Au-m *du Pas* in Stemmatib. Bri-p. 2. pag. 455. *In propria et voluntate mea do et concedo, etc. delitas*, est omnimoda fides assallus domino, nemine ex-praestat. V. *Ligantia.* (2) Interdum dominus feudi cui vas-sallus *ligie* subiectus erat. Ch. Mf. a. 1203. *Quod ego* (castellanus) *in plegium missi dominum meum ligium Blanchum illustrem comitissam.*

LIGNA. Litterae Philippi Franc. Regis pro Ecclesia Constant. an. 1319. ad calcem Indicis beneficiorum eiusd. Eccl. *Decima Lignarum crassi piscis potius riparias muris, etc.* Sed vide-tur legendum *Lignorum*, a *Lignum*, lembus. *Naves ad crassum piscem* memorantur in *Crassiscis*, seu leg. *Linguarum.*

LIGNAGERIVS PARENS, cognatus transuerso gradu, Gallis *Parent en ligne collaterale.* Regestum Parlamen-ti an. 1450. apud Baluzium to. 2. Hist. Aruern. p. 390.

LIGNAGIVM. (1) Ius lignum excin-dendi in nemoribus. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 90. Interdum sumi-tur pro ea praestatione quae exsolui-tur pro facultate excindendi ligna in siluis. V. *Ontagium*, *Buscagium.*

LEIGNAGIVM, eadem notione. Polyptychum Fiscamn. an. 1235.

LIGNAIRAGIVM, vt *Lignagium*, ius lignum excindendi. Conuentio Regis Ludouici II. Comitis Prouinciae cum Arelatensibus an. 1385. art. 19. (2) † Vectura lignaria, cui obnoxii erant tenentes, i. q. *Laignerium.* Ch. Mf. a. 1207. V. *Lignarium* 2. (3) Genus, familia, a Gall. *Lignage.* Ch. Mf. a. 1223.

LIGNAIRAGIVM, V. *Lignagium* 1.

LIGNALE, species facis, V. *Fanalia.*

† LIGNAMARE, lignari, in Stat. Mentis-reg.

† LIGNAMBVLVS, qui calceis ligneis vtitur ap. Gramm. in descript. Taxand.

LIGNAMEN. (1) Materia ex ligno, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 28. Bulla Clementis IV. PP. an. 1265. pro Regno Siciliae: *Exponet per se-pecennium pro Lignaminibus omnia nemora ipsius Regni . . . et omnem materiam ad aedificia opportunam.* (2) NAVIGIVM, Ital. *Legno*, in Stat. Cadubr. c. 22.

LIGNAMENTVM, eadem notione. Chron. Farfense to. 2. Muratorii part. 2. col. 407.

† LIGNARARI, lignari, in Ch. Mf. a. 1378.

LIGNARE, ius ligna excindendi in siluis. Charta Adelfonsi Imper. His-paniae aerae 1660. apud Oyhenar-tum in Notitia Vasconiae p. 86. *Simi-liter dono vobis lignare, et tayllare, et pascuare in illos montes, etc.* Ve-tus Charta apud Marcam lib. 9. Hist. Beneharn. c. 9. *Cum . . . portibus, aquis, siluis, Lignaribus, etc.* V. *Lignagium.*

LIGNARE. (1) Ligna ad comburen-dum colligere. Transactio inter Ab-batem S. Mariae de Vlmeto et Con-sules villae de Mari an. 1233. ex Schedis Praesidis de Mazaugues. (2) † LIGNARE CANEM, lignum ad canis collum appendere. Inquisit. Mf. Sueſſion.

† LIGNARIA, vectura lignaria, in Gloss. Caes. Heisterbac. V. *Lignagium* 2.

LIGNARICIA, ius, vt videtur, li-gnorum excindendorum in siluis ad annuum vsum, pro quo Tenentes certam pensitationem domino exsol-uebant; († vel potius tempus quo lignatio a tenentibus aduehitur, V. *Laignerium.*) Codex MS. Irminon-nis Abb. Sangerman. fol. 79. col. 2. *Soluit . . . de vino in pastione mo-dios II. in Lignaricia denar. IV. de carratione pedalem I. scindolas L.*

LIGNERICIA, eadem notione. Idem Codex fol. 11. Vo.

LIGNARIVM. (1) *Locus lignorum, vel lignorum acervus*, Vgutioni et Ioanni

Digitized by Google

Ioanni de Ianua Vetus Glossarium: *Lignarium*, ξυλοθήκη. *Ligne*, et *Lignier*, Andegauensibus, vt *Legnerat* Occitanis. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 26. *Si quis de Lignario alterius lignum furatus fuerit, etc.* Charta ann. 871. pro Monast. S. Medardi Suession. *Et habeat Cauciacum simul cum Lignariis de Pinone.* (2) Vectura lignaria, cui obnoxii erant Tenentes seu Mansionarii. Baldricus in Chr. Camerac. lib. 3. c. 72. *Factum est autem hoc lignarium ab Hugone Castellano in ciuitate Cameracensi, et positum est in claustro S. Autberti.* Supra: *In ciuitate domini sui, in foro eius Lignarium per angariam colligit.* (3) Idem quod *Lignagium*, facultas exscindendi ligna in siluis. Charta Caroli C. an. 22. Ind. 10. in Tabul. S. Dionysii n. 31. *Nec non et villas quae vocantur Linerolas et Ferruciacum, cum Lignariis earum, in pago Milidunensi sitas.* (4) † Lignum, in Tract. Mss. de re milit. et mach. bell.

LIGNARIVS, in vett. Glossis, ξυλοπώλης, venditor lignorum: item, ξυλοκόπος, ὁ κόπτων ξύλα, qui caedit ligna. Isid. lib. 19. cap. 19. *Lignarius generaliter ligni opifex appellatur.* Vsurpauit Liuius hac notione.

LIGNATICVM, idem quod *Lignarium*, priori notione. Polyptychus Floriacensis: *De Lignatico carradas 3. etc.* Alibi: *Debet vnusquisque de Lignario in latum pedes 5. in altum pedes 6. etc.*

† LIGNATVRA, lignatio, ius capiendi lignum ex carris qui ligna adducunt. Bulla Anast. IV. a. 1154. t. 10. Gall. Christ. Instr. p. 315.

LIGNEA, pro *Linea*, Gall. *Ligne*. Ordinatio an. 1223. e MS. D. Brunet.

LIGNERARE, vt *Lignare*, ligna in siluis exscindere. Charta Barrali de Baucio pro Parthenone S. Pontii an. 1263. ex Schedis D. de Mazaugues.

LISTA. (1) Ora, limbus: Villaneo et Petrarchae *Lista.* Vocis etymon ab Anglo-Saxonico *List*, et *Listan*, fascia, limbus, margo, accersit Spelmannus. At in Gloss. Lat. Gr. occurrit, exponiturque ἡ ἐπὶ τοῖς ἀριθμοῖς καμπὴ, γραμμὴ, *Linea.* Charta Benedicti VIII. PP. anni 1023. in Bullario Casinensi, to. 1. pag. 7. *Similiter et pluuiale diasprum cum Listis auro textis.* Ab hac voce nomen *Listae* manet etiamnum, non modo pro lacinia, vel taenia aut vitta, sed etiam pro catalogo aut elencho, quod eiusmodi indices in pergameni aut chartae laciniis longioribus perscribi soleant. Concil. Hispal. inter Hispanica to. 4. pag. 14. *Transmittant ad nos* (Episcopos) *seu nostros prouisores quolibet anno, tempore, quo transmittuntur Listae, relationem de his* (Clericis) *quos repererint commisisse nonnulla delicta.* V. Scaligerum ad Catalecta p. 260. et Vossium de Vitiis sermonis p. 238. (2) LISTA TERRAE, modus agri longior quam latior, in Charta Domini de Luriac in Foresio anni 1417. *Lista vineae*, in Charta Sauiniac. anni circiter 1000. ex Chartulario eiusd. loci fol. 101. (3) LISTAE, campi, in quo duellum peragebatur, repagula sic dicta, quod campum et aream clauderent, et instar *listarum* panni essent. Henricus Knyghton anni 1349. *Venit dies proelii, et intrauerunt Listas, videntes Rege Franciae, etc.*

LISTATVS, limbo ornatus. Chart. Ioannis Archiep. Capuani an. 130[illegible] in Sanctuario Capuano pag. 26[illegible] *Tobaleam vnam de seta Listatam [illegible] auro.* † LISTADVS, in Lit. M[illegible] a. 1375. LISTIATVS, in Testam. anni 1518. apud Pirrum Siciliae sacr. pag. 187. Galli *Lisses* vocabant, non *listes*, eiusmodi repagula. V. *Li[illegible]ciae.*

LISTELLA, diminuutiuum a *Lista.* Histor. Episcop. Autisiodor. cap. 25. *Aliud recentarium pens. lib 1. et vnc. 9. habet in medio Listellam et feras.*

† LISTO, i. q. *Lista*, ora, limbus, in Stat. Carcass. a. 1308.

LISTRA, idem quod *Lista*, ora, V. *Litra.*

† LISTRIGANA, *la gente pessima*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

LISVRA, ora, limbus panni, Gallis *Lisiere.* Matth. Paris. anni 1198. p. 134. et Rogerus Houedenus p. 774.

LITAE vt *Listae*, campus clausus repagulis, Gall. *Lisses.* Chronicon Ricobaldi Monachi Ferrar. inter Fragmenta MSS. Stephanotii to. 7.

LITAMVS, fimus, Ital. *Litame.* Stat. Montis-reg. p. 208. V. *Laeamen.*

LITANIAE, LETANIAE, preces et supplicationes in sacris synaxibus, seu in Ecclesia, vt in L. 30. Cod. Th. de Haeret. vnde *Kyrie eleison, quod in Missa dicitur, etiam appellatum fuit Litania, ex eo, quia supplicatio fit*, vt obseruant Macri fratres in Hierolexico. Concilium Cloueshouiense, anni 747. cap. 16. *Litaniae, id est, Rogationes.* Ordo Romanus: *Litania Graece, Latine Rogatio dicitur, inde et Rogationes.* Additio 3. ad Capitul. cap. 120. *Letaniae autem graeco nomine appellantur, quae Latine dicuntur Rogationes. Inter Letanias autem et exomologesin, hoc differt, quod exomologesis pro sola peccatorum confessione aguntur; Letaniae vero, quae iudicantur propter rogandum Deum et impetrandum in aliquo misericordiam eius, sed nunc iam vtramque vocabulum sub vna designatione habetur.* LITANIA, ipsa Processio appellata est. Anastasius in Sergio

Digitized by Google

Sergio PP. *Constituit vt diebus Annunciationis Domini, Natiuitatis et Dormitionis sanctae Dei genetricis, [illegible] Litania exeat a sancto Adriano, ad sanctam Mariam populus occurrat.* LITANIA MAIOR, a Gregorio M. instituta, 7 Kal. Maii anni 590. Ordo Romanus in Ordine in Latinia Maiore. LITANIA SEPTIFORMIS, et *Litania maior*, dicitur in eadem Epistola, et lib. 2. ante Epist. I. vt LITANIA ROMANA, Herardo Archiep. Turon. in Capit. cap. 194. Capitula Caroli M. lib. 6. §. 73. *Vt Litania maior mere Romano ab omnibus in 7 Kal. Maii celebretur.* LITANIA MAIOR, dicitur etiam in libro Sacramentor. Gregor. M. quae alias *Rogationum*, et in triduo ante Ascensionem Domini celebratur, a Mamerto Viennensi instituta. Anastasius in Leone III. PP. pag. 123. *In Litaniis, quae ab omnibus Maiores appellantur.* Eadem et LITANIA GALLICANA dicitur, vt a *Romana* distinguatur, quae LITANIA MINOR in Ordine Romano appellatur. V. *Rogationes.* LITANIAE PRIVATAE, *quas Patres nostri*, inquit Concilium Turonense II. cap. 17. *in Kalendis Ianuarii fieri statuerunt, ad calcandam Gentilium consuetudinem.* V. Concil. Tolet. IV. cap. 11. LETANIAM EVERTERE, in Capitul. Caroli M. lib. 6. §. 127. dicitur, qui officium diuinum turbat, aut impedit. IN LITANIIS, f. ordinatim, per seriem, vt in Litaniis. Index veterum Canonum to. 3. Concil. Hisp. p. 10. *Quod parochianis Presbyteris, quum ordinantur, officialis libellus debeat dari; et iidem Presbyteri in Litaniis sint de officio requirendi*, id est, si recte interpretor, de singulis ad eorum officium pertinentibus interrogentur ordinate. † *Litaniam* a *Letania* distinctam vult Papebrochius t. 2. Iun. p. 579. Prior, inquit, aut pro supplicatione populariter institutus, vel pro certa Dei sanctorumque ex ordine inuocandorum formula accipitur. *Letania* vero laetum ac festiuum diem significat, vt patet ex Regesto Gregor. l. 4. ep. 54.

LITARE. Vetus scriptura anni 952. in Monasterio S. Martini de Castanneda, apud Ambrosium Moralem lib. 16. c. 23. *Hic locus antiquitus Martinus sanctus est honore dicatus, breui opere instructus, diu mansit diruptus, donec Ioannes Abbas e Corduba venit, et hic templum Litauit, Aedis ruinam a fundamentis erexit, etc.* Vbi forte legendum *dicauit*: nisi *litauit* sit *lapideam fecit*, ex Graec. λιθος. Forte barbarus scriptor etiam *Litare* dixerit pro consecrare, dicare, vt pro nudo sacrificare dixerunt quidam ex antiquis. *Quem autem honorem*, inquit Tertull. de patientia cap. 7. *Litabimus Domino Deo?* id est dicabimus, offeremus.

† LITARGIA, pro *Lethargia*, in Annal. S. Victor. Mss.

LITARGIRVM, *spuma argenti*, in Veteri Glossario Sangerm. MS. num. 501. Est pro Graeco λιθάργυρος, quod idem significat. † LITARGVRIVM, in Gloss Ital. Lat. Mss.

† LITAZINVM, lithargyrium, in Stat. Placent. l. 5.

† LITEA, taenia, fascia, vexillulum. Lit. remiss. Ms. a. 1353.

LITEIRA, apparatus et instrumentum lecti. Testamentum Sancii I. Regis Portugall. apud Brandaonem, to. 4. Monarch. Lusit. pag. 260. V. *Lectarium.*

LITELLVS. Gualuaneus Flammae ap. Murator. tom. 12. col. 1012.

Hydra cuniculis reptat ditata Litellis.

LITERA. (1) Stramentum, V. *Lecteria 1.* (2) Nude, Latina lingua. Epistola Ademari de Apostolatu S. Martialis anni 1028. apud Mabill. to. 4. Annal. Bened. p. 726. col. 1. *Ego sum Prior de Clusa, et bene scio facere sermonem de Litera.* Ademarus Priorem hunc inducit, vt Grammaticum de Latina lingua gloriantem. V. *Literaliter* 1. et *Literate.* (3) LITERAE, diplomata, scripturae Tabellionum, qua notione vocem *Lettres* vsurpant Galli. Iulius Firmicus lib. 4. c. 5. *Si vero per noctem a Sole desiuens Luna ad Mercurium seratur, facies Publicos vel Tabelliones*

et

Digitized by Google

et qui his Literis quaerant vitae subsidia LITERAE ABOLITAE, deletae, cancellatae, in Charta an. 1225. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 939. V. *Cancellare*. † LITERA ADQVIETANCIALIS, V. *Adquietantialis*. † LITERAE AGRAVATORIAE, REAGRAVATORIAE, iterata et reperita excommunicationis sententia. Hist. Nem. t. 3. Prob. p. 233. LITERAE APERTAE, V. *Literae patentes*. † LITERA ATTINENTIAE, Gall. *Lettre d'attainte*, chirographaria assignatio. LITERAE CAMBIALES, CAMBITORIAE, Gall. *Lettres de change*, quae dantur a mensariis ad pecuniam alibi numerandam. V. *Cambiare* et Brenemannum Dissertat. I. de Rep. Amalphitana p. 19. LITERAE CANONICAE, canonibus et regulis ecclesiasticis consentaneae. Harum mentio est in Formulis antiquis promotionum episcopalium, apud Baluz. to. 2. Capitul. col. 597. et aliis in locis laudatis in *Canonicae Literae*. LITERAE CITATORIAE vel *Citatoriales*, quibus quis in ius citatur. Ordinatio Comitis Prouinciae super officio Tabellionum ann. 1254. ex MS. D. Brunet fol. 60. V. *Citatio*. LITERAE CLAVSAE, V. *Literae Patentes*. LITERAE CLERICALES, S. Cypriano dicuntur illae, quae a clero ecclesiae pastore suo viduatae scribuntur. V. Nov. Tract. diplom. t. 1. p. 243. LITERAE COMMENDATITIAE, V. *Commendatitiae Litterae*. LITERAE COMMVNES, *etoient des Lettres au XII. siecle par lesquelles ou autorisoit les Religieux, à quitter leur monastere pour se renfermer dans un autre*. V. l'Art Diplomatique 4. Paris T 1. p. 241. LITERAE COMMVNICATORIAE, V. *Communicatoriae Litterae*. LITERAE COMPVLSORIALES, *Compulsoriae*, Gall. *Compulsoires*, V. in *Compulsare*, et mox *Literae Monitoriae*. LITERAE CONFESSORIAE, V. *Confessoriae* LITERA CONTVMACIALIS, V. *Contumacia*. LITERA CORONAE, V. *Corona clericalis*. LITERAE CREDENTIAE, vel CREDENTIALES, Gall. *Lettres de creance*, V. *Credentia*. LITERAE DIMISSORIAE, Gall. *Dimissoires*, in Concil. Complut. an. 1347. to. 3. Concil. Hispan. pag. 613. V. *Dimissoriae Literae*. † LITERA DOMINICALIS, quae a domino ad inferiorem scripta est. Ch. Ms. a. 1438. LITERAE ECCLESIASTICAE, eaedem quae *Communicatoriae*, in Addit. 4. ad Capitular. cap. 36. ex Concilio Arelat. 1. cap. 7. V. *Ecclesiasticae Litterae*. LITERAE EMANCIPATORIAE, V. in *Emancipatio*. † LITERAE EXPECTATORIAE, quibus vadimonium procrastinatur. Lit. remiss. Ms. a. 1382. LITERAE FORMALES, V. *Formales Epistolae*. LITERAE FORMATAE, seu *Canonicae*, in Epistola Teutgaudi Trevirens. Archiepiscopi apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. col. 155. V. *Formatae*. LITERA GAENGNIAE, V. *Gaengnia*. † LITERA HAEREDITALIS, charta, qua quis aliquid possidet. Lit. remiss. Ms. a. 1397. † LITERA IVDICIALIS, sententia iudicis. Lit. a. 1411. t. 9. Ordin. reg. Fr. p. 602. † LITERA MONITORIA, qua aliquid a iudice iniungitur, addita poena. Processs. a. 1448. † LITERA MONITORIALIS, ibidem. LITERAE MONITORIAE, *Praeceptoriae*, *Executoriae*, *Compulsoriae*, varia et successiua Rom. Pontificum mandata; quibus collatores ad conferenda certis ac designatis personis beneficia compellebant. V. *Executoriae Litterae*. LITERAE DE NISI, quibus quis ita obligatur, *vt nisi* in iis literis contenta adimpleuerit, poenis iure statutis subiaceat. Statuta Eccl. Aeduensis an. 1468. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 515. LITERAE OBEDIENTIALES, Gall. *Obediences*, in Concilio Limano II. to. 4. Concil. Hispan. p. 657. LITERAE PAGANICAE, f. quae pagenses seu censuales, qui apud Saxones *pagani* vocabantur, spectant; vel etiam Litterae, quibus serui glebae, *pagenses* dicti, manumittuntur. Ludewig. to 4. Reliq. MSS. pag. 250. *Donatio Henrici Regis qua confirmat Literas Paganicas Iulii et Neronis Caesa-*

Digitized by Google

eſarum et concedit aduocatiam Epi-patus Iuuauienſis èt Laureacenſis neſto Marchioni anno 1058. † LI-ERA PASSVS, qua liber tranſitus eritur, t. 1. Probat. hiſt. geneal. mus reg. Portug. p. 603. LITE-AE PATENTES, id eſt, *apertae*, in totam papyri vel pergameni la-udinem expanſae, quae *Clauſis* op-nebantur, cum iſtae *ſigillo* publico, e *ſigillo* quod *Secreti* vocabant, illarentur: vulgo *Lettres Paten-*. Stephanus Tornac. Ep. 157. ab rchiepiſcopo Lundenſi *Litteras Pa-ntes et pendentes* poſtulat ad red-ndum depoſitum. LITERAE ERTAE, eadem notione, in Epi-ola Synodali Concilii Viennenſis ad ſchalem PP. II. LITERAE PE-EGRINORVM, eaedem quae *Com-unicatoriae*, in Capitulari 6. an. 06. cap. 12. LITERE PLACETI, ibus *placet* adſcribitur, vt petitio m habeat. V. *Placetum.* LITERAE ENITENTIALES, idem quod *ibellus Poenitentiae*, V. in *Poeni-ntes.* † LITERAE PRAEDICA-IONIS vocabantur illae, quae ab iſcopo concedebantur, vt per vi-os ſuae dioeceſis deferrentur reli-iae ad corrogandas pecunias, ec-eſiarum aedificationi inſumendas. it. Honor. PP. † LITERA QVE-ELOSA, petitio iuridica in Lit a. 411. LITERA QVITTATORIA, all. *Quittance*, acceptilatio, apo-a, in Charta an. 1340. to. 2. Hiſt. ccl. Meld. pag. 218. † LITERA ATIONIS, accepti et impenſi. tat. Mſ. a. 1338. LITERAE DE ATO, in vet. Vocabulario iuris triusque *dicuntur Procuratoriae, quod onſtituens procuratorem ſemper adii-it in fine quod quicquid procurator cerit ſuper cauſa ad quam datur, abebit Ratum et gratum.* † LITE-AE REFVSORIAE, eaedem quae eſſionis ap. Sidon. l. 9. ep. 10. ITERAE REGVLARES, V. *Ca-onicae epiſtolae.* † LITERAE EMISSIONIS, Gall. *Lettres de race*, in Ch. Mſ. a. 1385. LITE-AE RETENTIONIS, V. *Reten-io 3.* † LITERAE REVERENDAE t REVERENTIALES, eaedem quae *dimiſſoriae*, in Conc. Trid. c. 10. de Reform. ſeſſ. 7. LITERAE RE-VERSALES, quibus quis ſuſcipiens munus vel poſſeſſionem, declarat ſe ſeruaturum conditiones conſuetas vel conuentas. V. *Reverſales.* LITE-RAE DE ROGAMVS, ſic dictae a verbo *Rogamus* iis inſeri ſolito. Statuta Eccl. Aeduenſis an. 1468. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 510. LI-TERAE SACRAE, quae proprio motu ad particulares a ſummo Pon-tifice ſcribebantur, vt habet Bleymi-nus Inſtitut. pag. 82. Vt *Sacra.* LITERAE SANGVINIS, *Let-tres de ſang*, quibus fit gratia iis qui ſanguinem fuderint, in Litteris an. 1359. tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 388. LITERAE SCABINALES, datae a *Scabinis* ſeu Conſulibus, in Litteris an. 1376. apud Knyppenber-gum Hiſt. Eccleſ. Ducatus Geldriae pag. 104. † LITERAE STATVS, Gall. *Lettres d'Etat.* Lit. a. 1366. t. 4. Ordin. reg. Fr. p. 661. † LI-TERAE DE VIDISSE, apographum a notario deſcriptum. Ch. Mſ. a. 1471.

(3) LITERAE DOMINICALES, quae Bedae *laterculum ſeptizonii* ap-pellantur, A. B. C. D. E. F. G. quae quotannis mutantur ordine retrogra-do, G. F. E. D. C. B. A. etc. V. Canones Iſagogicos Scaligeri pag. 181. et Compotiſtas. † LITERA BENEVENTANA, Character Lon-gobardicus, in Act. SS. t. 2 Sept. p. 250. † LITERA BONONIEN-SIS, character apud Italos in vſu a littera *formae* non multum diſſimilis. Acta Mſ. a. 1308. † LITERA FOR-MAE, qui impreſſa *forma* pingeba-tur, in Inuent. a. 1319. LITERA GOTHICA, quae et *Toletana*, apud Rodericum Toletanum lib. 6. Hiſt. Hiſp. cap. 25. 30. quam Gulfilas Go-thorum Epiſcopus adinuenit, vt auctor eſt Iornandes de Reb. Getic. Iſidorus in Chronico: *Gulfilas eorum Epiſcopus Gothicas Litteras adinue-nit, et Scripturas Sacras in eandem linguam conuertit.* Hac Hiſpani vſi ſunt, donec abrogata eſt a Bernardo Toletano Primate in Concilio Legi-onenſi aerae 1129. in quo ſtatutum

vt

Digitized by Google

vt *litteris Gallicis* vterentur. Literam porro Gothicam eandem esse cum Runica pluribus contendit Olaus Wormius lib. de Literatura Runica. † Literam Gothicam omnino distinguendam a Toletana docent autores Noui Tract. Dipl. t. 3. p. 321. LITERAE *Minutiae*, *Minutissimae*, *Rotundae*, eiusd. formae cum *Vncialibus*, sed non eiusdem Magnitudinis. V. Mabillonium lib. 1. de Re Diplom. cap. 11. num. 4. LITERA PISANA, dicitur character vetus, quo scripti sunt Pandectarum libri, apud Pisanos aliquando conseruati: hos, cum Amalphin cepisset Lotharius Imp. a Wernhero inuentos, honorario munere Pisanis dedit: ii postea Florentiam delati in Bibliotheca Magni Ducis asseruantur. Alia docet probatque Brencmannus lib. 1. Hist. Pandect. nempe illos libros non fuisse a Pisanis asportatos an. 1137. quo Amalphin cepit Lotharius, sed ann. 1135. quo Pisani soli eam vrbem inuaserunt Imperatore tum in Germania existente. Fabulosa itaque est huius Imperatoris donatio, cuius Instrumentum nullibi comparet. Neque magis verum est, quod vulgo dicitur, ab eodem Lothario sanctum fuisse, vt ex vno iure ciuili Romano posthac iudicia fierent, cetteris abrogatis, aut a Wernhero, seu Irnerio, vt frequentius appellatur, repertos fuisse libros Pandectarum, vt ait Cangius: eos quidem primus exposuisse dicitur Bononiae, sed primus reperisse nullibi ligitur. LITERAE QVADRIVIALES, s. Mathematica, sic dicta ex quatuor eius partibus, Arithmetica, Geometria, Musica, Astronomia. Hist. Monasterii Villarienſis, to. 3. Anecd. Marten. col. 1278. de Valtero Abbate: *Cum esset vir nobilis genere et delicatus in saeculo, optime Literis et maxime Quadriuialibus institutus.* LITERAE SACERDOTALES, hieroglyphicae. Ruffinus lib. 11. Histor. Eccl. c 26. *Iam vero Canopi quis enumeret superstitiosa flagitia? Vbi praetextu Sacerdotalium Litterarum, (ita enim appellant antiquas Aegyptiorum Litteras) magicae artis erat pene publice schola.* LITERAE SOLVTORIAE, characteres magici, quorum ea vis erat, vt, qui eos ferebat, nullo modo vinciri vel ligari posset. Beda lib. 4. Hist. Angl. c. 22. † LITERA SPARSA, character amplus, spatiosus, interuallis distinctus, Stat. Massil. † LITERA TONSA *barbatae* opponitur, i. e. character variis acuminibus instructo. Bulla Gregor. a. 1228. t. 2. Nov. Tract. Dipl. p. 86. LITERAE VNCIALES, quae et *Cubitales*, *Grandes*, *Quadratae*, maiusculae. S. Hieronym. Epist. 113. Ita porro appellantur, quod onciae, quae pars est 12a pedis, altitudinem habeant.

LITERALIS. LITERALE AMINICVLVM, charta vel chirographum, quo aliquid quasi adminiculo roboratur et confirmatur. Charta vetus: *Ego Pontius qui hoc literali aminiculo mea persona firmo et ab aliis pluribus firmari adopto,*

Vt incorrupta coemptio
Suo seruata pretio
Perduret haec impensio.

LITERALIS ARS, V. *Literatoria ars.* LITERALIS SIMPLEX, Scripturae genus, V. in *Scriptura.*

LITERALITER. (1) Latine, Concil. Toletan. an. 1339. to. 3. Conc. Hispan. p. 610. (2) Scripto, Gallic. *Par écrit.* Charta an. 1367. apud Lwig. to. 6. pag. 501.

LITERALIVM. Glossarium Graec. Lat. χαρτόφηλον, *Chartarium*, *Literalium.*

LITERARE, mandare literis. Acta S. Marcelli PP in Prologo: *Qualiter ad nos sit transitus, . . . aequum duco posteris Literare.*

LITERARIOS Philosophos vocat Seneca Ep. 72. qui in apicibus litterarum syllabisque aucupandis operam insumebat: *Erige te, Lucili virorum optime, et relinque istum ludum Literariorum Philosophorum, qui rem magnificentissimam syllabas vocant, qui animum minuta docendo dimittunt et conterunt, etc.* Ita enim legi in MS. Cod. non *literarium*, monet Petrus Faber Saniorianus ad l. 1. de Inst. et iure. Quae quidem in Philosophos, quos

Digitized by Google

os *Nominales* vocavit aetas poſte-
r, quadantenus quadrant.
ERATA MONIALIS, choro ad-
ta, *Soeur de Choeur*. V. locum in
teratus 1.
ERATE, Latine. Geſta Alexandri
PP. apud Baron. an. 1177.
ERATIM, per litteras, ſiue epi-
lam. Fulbertus Carnot. Epiſt. 108.
Epiſtolatim.
ERATOR, qui primis literis pue-
imbuit, *primus informator lite-
um*, Tertulliano lib. de Pallio.
ntio et ex eo Io. de Ianua: *Lite-
or, vel Literatus non dicitur ille
habet multos libros, et inſpicit
reuoluit: ſed ille dicitur Literator
Literatus, qui ex arte de rudi voce
formare literas, et coniungere in
abam, et ſyllabam in dictiones, et
ctiones in Orationes, et orationes
congrue proferre et accentuare. Vt
eron. ſuper Matth. Literator, inquit,
t, qui Grammaticus graece dicitur.*
ERATORIA ARS, Grammatica,
id Ordericum Vitalem lib. 8. pag.
2. Vita B. Mariani Abb. Ratispon.
14. *Dum enim B. Marianus . . . .
elementa Literatoriae Artis, ac di-
ae legis cognitionem - - - deſtina-
ur.* Laxius pro literis omnibus
irpat Aſſerus de Aelfridi rebus ge-
an. 884. *Acerrimi ingenii virum,
in omnibus diſciplinis Literatoriae
is eruditiſſimum. Literalis ars*,
id Antenorem in Vita S. Siluini
iſc. n. 1. *Literales ſcientiae*, apud
egorium VII. PP. l. 9. Epiſt. 2.
i. de Ianua: *Literalis ſcientia,
ie de litteris tractat, vel quae effi-
literatum. Literales diſciplinae*,
id Baldricum Nouiom. lib. 1. c. 29.
et Fulbertum in Vita S. Autber-
c. 1. Adde Ioan. Sarisberienſem
. 1. Metalogici cap. 13. *Literalis
tio*, apud Coelium Aurel. lib. 1.
. 5. † LITERATORIA NO-
o, grammaticae ſeu literarum ſci-
ia, eruditio, t. 10. Coll. Hiſt.
inc. p. 55.
ERATORIE. (1) Latine. Capitu-
Synodalia Laurentii Archiep. Stri-
n. c. 5. (2) Interdum, per lite-
, per epiſtolam. Mat. Weſtmonaſt.
174. *Hoſtes perterritos in fugam
IV.*

*coëgerunt. Quod Imperator ſenatui
Literatorie ſignificans, victoriam ſuam
Chriſto gaudenter attribuit.*
LITERATVRA. (1) Grammatica,
ars quae literas docet. Seneca in
Epiſt. 88. *Quemadmodum prima illa,
vt antiqui vocabant, Literatura, per
quam pueris elementa traduntur, non
doces liberales artes, ſed mox percipi-
endis locum parat, etc.* Quintilianus
lib. 2. c. 1. *Grammatice; quam in
Latinum transferentes Literaturam
vocaverunt.* Gallis vox *Literature*
Grammaticam artem non ſignificat,
ſed eruditionem; hinc in hiſtoria
critica Reipublicae Litterariae carpi-
tur Ferrandus, quod to. 2. Obſer-
uationum in Religionem Chriſtianam
pag. 256. Latinam vocem *Literatu-
ram* per Gallicam *Literature* reddi-
diſſet, non per *Grammaire*: quocir-
ca hic obiter obſeruabo *Literaturae*
vocabulo haud ita Grammaticam ſi-
gnificari, vt numquam eruditionem
indicet, vt patet ex hoc Ciceronis
loco, vbi de Caeſare: *Fuit in illo
ingenium, ratio, memoria, Litera-
tura, cogitatio, diligentia.* (2) LI-
TERATVRA SOLIDI, characteres
qui in nummo exarantur. Auctor
Queroli: *Quid tam ſimile quam ſoli-
dus ſolido eſt? Etiam hic diſtantia
quaeritur in auro, vultus, aetas, et
color, nobilitas, Literatura, patria,
grauitas vsque ad ſcripulos: quaeri-
tur in auro plus quam in homine.* (3)
Epiſtola. Occurrit in libro Epiſtolar.
S. Bonifacii Archiep. Moguntini. Ep.
79. (4) LITERATVRA, *Apocha*,
Papiae. (5) Pro *Litura*. Teſta-
mentum Abbonis Patricii pro funda-
tione Abbatiae Noualienſis: *Et ſi qua
karaxatura aut Literatura in hac pa-
gina teſtamenti mei repertae fuerint,
non eas fieri roganimus, etc.*
LITERATVS. (1) Charta Rainaudi
Archiepiſcopi Lugdun. an. 1213. apud
Ioann. Mariam de la Mure in Hiſt.
Eccleſiaſt. Lugdun. pag. 321. *Statui-
mus vt Eccleſia ſit Conuentualis, habens
Prioriſſam cum Conuenta duarum
decem et nouem Monialium, quarum
duodecim ſint Literatae, et ſeptem
Conuerſae, etc* Id eſt, quae
ſciant *literas*, ſeu legere, Choro ad-

Digitized by Google

dictae. LITERATI, pro *Clericis*, vſurpat Gregorius X. PP. in Epiſt. ad Philippum Regem Francorum an. 1273. apud Petrum Mariam Campum in Hiſtor. Eccleſ Placentinae part. 2. pag. 424. (2) Pro *Liſtatus*. Charta Adelgaſtri aerae 818. to. 3. Conc. Hiſpan. pag. 90. *Domus . . . . quinque pallas et ſex ſabanas, duas Literatas et quatuor ſine ſerico.* V. *Liſta.*

LITERBIA. Conc. Auenion. an. 1337. apud Baluzium in Conciliis Narbon. pag. 353. *Vel portandum Literbiam ſeu ferret.* Sed D. le Fournier monuit legendum ex autographo Eccleſiae Maſſil. *Ad portandum Libitinam ſen feretrum.*

LITERIA, ſtramentum V. *Lecteria.*

LITERIO, qui literarum cognitionem affectat. Ammianus l. 17. de Iuliano tum Caeſare: *Vt hirſutum Iullianum carpentes, appellantesque loquacem talpam et purpuratam ſimiam, et Literionem Graecum.*

LITGANTIA, LITGEMSA, LITGIVM, V. in *Ligantia.*

† LITHERIA, ferretrum, in Teſtam. Mſ. a. 1389. V. *Lectica* 2.

LITHOGONIA, *lapidis generatio*, in Amalthea ex Onomaſtico, a λίθος, lapis, et γόνος, Generatio.

LITHOSTROTVM. Will. Brito in Vocab. *Litheſtrotos dicitur varietas pauimenti vel variatio colorum in pauimento, vel congeries lapidum diuerſorum colorum, vel pauimentum, vel quodcunque aliud opus, dummodo ſit ex lapidibus diuerſorum colorum.* Addit Ioannes de Ianua: *Fit autem parvulis cruſtis, ac taxillis, i. quadratis lapillis tinctis in varios colores.* Quae mutuatus eſt ab Iſid lib. 19. c. 14. vbi pro *taxillis* habetur *teſſellis.* Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 1. *Cum enim villam haberes operi tectorio, et inteſtino, ac pauimentis nobilibus Litheſtrotis ſpectandum eſt, etc.* Ita quidem Latini, V. Philandrium ad Vitruuium l. 4. c. 6. Poſtea vox vſurpata pro quouis pauimento. Hiſt. Translat. S. Seuerini Noric. Epiſc. num. 21. *Lampas de candelabro in Litheſtroto concidens extincta eſt.* Denique pro via lapidibus ſtrata vſurpatur in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 353. *Si quis viam publicam [illegible] Litheſtrotum, vel viam communem alicui clauſerit contra legem, etc.* Iuſtinianus ſcribit *Litoſtratum*, ſic apud veteres legi ait. Gloſſ. *Data*, λιθόστρωτα. LITHOSTRATAE LITERAE, teſſelatae. Agellus apud Murator. to. 2. part. 1. pag. 2.

LITHVS, λίθος, lapis. Vita S. [illegible] lumbae, to. 2. Iunii pag. 221. *rumque in modum contra natura Lithus in aquis ſupernatas.*

LITIDIVM, ſeruitium a *Lito* debitum, V. *Litimonium.*

LITIFATVS. Charta Aldegaſtri, filii Sylonis Regis Ouetenſis an. 781. apud Sandouallium: *Ad ornamentis Eccleſiae damus octo veſtimentis, et tres mantos, et ſex ſtolas, quinque manipulos, quatuor corporalia, quinque pallia, et ſex ſabanas, duas Litiſatas, et quatuor ſine ſerico, et tres acelexas, et duas ſtacatas, et vna capa ſerico, etc.* Quo loco Sandouallius recte, opinor, legit, *Litiſatas*, ſeu *Litiſtatas.* Vbi vero eſt *acelexias*, reddit *aceleias.* V. *Literatus.*

LITIGABILIS DIES, dies faſtus, ſeu fori legitimi, Gall. *Jour plaidoiable.* Litterae ann. 1467. apud Lobinell. tom. 3. Hiſt. Pariſ. p. 259.

LITIGARE, praeliari, bello contendere, ap. Dudon. l. 3. de morib. Normann. p. 97. V. *Lis.*

† LITIGIVM GENERALE, iudicium domini feudalis, in Ch. Mſ. a. 1269.

LITIMIA, Papiae, *Patientia calcata, vel crudelitas infixa.* Editus cum Mſ. Bituric. habet *Litima.*

LITIMONIVM, obſequium et ſeruitium, cui *litus* erga dominum obnoxius eſt Ch. Ludou. Imp. et Caroli C. apud Hariulfum l. 3. c. 2. 7. LIDIMONIVM, ibidem. LITIDIVM, in Bullar. Caſin. p. 19. LITIMONIVM, ap. Baluz. t. 6. Miſcell. p. 550. V. *Litus.*

LITISPENDENTIA, lis ſub iudice. Charta an. 1409.

LITIVM, ex Gr. λίθος, λίθιον, lapis, lapillus. Hincmarus in Capitulis [illegible] tis an. 12. Epiſcopatus c. 3. de Altari portatili, ſeu Tabula itineraria: Tabu-

Digitized by Google

Tabulam quisque Presbyter, cui necessarium fuerit, de marmore, vel nigra petra, aut Litio honestissimo, secundum suam possibilitatem honeste affectatam habeat, et nobis ad consecrandum afferat, etc. Quidam *Litium* hoc loco esse censent, quod vulgo *ardesiam* appellamus. V. infra *Loys*. Sed et eadem notione vsurpatam vocem hanc puto in Charta Eadredi Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 210. *Cum 2 corceolis pretiosissimis et crusto aureo, columnis de Liciis 96, etc* Perperam editum vnica voce *deliciis*. V. Festum in *Delicia*. Lapidem λιτζι, seu λίθος λιτζι non semel habet Nicolaus Myrepsus, vbi sumitur pro lapide pretioso, seu viridi, vt sect. 1. cap 30. 31.

LITO. (1) Vasis species, inter ministeria sacra recensetur, in Charta Rudesindi Episc Dumiensis aerae 930. apud *de Yepez* to. 5. Chron. Ord. S. Benedicti pag. 424. *Concedimus etiam phialas argenteas Francistas 2. soparia exaurata, lopas exauratas cum coopertoriis 2. Litones 2. scalas exauratas 6. Litones 7. moyolos exauratos 3. calice ex auro et gemmato 1. dente elefantino, et soparias bubalinas 2. seruitio mensae argenteo integro, vasa aenea, hydrias 4 et 5. cerbu: concos imaginatos 7. casticales 2. vasa vitrea, concas aciralis 2. arrodomas sicacyralis 9. et orabecela, vicach, suntas de mensa, etc.* (2) V. *Litus*.

LITONICVS. LITONICA BONA, praedia vbi degunt *litones*, ap. *Leibnit.* t. 2. Script. Brunsu. p. 345. V. *Litus*.

LITOR, V. in *Litus*.

LITORARE, appellere, litus vel portum capere. Ogerii Panis Annal. Genuens. ann. 1219. to. 6. Muratorii col. 416.

LITORES, serui glebae, ascriptitii, V. *Litus*.

† LITORIA, *la nave*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

LITOSTRATVM, LITOSTROTVM, V. in *Lithostrotum*.

LITRA. (1) Mensura liquidorum, ex Gr. λίτρα, *libra*. Constituitur Odonis Legati in Syria contra Simoniacos ann. 1254. *Item cum propinqui defuncti faciunt fieri aliquod monumentum lapideum in coemeterio subtus terram, coguntur soluere vnam Litram olei, quae continet 4. quarterones, vel aliud pretium, etc.* (2) Limbus, ora. Monachus Sangallensis lib. 2. c. 27. *Cum pelliciis . . . Tyria purpura, vel diacedrina Litra decoratis . . . procedebant.* Vox contracta vt videtur, ex *Litura*. Quippe *Litura*, vti limbus, lineam quandam efficit. Papias: *Litura, dicta quod liniendo teratur*. Nazarius in Paneg. *Venerandarum imaginum acerba deiectio, et diuini vultus Litura deformis*. Ex *Litra* formata vox

LISTRA, eadem significatione. Historia Episcopor. Autisiodor. cap 20. *Item cochlearem vnam pensantem lib. 1. et vncias 10. habet in medio rotellam nigellatam, et in gyro Listram.*

LICTRA, eadem significatione. Petrus Nannet. Episc. in Statuto ann. 1481. to. 4. Anecd. Marten. col. 1016.

† LITRIALEBRA, *la scaya de lepra, o de roguia*. Glossar. Lat. Ital. Ms

† LITRINVM, ambo, pulpitum, in Ch. Ms.

LITTERA cum deriuatis suis, V. *Litera*.

LITTORARIA, littus, ora maritima. Italis *Riviera*, ex *Riparia*. Adrianus PP. in Ep. 65. Cod. Carolini: *In Littoraria Longobardorum semper nauigauerunt*.

† LITVS SVMERE, appellere, in Inuent. Ms. a. 1482.

LITVA, σάλπιγξ, *tuba*, in Supplemento Antiquarii, Latinis *Lituus*.

LITVARE, lituo canere. Gloss. Lat. Graec. Sangerm.

LITVCHVS, *liturgus, habens curam rei sacrae*. Amalthea.

LITVM, vt supra *Litium*, lapis, lapillus. Opusculum Gualuanei Flammae, tom. 12. Muratorii vol. 1047.

LITVMA, *patientia calcata, etc.* V. *Litimia*.

LITVRA. Valafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 8. *Videmus aliquando simplices et idiotas, qui verbis vix ad fidem gestorum possunt perduci, ex pictura Passionis Dominicae, vel aliorum mirabilium ita compungi, vt lacrymis*

Digitized by Google

crymis testentur exteriores figuras cordi suo quasi Litura impressas. Vbi quidam legunt *literis:* malim *Liniaturis*, quippe *Liniatura* χρίσις exponitur in vett. Glossis. V. *Litra.*

LITVRARE, delere, inducere, expungere. Onomasticum: *Lituro*, περιγράφω. Sidonius l. 9. Ep. 2.

LITVRARII, Scaligero l. 2. Auson. lect. c. 13. sunt codicilli in quibus prima concepta scriptionis nostrae conscribimus, et quae displicent inducimus, vt postea chartae purae commendentur: quod olim fiebat in Palimpsestis tabellis. Idem Auson. in Praefat. in Centonem: *Hoc die vno, et addita lucubratione properatum modo inter Liturarios cum reperissem, etc.* Priscianus lib. 11. LITVRA, ἡ ἀπαλείψουσα καὶ ἡ ἀπαλοιφή.

LITVRGI. (1) Λειτουργοὶ, in leg. vlt. Cod. Th. de Patrocin. vicorum, ita dicti, ministerium aliquod publice praebentes, in Aegypto praesertim, operis publicis, seu *corueis* obnoxii. V. Iacob. Gothofredum. (2) Ministri Ecclesiae, apud Papiam; apud Graecos Patres λειτουργοὶ nude, Diaconi, vt apud Basilium Ep. 289. et apud Dionysium Areopagitam dictum Eccles. Hierarch. c. 2. et 3. part. 2. Sed idem Basilius, Gregorii Nazianz. et Nyss. Chrysost. et alii, omnes Ecclesiae Ministros, praesertim vero Presbyteros et Episcopos, vocant λειτουργοὺς τοῦ θεοῦ. Adde Gloss. mediae Graecit. in Λειτουργεῖν.

† LITVRIA, pro *Liturgia*, in Pontif. Ms.

LITVS. (1) † Alueus, Gall. *Lit de riviere.* in Ch. Ms. a. 1455. (2) LITVS, LIDVS, LEDVS, ascriptitius, seruus glebae. Glossae interlineares Legis Salicae: *Litus, fiscalinus, vel sanctuarius*, id est, qui in publicis, priuatis, aut Ecclesiarum fiscis seu praediis degit. Charta an. 794. apud Henschenium ad Vitam S. Ludgeri Episc. *Id est, totam terram illam, quam Laudulfus Litus meus incolebat et proseruiebat.* Lex Longob. lib. 3. tit. 20. *Aldiones vel aldiae ea lege viuunt in Italia in seruitute dominorum suorum, qua[illegible] vel Liti viuunt in Francia.* V[illegible] num lib. Respons. tit 46. [illegible] Legis Longob. titulo Murat[illegible] fert eamdem fuisse *Litorum* [illegible] nem, quae fuit *Aldiorum*, [illegible] de Litos potius dicendos es[illegible] *tos colonos*, quam *Seruos gle*[illegible] *ti* quidem, inquit, non erant [illegible] libertate donati, sed a dom[illegible] patronis suis incolendum [illegible] praedium suscipiebant, et st[illegible] tributo persoluto, immunes [illegible] tis aliis seruitutis oneribus vi[illegible] Verum siue *libertos colonos* cum [illegible] ratorio, siue *Seruos glebae* cum C[illegible] gio Litos vocaueris, constat eos fuisse potioris conditionis, quam serui infimi ordinis, vt mox docet ipse Cangius, durioris vero quam vulgus colonorum, a quibus manifeste distinguuntur in Charta Ottonis Regis apud Eccardum in Probat. Histor. Marchionum Orientalium col. 137. *Ad nutrimen Dei famulorum, qui ibidem Deo seruire cernuntur, quae subnotantur in proprietatem damus, hoc est in Pago Northuringa in Comitatu Dithmari, in loco ita nominato in Magdeburg Litorum et seruorum XX. colonum vnum, in Rodhardesdorph familias Litorum XVIII. et III. colonos: Harteradestorff familias Litorum, in Suldorff familias colonorum IIII. Litorum, in Intesleue Litorum XXIIII col. XV. in Firosa familias Litorum XI. etc.* Caeterum quibus seruitiis et praestationibus aduersus dominos seu patronos obstringerentur *Liti*, discimus ex Codice MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 27. Vo. col. 1. vbi: *Radoardus Lidus et vxor eius Lida nomine soluunt denarios VIII. . . . tenent mansum ingenuilem I. habent de terra arabili bunuaria VII. de vinea arpen. I. soluunt in pastione de vino modios III. faciunt in vinea arp. IIII. in vnaquaque ebdomada curuadas II. manop. carop. quantum ei iniungitur.* Ex quibus posteribus verbis cernere est quam dura fuerit Litorum conditio. De mulieribus ea legimus ibid. fol. 72. Vo. col. 3. *Iste sunt Lidie. Teu[illegible], Hostrauolda, Teutberga, Fra[illegible]dis,*

Digitized by Google

s, etc. Omnes iste aut faciunt cam-
s de octo alnis, aut soluunt dena-
os IIII. Quae omnia complectitur
illustrat Teschenmacherus Annal.
iu. part. 1. p. 74. vbi de *Litis* haec
bet: *Non tantum certis mensium*
hebdomadarum diebus curiae domi-
vel seniori, ligone, equo, bigis
quadrigis, aut etiam pedibus ope-
s praestabant, sed etiam certam pe-
niolam census nomine inferebant,
in et aliquando decimas omnium
ructuum, tam humentium quam ari-
dorum pendebant; vnde apud Saxo-
nes Lassen, *apud Sicambros* Lathen,
apud Fristos Liten, *eiusdem etymi*
vocabulis, quod scilicet primo capti,
et postea ex commiseratione in agris
relicti nec eiecti aut venditi essent, di-
cti sunt. Significant autem *Lassen,*
Lathen vel *Liten*, seruare; vt igitur
apud Latinos *serui* a *seruare* dicti,
sic apud laudatos populos a verbo,
quod idem significat, dicti *Liti*, li-
cet non essent serui omnium infimi,
V. *Lassi.* LITVS REGIS Lex Sa-
xon. tit. 17. LIDVS, LIDA, ea-
dem significatione vsurpant Lex Sa-
lica tit. 14. §. 15. tit. 28. §. 1. tit. 37.
§. 5. tit. 44. §. 4. tit. 52. §. 1. LEV-
TI, in praecepto Ludouici Pii an.
823. apud Mabillonium Diplom. pag.
515. LVITI, pro *Liti*, in Charta
Caroli Martelli apud Wilelmum He-
dam in S. Willebrodo, et Miraeum
tom. 1. pag. 491. col. 1. LITONES.
Albertus Stadensis an. 917. LITO-
RES. Priuilegium Monasterii Rei-
chesperg. an. 1315. apud Ludewig.
Reliq. MSS. to. 1. pag. 275. LID-
DONES, in Charta Caroli M. in
Monumentis Paderbornensibus pag.
325. LEDVS, LEDA. Testamen-
tum Widradi Abb. Flauiniac.

† LIVDA, piscis genus. Tract. Ms.
de Pisc. c. 51. *Raia leuis, ab Hispa-*
nis dicitur Liuda, a cute laeui et
pellucida.

LIVDIS, praestatio vel mulcta, V.
Leudis 2.

† LIVELARE, ad libellam exigere,
Ital. *Livellare*, Gall. *Niveler.* Ch.
Ms. a 1327. V. *Liuellum.*

† LIVELARIVS, LIVELLARIVS,
emphyteuta, Ital. *Livellario*, in
Stat. Genuens. Adiectiue pro em-
phyteuticus occurrit in Stat. Mant.
V. *Libellus.*

† LIVELLVM, i. q. *Liuellus* 1. in
Ch. Ms. a. 1327.

LIVELLVS. (1) Libella, Gall. *Ni-*
veau, Ital. *Livello.* Papias MS. Bi-
turic. *Liuellus, Liueolus de plumbo.*
Editus habet, *Luuellus, Liuolus de*
plumbo. (2) † Idem quod *Libellus*,
charta qua praedium in emphyteu-
sim conceditur, Ital. *Livello.* Stat.
Vercell. l. 6. Pro canone emphyteu-
tico, in Stat. Cadubr.

LIVENTIA, liuor, apud Matth. Pa-
ris an. 1258.

LIVERARE, LIVERATIO, V. *Li-*
berare.

LIVERCINVS, auis species. Fride-
ric. II. Imp. lib. 1. de Venat. cap 12.
Liuercini vero comedunt saepius sca-
rabeos, bruchos, et huiusmodi. Adde
c. 2. 13. 14. 18.

LIVEREVM, vectis, Gall. *Levier*,
Ital. *Liviere.* Translatio S. Prosperi,
tom. 5. Iulii p. 59.

LIVIA, columba agrestis, a liuido
colore, apud Martinium in Lexico.

LIVIDARE. (1) Damnare, quasi *li-*
uore, vel inuidia. Baldricus Dolen-
sis in Prologo MS. ad Vitam B. Hu-
gonis Archiep. Rotomag. *Librum*
autem illum vel laudare, vel Liuida-
re supersedeo, corrigere vero non
praesumo. (2) † Dedecus imprime-
re, Gall. *Fletrir*, t. 10. Coll. Hist.
Franc. p. 252.

LIVIDITAS, liuor, inuidia. *Liuidi-*
tas inuidiae, in Actis SS. Aprilis
pag. 148. vbi de B. Ida.

LIVIDO, liuor, color liuidus. Cano-
nes Hibern. to. 4. Anecd. Marten.
col. 13. *Liuedo* dixit Apuleius hac
notione.

† LIVIDVM, color liuidus, subni-
ger. Testam. a 1392.

LIVIDVS PANNVS, subniger, in
Testamento an. 1367. apud Marten.
to. 2. Anecd. col. 1522. *Liuida tela*,
ibidem col. 1523.

† LIVISSVS, liuidus, color equi.
Tabul. colleg. S. Mart. Tolos.

LIVITILA, *paru[illegible]ngua, quae fora-*
men linguae rec[illegible], Papiae. V.
Sublinguium.

Digitized by Google

LIVIVI. Leges Calenſes apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1353. *Item de ictu leui ſine ſanguine, et de Liuini, et de verbis contumelioſis procedetur, prout de ſanguine ſuperius eſt expreſſum.* † Leg. *de leui vi.*

LIVOLVS, Gall. *Niveau*, V. *Liuellus.*

LIVOR. (1) Vulnus inflictum, ex quo *liuor* apparet. Auctor Mamotrecti: *Liuor, inuidia, vel nigredo quae remanet ex percuſſione baculi vel virgae.* Vetus Formula cap. 30. apud Bignon. *Violenter ſuper ipſum euaginato gladio venit, vnde Liuores, vel capulaturae atque colaphi manifeſti apparent.* Infra: *Et poſtquam iſtos praeſentes Liuores praecepit.* (2) Iuſtitia vel cognitio de *Liuore.* Charta an. 1207. ap. Vghellum to. 1. p. 398. *Concedimus videlicet ſanguinem, Liuorem, et bandaſiam, poteſtatem, et iudices, etc.*

LIVORAMENTVM, percuſſio. Chron. Modoet. tom. 12. Muratorii col. 1120. V. *Liuor* 1.

LIVORARE, liuores inferre, vulnerare, contundere. Geſta Regum Franc. c. 17.

LIVOROSVS, liuidus. Vita S. Columbae Abbat. to. 2. Iunii p. 228.

† LIVRALE, LIVRALIS, i. q. *Librale*, menſura frumentaria, Gall. *Livrouer.* Ch. Mſ. a. 1341. V. *Livratorium* et *Liuroriata.*

† LIVRAMENTVM, compenſatio, iuſta et penſata aeſtimatio et partitio. Lit. a. 1416. t. 10. Ordin. reg. Fr. p. 401. V. *Alibramentum.*

LIVRARE, Gall. *Livrer*, V. in *Liberare.*

† LIVRARIA, V. *Liurora.*

LIVRATORIVM, menſura frumentaria continens vnum *bichetum* quibusdam in locis, in aliis vero dimidium tantummodo bichetum, ex Aduerſariis D. *Aubret.* V. *Liuroriata.*

† LIVREA, praebitio, Gall. *Livrée*, in Inuent. Chart. reg. a. 1482.

LIVREIA, (1) Idem, Gall. *Livrée*, in Ch. Phil. [illegible] a. 1316. V. *Liberare.* (2) † [illegible]rictus, territorium, finis, limes, in Ch. Mſ. a. 1283.

† LIVRORA, et LIVRARIA, i. q. *Liuroriata*, in Ch. Mſ. a. 1317. V. *Liuale.*

LIVRORIATA, LIVRORIVM, Charta Belliiocenſis an. 1424. *Debet vna Liurorium ordei ſuper quadam terra continente tres Liuroriatas terrae. Liurorium* idem eſt quod *Liuratorium*, *Liuroriata* vero fortean eſt modus agri, in quo ſeminari poteſt vnum *Liurorium* frumenti, niſi ſit idem quod *Librata terrae*, de qua dictum in *Libra*, quod poſterius mihi videtur minus probabile. V. *Liburnus.*

LIVSIVA, lixiuia, Gallis *Leſſive.* Capitula S. Bonifacii Archiep. Mogunt. c. 23.

LIX, *caper*, apud Papiam. Quidam pro *ircus* ſeu *hircus*, *Lix* ſcriptum ſuſpicantur: malim pro Αἴξ Graeco, pro quo Gloſſator legerit Λὶξ ob ſimilitudinem ſcripturae; vnde *Lix* Latinum finxerit.

LIXA, V. *Lixe.*

LIXABVNDVS, *qui latis incedit paſſibus ad modum lixae.* Io. a Ianua. Gloſſ. Iſid. *Lixabundus ambulat, qui voluptatis cauſſa ambulat.* Feſtus habet: *Lixabundus, Iter libere ac prolixe faciens.*

LIXAMEN, LIXAMENTVM, V. *Lixatura.*

LIXARE, lixiuia eluere, mundare, *Lixiuiare*, Gallis *Leſſiver.* Conſtantinus Afric. lib. 5. Pantech. cap. 32.

LIXATVRA, LIXAMEN, LIXAMENTVM, *coctio in aqua*, Iohanni de Ianua. Primam vocem vſurpauit Sidonius eadem notione, Apicius ambas poſteriores.

LIXE, *aquum, quae per milites ambulant, antiqui lixum dixerunt.* Gloſſ. Iſidor. Ianſonius in Collectaneis exiſtimat veram lectionem fuiſſe: *Lixa, quum* (vel *qui*) *per milites ambulant, antiqui lixam dixerunt.* Aliter emendare tentat Graeuius: *Lixa, Aqua. Lixae, Qui per milites ambulant. Aquam antiqui lixam dixerunt.* Sed contendit poſt Voſſium in *Elixus* et *Lixa*, aquam non dictam fuiſſe *Lixa*, ſed *Lix*; mallem igitur emendare: *Lix, Aqua . . . Aquam antiqui Licem dixerunt.* Quod ſpectat *Lixas*, dici potuerunt, *per milites ambu-*

Digitized by Google

mbulare, vt scilicet aquam ferrent, mox dicuntur.

IONES, *aquarum portitores*, in d. Glossis.

VS, *in aqua coctus*, Iohanni de nua. Chart. to. 2. Histor. Dal- in. pag. 311. col. 2. *Seruiatur de o rotulo bouis et dimidio rotulo mu- nis in aqua Lixis.* Latini dixerunt *lixus*. V. *Lixare*,

A, idem quod *Licia*, in Consuet. atal.

)ZANCHIA, i. q. *Ligantia*, in Ch. Mf. a. 1244.

† LIZDA, tributum pro mercibus, in Ch. Occit. a. IIII. V. in *Leudis*.

† LIZZVS, Meichelbeckio t 1. Hist. Frising. p. 112. Germanis *Lisz* et cultius *Lösz*, sortitio, quidquid ex sortitione obuenit.

LO. (1) Lex, Gall. *Loi*, in Pactu Legis Salicae tit. 44. §. 1. cuius verba *Widresa Thalo*, vt *Widresiha Lo*, restitit legi, redduntur ab Eccardo: quem, si tanti est, consule (2) Ille. In veteribus Litaniis sub Carolo M. a Mabillonio editis to. 2. Analect. p. 681. haec verba non semel occurrunt *Redemptor mundi*, *Tu Lo adiuua. Sancte Petre*, *Tu Lo adiuua*, *etc.* Vnde etiamnum *Lo*, retinuere Galli in aliquot prouinciis, et *Le*, in aliis.

LOBA, († vox Hispan. tunica talaris, non praecincta.) Concil. Mexic. ann. 1585. to. 4. Concil. Hisp. pag. 389. *Chlamyde videlicet*, *vel mantello seu pallio*, *quod vulgariter Loba nuncupatur ò manteo*, *clauso vel aperto*, *ad terram protensis*.

LOBIA, LAVBIA, LOBIVM, Porticus operta ad spatiandum idonea, aedibus adiuncta, *Galerie:* ex *Laub* Theuton. Folium, quod eiusmodi deambulatoria in praediis rusticis, foliis obducantur et operiantur. Io. de Ianua, et Breuiloq. *Deambulatorium*, *quod proprie dicitur Lobium*, *quod fit iuxta domos ad spatiandum.* Ita *Lobia* vsurpatur in Charta Guntranni Reg. apud Saniulianum in Cabilone pag. 382. *Solarium vero cum caminata illi de Gergeiaco et de Alciaco faciant: illi autem de Mercureis et de Canapis Lobiam aedificent.* Chronic. Abb. S. Trudonis lib. 10. *Domus infirmorum habens fumariam*, *siue focariam*, *capellulam*, *Lobiam*, *cameram dispensariam*, *etc.* LAVBIA, in Polyptycho S. Remigii Remensis. LAVPIA, Prouincialibus. Statuta Arelatensium. art. 107. ex MS. D. Brunet. LOBIVM, aliis. Liber Ordinis S. Victoris Paris. MS, cap. 15.

LOBIVM. (1) Suggestum, locus editior. Buschius de Reformatione Monast. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsuic. p. 831. *Ibi intra ostia chori ferreà et cancellata Lobium factum fuerat*, *et super illud cathedrae tres*, *pro tribus Doctoribus in altitudine a pauimento chori ad hominis pene altitudinem.* Bis terue recurrit ibi. (2) V. *Lobia*.

† LOCA, mulcta ob desertum vadimonium. Ch. Mf. a. 1222. *Si citatus non comparet ad primam citationem*, *emendam soluere tenetur*, *quae loca vocatur*.

LOCA VENERABILIA, ecclesiae, monasteria, xenodochia, seu quae Christianorum venerationi dicata sunt. Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 6.

LOCAGIVM. (1) Gall. *Louage*, *Loyer*, vt mox *Locarium*. Charta anni 1271. ex Chartul. S. S. Vandregesi. to. 2. p. 1964. (2) † Domus vel habitagium mercede conductum. Lit. remiss. Mf. a. 1377.

LOCALE. (1) LOCALE, LOCALIS, LOGALIS, vbi domus aedificari potest, Gallis *Masure*, a voce Latina *Locus*, ni fallor. Charta anni 1058 ex Archiuo S. Victoris Massil. *Donamus Locales aptos ad faciendum molendium.* Tabularium Conchense in Ruthenis Ch. 24. sub Philippo Rege: *Et Locale ad habitandum inter Ecclesiam et stratam*, *sicut . . . in praesentia illius terminauimus.* (2) † LOCALIA, vsus et consuetudines loci alicuius. Constit. Mf. Petri III. reg. Arag.

LOCALITAS, circumscriptio, qua quis in loco est. Claudianus Mamertus de Statu animae lib. 3. cap. 4. in haec verba: *Deus meus*, *quare me dereliquisti*, sic argumentatur vt pro-

Digitized by Google

bet animam *illocaliter* e corpore discedere: *Si enim non discessit, non dereliquit; si dereliquit, vtique discessit. Obiice nunc igitur Localitatem Deo.*

† LOCALITER, facile vel commode, in Gloss. Lat. Gall. Cod. 7692.

LOCAR, *locus apud vrbem Romam.* Gloss. Isid. Graeuius censet legendum ex Festo: *Lucar, Aes quod ex luco captatur, qui est apud vrbem Romam.* Hinc quoque in iisd. Glossis Isid. *Lucar vectigal, erogatio, quae fiebat in lucis.* V. Festum in vocibus *Lucar* et *Lucaria.*

LOCARE. (1) Conducere, Gallis, *Louer.* Lex Salica tit. 30. *de Locationibus: Si quis furtim aliquem locauerit, vt hominem interficiat, et pretium propter hoc dederit, etc.* Sic *Locare se*, mercede conduci, in Statutis Arelat. art. 154. e MS. D. Brunet fol. 50. Byzinio de Origine Belli Husitici, apud Ludewig. tom. 6. p. 146. *Locare se in monasterio S. Ambrosii*, i. e. Hospitari, habitare, *Loger.* (2) † Commodare, vel commendare artifici aliquid resarciendum, t. 7 Ordin. reg. Fr. p. 666. (3) † In cubiculum se recipere, in Act. SS. t. 6. Iul. p. 491.

† LOCARIS, domus, aedes. Ch. a. 1166. t. 2. Hist. Occit. Prob. p. 606.

LOCARIVM, pretium conductionis, locationis. Testamentum Bertichramni Episcopi Cenoman. *Sic quoque vt de tabernis quae infra domum esse noscuntur, Locarius ille qui singulis annis inde sperator, in Sacrosancta Ecclesia . . . inferatur. Naues Locario conducere*, in Annalibus Francor. Bertinianis anni 862. Vox nota Varroni libro 4. de Lingua Latina. Postea pro quauis pensione, vel assignatione. Iidem Annales ann. 864 Adde formulam 143. Lindenbrogii.

† LOCATA, locus vacuus domui aedificandae aptus. Ch. Mf. a. 1319. V. *Locale.*

LOCATENENTES, passim apud Rymerum, V. *Locumtenentes* in *Loci-seruator.*

LOCATIM, suo loco. Vtitur Aluarus in Vita S. Eulogii Presb. et Mart. num. 11.

LOCATIO. (1) Conductio, [illegible] in *Locare.* Papias aliter: *Locationes, Fundamenta, positiones.* (2) Structura, t. 10. Collect. Hist. Fr. p. 31.

LOCATITIVM, V. *Loquaticum.*

† LOCATVR, vox in examinationibus adhibita, adscripta marginem, annotatio. Stat. a. 13[illegible] t. 7. Ordin. reg. Fr. p. 261.

LOCATVRA. Vetus Interpres Mosonis: ἡ μήτρα, *locaturae.* Varro lib. 4. de Ling. Latin. *Loci muliebres, vbi nascendi initia consistunt.*

LOCATVS. (1) Procurator, pro alio agens. Charta anni 1218. apud Lobinell. to. 2. Hist. Britann. col. 160. V. *Allocatus.* (2) LOCATVS HOMO, incola, cultor loci. Tabulae pacis anni 1337. apud Ludewig. tom. 5. pag. 591.

LOCELLVM, praedium, territorium. Formula 37. ex Baluzianis: *Propterea donamus et donatum in perpetuum esse volumus ab iam nominato monasterio sancti illius, vel ab Abbate illo ipsum locum, vbi ipse monasterius est constructus, cum omnibus adiacentiis et appendiciis suis, et Locella seu colonicis in villas illas in pago illo.* Adde Marculfum lib. 1. formula 30.

LOCELLVS, aedicula Deo sacra. Statutum Capituli S. Martini Turon. ann. 966. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 88. *Mansiones insuper quas ipse iuxta praefatum Oratorium B. Georgii construxit, similiter ibidem condonauit, eo scilicet tenore praefatus Viuianus praemissas res iam dicto Locello S. Georgii pro remissione suorum criminum parentumque tradidit.* V. alia significatione in *Loculus.*

† LOCETVS, pessulus cadiuus, Gall. *Loquet.* Comput. Mf. a. 1358.

LOCH CABALLIS, f. stabulum equile, a Saxonico *Loc* vel *Loce*, claustura; vel potius Celtico *Lloce*, *Boxhornio* in Orig. Gall. *Caula*, *angiportus, angulus.* Lobinell. to. 2. Hist. Britann. col. 73. ex vet. Charta: *Sine censu et sine renda, et sine opere et sine Loch caballis vlli hominis*, hoc est, si recte opinor, sine obligatione equis excipiendis ministrandi pabulum necessarium. V. *Fodrum.*

LOCHEA,

Digitized by Google

...A, cochlear, Gall. *cuiller*, Ebu-...us *Lousse*. Acta apocrypha SS. ...di et Iulittae, to. 3. Iunii p. 30. ... *quoque Locheas duas et ollam* ...*m*, *et pones ibi trullas duas.* ...*erunt nobis vasa tormentorum.*

...RVS, *apum custos*. Ita in ... Saxon. exarato sub Edwardo ... *) A Germ. lochen, cauum fa-... in quo apes syluestres habitare ...int.

...CHIA. (1) P. *Locia*. (2) † ...ulus, aquae portio, in Ch. Ms. ... 1215.

LOCHVS, tomenta, V. *Loca*.

LOCIA, LOCHIA. Charta anni 1235. in Archiuo Regio, Reg. 7. qua *Mathildis Comitissa Boloniae ratas et gratas habuit tres Locias, quas pro eo fecerunt Matthaeus de Tria et Simon de Leuiis, Milites de Comitatu Moritoli et terra Damfrontis; et gratum habuit et accepit, quod pro ea receperunt ratione tertiae Lochiae nomine dotalitii sui. Moritolium cum pertinentiis eius sine forteritia, quae remansit in manu Ludouici.* Videtur haec vox accipi pro *portione*, Gall. *Lot*. V. in hac voce, et *Lothica*.

† LOCIMARIA, *dicuntur Gallice Sommiés*. Gloss. Lat. Gall. Ms. a. 1348.

LOCISERVATOR, qui loco alterius est, *Vicarius*, τοποτηρητής. Lex Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 78. *Si quis furem vel latronem ad praesentiam Iudicis aut Comitis, qui in loco praeest, vel Lociseruatoris, qui missus est, adduxerit.* Quidam vocem Graecam τοποτηρητὴς seruarunt. Lupus Protospata in Chron. anni 1018. *Ligorius Topoteriti fecit praelium, etc.* Chronicon Anonymi Barensis anni 1041. *Et Arduino Lanbardo intrauit in Melfi, erat Topoteriti de ipso Catepano.* LOCISERVATORES, Pontificum Romanorum in Conciliis Legati potissimum dicti. Anastasius in Praefat. ad Concil. VIII. oecumenic. *Lociseruantes Praesules; Lociseruatores Apostolicae Sedis. Locum obtinentes Papae Leonis*, qui mox *Legati sedis Apostolicae*, apud Liberatum Diac. c. 12. LOCISERVATVRA, vicarii dignitas, vel officium. Synodus Lateran. sub Martino 1. PP.

LOCOPOSITVS, eadem notione. Theganus cap. 6. *Ducibus, Comitibus, Locopositis, etc.* LOCVMTENENTES GENERALES, appellantur etiam apud Gallos prouinciarum Gubernatores, non omnium, sed earum praesertim, quae in *prouinciae* formam redactae sunt a Regibus. LOCVMTENENTES, Gallis *Lieutenans*, Bailliuorum, seu Iudicum Vicarii proprie appellabantur. Statutum Philippi Pulcri anni 1302. pro reformatione Regni. LOCVMTENENTIA, Dignitas vel territorium *Locumtenentis*. Charta Caroli Franc. Regis, anni 1368. apud Baluzium to. 2. Hist. Aruern. p. 428.

† LOCIVERIS, officialis in forestis, i. videtur qui *Viridarius*. Ch. Phil. Pulcri a. 1300.

† LOCIVM, *la lixia*, in Gloss. Lat. Ital. Ms. Forte pro *Lotium*, *la lisciva*. V. *Lotricium*.

LOCLAMENTVM, Διαφραγμα, in Glossis Lat. Graec. Sangerm quod intersepit, et separat intersepiendo.

LOCOPOSITVS, V. in *Lociseruator*.

† LOCRECTARE, *vox arcetum*. Glossar. Cod. 7657. LORETTARE legitur in *Baulare* et ORECTARE in eadem voce. V. *Lorethare*.

LOCTO, V. *Lolo*.

† LOCVLAMENTVM SEPVLCRALE, ap. Murat. t. 3. Inscript. p. 1654. V. *Loculus* et *Locus*.

LOCVLATVS, V. mox in *Loculus*.

LOCVLLENTVS, εὔλαλος, *loquax, eloquens, effabilis*, in Glossis Graec. Lat. Vulcanius suspicatur legendum *Loculeius*, vel *Locutuleius*. Gell. lib. 1. cap. 15. *Homines in verba prouectos Locutuleios et blaterones et linguaces.*

LOCVLVS. (1) Feretrum, in quo cadauer mortui deponitur. Isidorus lib. 20. Orig. cap. 9. *Loculus ad aliquid ponendum in terra factus locus, seu ad vestes vel pecuniam custodiendam.* Will. Brito in Vocab. MS. *Loculus, paruus locus, bursa, feretrum.* Plinius lib. 7. c. 11. de Pyrrhi pollice: *Quem cremare cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumque Loculo in templo.* Idem lib. 7. c. 16. *Et ipsi vidimus in Loculo asservatos.*

Digitized by Google

vatos. Gregorius Turon. lib. 4. Miracul. c. 33. *Requirentes vero in Loculo, nihil de pignoribus sanctis, quod fama ferebat, reperimus.* LOCVLATVS in *Loculo* seu sepulcro conditus, apud S. Zenonem Veronens. Serm. de Lazaro. LOCELLVS, diminutiuum a *Loculus*, eiusdemque notionis. Paulus Warnefridus de Gestis Longob. L. 2. c. 10. LVCELLVS, pro *Locellus*. Gloss. Gr. Lat. MS. γλωσσοκόμιον, *Lucelli pluraliter tantum declinatur*. Edit. habet γλωσσοκομοι, *Luculli*, γλωσσοκόμειον, *Lucullum*, γλοσσοκόμιον, *Lucellum*. Edit. habet γλοσσοκομεῖον. Atque inde *Luseau*, eodem significatu mutuati Galli. Ita *Lucos*, pro *locos* dixit Aggenus. (2) † Vmbilicus vel scrotum, in Act. SS. t. 3. Aug. p. 288. et in Chron. Th. Otterbourne p. 243. (3) † Parua sedes. Ch. a. 994. t. 10. Coll. Hist. Fr. p. 562.

LOCVMSERVANS, LOCVMTENENS, LOCVMTENENTIA, V. in *Loci seruator*.

LOCVPLECITAS, diuitiae, in Charta Henrici VI. Angl. Regis ann. 1457. apud Rymer. to. 11. pag. 385.

LOCVS. (1) LOCVS, LOCI, mulieris vterus, vulua, matrix, *vbi nascendi initia consistunt*, Varroni. Glossar. Lat. Graec. *Loci mulieris*, ὕστερα. Sic leg. pro ὕπερα, V. *Locatura*. (2) Sepulcrum, seu locus sepulcri. Occurrit passim in vet. inscriptionibus, praesertim apud Thomam Reinesium. V. Glossar. med. Graecit. in τόπος. (3) Graecis etiam τόπος, *Latrina*, Gall. *Les lieux*, vt interpretatur Salmasius apud Tertullian. de Pallio, vbi: *Immundiorem Loco ceruicem monilibus consolatur*. Fortassis alter interpretabitur *sepulcrum*. (4) LOCVS MONACHORVM, oppidulum pagi Venetensis in Armorica, vulgo dictum *Loh-mine*, pro *Loc-monach*, Locus monachorum. Iohannes *de Loco monachorum Archidiaconus, et Electus Ecclesiae Venetensis*, memoratur in mandato Edwardi III. Regis Angl. anni 1362. apud Rymer. to. 6. pag. 361. LOCVS VENERABILIS, [illegible]IVS, V. *Loca*. AD LOCVM. [illegible] olim notare solebant particulas, [illegible] ex constitutione aliqua aut re[illegible]bant, aut exscribebant, adiecti[illegible] iam interdum primis constituti[illegible] verbis: cuius moris plures sun[illegible] Theodosiano Codice reliquiae, [illegible]bus etiam accidit, vt ea verba, [illegible] scio quomodo, in textum ipsum [illegible] reperent, et excerpti partem o[illegible]parent, vt in L. 3. de Postul. [illegible] Nouella Maioriani de Episcopali [illegible]dicio. Haec Petrus Pithoeus ad C[illegible]lationis Legis Mosaicae tit. 15. h[illegible] verba: *Extat denique decretum [illegible] Pii ad Pacatum Legatum prouinciae Lugdunensis, cuius rescripti verba, quia multa sunt, de fine eius ad Locum haec pauca subiecit, etc.* LOCVM DARE, loco excedere. Gregor. M. L. 2. Dialog. cap. 23. *Cumque in eadem Ecclesia, Missarum solemnia celebrarentur, atque ex more Diaconus clamaret, Si quis non communicat, det locum, etc.* (5) † Vices seu ordo, quo quisque vice sua aliquid agit. Lit. remiss. Ms. a. 1388. (3) † *De loco gondalae, vini*, pro gondala, vino. V. *Gondala*.

† LOCVSTA, machinae bellicae species, qua aggredientes teguntur. Tract. Ms. de re milit. et mach. bell. c. 48.

† LOCVTA, domus, vbi ciues congregantur de rebus ciuitatis locuturi. Ch. Ms. a. 1328. V. in *Locutorium*.

LOCVTORIVM, Gall. *Parloir*, locus in monasteriis, in quibus monachis et sanctimonialibus inuicem colloqui licebat, cum in aliis silentium indictum esset. Eiusmodi *Locutorii*, quod *Regulare* appellatur, crebra mentio est in libro Ordinis S. Victoris Parisiens. MS. c. 19. LOGVTORIVM, bis in Necrologio MS. Fratrum Minorum Siluanectensium. LOCVTORIVM SACRISTARVM. Tabul. Vindocin. Thuani Ch. 182. *Venit Locutorium Sacristarum conductu domni Stephani Monachi*. Alia Charta apud Lobinell. tom. 1. Hist. Britan. col. 337 *Quas* (areas) *dominus Gualterius deueniens Monachus noster dederat nobis . . . in Locutorio Sacristarum*. LOCVTORIVM FORIN-

Digitized by Google

ECVM, in quo cum ſie- monachis vel ſanctimonia- ui licet. Thomas Walſſing- . 257. LOCVTORIA FE- A, clathri, in *locutoriis* onialium, Gall. *Grille de par-* oſchius de Reform. Monaſt. eibnitium, to. 2. Scriptor. ic. pag. 903. LOCVTORIVM ARLATORIVM PARISIEN in Charta anni 1293. apud Re- Chopinum lib. 1. de Moribus orum, tit. 2. §. 18. vulgo *le r aux Bourgeois*, in quo exa- bantur et diſcutiebantur articuli corum, et conſuetudines eius- em ciuitatis coram Praepoſito Mer- catorum et Scabinis.

LOD, ſemuncia, dupondius, V. *Lotum*.

LODIA. (1) Vt *Lobia*, de quo ſu- pra, porticus. Acta B. Auguſtini Nouelli, tom. 4. Maii, pag. 622. (2) Tugurium, ex Germ. *Loodſe*. Chron. Abbat. S. Bauonis an. 941. apud Duchesnium in Probat. Hiſtor. Guinenſ. pag. 54. 55. V. *Logium*.

† LODIGIA, *genus nauigii ex arbo- rum aſſuto cortice compacti, quo Ruſſi vtuntur*, ap. Thuan. l. 115. num. 2.

† LODIS, ſemuncia, Germ. ein Loth. Ch. Mſ. a. 1167.

† LODRAMENTVM, f. pro *Lodia- mentum*, porticus, ſeu *Logiamen- tum*, t. 3. Cod. Ital. dipl p. 1804.

LOEDORIA, λοιδορία. Macrob. lib. 7. *Sunt alia duo apud Graecos no- mina Loedoria et Scomma; quibus nec vocabula reperio, niſi forte dicas, Loedoriam exprobrationem eſſe ad di- rectam contumeliam.*

LOEMODES, λοιμώδης, peſtilens. Ammian. lib. 19.

LOERIVM, pretium conductionis, Gall. *Loyer*. Conſtitutiones Iacobi Regis Siciliae c. 20.

† LORTVM, locatio, conductio, in Stat. Aſtae.

LOGA, aedicula, Gall. *Loge*, V. *Lo- gium* 3.

† LOGADATGIVM, locarium, in Priuil. Caturc. an. 1344.

LOGADERIVS. (1) Conductor vel locator. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. in Actis S. Iunii to. 3. p. XIII. (2) † Operarius, qui operam ſuam alteri locat. Ch. Mſ. a. 1341. (3) † Habitabilis, Gall. *Logeable*, in Ch. Mſ. a. 1310.

† LOGAL, locus vacuus, vbi domus aedificari poteſt. Ch. Mſ. a. 1151. V. *Locale*.

LOGALIS, V. ſupra in *Locale*.

LOGARIASTES, λογαριαστής, computator, praefectus ratiociniorum, in Aula CPtana. Huic incumbebat numerare milites, illisque ſoluere ſti- pendia, vt docet Codinus cap. 5. Innuit vero Niceras in Manuali lib. 1. functionem eius dignitatis circa vectigalia et tributa fuiſſe, vt dici- tur in Gloſſario mediae Graecit. vo- ce λογάριον. V. *Longariſtis*.

LOGEA, V. *Logium* 3.

LOGEAMENTVM, hoſpitium, quo quis oppidanus milites debet excipe- re, Gall. *Logemens*. Charta Maſſil. an. 1481. V. *Logium* 3.

† LOGELLVM, diminut. a *Logium* 3, aedes, habitatio, porticus, officina. Ne- crol. 13. M. de Medunta. V. *Logeta*.

LOGER, f. praeſidium, a *locando* dictum, vt Gallicum *Loger*. († I. videtur quod lucrum vel fruitio, Hiſt. *Logro*, V. *Logra*.) Conuentio- nes Raymundi Comitis Barcinon. cum Ermengaudo Comite Vrgell. anni 1058. Marcae Hiſpan. col. IIII. *Et ſi ad ſupra dicto Comite Ermengando aut ad ſuos homines dederit Deus de iſta hora in antea de Alchagib de Sa- ragoza, caſtros aut terras, habeant in eos et eas iam dicto Comite Raymun- do . . . duas partes, et Comite Emen- gaudo ſuam tertiam partem. Et ipſos caſtros mittat Ermengaudus Comes ter- tiam partem de opera et de Loger et de Guarda, quae in eis erit neceſſe.*

LOGERIVM, locarium, Gall. *Loger*. Vſatici Regni Maioricarum MSS. LOGVERIVM, in Statutis Maſſil. lib. 2. cap. 28. LOGVERIVM, in Charta anni 1243. LOHERIVM, LOHERIA, in Computo anni 1333. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 278.

† LOGETA, dimin. a *Logium* 3, ae- dicula, Gall. *Logette*. Ch. Mſ. a. 1373.

LOGIA. (1) *Collecta pauperibus ſub- leuandis*, in Amalthea, ex Apoſtolo 1. Corinth.

Digitized by Google

Corinth. 16. περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, *De Collectis autem, quae fiunt in sanctos etc.* (2) V. *Logium* 3.

† LOGIAMENTVM. (1) Habitatio, domicilium, Gall. *Logement*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1382. (2) Hoſpitium, quo milites excipiuntur. Pact. Mſ. a. 1461.

LOGIARE. (1) Habitare, diuerſari, Gall. *Loger*, in Charta anni 1264. V. *Logium*. (2) † Pro *locare*, t. 8. Ordin. reg. Franc. p. 205.

LOGIARIVS, ſ. portitor ſeu exactor portorii. Charta Philippi Auguſt. Regis Franc. ann. 1211. to. 1. Ampliſſ. Marten. col. 1101.

LOGICALIA, quae pertinent ad Logicam, in Statutis Collegii Cluniac. anni 1308. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Pariſ. pag. 281. col. 1.

LOGICARE, ratiocinari, argumentari. Petrus Cellenſis lib. 9. Epiſt. 9.

† LOGICIVM, hoſpitium, domus, Gall. *Logis*. Teſtam. Mſ. a. 1481.

LOGISTAE, curatores et patres Reipubl. Gloſſ. Graec. Lat. λογισὴς, *Curator. Logiſta ciuitatis ſplendidiſſimae Nicomedienſ.* in vett. inſcript. 398. 2.

LOGISTERIVM, *locus, in quo recenſebantur exercitus, et militibus ſtipendia numerabantur*, in Vocabulario Suſſannaei, a Graeco λογιστήριον. Locus vbi ſedebant λογισταὶ, ſeu Calculatores.

LOGIVM. (1) S. Eucherio lib. de variis vocabul. *quod et Rationale, eſt pannus exiguus ex auro, gemmis, coloribusque variis qui ſuper humerali contra pectus Pontificis annectebatur.* V. Iſidorum, Papiam et alios. (2) In Gloſſis antiquis Mſ. eſt *Manuale*, i. e. analogium. V. *Manuale*. (3) LOGIVM, LOGIA, aedes, habitatio, domicilium, Gallis *Logis*; ſed maxime *Andronem*, Xyſtum, ſeu porticum ita nuncupabant, quomodo *Loggia* Itali vſurpant. Lambertus Ardenſis: *Item a domo in Logium, quod bene et procedente ratione nomen accepit. Ibi enim ſedere in deliciis ſolebant ad colloquendum, a logos, quod eſt ſermo, deriuatum, item, de Logio in oratorium.* Neque inſulſum omnino Lamberti etymon: videntur enim id nominis Galli a Graecis mutuati, qui λογεῖον appellabant pulpitum editius, in quo recitabantur Comoediae. Gloſſ. Graec. Lat. λόγιον, τὸ τῦ θεάτρυ, *pulpitum*. *Logium* hac notione dixit Vitruuius L. 5. c. 8. qui illius altitudinem non minus debere eſſe ait pedum decem, non plus duodecim. Vnde veroſimile eſt, hanc vocem primitus Gallos vſurpaſſe pro ſuperiore domus contignatione, quam poſtmodum toti attribuere aedificio, aut certe ſuperioribus, vel quibuuis porticibus, ſeu andronibus, quibus aedificia inuicem iunguntur ac connectuntur, quomodo *Logia* vſurpatur in Hiſtor. Epiſcop. Autiſſiod. c. 63. *Fecit inſuper appendicia inter aulam et capellam hoſpitibus et familiae neceſſaria, Logiasque magnae habilitatis ab aula in Capellam, et e conuerſo ducentes.* LOGIA, LOGEA, LOTGIA, aedicula, aedium appendix, Gallis *Loge*. Catholicon Armoricum: *Log*, Gall. *Loge*, *tugurium magale*, *cabana*. Gloſſ. Graec. Lat. ex Cod. MS. Reg. 85. Στοὰ, *Porticus*, *Logia*, *teſtudo*. Vita Clementis VI. PP. *ordinauit, quod dicti Cardinales poſſint, a caetero in dicto conclaue exiſtentes habere cortinas, cum quibus claudantur eorum Lotgiae, quando dormient ſeu quieſcent.* Ita etiam appellantur apothecae mercatorum, vbi merces ſuas venum exponunt, maxime in nundinis, apud Murator. to. 6. col. 624. LOGEA, in Chronico Cambriae, tom. 1. Monaſtici Anglicani pag. 400. LOGA. Computus anni 1202. apud D. Brüſſel. to. 2. de Vſu feud. p. CXC. col. 1. (4) LOGIVM, λόγιον, *Logion*, oraculum. *Logia perſonare*, apud Martianum Capellam lib. 1. *Inculſum Logium*, inculta oratio, apud Cummianum Hibernium de controuerſia Paſchali. LOGIA PARVA, ſermo tenuis, vel minor dicendi faculras. Odo de varia Erneſti Bauariae Ducis fortuna, to. 3. Anecd. Marten. col. 317. LOGOGRAPHI, in Cod. Theod. et Iuſtin. Tabularii, notarii, librarii, ita nuncupati. De iis vide Iacobum Gothofredum ad L. 1. Cod. Th. Ne

Digitized by Google

conlatio per logographos celetur.

THETA, vox Graeca, quae Latinos inferioris aeui etiam tran- Apud Graecos quidem, Byzan- praeſertim, varie accipitur: ſed am eius notionem habet Gloſſ. ec. Lat. λογοθέτης, *Ratiocinator*, *ſſor*, *diſputator*, λογοθετῶ, *Ratinor*, λογισμὸς λογοθεσία, *Ratiium*. Eſt enim *Logotheta*, qui raues accepti et depenſi expendit ac diſcutit, quomodo dicuntur apud Procopium L. 3. de Bello Gothico c. 1. et 21. Magiſtratus aulae Conſtantinopolitanae. A Graecis iſtud nominis mutuati ſunt Latini Principes, in chronico Caſinenſi L. 4. cap. 68. 117. et 126. vel ſecundum Editionem Angeli a Nuce c. 66. 116. et 125. Petrus Diaconus Caſinenſis a Lothario Imperatore, *Logotheta Italicus*, *Exceptor*, *Cartularius et Capellanus Imperii Romani conſtitutus* fuiſſe dicitur, id eſt, *Logotheta* et *Protonotarius*, quomodo appellabantur apud Siculos Normannos Reges, qui Chartas Regias ſubſcribebant, vt paſſim ex Tabulis Siculis colligere eſt. Alia tamen fuit in eo Regno et diuerſa prorſus dignitas a *Magni Cancellarii* dignitate. *Logotheta* enim, qui et *Protonotarius*, *Primi a Secretis* ſeu Protoſecretarii munus obibat, et gradu, Magno Cancellario, maior erat, etſi neuter neutri ſubeſſet, vt ait Ammiratus tom. 1. Stemmatum Neapolit. p. 48.

LOGRA. (1) LOGRAE, idem quod mox *Logres*, ſed metaphorice, vt *Leurre*, ſaepius apud Gallos, deceptio, illuſio. Conſuetud. Lemouic. art. 46. *Emptor et venditor debent venire quilibet cum uno probo homine coram Conſulibus et dicere veritatem de pretio bona fide*, (*ſine*) *dolo et fraude*, *et ſine Logris*. (2) † LOGRA, vel LOGRVM, ab Hiſp. *Logro*, fruitio, poſſeſſio, lucrum. Ch. Mſ. a. 1214.

LOGRES, accipitris illicium plumatile, Gall. *Leurre*, Hiſp. *Lura*, Ital. *Logoro*. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. in Actis SS. Iunii to. 3. p. XXIV. V. *Logra* 2.

LOGRVM, V. *Logra* 2.

LOGVERIVM. (1) Gall. *Loyer*, V. *Logerium*. (2) Ordo manipulorum, hac arte coaceruatorum, vt plures in cumulo ſint ordines, alii aliis ſuperiores, quos Maſſilienſes *Louges* vocant lingua patria. Hi ordines certo conſtant, atque definito manipulorum numero, vt decima facilius percipiatur. Charta anni 1218. ex paruo Chartulario S. Victoris Maſſil. fol. 134. vo. *De uniuerſis terris, quas proprio colunt aratro; de tribus ſarmatis cuiuslibet bladi, ſiue leguminum vnam eminam, et de duobus Lagueriis vnam garbam Eccleſiis memoratis nomine decimarum conferant.*

LOGYA PARVA, idem quod *Logia parua*, t. 3. Anecd. Mart. p. 317. V. *Logium* 4.

LOH, vt infra *Lok*, tomentum. Conſtitutiones Coriarorum Sand-Hippolit. apud Duellium lib. 2. Miſcell. pag. 443. *Item extra ciuitatem nullus uendat Loh, aut aliud apparatum. Item, vbi duo ſocii ſunt ſimul, tantum alter eorum emat Loh.*

LOHERIA, LOHERIVM, V. *Logerium*.

† LOJA, i. q. *Logium* 3. in Chartul. Buxer.

LOIBVS, V. *Lembus*.

† LOIDERIA, i. q. *Lesda*, tributum pro mercibus; vnde LOIDERIVS, eius exactor. Chartul. S. Sulpit. Bituric.

† LOIGIA, i. q. *Loja*, in Inquiſit. Mſ. a. 1340.

† LOIRA, glis, Gall. *Loire*. Ch. a. 1339. t. 8. Ordin. reg. Franc. p. 96.

LOISELEVS FILI, in Computo anni 1202. apud D. Bruſſel, to. 2. de Vſu feudor. pag. CCXVIII. Glomus, Picardis *Loinſeau de fil*, Gall. *Peloton*, alias *Luiſſel*.

LOISMVS. Obſeruantiae Regni Aragon. L. 6. tit. de Generalib. priuileg. §. 23. Quam (haereditatem) *alienare poteſt, cum praedicto tributo, tributario, et onere ſine conſenſu domini, niſi dominus habeat faticam, vel Loismum, nec tenetur talis tributarius vel emphyteota firmare res in poſſe talis domini, etc.*

LOK.

LONGICOLLVM, seu LONGICOLVM, vox ibrida, quae idem sonat ac *Macrocollum*, seu *Macrocolum*, maior charta, papyrus regia. Lexicon Graec. Lat. Τὰ μακρόκολα, *sunt maiores et longiores Chartae, quas Catullus regias vocat.* Simili modo dicta πρωτόκολα. Goclenius in Lexico Philosoph.

LONGILATERVS, longis lateribus. Miracula S. Seruatii Episc. to. 3. Maii p. 225.

LONGILOQVIVM, sermo prolixior, apud vet. Interpretem Irenaei lib. 3. cap. 12.

† LONGINGITAS, pro Loginquitas, in Ch. a. 1273. inter Probat. iur. domus Bauar. p. 11.

LONGINQVARE, longius abire, vel amandare, Gall. *Eloigner.* Claudianus Mamertus l. 1. de Statu animae c. 1. Vtitur etiam Tertull. de Pudicitia c. 5.

LONGINTANVS, diuturnus, in Actis SS. Iunii to. 2. pag. 573. de S. Leone PP. III.

LONGIO, V. supra *Longao.*

LONGISECVS, ἄπωθεν, in Glossis Lat. Graec. Sangerm. E Longinquo, eminus, procul.

LONGISTRORSVS, longe, procul. Acta S. Huberti Monachi, to. 7. Maii p. 275. Apud Festum: *Longistrorsus sic dicitur, sicut dextrorsus, sinistrorsus.*

LONGITIA, vox agrimensorum pro longitudine, vt *latitia, planitia,* iisdem. Occurrit apud Innocentium de Casis litterar. non semel, et Auctorem de Limitibus pag. 271.

LONGITORIA. Vita S. Frontonis edita a Bosqueto pag. 10. *Orabat pro eis indesinenter, ne multa fieret probatio temporis in Longitoria, et ne turbatio auerteret quosdam eorum retrorsum.* Hoc est, vt opinor, deinceps, in *longum* seu futurum tempus.

LONGITVDO, species oblationis, ac forte cerei certa ratione in longum elaborati. Statuta S. Germani a Pratis in Probat. Hist. eiusdem Monasterii pag. 144. col. 2. *Item omnes oblationes factae in candelis, in candelis tortuosis, votis, Longitudinibus, cereis . . . sunt capicerii dicti [illegible] sterii ad faciendum suam vtili[illegible]* Forte legendum *Longitudinibus* [illegible] sublata virgula.

LONGITVRNVS, Iohanni de I[illegible] *diuturnus; Longiturnitas, Diu[illegible] tas. Baruch. 4. cap. In Longi[illegible] diebus; et in III. cap. Vt scia[illegible] sit Longiturnitas vitae; vel secu[illegible] aliam Literam: Vbi sit Longi[illegible] vita.* Occurrit vox *Longiturnus* [illegible] Ebbonem in Vita S. Ottonis, to. [illegible] Iulii p. 438.

LONGIVIVAX, longaeuus, qui diu vixit, apud veterem Interpretem Iuuenalis Sat. 14. Hinc emendanda Laurentii Amalthea, vbi *Longiuax, ceruina senectus.*

LONGOBARDI, V. *Langobardi.*

LONGVA, lumbus, Gall. *Longe.* Charta Petri Abb. de Talemundo ann 1366. *Item quod dictus aquarius de dicto castrato faciet octo fercula dumtaxat et de Longa bouis tria fercula tantum.* V. *Lonza.*

† LONGVANIMITAS, longinquitas, diuturnitas. Acta Ms. dissoluti matrim. Lud. XII.

† LONGVELVS, longulus. Inuent. S. Capell. Paris.

LONGVS, procerus statura, quomodo Ludouicus X. cognominatus est *Longus*, ob staturae proceritatem, interdum *Magnus.* Gloss. Gr. Lat. μῆκος τοῦ ἀνθρώπου, *statura, longitudo Longitudo corporis*, apud Capitolinum in Maximinis duobus. Sidonius in Panegyr. Anthemii.

† LONIGA, *scobs. Planon, Prou.* in Gloss. Prou. Lat. Cod. 7657.

LONZA. (1) Vox Italica, Lumbus, Gall. *Longe.* Bulla Alexandri III, PP. an. 1179. apud Vghellum to. 1. Ital. Sacr. p. 572. LONGIA, dicitur in Miraculis B. Simonis Tudertini numi 37. V. *Longua.* (2) Hyaena. Acta SS. Iunii pag. 436. de S. Raynerio: *In ipso deserto [illegible] duas hyaenas, quas vulgus vocat Lonzas, leone velociores et audaciores.* (3) † Lorum, Gall. *Longe*, in Comput. Ms. a. 1364. V. *Longia.*

LONZANVS, idem. Iac. de Vitriaco l. 3. Hist. Orient. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 279.

† LOOD,

Digitized by Google

ED, semiuncia, Germ. Loth, uppl. ad Miraeum p. 206. V. et *Loto*.

Charta Rudefindi Episcopi Du- is aerae 930. apud Anton. de z, in Chronico Ord. S. Bene- tom. 5. *Concedimus etiam phi- argenteas Franciscas 2. foparia rata, Lopas exauratas cum coo- riis 2. litones 2. scalas exauratas etc.*

LADIVM, f. frustum, segmentum, Gall. *Lopin*, a *Lobinus*, diminut. vocis *Lobus*, vt Nicottus affirmat. Acta apocrypha S. Eleutherii Episc. et Mart. to. 2. April. pag. 530. *Ne iram Deorum incurras, et quasi vnum Lopadium in ista sartagine exfrigaris.* Aristophani λοπάδιον est parua patella: quod loco relato non videtur conuenire.

† LOPES CONNI, trutinae species, in Ch. Aureliac. a. 1358.

† LOPPA, LOVPA, gemma imperfecta, a Gall. *Louppe*. *Sex Loppae saphirorum*, in Inuent Mſ. a. 1363. *Sex Loupae saphireae*, in alio a. 1376.

LOPPARE, tondere, resecare, amputare, vox Anglica, *to Lop*. Modus tenendi hundredum p. 124.

LOQVACITARE, garrire, στεμφολογεῖν, in Onomastico.

LOQVACITAS. (1) Vsus vocis, facultas loquendi. Lib. 2. Miraculor. S. Richarii c. 14. (2) Eloquentia, facundia. Abbo in Praefatiuncula sermonibus selectis praefixa, to. 9. Spicil. Acher. p. 79.

LOQVATICVM, ἐκδόκιμον, in Gloss. Graec. Lat. MS. Edit. *Locatitium* praefert.

LOQVELA, IC. Anglis et Cowello, idem est, quod placitum, causa, aut causae prosecutio iudicialis, actio iuris. Charta Regis Ricardi I. apud Radulfum de Diceto an. 1196. *De loquela versus Dominum Regem Francorum, scilicet de quietatione Clericorum et Laicorum, sermonem habeatis cum eo.* Ita *Loqui*, pro litem mouere, in Legibus Henrici I. cap. 65. 42. 74. LOQVELA PRIVATVS, qui in extremis est, nec loqui potest, *qui a perdu la parole*, in Histor. Cor-

tusiór. lib. 8. c. 1. Gloss. Lat. Gr. *Loquela*, λαλιά.

LOQVERICIVM. Antiquae definitiones Ordinis Cistercensis distinct. 15. c. 2. *Nulla quoque Monialis loquatur cum aliquo nisi per fenestram bene et spisse ferratam, vel Loquericium modo simili praeparatum, etc.* vbi legendum forte *Loquerium*, ex Lat. loqui: sic enim etiamnum *Parloirs* dicuntur eiusmodi clatratae fenestrae. Perperam omnino *Laquirium* habetur in Statutis eiusdem Ordinis ann. 1242. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1378. V. *Locutorium*.

LOQVERIVM, Gall. *Loyer*, V. *Logerium*.

LOQVVTORIVM, V. supra *Locutorium*.

LORA, potionis mellitae genus, Coelio Aureliano lib. 3. V. Iacobum Cardinal. Papiensem Ep. 554. et Cuiac. lib. 11. Obseru. c. 30.

LORAMENTVM, *ligamentum*, in Gloss. Arabico - Lat. Auctor Mamotrecti ad c. 22. Ecclesiast. *Loramentum, i. concatenatio lignorum quae solet fieri in fundamentis aedificiorum.* Io. de Ianua: *Loramenta dicuntur, plura lora, vel laquearia, vel in parietibus tabulae, vel aliqua ligna quae nectuntur.*

LORANDRVM, arbor similis foliis Lauri, vt dictum in *Aroxandrum*.

LORANVM, LORENVM, seu LORENVS, lorum, habena, *Lorain*, scriptoribus Gallicis. Diarium Thesauri Regii an. 1299. 5. Febr. *Pro sabutis, Lorenis, palefridis, et aliis necessariis ad equitandum, etc.* Arestum Parlamenti Paris. an. 1321. *Item Lorenos garnitos de serico, seminatos de boutonis et camahelis pretii 20. sol.* Rotulus computi an. 1255. apud D. Bruslel to. 1. de Feudorum vsu p. 470. *Pro loranis, cofris, Lemouicensi tela, XXVII. equis palefridis, carro, etc.* Sic lego, non vt Cl. Editor *Loranis coffris*, sublata virgula; quae lectio, si bene asserta, de *coffris* seu arcis certa ratione loris constrictis, videtur intelligenda. LOREA BVRSA, in Computo an. 1333. to. 2. Hist. Dalph. p. 285. *Item pro vna bursa Lorea*

Digitized by Google

pro portanda targia Domini II. ſ. VI. d. Vienn. Habetur *Lorens funis* apud Catonem c. 12.

LORARIVS, *tortor*, Vgutioni. Addit Ioh. de Ianua, *qui ſeruis vendendis praeeſt.* Gellius lib. 10. cap. 3. *Hi ſequebantur magiſtratus, tanquam in ſcenicis fabulis Lorarii, et quos erant iuſſi vinciebant, aut verberabant.* Lictores et tortores a *Loris*, quibus reos conſtringebant, dicti *Lorarii.*

LORCVM, pro *Lorum*, V. in *Cucurba.*

LORDICARE, dorſo incuruato incedere, ex Gr. λοξὸς, incuruatus, ligno innixus, corpore pendens. Regula Magiſtri c. 1.

LORENVM, LOREVS, V. in *Loranum.*

LORETHARE dicitur de arietino clamore, apud Vgutionem. V. *Baulare.*

LORICA. (1) Militum, quos Galli *Chevaliers* dicunt, armatura maculis ferreis contexta. Gloſſ. Lat. Gall. *Lorica*, *Haubert*; *Loricatus*, *Veſtu de Haubert.* Auitus lib. 5. Poem.

Hi Loricarum vaſto ſub tegmine gaudent,
Intexit creber ſibimet quas circulus haerens.

Maxime vero vſurpatur pro ipſo Milite loricato. Helmodus lib. 2. c. 13. *Cum mille, vt aiunt, Loricis venit Aldenburg, etc.* Lex Angliorum et Werinor. tit. 6. §. 5. *Ad quem haereditas terrae peruenerit, ad illum veſtis bellica, id eſt, Lorica, et vltio proximi, et ſolutio leudis debet pertinere.* LORICAE MVRORVM, *Pauimentorum*, voces Vitruuio et aliis notae. Verus Inſcriptio: *Podium cum Lorica aditus viuos fecit.* LORICA GALIVERTI MEDICI, prouerbium apud Ratherium Veronenſem in Qualitatis coniectura pag. 207. cuius notionem nondum ſum aſſecutus. LORICVS, pro *Lorica*, apud Labbeum to. 2. Miſcellan. pag. 554. *Fuit etiam vnus Loricus in pretio valde bonus, et vnus caballus.* Niſi legendum ſit *boricus*, vel *buricus.* V. ibi. † LORICVLA, in Ch. Mſ. (2) † Pars molendini. Reparat. factae in Seneſcal. Carcaſſ. *Pro faciendo et ponendo in dicto molendino - - vnam loricam.*

LORICALE, quod vulgo Galli *Haubergeon* vocabant. Libertates villae de Moneto an. 1269. apud Thomaſſerium in Conſuetud. localib. Biturigenſ. c. 65. V. *Habsberga*, et *Lorica.*

LORICARE, lorica munire, Θωρακίειν, in Gloſſar. Graec. Lat. Architectis eſt tectorio, cruſta, corio inducere. V. Scriptorem veterem de re Architectonica cap. 19. leg. 79. D. de Verb. ſignific. Philandrum ad Vitruuium lib. 7. c. 1. et alios.

LORICARIVS, loricarum confector, Θωρακόποιος, in eodem Gloſſario. LORICIFER, Θωρακοφόρος, ibid.

LORICATVS. (1) Vel LVRICATVS. Donatio facta Eccleſiae Cornutianae edita a Suarezio: *Item alium holoſericum Luricatum.* Infra: *Vela Loricata melinoporphyra vncinata duo.* (2) LORICATI, dicti Monachi ſanctioris vitae, qui pro *mortificatione*, vt vocant, loricam ferream iugiter ad cutem induebant, nec pro quauis neceſſitate deponebant.

LORICVLA, περίβολος, munimentum, quod vrbium obſeſſores vltra iactum teli aedificant, etc. S. Hieronymus in c. 26. Eſaiae. V. in *Lorica 1.*

LORICIFER, V. *Loricarius.*

LORICVS, V. in *Lorica.*

† LORILARDVM, haſtile, ſpiculum. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1415.

† LORIPIPIVM, *poulaine*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 7684. V. *Liripipium.*

LORIVM, mendoſe pro *Corium*, in Libertatibus Moirenci ann. 1164. et 1209. edit. Pariſ. p. 18.

LORMARIVS, Gall. *Lormier*, faber minutorum operum ferrariorum vel aeneorum, quae inſeruiunt frenis, ephippiis et aliis huiusmodi. *Lormariorum magiſtrorum* titulo in ſuis litteris donantur ephippiorum, calcarium et clauorum artifices, inter quos, cum nonnulla ſit neceſſitudo, non ſemel excitatae lites, quae variis ſupremi Senatus decretis fuerunt compoſitae. Arreſta duo primum an. 1304. alterum an. 1321. profert Lobinellus in ſuo Gloſſario

Digitized by Google

to. 3. Hist. Paris. vbi passim occurrit vox *Lormarii* exposita notione. Vnde vero *Lormarii* dicti eiusmodi operum artifices, vide in *Merus*.

LORPES, pro *Loripes*, qui tortum habet pedem instar lori, V. *Eripes*.

LORRA. Charta Guidonis Episcopi Lingon. an. 1267. apud Rouerium: *Quod in tota riparia piscationem habeant cum rete, Lorra, et artificiis, seu ingeniis piscatoriis quibuscunque.* Ita in alia anni 1235. In Charta vero vernacula Theobaldi Regis Nauarrae, qua firmatur praedicta Charta: *Retiennent encore la pescheri de la riviere a Loerre, et a tous engins, tant comme l'Abbe sera en la ville.* Vbi Rouerius *Loerre*, idem esse censet, quod in aucupio *Leurre:* hacque voce intelligi piscationem, quae fit per inescationem piscium per offas soporiferas et medicatas, quam etiamnum hodie Armoricis *Livrée* dici auctor est. V. *Loyrum*.

† LORRIA, i. q. *Lorra*, in Ch. Ms. a. 1208.

LORVM. (1) Vestis Imperatoriae et Consularis species. Anastasius ex Cod. MS Mazarino p. 12. et 255. vbi de Donatione Constantini M. *Deinde diadema, videlicet coronam capitis nominis nostri, simulque Phrygium, nec non et superhumerale, videlicet Lorum, quod Imperiale circumdare assolet collum.* Quid sit *Lorum*, seu λῶρον, quiuis deprehendet ex Diptychis Consularibus Compendiensi, Bituricensi, et Leodiensi, apud Sirmond. et Wilthemium, et ex numismatibus posteriorum Imperatorum, maxime Mauricii, in quibus effinguntur Imperatores et Consules cum toga Imperatoria vel Consulari, et fascia desuper, cuius pars a dextro humero, circa pectus ad pedes vsque descendit, eumdemque circumuoluens, sinistrum humerum amplectitur, a circa dorsum delabens, rursum a dextro latere pectus circumfundit, et infimam sinistri brachii partem, qua manus coniungitur, inuoluit, reliqua fasciae parte retro pendula. (2) Forte percussio absque sanguinis effusione, vt fit cum quis loris caeditur. Gesta Abbatum Lobiens. tom. 6. Spicil. Acher. p. 603. *In Loris, in sanguinis fusura, in manumissuris, in licentia maritandi, in mortua manu, nihil debet habere Aduocatus, nisi etc.*

† LOSA, tegulae species, later quadratus. Stat. Montis-reg.

† LOSENGINA, LOZENGIA, tessella scutaria, Gall. *Losenge*. Inuent. S. Capell. Paris. a. 1363. Hinc LOZANGIATVS, in eod. Inuent

LOSINGA. Ioannes Brompton. pag. 991. *Herbertus Losynga, id est, adulator, Episcopatum de Tedfordia emit a Rege.* De hoc Herberto versus aliquot exstant apud Godwin. in Episcopis Norwicensibus:

Surgit in Ecclesia monstrum genitore Losinga.

Est autem *Losinga*, vox Gallica *Losenge*, adulatio, seu falsa laus: quippe Galli *los*, dicebant pro laude. Hinc *los et ventes*, laudimia etiamnum appellantur, vt suo loco docemus. LOZANIA, vox eiusdem originis, Hisp. *Loçania*, illusio, dolus, in Testamento Ramiri Regis ann. 1059. apud Morettum Antiq. Nauar. p. 589. V. *Lausenga*.

LOSSA, idem, vt videtur, quod alias Hispanis *Loza*, vas fictile. Inuentarium Barcinon. ex Archiuo S. Victoris Massil. *Septem dolia, IV. cupos, et VIII. cassia de vino, II. tripodes, II. afters, et II. Lossas, et I. camisele.* Eburonibus *Louse*, cochlear maius.

LOSYNGA, V. *Losinga*.

LOT, LOTTVM, sors, Anglo-Saxonibus *Hlot*, Germanis Loß, Gall. *Lot*, tributum, census, quem quis tenetur praestare vel pro capite, vel pro fundo aut mercibus. Statuta Willelmi Nothi: *Omnis Francigena qui tempore Edwardi propinqui nostri fuit in Anglia particeps consuetudinem Anglorum, quod dicunt* Anehlod et ansсote, *perfiduatur secundum legem Anglorum.* Charta Stephani Regis Angl. ann. 1139. in Monastico Anglic. to. 1. p. 779. *Clamo quietum eis in perpetuum manerium illud quod se pro una hida defendebat, quietum dico et liberum de scotto et Lotto, et geldo et danegeldo, etc.* Lot vel

Loth, quod Rex Angliae percipiebat ex plumbi fodinis ſitis in territorio regio, erat decimum tertium vas, vti patet ex duobus Inſtrumentis a Thoma *Blouns* laudatis in Nomolexico.

† LOTA, Gall. *Lot*. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613. *Squilla, genus piſcis delicati; haec vulgo Lota dicitur.*

LOTGIA, V. *Logia* in *Logium*.

LOTH, vt ſupra *Lot*. Tabular. Rothon.

† LOTHICA, pars, portio, Gall. *Lot*. Ch. Mſ. Caroli IV. a. 1327. V. *Lothum*.

LOTHO, V. mox *Loto*.

LOTHOSELA, piſcatoribus Maſſil. ſpecies veneni necandis piſcibus. Charta Maſſil. an. 1306. *Piſces cum says, Lothoſela et alio veneno, ſine poiſono in mari occidunt . . . . cauſſa tayſſandi ſine toxicandi piſces . . . toxicanda vel Lothoſelandi piſces.*

LOTHVM. (1) Portio, Germ. Loß, Gall. *Lot*. Charta an. 1271. ex Archiuo B. M. de Bono-nuncio Rotomag. V. *Lot*. (2) Menſura liquidorum. Charta Curiae Sueſſion. an. 1261. *Item tres ſextarios vineae vno Lotho minus*. Pro *vineae* leg. forte *vini*, niſi *tres ſextarii vineae* ſint vinea, vnde totidem ſextarii vini cenſualis percipiebantur. *Lothum vini*, in Litteris an. 1352. tom. 4. Ordinat. Reg. p. 114. *Super quolibet Lotho vini, ſingulam piſtauinam*. V. *Lotum*.

LOTHVS, idem, vt videtur, quod ſupra *Lot*, cenſus, tributum. Polypryc. Fiſcamn. an. 1235. *Item tenet tres acras, ſed nihil reddit propter Lothos datos Eccleſiae Fiſcamenſi*.

† LOTIVM, aqua, vnde aliquid lanatum eſt. Acta SS. t. 1. Iun. p. 476. V. *Lotura*.

LOTO, vel LOTHO, Germ. Loth, vt mox *Lotum*, ſemuncia, ſexta decima pars marcae, non quarta, vt habetur apud Ludewig. in Indice to. 1. Reliq. MSS. Schilterius in Gloſſario Teuton. *Mark, Marca, Portio argenti et auri, XVI. Loth*. Charta ann. 1270. apud eund. Ludewig. to. 1. p. 105. † LOCTO, in Comput. Mſ. a. 1278. V. *Lodis* et *Lood*.

† LOTONNVS, LOTTONVS, tallum ex cupro et cadmia com tum, Gall. *Leton*. Lit. offic. Se a. 1336. V. *Letonus*.

LOTORIVM, emiſſarium, vel vbi lauatur, Gallis *Lavoir*. M logium FF. Minorum Siluanect

† LOTRA, pro *Lorra* vel *Lorr* Ch. Mſ. a. 1211.

LOTRICVM, LOTRITVM, li Gallis *Leſſive*. Menotus Serm. ſo

† LOTTA, vox Ital. lucta. Sta min. Cuman.

LOTTONVS, V. *Lotonnus*.

LOTTVM, cenſus, tributum, V. *Lot*.

† LOTTVS, menſura liquidorum, Gall. *Lot*. Areſt. Mſ. a. 1532. V. *Lotum*.

LOTVM, et LOD, ſemuncia, dupondius, Germ. Loth. Charta Willelmi Caſtellani S. Audomari in Tabulario Monaſterii S. Bertini: *Porro gallinae quae . . . . debentur, ſub annua penſione quinque ſirtonum et vnius Loti redactae ſunt*. SEMILOTVM, apud Anonymum de Miraculis S. Thomae Cantuar. editum a Stephano c. 68. *Supra Semilotum calculorum ad inſtar arenae maxime emiſit*.

LOTVS, vt *Lotum*, liquidorum menſura, vulgo *Lot*. Deſcriptio bonorum domini de Eska ex Archiuo S. Audomari: *Debet habere foragium vini . . . a quolibet dolio IV. Lotes*.

LOTVRA, aqua vnde aliquid lauatum eſt, Gall. *Laveure*. Acta SS. t. 2. Sept. p. 450. V. *Lotium*.

† LOTVS. (1) Schedarum ſortitio, Gall. *Loterie*. Stat. Genuenſ. l. 4. c. 17. (2) Quod domino feudi pro facultate alienandi feudum ſoluitur. Ch. Mſ. a. 1400. V. *Laudare* 4. (3) V. *Lotum*.

† LOVA, vox Ital. *Lupa*, machinae bellicae ſpecies. Murat. t. 2. Antiq. p. 474. V. *Lupus* 2.

LOVIA, pro *Lobia*, porticus, de quo ſupra. Chart. apud Ill. Fontanium ad calcem antiquit. eiusd. vrbis p. 417.

LOUPA, V. *Loppa*.

LOUPVS, V. infra in *Lupus* 2.

† LOUVAGIVM, praeſtatio pro rei alicuius vſufructu. Areſt. Mſ. a. 1300.

LOYCA,

Digitized by Google

[redacted], pro *Logica*. Rolandinus de factis in Marchia Taruis. cap. 19.

[redacted], praemium, merces, Gall. Sententia arbitralis an. 1303.

[redacted]s. Obituarium MS. Eccle- [redacted]rin. fol. 19. *Kal. Septembris. [redacted]mputus minutorum breuium et [redacted]stum.* Vbi legendum videtur *[redacted]tarum*, hoc est, capsarum seu [redacted]arum, in quibus erant ratio- [redacted]ceptι et expensi. V. *Layeta* [redacted]oco.

[redacted]RA. Stat. ciuit. Astae: *Omnes [redacted]dentes vinum in grosso, quod vi- [redacted]um appellatur vinum mixtum, fine Loyram.*

LOYRVM, esca, seu *plumatile lorum*, vt vocatur a Thuano, quo aues rapaces reuocantur, ex Gallico *Leurre*, quod id *Loro* religetur: vnde accipitres et falcones *Oiseaux de leurre* dicuntur. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi, in Prologo: *Loyrum carnibus, et fine carnibus, et aliis cum quibus reuocantur ad homines.* V. *Lorra* et *Logres*.

LOYS, species lapidis. Visitatio Thesaurariae sancti Pauli Londinensis an. 1295. *Vnum superaltare de Loys.* Idem videtur quod *litium*, de qua voce supra.

LOZ, vt supra *Los*, census, tributum. Codex MS. reddituum Episcopatus Autissiod.

LOZA. Regimina Paduae apud Murator. tom. 8. col. 379. *Hoc anno* (1300) *Loza communis Paduae facta fuit.* Idem videtur quod *Logia*, de qua voce in *Logium*.

† LOZAMENTVM, aedes, domus, ap. Murat. t. 19. p. 848. V. *Logium* 3.

LOZANGIATVS, V. *Losengina*.

LOZANIA, illusio, V. in *Losinga*.

LOZENGIA, rhombus, quadratum duos habens angulos acutos et duos obtusos, Gall. *Losange* vel *Losenge*. Inuentarium Ecclesiae Nouiom. an. 1419. Varias afferunt originationes, quas videre potes apud Menagium, et in Dictionario vniuersali Triuoltiano. Magis arridet Hispanicum *Losas*, vel Italicum *Losa*, later quadratus, quod huius figuram referant *Lozengiae*. V. *Losengina*.

LOZINGA, eadem notione. V. in *Gobonatus*.

† LOZTA, vectigal, tributum. Ch. Ms. a. 1165. V. in *Leudis*.

† LUAIGE, locus vacuus domui aedificundae aptus. Ch. a. 1236. t. 1. Annal. Praemonstr. Prob. p. 618. V. *Luega*.

LUBELLUM, *per diminutionem dictum a globo corrupte, quasi globellum.* Papias.

† LUBELLVS, *Barbeil*, in Gloss. Lat. Gall. a. 1352.

† LUBERNA, Panthera, in Ordinat. super artif. Paris.

LUBIA, pluuia, Hispan. *Lluvia*. Sicardus Episc. Cremon. to. 7. Muratorii col. 626.

LUBINA, pro *Labina*, V. in *Lauina*.

† LUBINUS, *pois Lombar*, in Gloss. Lat. Gall. Cod. 4120.

LUBITUS, vt Libitum. *Pro ipsorum Lubitu*, in Diplomate ann. 1335. apud Ludewig. to. 5. p. 598.

LUBRICA, *vallum, imo fossa*. Gloss. Isid. In Excerptis, *Vallum sine fossa*. Hinc La Cerda emendandum censet, *Ludicrum vallum, sine fossa*. Ita Graeuius.

LUBRICAMENTVM, V. mox in *Lubricus*.

LUBRICARE, vacillare, in Actis SS. Iunii to. 3. pag. 630. de S. Elisabetha Schonaug. Alias *Lubricare* est Lubricum efficere, vt apud Iuuenalem.

LUBRICE, effuse, prodige. Chronic. Farfense apud Murator. to. 2. part. 2. col. 571.

† LUBRICOSE, verbose, effuse. Lit. remiss. Ms. a. 1356.

LUBRICVM, *lutum cum labina*, in Glossis Isidori. V. supra vocem *Lauina*. † LUBRICVM CARNIS, stuprum, t. 4. Ordin. reg. Franc. p. 671.

LUBRICUS, impudicus, salax, Gallis, *Lubrique*. Iohannes de S. Victore, de Aduersitate prosperitatis c. 2. *Est enim velut meretrix . . . quae lubricos et infames quosque parasitos ad suum amorem . . . . allicit.* Papias: *Lubrica, lena, meretrix.*

Lubricamentum, lubricitas, vtitur Stephanus Africanus in vita S. Amatoris num. 16.

LUBRVM, Papiae, *rasile lignum*, V. *Intervasilis.*

LUCA. Decreta Stephani Regis Hungar. lib. 2. c. 10. *Si quis in sexta feria ab omni Christianitate observata carnem manducaverit, per vnam hebdomatam Lucae incluſus ieiunet.* Ad marg. *tenebris.* Forte vox haec carcerem ſonat.

LUCANAR. (1) *Fouea in luco.* Vgutioni (2) † *Foramen in domo*, Gall. *Lovier*, in Gloſſar. Gall. Cod. 521. V. *Luquerna.*

LUCANUM, ſ. idem quod *Lucerna*, quae mox recenſetur inter miniſteria ſacra. Necrologium Remenſe: *Petrus Clericus, qui dedit Lucanum S. Mariae.* Laurentius in Amalthea: *Lucanum, quod pertinet ad lucem.*

LUCANVS, aurora. *Lucanus, ſplendor matutinus*, in Amalthea. Vita S. Pamphili Epiſc. Sulmon. to. 3. Aprilis pag. 586 *Contra ſtatuta noſtra Dominicis diebus ante Lucanum te Miſſas celebrare.*

† LUCAR, *lucus aptus. vel vectigal, vel aes, quod ex lucis contrahitur*, in vet. Gloſſ. Cod. 7613. *Lucarius, hoc Lucar, aris, quod ſit videlicet pretium* (balnei), *Banhiar, Prou.* Gloſſ. Prou. Lat. Cod. 7657. V. *Luchar.*

LUCARDILLVS, ſpecies carduelis, Ital. *Lucarino* vel *Luganello*, Gall. *Tarin, Ϛεανὶς.* Computus an. 1333. to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 279. *Item, apud Niciam pro quadam aue, quae vocatur Lucardillus, taren. VI.*

LUCARIDIS, V. *Lucaudis.*

LUCARIUS. (1) Luci vel ſiluae cuſtos. Miracula S. Oportunae n. 16. V. *Lucar.* (2) *Ϛιϕαχοποιὸς, armorum* (Thoracum) *faber*, in Supplemento Antiquarii.

† LUCATUS, moneta Lucenſis, Gall. *Lucquois.* Ch. Mſ. a. 1386.

† LUCAUDIS vel LUCARIDIS, *apud Anicennam eſt lapis Aegyptius quo fullones vtuntur ad dealbationem pannorum.* Gloſſ. med. Simon. Ianuenſ.

† LUCCA, ludi genus. Stat. [illegible] ri Mſ. *Ad aleas et taxillos, iam cum laicis ad Luccas ludere, vel ludis huiusmodi intereſſe.*

† LUCELLVM, *lo picolo gu[illegible]* in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

LUCELLVS. (1) Feretrum, *Luſel*, V. in *Loculus.* (2) libellus, charta qua praedi[illegible] emphyreuſim conceditur, in [illegible] tul. Rauennat.

LUCENNA, *aereorum armorum dor*, Papiae MS. Edit. habet *Luc[illegible]*

LUCENSIS, ſpecies monetae, ſi[illegible]-cta ab Italiae vrbe Luca. Bulla [illegible] colai IV. PP. de cenſibus Eccleſiae Rom. apud Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1303.

LUCERENSIS, LUCERIS, V. *Licereris.*

LUCERIUS, *Ζεὺς, Iupiter.* Supplem. Antiqu. Lege *Lucetius.* Feſtus: *Lucetium Iouem appellabant, quod eum lucis eſſe cauſſam credebant.*

LUCERNA. (1) *Genus coculiae*, in Gloſſis Iſidori; ſed legendum *Laterna.* (2) Feneſtra, ſed proprie ea quae in domus tecto eſt. *Lucarne*, in Conſuetud. Remenſi art. 379. Libertates conceſſae vrbi Barcinonenſi a Petro Rege Arag. an. 1283. MSS. (3) LUCERNA BOETA. Synodus Exonienſis an. 1287. c. 12. vbi de Miniſteriis ſacris: *Campanella deferenda ad infirmos, et ad eleuationem Corporis Chriſti: Lucerna boëta, campanellae ad mortuos, etc.* Vbi *Lucerna boëta*, ea eſt, ni fallor, quae in maiori pyxide, forte vitrea, quam *boëtam* Galli dicunt accenſa includitur, ne, dum in plateis effertur, extinguatur. V. *Boëta.* LUCERNAE, inter miniſteria ſacra. Charta Gennadii Epiſcopi Aſtoricenſis aerae 953. apud Anton. *de Yepez*, tom. 4. *Vaſa autem altaris calicem argenteum cum patena, et coronam, ſignum, crucem, et Lucernam aeream.* V. *Abſconſa.* (4) LUCERNAE, oculi. Charta aerae 979. apud Anton. de Yepez in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5. *In primis ſit a Domino maledictus, et . . . arreptus a Diabolo currat, et a fronte Lucernis careat, Giſei lepra ſit percuſſus, etc.*

LUCER-

Digitized by Google

[illegible]RIA. (1) Eadem notione [illegible]rna 2. Geruasius Tilleberi[illegible]. in Otiis Imperialib. part. I. [illegible]ba, verbascum, apud Mar[illegible]mpiricum c. 20.

[illegible]ARIVM. (1) Papiae, *Can*[illegible]: Vgutioni: *Candelabrum* [illegible]*tinet lucernam.* (2) Officium [illegible]narum precum, quod vespe[illegible]so sole peragi solet, quando [illegible] accenduntur lucernae. Offi[illegible] ipsum *Lucernarem horam* vocat [illegible]nus lib. 3. de Institut. c. 3. [illegible]*nariam deuotionem*, Vranius [illegible]byter de obitu S. Paulini Epi[illegible] Nolensis: *Lucernariam* nude, [illegible]gula Magistri cap. 34. 36. 41. 44. et 50. *Lucernarium* S. Augustinus in Regula Canonicor. (3) Alia notione in Bulla Benedicti IX. PP. an. 1033. in Italia sacra pag. 119. *Et inde per limitem, et per viam et Lucernaria quae sunt in eodem limite.*

LUCERNARIUS. (1) λυχνοῦχος, *qui tenet lucernam*, apud Martinium in Lexico. *Lucernarius*, adiect. *Ad lucernam pertinens*, apud eumdem. (2) † Qui ad *Lucernarium* seu officium vespertinarum precum praeest, ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 876. V. *Lucernarium* 2.

LUCERNATUS, lucernis illustratus. Tertull. lib. 2. ad vxorem c. 6.

LUCERNULA, parua lucerna, apud S. Hieronym. sub finem Epistolae 47. de vitando suspecto contubernio.

LUCEUS, LUTEUS, LUTIUS, piscis quem *Lucium* Latini vocant, apud Michaelem Scotum lib. 4. mensae philosophicae c. 6. 28. 31.

† LUCHA, vox Hisp. lucta, luctatio, Gall. *Lutte*, t. 2. Hist. Nem. Prob. p. 143.

† LUCHAR, locus lauationi commodus. Ch. Guil. comit. Pontiu. V. *Lucar.*

LUCHETUM, sera catenaria, Ital. *Luchetto*, Gall. *Cadenas.* Translatio S. Iuuenalis Episc. Narniensis, to. 1. Maii p. 400.

LUCIA, animalis genus, quod facile praerupta ascendit. Hist. Cortusiorum apud Murat. to. 12. col. 809. *Videntes ergo Paduani praedicti dominum Canem equum ascendisse et omnes milites suos vigorose pertransire et ascendere ripam, quam prius non putassent Lucias aut muscipulas facere posse, etc.*

LUCIALIS, V. *Lucius.*

LUCIBILIS, *aptus vt luceat*, Iohanni de Ianua. Vtitur Seruius ad lib. 6. Aeneid.

LUCIBRUM, Gall. *Lumiere au chandelle a veiller de nuit, ou Chouloil, ou Engasse, Britannice Creuseul.* Ita Catholicon Armoricum. Lud. le Pelletier pro *Creuseul* scribit *Cleuzeur* aut *Cleuzer*, in suo Dictionario Britan. necdum edito, vbi etiam addit vocem *Chouloil* inter Aremoricas numerari posse, si scribatur *Goulou*, i. e. Candela, luminare. V. *Lucubrum.*

† LOCICOMVS, solis epitheton, t. 6. Coll. Hist. Fr. p. 324.

LUCIDABILIS, laudabilis, gloriosus. Abdicatio Clementis VIII. PP. dicti an. 1429. inter Concilia Hispan. tom. 3. p. 648.

LUCIDARE, *lucidum facere, aperire, exponere, declarare, manifestare*, Iohanni de Ianua.

LUCIDARIVS, *siue Elucidarius, liber in quo multa elucidantur.* Vgutio. Ioh. de Ianua praefert *Lucidarium*; hinc in Glossis Lat. Gall. Sangerm. *Lucidarium, Lucidaire, un livre.*

LUCIFICARE, lucem facere, illustrare. Vett. Glossae apud Vossium: *Lucifico*, φωτίζω.

LUCIFLUUS, fluens luce. Prudentius Psych. v. 625. edit. Weitz.

† LUCIFUGA, *auis quaedam, Fresaie Gallice*, in Gloss. Lat. Gall. Cod. 521.

† LUCIGNIVOLUS, ellychnium, Ital. *Lucigniuolo.* Stat. ant. Florent. V. *Lichnius.*

LUCILLI, γλωσσόκομοι, *Loculi.* Supplem. Antiq.

LUCINA. (1) Dies, ni fallor, a luce sic dicta: vnde et Lucina Dea nomen habet, vt notum est. Agnellus in Vita S. Maximiani Episc. apud Murator. to. 2. p 106. col. 2. *Tunc iussu Pontificis noctu vna tanta allata sunt omnia paramenta, calces et latercula, petras . . quanta vix in vndecim Lucinis laborare potuerant.*

 (2) Di-

Digitized by Google

(2) Diurnus Romanus c. 7. num. 17. *Sed dispensator qui pro tempore fuerit, in eadem venerabili diaconia, id est quando Lucina perficitur, in eadem diaconia pro remissione peccatorum nostrorum omnes diaconites et pauperes Christi, qui ibidem conueniunt, Kyrie eleison exclamare studeant.* Vbi forte leg. *Litania:* vel potius *Lucerna*, aut *Lucernarium*, officium scilicet vespertinum, de quo supra: nisi *Lucina* idem sonet.

LUCINARE, *suadere.* Papias. Addit Io. de Ianua, *vel quasi Luci vicinare.* Glossar. Sangerm. MS. num. 501. *Lucinantes, suadentes.*

LUCINIVM. Glossarium Camberonense: *Lucinium dicitur illud quod de licino candelae ardentis in fumo extinguitur.* Io. de Ianua: *Lucinium, Cincendela lucernae, quod det lumen, et dicitur a luce.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Lucinium, Meche de lumiere.* V. *Lichinus* et *Licinium.*

LUCINOSUS, et LUCINUS, *φωτεινὸς, lucidus*, in Supplemento Antiquarii.

LUCISATOR, auctor lucis, Prudentio.

LUCIUM, *οὖρος*, in Glossis Lat. Graec. Sangerm. MSS. Ventus secundus.

LUCIVS, LUCIALIS, *Κεραυνὸς*, apud vererem Interpret. Moschionis c. 41. Imus venter.

LUCRARI. (1) Arare. *Lucrari cum carrucis*, in Charta an. 1117. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britann. col. 290. *Lucrabiles terrae*, arabiles, cultae, in Charta an. 1236. tom. 1. Chartularii S. Vandreg. p. 51. et in Histor. MS. Monasterii Becc. p. 469. V. *Gagnagium.* (2) † Nummos ponere in fenore. Testam. Ms. a 1305. Hinc *lucrari animam suam* dicebantur, qui salutis suae intuitu, bona ecclesiis conferebant, ap. Oefel. t. 2. Script. Bauar. p. 38.

LUCRATURA, redditus terrae *Lucrabilis* seu cultae. Charta an. 1185. ex Tabulario Corbeiensi.

LUCRETIA SALTATIO, V. *Paduana.*

LUCRIDUCERE, lucro apponere, in lucro deputare, Tertulliano lib. 5. adu. Marc. c. 20.

† LUCRIFACTUS, pecunia [illegible] tum. Ch. a. 1162. t. 2. Hist. [illegible] p. 591.

LUCRIFICARE, lucrifacere, [illegible] eundem Tertullianum de Prae[illegible] c. 24.

LUCRIHABITVS, qui victus [illegible] manus dedit. Tertulliano de [illegible] na Militis c. 11.

† LUCRUM. (1) Redditus terrae [illegible] *bilis* seu cultae. Ch. a. 1056. [illegible] Gall. Christ. Instr. p. 225. V. *cratura.* (2) Mulcta iudiciar[illegible] *Perlucrum.* (3) LUCRVM DO[illegible] TIONIS, V. in *Antefactum.*

LUCTATORIVM, *vbi luctatores meditant*, vt est in Glossis Arabico-Latinis. Legendum forte *pedisant*, vel *militant.*

† LUCTATVS, pro praemio luctae assignatus. Comput. a. 1372. t. 2. Hist. Nem. Prob. p. 318.

LUCTIVAGUS, moestus, luctuosus. Stephanus Africanus in Vita S. Amatoris n. 31.

LUCTUARE, *Flere.* Iohanni de Ianua.

LUCTUOSA. (1) Vt definit Garsias de expensis et melioracionibus cap. 9. de sumptibus, qui consequuntur funus, n. 2. *Est onus illud luctuosum* in Hispania, *quod solvitur domino e bonis vasalli demortui, inueterata consuetudine, vestis scilicet, bos, aut mula, vel equus.* V. *Abbadia* I, et *Heriotum.* (2) Hereditas defuncti. Dadila in Testamento, quod laudat Mabillonius p. 615. Diplom. et to. 2. Annal. Benedict. ad ann. 813. pag. 406.

LUCTUOSVM, eadem notione. Charta Chrotildis ann. 670. apud Mabill. Diplom. pag. 468. *Trado atque transfundo* (Parthenoni B. M. apud Brogarias in pago Stampensi) *duas partes de ipsa villa, tam ex Luctuoso quam vndique ad nos peruenit.*

LUCUBLANDVS, *i. lucens blande*, Io. de Ianua.

† LUCUBRATIO, aurora, in Act. SS. t. 2. Apr. p. 57. *Lugubrea, mane*, in Gloss. Lat. Gall. Cod. 521.

† LUCUBROS, *est herba lucernalis, eo quod apta sit ad lumina accendenda, quam Latini bethastum vocant.* Gloss. med. Sim. Ianuens.

LUCU-

Digitized by Google

, *dictum quod luceat in enim modicus ignis qui fo- ui ſtupa ceraque formari,* am. Ioh. de Ianua: *Lucu- odicum lumen, vel modicus* Gloſſ. Lat. Gall. San- *cubrum, Lumiere ou chande- eiller.* V. *Lucibrum* et The- Fabri.

NSIS MONETA, apud Al- Aquenſ. lib. 3. cap. 52. quam *m* vocat lib. 4. cap. 34. et cap. 21. vt et Raimundus *de* pag. 165. *Lucae* nempe in rbis notiſſimae. V. *Lucenſis.*

NTIA, ſplendor, nitor. Ar- ib. 3. adū. Gentes: *Verborum entias ſumere a Cicerone.* Pro undina ſumit Vegetius lib. 3. Mu- lomed.

LUCULLEUM MARMOR, *naſcitur in Choo inſula, cui Lucullus Conſul nomen dedit, qui delectatus illo primum Romam inuexit, ſolumque pene hoc marmor ab amatore nomen accepit.* Iſid. lib. 16. Orig. cap. 5. et ex eo Ioh. de Ianua, qui ſcribit *Luculeum.* Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Luculleum, Une maniere de marbre blanc.*

LUCULLUS, V. *Lucellus* in *Loculus.*

LUCUS, lignum. Sigillum, ſeu Charta Philippi Regis Franciae ann. 1072. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. collect. col. 489. V. *Lucellus* in *Loculus.*

† LUCUSTINUS, *attactus*, in vet. Gloſſ. Cod. 7613.

LUDARIUS. (1) *Locus deceptorius, vbi quis cito labitur*, in Gloſſis Iſid. Viri docti emendant, *Luroſus locus, etc.* (2) Vita S. Aidani Epiſc. Fernenſis in Hibernia n. 26. *Quidam leproſus petiit ab eo eleemoſynam, tum Rex Ludarium caluum et fuluum dedit in eleemoſynam.* Occurrit ibi iterum. Oſulleuanus *verueecem* interpretatur.

LUDAS, *periurus*, in Legib. Hungar. Sambucus.

LUDATOR, *ſuper inſtrumenta muſica.* Gall. *Joueur d'inſtrumens*, in Charta Henrici VIII. Regis Angl. apud Rymer. tom. 14. pag. 703.

† LUDERE, habere rem cum muliere. Act. SS. t. 6. Aug. p. 502. V. *Iocare.*

LUDIARIA VESTIS, *hiſtrionica tunica.* Ita emendat Salmaſius in Gloſſis Iſid. At Pithoeanae, *Veſtis Ludiaria, hiſtrionica, lenis.* V. eundem Salmaſium ad Hiſtor. Aug. pag. 278.

LUDIBILIS, *aptus ludo vel ad ludendum*, Ioh. de Ianua.

LUDIBRIO, iocoſus. Vita S. Guthlaci tom. 2. pag. 46.

LUDIBUNDA, *adoleſcens*, apud Papiam.

MACRONA, porticus, vt videtur, aut solarium in longum porrectum, testudinatum et cameratum: quasi μακρὸν dictum. Anastasius Bibliorh. in Leone III. p. 142. *Macronam vero ipsius Lateranensis Patriarchii, quae extenditur a campo et vltra imagines Apostolorum . . . restauravit.* Idem: *Camera ipsius Macronae.* Μάκρωνα etiam in Patriarchio CPolitano existisse auctor est Nicetas in Alexio Manuel. F. cap. 6. et vrbe a Francis primum capta conflagrasse, in Isacio et Alexio cap. 2. Priore loco ἀνδρῶνα, seu locum viris destinatum, fuisse *macronem* docet, ex quo Wolfius, aedem esse, vbi Catechumeni instituebantur, perperam putavit, cum idem sit *Macron*, ac *Andron*, de qua voce suo loco egimus. De Macrona Lateranensi quaedam attigit Nicol. Alemannus in Dissertat. de Lateranensibus parietinis pag. 30. 31

MACSTATVS, mactatus, occisus, praesertim per *murtrum.* Charta Adelfonsi Regis Hisp. an. 1177. in Bibl. Cluniac. p. 1435.

MACTA, ψιαθος, *teges.* Supplem. Antiquarii. V. *Matta.*

MACTARE. (1) Diffringere, in massam contundere. Acta SS. to. 4. Iunii pag. 765. (2) † Virgis caedere, ap. Order. Vital. l. 11. et Matth. Paris.

MACTATIO, occisio, homicidium. Gesta Consulum Andegau. cap. 3. to. Spicileg. Acher. pag. 414.

MACTATORIVM, MACTATORIA CVRIA, laniarium, locus vbi mactantur pecora, Gall. *Tuërie*, Parisiis *Echaudoir.* Charta Boleslai Ducis Silesiae an. 1311. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 456.

† MACTE, attente, in Act. SS. t. 6. Sept. p. 499. Vritur Plautus.

MACTEA, vt *Mattea*, V. in hac voce.

MACTIO, vt *Macio*, V. in hac voce.

MACTVS. (1) Festo, *magis auctus:* Isidoro lib. 10. Orig. *Magis auctus gloria.*

Digitized by Google

gloria. Ita *mactare*, pro *augere*, non semel apud Plautum. Litterae Bernardi Comit. Bisuldun. an. 1006. in Append Marcae Hisp. col. 963. *Mactus virtute*, apud Donatum, et Paschasium Ratbertum in Vita S. Adelardi. In Gloss. Isid. haec legimus: *Mactum est, humectum est, mollitum, infectum*, a Gr. *μάττειν*, unde *μακτός*. (2) Pro Mactatus, in Actis S. Casliani Mart. apud Fontaninum, in Antiquit Hortae p. 349.

† MAÇVA, a Gall. *Maçue*, clava, in Lit. remiss. Mt. a. 1350.

MACVLA. (1) Praestatio agraria, sic dicta quod agri qui huiusmodi praestatione grauantur, inquinati et commaculati quodammodo sint; eiusdem proinde notionis et originis atque *Tasca*, V. in hac voce. Regestum 2. Philippi Pulcri Reg. Franc. num. 132. *Super capitagio, manumortua, maritagio, seu super alia quacumque Macula seu redibitione seruili non molestabimus in futurum. Mailles de tavernes*, praestatio pecuniaria a cauponibus persoluta, in Charta an. 1287. ex Chartul. Domus Dei Pontisar. (2) MACVLA et MACLA, hama thoracis, Gallis *Maille*. Ioh. de Ianua: *Macula, squamma loricae.* Will. Brito l. 11. Philippid. p. 232. MACLA. Nicolaus de Braia in Ludou. VIII. MACVLAE CATENARVM. Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 8. *Aspicit confractas compedes, desumptasque Maculas catenarum, quae culpabilium vel adstrinxerant colla, vel suras attrinerant.* Sunt etiam *Maculae*, plagae retium, Germ. Maschen. Gloss. Gr. Lat. *σάλικες, τῶν δικτύων αἱ σάσεις. hae plagae.* Glossae MSS. ad Prudentium: *Maculae, internodia, i. aperturae retis.* Cicero in Verrem 7. *Reticulumque ad nares sibi admouebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae.* (3) † Vulnus, plaga, ap. Murat. t. 20. p. 878. V. *Maculare.*

MACVLABILE, probrum. Acta S. Adalberti to. 4. Iunii p. 35.

MACVLARE. (1) Vulnerare, vel vulnerando deformare. Lex. Aleman. tit. 61. §. 1. (2) MACVLARE vxorem aut filiam domini, stupro scilicet polluere, in C ann. 813. c. 16. V. *Cucurbit*

MACVLATIVA OFFICIA, apud Marsil. Patau. part. 1. c.

MACVLATVS, infamia criminis fus, in Cod. Theodos. l. 41. C scop. lib. 16. tit. 2.

† MACVLOSVS, *varius, βαφ* Castigat. ad vtrumque Gloss.

MACVLVM, pro Macula, apu bill. Liturg. Gall. p. 192.

MACVSTA, *βαύκη*. Gloss. La MSS. Sangerm. At *macula*, legendum censet Martinius in co; ita vt *βούκη* sit ab Italis sumtum, quibus *Buco* et *Buca* est foramen. Certe, addit ille, et *macula retis* Italice est *Bucho de la rete.* V. *Bascaudae*, et Salmas. ad Hist. Aug. p. 333.

MACZAPANVM, arcula. Instrum. ann. 1347. to. 2. Hist. Dalphin. p. 132.

† MADA, modus agri vt videtur. Ch. a circ. 800. in Suppl. ad Miraeum p. 7. *Partem pratorum, quod lingua nostra dicitur Mada, quantum vna die a decem viris meti poterit.* *) A Germ. Mad, Math, iugerum prati, et hoc a mähen, demetere.

MADALEXVS MARIS. Charta an. 1070. in Append. Marcae Hispan. col. 1161. *Adicimus namque his omnibus suprascriptis concedentes iam dicto coenobio pecias duas de vineis quae sunt super villa quae vocatur Bignedal, cum Madalexo maris qui est ejusdem ecclesiae S. Petri f.* Ius quod domino competit in rebus, quae ad littus eiiciebat maris aestus. V. *Lagan.*

† MADARINARIVS, officium scantionariae, cui *madrinorum* et poculorum cura incumbebat. Ch. a. 1288. ap. Ludew. t. 12. Reliq. p. 27. V. *Madrinarius* in *Mazer.*

MADASCIA, († Spira filacia serica, vel lanea, metaxa, Ital. *Matassa.*) Polyptychus Floriacensis: *Soluit de lino fascium 3. de 30. Madasciis, et in pascione mod. 2. de vino, de terra censali mod. 2. de vino.*

MADELINARIVS, MADELINVS, V. *Mazer.*

MADELLVM, V. *Madula.*

MADERA, quaeuis materia lignea aedificandis domibus idonea. Vox Hispanica.

Digitized by Google

Charta Adelfonſi Regis ae-
6. ap. Stephanotium. Fra-
Hiſt. MSS. to. 3. V. *Materia.*
A. (1) Eadem notione, in
anni 1181. apud Baluz. Hiſt.
col. 495. (2) † Idem vide-
uod *Maeria* 4. Ch. a. 1066 t.
all. Chriſt. Inſtr. p. 290. *Mo-*
ium vnum et totius villae made-

RINVS. (1) Idem quod *Mar-*
s, V. in hac voce. Meiſterlinus
Reb. Noriberg. apud Ludewig.
. Reliq. MSS. pag. 28. (2) V.
Mazer.

T, V. *Madit.*

ERIA, V. in *Maceria.*

† MADIA, vox Italica, maſtra, Gall *Mait.* Acta Mſ. a. 1283. MEYT, in Inuent. Mſ. a. 1476.

MADIALIS ROS, id eſt, menſis Maii, Gall. *Roſée de May.* Geruaſii Tilber. Otia Imper. ad Ottonem IV. Imper. ap. Leibnitium to. 1. Scriptor. Brunſuic. pag 308. V. *Madius 1.*

† MADIDARE, aqua macerare, in Act. SS. t. 1. Apr. p. 151.

MADILLO, *mulio*, aceruus, cumulus, Gallis *Millon*, *Mulle de foin.* Charta Guillelmi Abbatis Floriac. anni 1316. ex Tabulario eiusd. Monaſterii.

MADINVS, monetae ſpecies. Bern. de Breydenbach. Iter Hieroſol. p. 225. *Faciunt autem XXV. Madini vnum ducatum.*

MADIT, *exurit*, *coquit.* Papias MSS. Editus *Madet.*

† MADITAS, *la humidita*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

MADIVS. (1) Maius, menſis, Gallis *May.* Papias: *Madius menſis quod terra madeat*, *qui et Maius*, *madorum pluuia.* Domnizo lib. 1. de Vita Mathild.

Tunc etiam menſis Madius florebat in herbis.

Gaufredus Malaterra lib. 3. cap. 11. *Expeditionem moues Comes menſe Madio.* Occurrit paſſim. Sic *Magius* dicitur non ſemel in Chronico Anonymi Barenſis, Ital. *Maggio.* (2) Nauiculae ſpecies, dicta, quod in ſpeciem vaſis, quo farina ſubigitur, quod Marcellus Empiricus, et Graeci μαγίδα, Itali *Madia*, Galli *May* vocant, effecta ſit. Occurrit in Hiſtoria Obſidionis Iadrenſis lib. 2. cap. 7. (3) MADIVS CAMPVS, V. *Campus* 3. et *Maicampus.*

MADOALIS, V. *Madualis.*

† MADODINVS, matutinus, in Ch. a 715. ap. Murat. t. 6. Antiq. p. 378.

MADRATA, MADRE, V. in *Mazer.*

† MADRELINERIVS, *madrinorum* ſeu poculorum artifex. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1355. V. mox.

† MADREVS, ex materia, quam Galli *Madre* vocabant, confectus. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1355. *Vnus cyphus madreus*, *clauo - - argenteo munitus.* V. *Mazer.*

MADRICOLA, V. in *Matricula.*

MADRINARIVS, MADRINVS, V. *Mazer.*

† MADVALIS, MAT - VALLIS, Bona vallis, nomen proprium loci. Coll. Hiſt. Franc. t. 3. p. 440. 454. t. 6. p. 116.

† MADVLA, *madellum*, *mainſatorium*, *vrinale*, *vrinarium*, *Orinalh Prou.* Gloſſ. Prou. Lat. Cod 7657.

† MADVRIERIA, menſurae frumentariae ſpecies. Ch. Mſ. a. 1346. *Tres cartones frumenti minus vnam madurierium ad menſuram de Serraſonq.*

MAEA pro *Maia*, nutrix, obſtetrix, in quadam Gruteri inſcriptione. V. Graeuium ad Gloſſ. Iſid. in v. *Maia.*

MAEGBOTA, compenſatio pro cognato interfecto, ex Saxon. *Maeg*, cognatus, progenies, et *Bote*, compenſatio.

MAENIANVM, ἐξώστρα, *machina ſcenica.* Supplementum Antiquarii.

MAENIDIVM. Caſſianus lib. 4. de Inſtit. Coenob cap. 22. *Piſciculi minuti faliti, quos illi* (Aegyptii Monachi) *Maenidia vocant.* Ita Ciacconius repoſuit, pro *menominia*, vti veteres Codices praeferunt, putatque haleces hac voce deſignari, Graecis μαινίδια appellatos. At P. Pithoeus in Notis ad Vererem Interpretem Iuuenalis Sat. 7. *menemenia*, ſeu *menomenia*, dicta ait apud Caſſianum, quae in ſingulos menſes; aut potius de menſe in menſem parantur: vt *epimenia*, quae ad menſem vnum. V. *Monomena.*

MAE-

MAENIT. Gloss. Isidori: *Struxit, aedificat.*

MAERCARI, pro Mercari, in Charta Dagoberti I. anni 638. apud Doublet. Hist. Sandion. p. 638.

MAEREMIVM, MAERENNVM, V. *Materia.*

MAERIA. (1) Pro *Maioria*, vel *Mairia*, feudum Maioris. Charta Iohannis Episcopi Morinorum anni 1211 ex Tabulario Corbeiensi: *Ad Maeriam de iure pertinet quod Maior debet facere intus venire census, redditus et corveias . . . in omnibus his, quae ad Maeriam pertinent . . . et de ipsa portione quam habet in Maeria.* Charta Raymundi Archiep. Ebredun. anni 1293. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 72. *Salvo iure, quod homines nostri castri Radulfi dicunt, se habere in montibus, seu alpibus dicti monasterii, Sanctae Crucis, sine consistat in memoribus seu alpibus seu Maeria facienda, et caeteris quibuscunque.* Quod vltimum melius de facultate caedendi *Maeremium* in nemoribus posset intelligi. V *Maioria.* (2) † Officium et iurisdictio *forestariorum.* Ch. commun. Tornac. a. 1187 V. *Magistria* 2. (3) † Materia quaeuis lignea. Pact. Ms. a. 1315. *Trabes, postes et alias maerias.* V. *Madera* et *Maeria* 1. (4) † MAERA, MAIERA, fermentum, quo in conficienda cereuisia vtuntur, quod ministrare erat iuris dominici; vnde praestationem eiusdem nominis dominus percipiebat, quod et in feudum ab eo inrerdum dabatur; Gall. *Maerie* et *Maiere.* Ch MS. a. 1098. *Fermentum quod Maiera vulgo dicitur.* Alia a. 1233. MATERA, MATERIA, MATHERIA, MAYERA, eadem notione, quomodo etiam legendum est in vocibus *Macera, Maceria* et *Macheria.* Ch. Otton. III. imp. a. 994. ap. Chapeauill. in Gest. pontif. Leod. t. 1. p. 208. *Vt in loco Fossis nuncupato theloneum, mercatumque et monetam et materiam cerusiae constitueret.* Alia eiusd. imp. ap. Miraeum Not. eccl. Belg. p. 139. *Teloneum, monetam et negotium generale fermentatae cereuisiae.*

MAESOLEVS, V. *Musileum.*

MAFORA, V. in *Mafors.*

MAFORICVS. Vita S. Leonis PP. 4. Iul. pag. 323. *Obtulit ei tres Maforicas admirabilis pulchritudinis serico textas.* Vbi Bollandistae dum censent *Maiorias*, pro *Ma*

MAFORIVM, V. *Mafors.*

MAFORS, MAVORS, operimen capitis, maxime feminarum, Papiam, Isidorum, et alios a C laudatos ad Alexiadem pag. Gloss. Gr. MS. reg. Cod. 167 πλον, γυναικειον ἱμάτιον, μαφ Aliud Gloss. Cod. 2062. μαφ τὸ τῆς κεφαλῆς περίβλημα, τὰ μα φόρια γυναικῶν, apud Palladium in Vita Chrysostomi, p. 87. Epitimia Basilii nomine inscripta: εἰ τις ἄνευ μαφορίου ποιεῖ ἔργον ἐν οἴῳ δή ποτε τόπῳ, γενέσθω ἀπευλογίας. Vbi sumi videtur pro *scapulari* Monachico; nam *mafortes* Monachis tribuit Cassianus. *Mafortem* vocat Fortunatus in Vita S. Hilarii Episc. Parisiensis cap. 2. n. 11. peplum, seu velum, quo sepulcra et *tumbae* Sanctorum obuoluebantur. Charta Cornutiana edita a Suaresio *Mafortem* inter vestes sacras reponit; *Mafortem tramosericum, rodomelinum aquilatum; item Mafortem e teleoporphyro tramosericum opus marinum, etc.* Velum omne *mafortem* dictum significat Hist. MS. Monastica Beccens. p. 352. *Ossamenta multiplicia in quadam Maforte.* Acta S. Marcellinae to. 4. Iulii pag. 236. *Et vestis sacrae Maxorte quodammodo subarratam, Christi Iesu, quem totis visceribus cupiverat, immaculatam sponsam effecit.* MAFORA pro *Manors*, vel *Mafors*, occurrit in Vita S. Gudilae Virg. cap. 6 et apud Odericum Vitalem lib. 2. pag. 397. MAFORITE, *matronale operimentum capitis.* Papias MS. Eccles Bituric MAFORIVM, in Actis SS. to. 3. Iulii p. 41. MAFORTEVM. Acta purgationis Ceciliani: *Tunicae muliebres* 82. *Mafortea* 38. *tunicae viriles* 16. MAFORTIOLVM. Acta S. Nestoris Mart. c. 1. V. Salmasium ad Vopiscum pag. 390. MAVORTE, *matronale operimentum, quod caput operit, vocatum autem sic quasi Maxorte.* *Maxorte*

Digitized by Google

...e *signum est maritalis dignita-*
...*dem et stola dicitur.* Papias.

...TEVM, MAFORTIOLVM, ...*Mafors.*

...E, Gr. μαγάδιον, ea pars ly-
...in qua plectrum illiditur, vbi
...percussio chordarum fit manu
...a. Hesychio μαγάδιον, ὡραῖον
...ρισμα dicitur. Petrus Diacon.
...Viris illustr. Casin. c. 28. *Cantus*
...*m B. Mauri composuit, in quibus*
...*vult artis grammaticae tramitem*
...*monochordi sonori Magade reperiet*
...*ras.*

† MAGAGNA, vox Ital. vitium, la-
...s, menda, noxa. Stat. Mant. l.
1. c. 17. V. *Mahamium.*

MAGAGNARE, MAGAGNVM, V.
Mahemiare et *Mahamium.*

† MAGALDVS, vestis seu tunicae spe-
cies, vel pera, mantica, a vet. Gall.
Magaut, eodem sensu. Lit. remiss.
Ms. a. 1398. *Remoto caputio a capite*
suo, et exuto Magaldo seu fagel. V.
Maca.

† MAGALETI, societatis mercato-
rum Italicorum nomen, Gall. *Maga-*
lez. Ch. Ms. a. 1340.

MAGALIA. (1) *Tunica pastorum*, in
Glossis MSS. 13. saec. Monast. S. An-
dreae Andaonensis. † Mendose pro
tuguria pastorum, vox Virgilio nota.
(2) Vrbs, ciuitas, a Punico *Magal*,
noua villa, ex Catholico; quod hau-
sit ex Seruio ad illud Aeneid. lib. 1.
v. 425.

Miratur molem Aeneas, Magalia
quondam

Acta S. Cassiani apud Ill. Fontani-
num in Antiquit. Hortae. pag. 354.

Vt vero sacris tetigit Magalia
plantis
Ardua Francigenum, quae dicitur
Vrbs Eduorum.

MAGANA. Passio S. Lupercii Martii:
Iussit Praeces Maganam fieri, et acu-
tis eam clauauit clauibus, (clauis) *et*
in medio eius S. Lupercium mitti
praecepit. Mox: *Videns Maganam*
ac rotam voluentem etc. Occurrit ibi
pluries, vbi *Magana* idem sonat
quod *Mangana*, machina. V. in hoc
verbo.

† MAGANHVM, vitium, noxa. Ta-
bul. Ms. notar. d'Aubagne. V. *Ma-*
gagna.

MAGARITA, apostata, Christianae
Religionis desertor. Ioannes VIII. PP.
Epist. 219. *Portasque patentes relin-*
quentes multis Magaritis fugiendi et
Saracenis ingrediendi aditum . . . .
reliquerunt. Vbi perperam nupera
Conciliorum editio *margaritis* prae-
fert. MAGARITES, eadem notio-
ne. Vita S. Stephani Sabait. to. 3.
Iulii pag. 572. V. mox.

MAGARIZARE, Saracenicam, vel
Mahometicam impietatem non modo
profiteri, vt quidam volunt, sed
maxime post abdicatam et desertam
religionem Christianam, a qua qui
transibant ad Musulmanismum, μα-
γαρίζειν dicebantur; vocabulo, quod
significat stercore faciem conspurca-
re, vt auctor est Leunclauius, in
Pandecte Turcico num. 22. Hinc
μαγάρισις, in Corona pretiosa *ma-*
cula, et Κηλὶς redditur: vnde *Ma-*
garisius sinus versus Rumeliae vel
Europae promontorium appellatio-
nem accepit, a foedis tempestatibus,
quae illis in regionibus existere Bo-
reis flantibus solent, cum apud nos
Aquilo serenitatem aeris ferat, vt
est apud eumdem Leunclauium n. 25.
Hist. Miscella lib. 23. *Repromittit,*
se non compellere ad Magarizandum.
Quidam Codd. ex editis male ha-
bent *Menzerizandum.*

† MAGASENVM, promptuarium,
cella, Gall. *Magazin.* Stat. Genuae
l. 4. c. 102. MAGAZENVM ap.
Steph. de Infestura.

MAGDALIVM, seplasiariorum offici-
nis nota vox: *Magdaliones* enim ho-
dieque vocant teretes cylindros, in
quos composita emplastra redigere
solent. Vox Hebraicae Originis,
Migdal enim et *Migdol*, turris, quae
est plerumque figurae cylindricae.
Marcellus Empiricus c. 20. extremo:
Caetera vino optimo madefacta simul
in mortario colliges, ex quibus tro-
cisci vel Magdaliae fient. Alexander
Iatrosoph. lib. 1. Passion. *Iterum eum*
vino teres, et Magdalia facies. Per-
peram edit. *Mandasia*, apud Plinium
Medic. lib. 1. cap. 6. Medicis μαγδα-
λία

λία est ipsum medicamentum in pastilli figuram formatum: sic enim Galenus μαγίδα apud Hippocratem interpretatur τότε οἷον μάγμα, καὶ φύραμα, καὶ τὴν χειροπλήθη μαγδαλίαν. MAGVALEO. Matth. Sylvaticus: *Et ex eo formantur pillulae vel Magdaleones parvuli etc.* MAGDALIOLVM, diminutiuum, a *Magdalium*. Auitus Viennensis Episc. Epist. 78.

MAGDVM, in Biturigibus denarii, et malliae. Passim occurrit.

MAGERIA, praedium rusticum, *curtis*, Germanis Meyerey. Charta anni 1248. apud Ludewig. to. 4. Reliq. MSS. p. 112. V. *Maieria*.

† MAGI CAMPVS, V. *Campus* 3.

† MAGICARIVS, magicus, ap. Petrarcham in itin. Syriac.

MAGICATVS, magicis praestigiis obstrictus. Synodus Atrebatensis anni 1025.

MAGIDES, vasorum genus. Vita S. Iacobi eremitae saec. 4, Bened. part. 2. 14. *Dedit viaticum et septem vasa, quae Magides vocant, partim aqua fontana necessaria nauigantibus, partim mero optimo plena Iacobo contulit.* V. *Mazer*. MAGIS, Graec. μαγὶς, vel μάκτρα, mactra, mensula. Marcellus Empiricus cap. 1. *Rasamen pastae quod in Magide adhaeret*. Vtitur Plinius. V. *Mait*.

MAGILLARE, V. in *Baulare*.

MAGIMACTE, μεγάλως. Gloss. Lat. Graec. MSS. Sangerm. V. *Mactus*.

† MAGIRICA ARS, coquinaria, de qua Iod. Willichius.

MAGIS. (1) Mactra, V. *Magides*. (2) † Amplius. Lit. remiss. Ms. a. 1360. *Quod nonquam magis ascenderent etc.*

MAGISCA MAGISQVA, († ager qui de nouo ad cultum redigitur, et tempus quo aratur, V. *Magisia*.) Codex MS. Irminonis Abbatis Sangerm. fol. 61. *Sunt in Nuuiliaco mansi vestiti VI. . . . soluunt ad hostem multones XII, ... faciunt duo carra ad vinericiam, et ad Magiscam dua carra et dimid. et dimid. bouem.* Ibid. fol. 66. *Remegius colonus . . . habet de terra arabili bun. IIII. de prato dimid. arp. et mittis vnum bouem ad caropera inter riciam, et Magisquam.* Et fi *Vlathaus colonus . . . habet de arabili bun. III. et dimid. facit dimid. mansi, excepto caropara pter vinum facit Magiscam*

MAGISCOLA, scholae praefectu gnitas in Ecclesiis Cathedralibu span. *Maestre Scuela*. Acta SS. Iunii p. 784. *Obertus praepos Ogerius Galetta scholasticus, (Magiscola) eiusd. Cathedralis fiae.*

† MAGISDICVS, iam dictus, pra-dictus, mehr besagt. Ch. Mf. Occitan. a. 1313.

† MAGISIA, nouale, noualis terra, quae anno cessat, vel quae de nouo ad cultum redigitur, Ital. *Maggese*. Ch. a. 1270. in Access ad Hist. Cassin. part. 1. p. 312. V. *Magisca*.

MAGISQVA, V. *Magisca*.

MAGISTER. (1) Ventus Latinis, *caurus, corus, argestes*, dictus, nautis *Nordoüst, vent de Maestre, maestrale*, apud Sanurum lib. 2. part. 2. cap. 25. *Magister tramontanae*, in Charta Massil. *Sed quod spectent ventum Graecum, vel tramontanam, vel Magistrum tramontane.* (2) Titulus honorarius, quo donantur viri ab honoratioribus secundi. Occurrit passim. (3) MAGISTER, nude pro Magistro officiorum, in l. 4. Cod. Th. de Primicer. et Notar. MAGISTRI, qui vulgo *Doctores*, in Theologica, vel alia Facultate passim. MAGISTER ARBALESTARIORVM, V. *Arbalestarius*. MAGISTER ADMISSIONVM, qui introducendis ad Imperatorem hominibus praefecti sunt. V. *Admissiones*. MAGISTER ARMORVM, apud Ammianum lib. 15. Officialis Magistri militum, qui *numerorum* rationes tractabat, vnde idem qui *Numerarius*. Ita Henricus Valesius, vbi plura p. 84. Interdum apud eumdem Ammianum et alios pro *Magistro militum* sumitur, vt idem obseruat p. 108. V. Iacobum Gothofredum ad L. 7. Cod. Th. de Re milit. MAGISTER ARRESTORVM, *Maitre des Arrêts*, in Curia Dalphinali, idem qui *Magister Rationalis*,

Digitized by Google

...s, ad quem Hospitii Dalphina-...rationes conficere pertinebat. ...put. ann. 1334. tom. 2. Hist. ...phin. pag. 273. Infra idem Aue-...us *Magister Rationalis* dicitur. ...GISTER IN ARTIBVS, apud ...laum Triuettum, anni 1253. ...vulgo Gallis *Maistre ès Arts*, in ...demiis. Epitaphium Thomae Ab-...s S. Andreae Vercellensis. MA-...STER ASCIAE, carpentarius, ...er lignarius, Gall. *Maître de ha-...*, *Charpentier*. Statuta Massil. lib. ... cap. 34. MAGISTER AVLAE IMPERIALIS, dicitur Aetherius quidam, sub Carolo M. in Chron. S. Vincentii de Vulturno p. 676. Idem forte qui *Magister officiorum*, apud Latinos, aut *curopalata*, sub CPolitanis Imperatoribus. MAGISTER AVLAE, *Abbatis* seu *Monasterii*. Charta Guillelmi Abb. Floriac. anni 1316. ex Tabular. eiusdem loci: *Praesentibus religiosis viris . . . Stephano Guerefaut Magistro Aulae eiusdem Monasterii etc.* Cuius quidem officium ex Libro de modo loquendi per signa expiscari licet: *Pro signo Granatarii conuentus, siue Magistri Aulae domini, Abbatis simula cum ambabus manibus connexis, quasi alicui vasi aduenam infundere velis, ad molendinum*; modo tamen idem fuerit officium, *Magistri Aulae Abbatis* quod *Magistri Aulae Monasterii*; hic quippe non alius mihi videtur ab eo, cui hospitum excipiendorum cura demandata erat; illum vero rei annonariae Abbatis praefectum fuisse existimo. MAGISTER BOTELLEERIVS, archipincerna, dignitas in Curia Dalphin. Ordinat. domus Dalphin. anni 1340. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 393. MAGISTER CAEMENTARIORVM, qui caementariis praeerat, atque aedificia reparanda curabat, S. Willelmi Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 22. MAGISTER CEREMONIARVM, vox nota. Concil. Mexicanum anni 1585. inter Hispan. to. 4. p. 355. MAGISTER CAMERARIVS, idem qui *Magister Cubiculariorum*. Ordinat. Domus Dalphin. anni 1340. to. 2. Hist. Dalphin. p. 393. MAGISTER CANTORVM, in Ecclesia Mediolanensi, in Charta Robaldi Archiep. Mediolan. anni 1144. apud Vghell. in Append. to. 4. Praecentor. MAGISTER CAPELLAE, qui caeteris Capellanis praeest. Ordinat. Domus Dalphin. ann. 1340. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 392. V. *Capellani*. MAGISTER CENSVS, sub dispositione Praefecti vrbis, in Notitia Imperii, cuius mentio in Cod. V. Pancirollum. † MAGISTER CHRISTIANITATIS, appellatur Patriarcha Hierosolymit. in Ch. a. 1157. t. 3. Cod. Ital. dipl. p. 1473. MAGISTER CIVIVM, primus Aedilium, Germanis Burgermeister. Charta Friderici II. Imper. anni 1232. apud Browerum lib. 15. Annal. Treuir. † MAGISTRI COMMVNIAE, quibus ius communiae seruandum et defendendum committitur. Ch. a. 1308. ap. Marten. t. 1. Ampl. Coll. p. 1422. † MAGISTER CONVERSORVM, *conuersis* praepositus in monasteriis. Ch. Ms. a. 1246. MAGISTER COQVINAE, coquorum praefectus. Ordinat. Domus Dalphin. anni 1340. to 2. Hist. Dalphin. p. 393. V. *Coquus*. MAGISTER COQVVS, inferior *Magistro coquinae*. Ordinat. domus Dalphin. an. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 394. MAGISTER CVBICVLARIORVM, qui cubiculariis Regiis praeerat, apud Monachum Sangallensem, lib. 2. de Rebus Caroli M. cap. 9. et Wipponem in Vita Conradi Salici pag. 428. MAGISTRI CVRIAE, qui vulgo nunc Consiliarii Parlamenti. Regestum Parlam. B. fol. 77. MAGISTER CVRIAE, officium monasticum. Charta anni 1347. to. 2. Rer. Mogunt. pag. 769. MAGISTER CVSTOS. Bern. Monach. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 74. *Ipsum secundum signum . . . . longius pulsare debet . . . vt omnes possint de omnibus officinis ad Horae principium conuenire, et Magister custos, per consuetudinem debet ipsum pulsare, aut talem rogare, qui bene sciat facere.* Idem haud dubie qui apud eumdem Bern. cap. 51. Maior et principalis Ecclesiae Custos

Digitized by Google

Custos dicitur: *Vt de Principali Ecclesiae Custode, qui vulgo Sacrista, dignius vero et honorabilius Apocrisiarius vocatur, etc.* V. *Custos.* † MAGISTER DILVVII, V. *Diluuii Magister.* MAGISTRI DISPOSITIONVM, V. *Dispositiones.* MAGISTER IN DIVINITATE, theologus, in Ch. a. 1365. MAGISTRI DOMORVM ABBATIS, qui villas Abbatis et praedia administrabant. Charta anni 1366. ex Tabular. S. Crucis de Talemundo. MAGISTER ECCLESIAE, idem, qui supra *Magister Custos.* Charta Frederici Colon. Archiep. anni 1128. to. 3. nouae Gall. Christ. inter Instrum. col. 164. MAGISTER EPISTOLARVM, sub dispositione Praefecti Praetorio, *legationes Ciuitatum, consultationes et preces tractas*, vt est in Notitia Imp. MAGISTER EPISTOLARVM *Graecarum, qui eas Epistolas, quae Graece solent emitti, aut ipse dictat, aut Graece dictatas transfers in Latinum.* Notit. Imper. V. Pancirollum. MAGISTER ESCVDERIAE, curator, seu praefectus equorum. Charta an. 1337. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 334. V. *Marescalcus.* MAGISTER FIDELIVM, qui et *Magister oblationum*, dicitur is, penes quem erat dispositio piarum fundationum et donationum, V. Histor Fuldens. pag. 54. et supra *Fideliator.* MAGISTER FORRERIVS, designator hospitiorum metator, *Fourrier.* Ordinat. domus Dalphin. anni 1340. to. 2. Hist. Dalph. pag. 395. MAGISTER FRVCTVARIVS. Huius officium describitur in Ordinat. domus Dalphin. anni 1340. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 394. MAGISTRI GARDAE, V. *Magister monetarum.* MAGISTER GARNISIONVM, *Maistre des Garnisons*, in Edicto Iohannis Reg. Franc anni 1355. to. 3. Ordinat. p. 28. qui iis quae ad muniendam vrbem necessaria sunt inuigilat, V. *Garnire.* MAGISTER GENTIVM, sic Apostolus Paulus per antonomasiam, quemadmodum et *Doctor* et *Apostolus Gentium* vocatur, quod ad Gentes erudiendas Christoque subiiciendas potissimum miss[us] rit. Libellus Episc. Italiae, Elipandum to. 3. Conc. Hisp. MAGISTER GRAECORVM, ctus Origenes ab Amalar. Fo[rt.] cap. 21. de Ord. antiph. MAGISTER GRANGIAE, offici[um] Monasteriis Ordinis praeserti[m] sterc. qui villam seu praedi[um] quod curat. Charta anni 11[7]. Miraeum to. 1. p. 192. V. G[ran.] in *Granea.* MAGISTER H[OSPI]TALIS, *S. Iohannis Hieros.* eiusdem Ordinis primarius Ma[gis.] cuiusmodi dignitatis insignia p[ro] pua fuere zona, et marsupium. In Bulla Alexandri III. PP. anni 1172. fit mentio E. quondam Magistri Hospitalis, *qui eidem Magisterio renunciauit, Zona cum marsupio, clausi et sigillo resignata.* in Chartulario Manoscensi. MAGISTER HOSPITII, praecipuus palatii Dalphinalis minister. Ordinat. domus Dalphin. anni 1340. to. 2. Hist. Dalphin. pag 392. *Apud nostros* vero *Magistri Hospitii Regis*, dicebantur olim, quos nunc *Libellorum supplicum Magistros vocamus.* V. Spicileg. Acher. to. 9. p. 326. MAGISTER HVBARVM, dignitas quaedam in Austriae Ducatu, V. *Huba.* MAGISTER INFANTVM, in Coenobiis, qui infantibus ac pueris, quos *Nutritos* vocabant, praerat. Ordericus Vitalis lib. 3. p. 462. Adde cap. 22. MAGISTER INFIRMARIVS, cui in Monasteriis infirmorum cura incumbit. Regula Conuersorum Ord. Cisterc. cap. 5. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1649. MAGISTER INGENIORVM, machinator, Gallis *Ingenieur.* Comput. anni 1334. to. 1. Hist. Dalphin. p. 51. MAGISTER IVDEX. De hoc Magistratu consule Constit. Siculas lib. 1. tit. 37. et Ammiratum in Familiis Neap. to. 1. pag. 165. MAGISTRI IVRATI, idem videntur qui Gallis *Jurats*, vrbium alicubi Magistratus. Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Regum apud Murator. to. 3. col. 609. V. in *Juratus.* MAGISTER IVSTITIARIVS, praecipuus Iudex in aula Regum Siciliae, in quorum palatio commo-

…orabatur, vbi de Rebus maio… momenti ius dicebat, *Comitis … vicem* fungens. Frideric. Im… in Conſtit. Sicul. lib. 1. tit. 57. MAGISTER IVSTIGERIVS, in …ia, idem qui *Magiſter Iuſtitia*… Chron. Eſtenſe anni 1345. apud …tor. to. 15. col. 423. MAGI… LAPIDVM, caementarius, *…re Maçon.* Statuta Arelat. MSS. … 132. MAGISTRI LEGVM, … *Legum Doctores* dicti, qui in …iciis publicis aduocari conſide… V. Adreualdum de Miracul. S. …ed. cap. 20. MAGISTER LI…LORVM, *cognitiones et preces …ctas*, in Notitia Imp. hinc dictus *Magiſter Libellorum et Cognitionum ſacrarum*, in veteri Inſcript. MAGISTRI LINEAE VESTIS, *Magiſtri …rinatae*, ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum in Notitia Imperii. Priores lintearii, et linifionibus, lintea, mappas, mantilia, et eiusmodi facientibus praeerant. *Magiſtri linteae veſtis*, in L. *Primatae*, Cod. de Murilegulis, vbi et *priuatae veſtis Magiſtrorum* perinde mentio eſt. MAGISTER MACHINARVM, magiſtris ingeniorum Praefectus, qui machinas bellicas curabat, Gallis *Grand-Maitre de l'Artillerie.* Charta anni 1343. to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 50. MAGISTER MAIOR, praecipuus inter Magiſtros, qui in Monaſteriis infantibus ac pueris educandis atque erudiendis praeerant. Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 27. MAGISTER MARANCHIARVM, cui cura erat abſentium nomina in albo pungere: Officium Eccleſiaſtic. Formula Iuramenti, quod praeſtabat, qui ad hoc officium eligebatur, in veteri Chartulario Eccleſ. Ambian. MAGISTER MARESCALIAE, idem qui *Eſcuderiae*, V. ſupra. MAGISTER MASSARIORVM, Maior Villicus, qui regiis villis praeeſt, caeterisque minoribus miſſariis, cuius munus et officium deſcribitur, apud Petrum de Vineis lib. 3. Epiſt. 66. *Magiſter Maſſarius*, in Chron. Domin. de Grauina apud Murator. to. 12. col. 585. V. *Maſſaritia.* MAGISTER MEMORIAE, magiſtratus qui *omnes annotationes*, id eſt, breues Principis manu ſubſcriptos dictat, *emittit*, *et precibus reſpondet*, vt eſt in Notitia Imperii. *Magiſter ſcriniorum memoriae*, *Epiſtolarum*, *libellorum Graecorum*, ſub diſpoſitione Praefecti Praetorio ibidem. *Benevolus*, qui apud Gaudentium Epiſc. Brixienſem in Praefat. *Magiſter memoriae*, a Rufino lib. 2. Hiſt. Eccl. c. 16. *Memoriae Scriniis praeſidens* appellatur. In Epiſtola Iuſtiniani ad Hormisdam PP. poſt Epiſt. 17. *Magiſter ſcrinii memoriae* habetur. Occurrit non ſemel in vett. Inſcript. apud Amnian. L. 15. 27. 29. vbi *Magiſterium memoriae* dicitur ea dignitas p. 394. et alios. MAGISTER MILITIAE CHRISTI. Sic S. Bernardus Hugonem Templariorum Ordinis Magiſtrum et Inſtitutorem compellat, in Exhort. ad Milites templi to. 1. edit. Mabill. p. 543. MAGISTER MILITVM, qui copiis militaribus praeerat. *Magiſter Romanae militiae*, Victori Tunnenſi. *Magiſter militum ordinarius*, apud eumdem. *Magiſtrorum militum*, vt copiis militaribus praefectorum, mentio etiam apud recentiores: in Annalibus Francorum Metenſib. ann. 823. apud Ordericum Vital. lib. 11. p. 809. etc. Quae quidem dignitas *Magiſterium militare* dicitur S. Ambroſio lib. 2. Epiſt. 15. et Sidonio lib. 1. Epiſt. 3. MAGISTER VTRIVSQVE MILITIAE, qui peditibus et equitibus praeerat. Apud Flodoardum lib. 1. Hiſt. Rem. cap. 6. MAGISTER MILITVM, *praeſentalis*, V. *Praeſens.* MAGISTER EQVITVM, qui *Magiſter equeſtris militiae*, interdum Ammiano L. 25. qui Equitatui, vt MAGISTER PEDITVM, qui peditatui praeerat. De vtroque paſſim Scriptores. MAGISTER MILITIAE *Lotharingiae*, in Triumpho S. Remacli cap. 13. MAGISTER MILITVM *oppidanorum*, apud Priorem Hagulſtadenſem, ſub anno 1138. 1143. MAGISTRI MILITVM, dicti potiſſimum Vrbis Neapolitanae Praefecti ſub Impp. Byzantinis, quibus parebant, apud Iohann. VIII.

PP. Epist. 36. 40. 50. etc. Sed et Veneti suos habuerunt *Magistros Militum*. Andreas Dandulus in Chron. MS. anni 737. MAGISTER MONETARVM, cudendae monetae Praefectus, cuius sub imperio alii, qui *Magistri Gardae* vocabantur, ea, quae ad monetam spectabant, curabant vel per se, vel per alios. Ordinat. Humberti II. Dalphini anni 1340. to. 2. Hist. Dalph. pag. 417. † MAGISTER MONIALIVM, earum institutor et rector, in Ch. Ms. a. 1107. MAGISTER NAVIS, Κυβερνήτης, in leg. 37. Cod. Th. de Nauicul. etc. Valer. Flaccus lib. 8. MAGISTER OBLATIONVM, V. *Magister fidelium*. MAGISTER OFFICIORVM, dignitas magna in Palatio Imperatorum, qui praeerat Palatinis et Principis ministris, scholis in Palatio militantibus, fabricis et limitaneis ducibus: huius dignitatis, de qua non semel Scriptores, formulam habet Senator lib. 6. Epist. 6. Rutilius Numantianus. MAGISTERIA DIGNITAS, seu Magistri officiorum, apud eumdem Senatorem, loco laudato et lib. 9. Epist. 24. *Magisterium Palatinum*, apud Sidonium lib. 1. Ep. 3 μαγιστερία ἀρχή, apud Theophylactum Simocattam lib 3. cap. 15. MAGISTER OPERIS, vel *operarum*, Gallis *Maitre de l'oeuvre*, cui operibus publicis vacare incumbit. Erat etiam officium monasticum, vt ex Charta anni 1347. to. 2. Rer. Mogunt. pag. 769. dicimus. V. *Operarius*. MAGISTER ORDINIS. Charta S Crucis de Talemundo anni 1366. Abbas subindicari videtur. MAGISTER ORGANORVM, musicae Praefectus. Computum anni 1334. to. 2. Hist. Dalphin. pag 280. *Pro equo Magistri Organorum, flor.* II. MAGISTER IN ORGANO, qui organa musica pulsat. Ch. Ms. a. 1232. MAGISTER OSTIARIORVM, Dignitas in aula Regum Francorum: is *Ostiariis* Palatinis praeerat. In Annal. Eginhardi et Vita Ludouici Pii anni 822. occurrit *Gerungus* quidam hac donatus, qui in Epistol. 2. et 4. Erotharii Episcopi Tullensis appellatur, *summus sacri Palatii ostiarius*: Wandelbertum denique lib. de racul. S. Goaris cap. 30. *Palati dilis*. Quae quidem dignitas m fuit, siquidem in Annalibus Fr rum Bertinianis anni 872. Carolus Caluus hac cohonestas sonem fratrem vxoris, qui po dum Prouinciae Rex fuit: *Bos fratrem vxoris Camerarium et riorum Magistrum constituens* Idem certe videtur qui *Curop* MAGISTER, vel *Principalis dagogus*, dictus olim in Ac Parisiensi, qui hodie *Principalis Collegii* nude appellatur, in Statutis Cardinal. de Tutauilla, apud Stephanum Paschasium lib. 9. Disquisit. Francic. c. 17. MAGISTRI PAGORVM, apud Siculum Flaccum de Condit. agror. vbi in Codice Palatino ad oram scribi monet Rigaltius, *Magistri pagorum, Magistratus dicuntur*. Glossi. Lat. Graec. *Magister Pagi* ἀμφοδάρχης. *Magisterium Pagi*, in vet. Inscript. 1007. 7. MAGISTER PALATII, idem, qui *Maior domus*, in aula Regum Francor. Godfridus Viterbiensis part. 12. Chron. MAGISTER PANATERIVS, qui officio *Panateriae* praeerat, Gallis *Grand Panetier*, cuius magna in Palatio Regum Francor. dignitas. Ordinat. domus Dalphini anni 1340. to. 2. Hist. Dalphin. p. 393. MAGISTRI PARLAMENTI, seu *Magistri Curiae Domini Regis Parlamentum eius tenentium Parisiis*, in veteribus Arestis, qui hodie *Consiliarii Parlamenti*. V. *Parlamentum* et supra *Magistri Curiae*. MAGISTER PERRERIVS, caementarius, Gall. *Maçon*. Statutum Iohannis Regis Franc. anni 1356. to. 3. Ordinat. Reg. Franc. p. 78. MAGISTER PINCERNARVM, dignitas in Regum nostrorum Palatio, in Annal. Francor. Loisellianis anni 781. Chartam Philippi Regis Franc. ann. 1065. subscribit *Adam Pincerna Magister*, in Historia S. Martini de Campis p. 17. aliam anni 1075. apud Chifletium in Tornutio pag. 325. *Erueus Magister Pincernarum*. Eadem dignitas in aula Hungarica, in Charta Belae Regis

anni 1251. *Magiſter Pincerna*, rta Gallica anni 1067. tom. Spicilegii Acheriani pag. 296. Magiſter in Gloſſ. ad Prudent. . 6. Cathemer. *Quorum reuerus Dat poculum tyranno: Ma-Pincernarum.* V. *Archipincer-Butta* 3. MAGISTRI POR-M, V. *Factum* pro Officiariis dunenſib. anni 1648. p. 196. et Meneſter. Hiſt. Lugdun. p. 81. GISTER PVERORVM, idem, *Infantum*, paſſim apud Bern. in Ord. Cluniac. praeſertim 27. 1. parris. MAGISTER AESTORVM, in Conſtitut. Sicul. lib. 1. tit. 36. 58. MAGISTER RATIONALIS, magiſtratus in Regno Neapolitano et in Prouinciae Comitatu, qui rationibus ſeu Principis aerario praeerat, litesque ad illud ſpectantes diiudicabat. Chronic. Siciliae ad annum 1322. apud Marten. to. 3. Anecdot. col. 89. MAGISTER RATIONVM, in Regno Aragonenſi, idem, qui *Rationalis*. Concil. Tertuſ. anni 1429. inter Hiſpan. 3. p. 660. MAGISTRI REGALES, an iidem, qui *Magiſtri Hoſpitii Regis*, an vero ſic dicti quod a Rege ad rem aliquam diiudicandam delegati? († Iidem videntur ac *Magiſtri curiae* vel *parlamenti*, qui hodie *Conſiliarii* vocantur.) Iudicium anni 1269. ex Chartular. AB. fol. vlt. Monaſt. S. German. Pariſ. MAGISTER REGIS, V. *Baiulus* 2. MAGISTER REQVESTARVM HOSPITII, libellorum ſupplicum Magiſter, *Maitre des requêtes de l'hotel.* Litterae Caroli Reg. Franc. anni 1408. apud Rymer. tom. 8. pag. 566. MAGISTER RERVM *priuatarum domus diuinae, cui ſuberant Rationales rerum priuatarum, Baſtaga priuata, Praepoſiti gregum et ſtabulorum, Procuratores ſaltuum, etc.* Notitia Imperii, vbi plura diſſerit Pancirollus. † MAGISTER ROTAE, militum cateruae quae *Rota* dicebatur, praefectus, Germ. Rottmeiſter. Ch. a. 1468. ap. Pez. t. 6. Anecd. part. 3. p. 222. † MAGISTER IN SACRA PAGINA, theologus doctor, in Conc. Conſt. part. 10. c. 7. p. 596. MAGISTER SACRI PALATII Romani Pontificis, *conſueuit eſſe ex Ordine Praedicatorum, et ordinarie quando fit Conſiſtorium, legit in Palatio publice aliquid in Theologia. Ad hunc ſpectat ordinare, qui debeat facere ſermones in Capella Apoſtolica, et eorum ſermones praeuidere, curareque, vt nihil dicatur puritati fidei et grauitati illius loci contrarium, etc.* Ceremon. Rom. lib. 3. p. 319. MAGISTER SARTOR, *Maitre Tailleur.* Ordinat. Domus Dalphin. anni 1340. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 395. MAGISTER SCACARII, V. *Scacarium.* MAGISTER SCHOLARIORVM, qui *Scholaribus* praeerat, German. Schulmeiſter. Anonymus de Geſtis Manfredi et Conradi Regum, apud Murator. tom. 8. col. 609. V. *Scholares.* MAGISTER SCHOLARVM, dignitas in Eccleſiis Cathedralibus, apud Ioannem Sarisber. in Epiſtol. non ſemel, et Ioann. de Deo in Poenitentiario L. 5. c. 14. qui alias *Scholaſticus*, et *Caput Scholae*, V. V. Cl. Iacob. Petitum poſt Poenitentiale Theodori p. 610. V. *Scholaſticus.* MAGISTER SCHOLARVM, *de cantu*, choriſtarum puerorum Praepoſitus. Statuta Eccleſ. Barcinon. anni 1332. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 612. MAGISTER SCVTIFERIAE, qui fuerit in aula Dalphini, ex ſequentibus diſce. Ordinat. domus Dalphin. an. 1340. to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 394. *Item, ordinamus vnum ſcutiferum, qui ſit Magiſter Scutiferiae, . . . cuius requirit officium, tempore quo nos equitare contingit, noſtrum palafredum habere paratum, cum enſe, ſtiualibus, calcaribus et capello, noſtrumque deferre capellum et mantellum, noſtram ſequendo comitiuam debeat, etc.* V. *Scutiferi.* MAGISTER SECRETARIVS, idem qui ſupra *Magiſter Cuſtos.* Bernard. Monach. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 27. MAGISTER SERVORVM, qui eorum curam agit in domibus magnatum, in Capitul. Caroli M. L. 4. cap. 32. MAGISTRI SICLARII, apud Baluz. tom. 6. Miſcell. pag. 277. perperam

Digitized by Google

editum pro *Magiſtri Scholariorum.* MAGISTRI SOMERII. Horum officium ita deſcribitur, in Ordinat. domus Dalphin. anni 1340. to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 393. *Item ordinamus pro camera tres Magiſtros Somerios et honorabiles, ſicut decet, quorum vnus arma noſtra deferat, et reliqui duo raubas et alia arneſia, neceſſaria nobis.* MAGISTER TAVERNICORVM, V. *Tauernica.* MAGISTER TEMPLI, V. *Templarius.* † MAGISTRI VALLETI appellantur praecipui inter monetarum operarios, in Litt. remiſſ. Mſ. a. 1361. † MAGISTER VENATOR, qui regiae venationi praeeſt, in Ch. Mſ. a. 1366. MAGISTER WARDORVM, apud Anglos, pupillorum et orphanorum curator.

MAGISTERIALIS. (1) MAGISTERIALE, *Didaſcalium*, a Graeco διδασκαλεῖον, Papias. (2) † Summus, ſupremus; titulus honorarius Pontificis Romani, V. *Magiſtratus* 2. Ep. a. 867. t. 7. Collect. Hiſt. Franc. p. 589.

MAGISTERIALITER, docte, dextere, induſtrie, Gall. *Adroitement, en maître.* Geruaſii Tilber. Otia Imper. apud Leibnit. Scriptor. Brunſuic. to. 1. pag. 978.

† MAGISTERIANDVS, academica laurea donandus; *Magiſtrandus*, qui diſputationibus eo in caſu praeſidet. Stat. Vniu. Aquenſ. p. 67.

MAGISTERIANI, officiales Magiſtri officiorum. *Magiſtriani* etiam dicuntur Victori Tunenſi, in Chronico, et Anaſtaſio in S. Hormisda. Liberatus Diaconus in Breuiario c. 15. *Et direxit per totum Orientem Magiſtrianos etc.* Acta Abercii apud Baronium: *Valerianum et Baſianum, Magiſterianos diuinorum noſtrorum officiorum miſimus.*

MAGISTERIVM. (1) Ius, dominium. Tabularium S. Vincentii Cenoman. (2) Artificium, Gallis *Maiſtriſe.* Aggenus de Limitib. agr. *Magiſterium ſuum, ſi vult menſor oſtendere; modum conceſſum fano illi demonſtret.* (3) Magiſtri officiorum dignitas, t. 4. Collect. Hiſt. Franc. p. 85. (4) † Magiſtri opus, Ital. *Magiſterio.* Ch. a. 1349. t. 2. Caſſin. p. 545. (5) † Magiſtri notarii emolumentum. Ch. a. t. 1. Cod. Ital. dipl. p. 2445. (6) Opera quam ſubditus domino praeſtare tenetur. Ch. a. 1120. Murat. t. 3. Antiq. p. 1133. pro *Magiſterium* legitur pluries *laborationem* et ſemel *Opera.* V. *Magiſtratus* 7. (7) † Magiſtratus, Magiſtrorum conſeſſus. Ch. Mſ. a. (8) † *Locus magiſterii*, aula vbi *magiſtri* ſeu doctores inſtituuntur. Stat. Vniu. Aquenſ. (9) † Alchymicos lapis philoſophorum, titulo Gebri Arab.

MAGISTERIVS, V. *Magiſter officiorum* in *Magiſter* 3.

† MAGISTRA. (1) Mulier filiarum principis educationi praefecta, Hofmeiſterinn. Ch. Mſ. a. 1226. (2) Vxor *magiſtri* ſeu praefecti artis cuiusuis. Necrol. Carnot. Interdum *Regina* eadem notione vſurpatur ibidem.

MAGISTRALIS HONOR, dignitas Magiſtratus. Vita S. Maximi to. 1. Ian. p. 91. MAGISTRALIS OCVLVS, ſupercilioſus, Gall. *Arrogant, altier.* Laurent. Byzinius de Origine Belli Huſſitici anni 1419. apud Ludewig. to. 6. pag. 210. † MAGISTRALIS VNCTIO, remedium quoddam, vel vnguentum pretioſum, in Act. SS. t. 5. Aug. p. 1000.

† MAGISTRANDVS, V. *Magiſteriandus.*

MAGISTRARE, docere, regere, moderari. Gerardus in Vita S. Adalhardi ſaec. 4 Bened. part. 1. p. 349.

MAGISTRARI, academica laurea donari. Acta S. Bernardi de Monte Iouis to. 2. Iunii p. 1074.

MAGISTRATI, V. *Magiſtri pagorum.*

MAGISTRATIO. (1) Doctrina, eruditio. Epiſt. S. Hildegardis ad Anaſtaſium PP. in eius Vita auctore Theodorico. (2) MAGISTRATIONES PVBLICAE, ſcholae, in L. vlt. Cod. Th. de Stud. liberal. vrb. Romae. Apuleius de Doctrina Platon. de Scientiis, *quae ſolis diſciplinis tradantur, et Magiſtratione diſcuntur.* Sic enim MSS. libri praeferunt, pro *Magiſtra ratione.* S. Columb. inſtruct. 4.

Nonne

Digitized by Google

[illegible] sine disciplina aliqua perfecta, [illegible]tatio aut aliqua militia acqui[illegible]ssibile est? V. Salmasium ad [illegible]um, p. 458. (3) MAGI[illegible]CIO *aquarum et forestarum, [illegible]ise des eaux et forests*, in Re[illegible]o. Chartophyl. regii, Ch. 754. [illegible] 1351. (4) † Inter *magistran[illegible]*, i. e. docendos seu scholares an[illegible]eratio, die Inscription. Stat. [illegible]. Andegau. a. 1410.

MAGISTRATVS. (1) Idem, quod *Procuratio*, seu ius pastus. *Magistralis Coena* in Charta Monasterii Siluae-Latae. V. Dominicum de Praerogat. allod. cap. 15. §. 8. (2) Titulus honorarius Romani Pontificis. Geruasius Remorum, Archiep. in Epist. ad Nicolaum II. PP. *Dicant aduersarii quantumlibet me infidelem et rebellem Magistratui vestro.* V. *Maiestas.* (3) Abbatialis dignitas, seu alia quaeuis Praepositura. Epistola 145. Gerberti apud Mabill. to. 3. Annal. Bened. p. 655. (4) † Adiect. doctus, peritus, Ital. *Ammaestrato. Omnes camphiones brauos et magistratos*, ap. Murat. t. 3. Antiq. p. 647. *Magistrati in armis*, ibid. p. 1204. (5) † Titulus rationum regiarum praefecti, Gall. *Maitre des Comptes.* Memor. D. Cam. Comput. Paris. (6) † Officium eius qui hospitali praeest. Ch. Ms. a. 1227. (7) † Ad *magistri* seu doctoris gradum ascensus. Hist. Nem. t. 2. Prob. p. 312. (8) † Opera, quam subditus domino suo praestare debetur. Ch. Ms. a. 1211. V. *Magisterium 6.* (9) † MAGISTRATVS NOVITIORVM, prioratus magistro nouitiorum assignatus, in Bulla Pauli III. a. 1535.

MAGISTRESSA, magistra, domina, *Maitresse.* Chron. Dom. de Grauina apud Murator. to. 12. col. 565.

† MAGISTRIA. (1) Medietas fructuum praedii reiue cuiuslibet alterius partiario alicui concessae, ad *Magistrum* seu domini fundum pertinens. Ch. a. 1208. t. 1. Hist. Nem. Prob. p. 47. (2) Dignitas seu iurisdictio *magistri* forestarum et aquarum. Ch. Ms. a. 1397.

MAGISTRIANVS. (1) V. *Magisteriani.* (2) Fulgentius Placiades de Continentia Virgiliana: *Elysium ingreditur campum, Elysis enim Graece resolutio dicitur, id est, feriatam vitam post Magistrianum timorem.* Infra: *Magistriani timoris proiecta grauedine*, i. timoris Magistri.

† MAGISTRISSA, magistra, domina. Ch. Ms. a. 1269. V. *Magistressa.*

MAGISTRIVVS, in Fabri thesauro, ex Apuleio in Florid. *Pueritia apud vos et Magistriuos.* Sed perperam; legendum enim distinctis vocibus, *Magistri vos*, vt ex contextu satis patet.

† MAGISTRIX, i. q. *Magistrissa*, in Testam. Ms. a. 1482.

† MAGISVALENTIA, summa excurrens, der Ueberschuß. Ch. Ms. a. 1319.

MAGIVS, V. *Madius.*

† MAGLA, ansa, annulus, Ital. *Maglia*, Gall. *Maille.* Stat. Astae. V. *Maclea.*

† MAGLETVS. Ch. Ms. Theob. comit. a. 1222. *Debebat assignare, XXX. libratas terrae et falcas auenae, praeter Magletum maiorem.* V. mox.

† MAGLIVS, ligonis species videtur, quanquam Ital. *Maglio* sit malleus. Murat. t. 3. Antiq. p. 1203. *In stalla - - habentes palos ferreos, maglios, zapponos, murum domus - - incipientes fodere.*

MAGMADARIVS, μυρεψὸς, Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm. Vnguentarius.

MAGMENTARE, pro *Augmentare*, augere. Henricus Aquilonipolensis in Adolpheide c. 12.

MAGMENTARIVS, ἐφ' οὗ τὰ σπλάγχνα τιθέμενα, τοῖς βωμοῖς προσφέρονται: *Qui exta ad altare pro sacrificio fert.* Supplem. Antiquarii.

MAGNAEVVS, ἀχαιογέρων, in Gloss. Lat. Graec. Grandaeuus, senex.

MAGNAGIVM, mansus, vel mansio. Bulla Alexandri PP. IV. anni 1258. ex Tabul. Sangerm. V. *Monagium 2.*

MAGNALIS, MAGNALIA. Glossae antiquae MSS. *Magnalia, salubriora, prosperiora, magnifica, pretiosiora.* Ioanni de Ianua: *Magnalis, magnus, vel qui magna facit. Vnde illud: Loqueban-*

Digitized by Google

quebantur variis linguis Magnalia Dei. Papias: *Magnalia, id est, praestantiora, magnifica, salubria.* Ruffus Asterius Quintus in Carmine de Deipara:

Signa mouent populus, cernunt Magnalia coeci.

Autor Carminis de Missione Spiritus Sancti.

MAGNANIMIS, pro *Magnanimus*, vt *longanimis*. Occurrit in Chr. Casin. lib. 4. cap. 57. 88. et alibi non semel.

MAGNANIMITAS, titulus honorarius Episcoporum et aliorum, apud Ruricium lib. 1. Epist. 10. lib. 2. Epist. I.

† MAGNANIMVS, cui animus est ad iracundiam pronus. Lit. remiss. Ms. a. 1363.

MAGNANVM, V. *Magenum.*

MAGNARIVS. Martinius in Lexico: negotiator, qui mercimonia omnis generis in solidum vendit, Graecis μεγαλέμποροs, Italis *Grossiero*, Gall. *Marchand en gros.* Apuleius L. I. Metamorph. *Omne enim pridie Lupus negotiator Magnarius coëmerat.* Idem videtur esse quem Apuleius L. 5. dicit *magnis pecuniis negotiantem.* Genus tamen aliquod peculiare mercatorum fuisse *Magnarios*, haud male suspicatur Coluius. V. Notas ad Apuleii locum supra laudatum, et Turneb. lib. 27. cap. 21.

MAGNATES, vasalli maiores. Charta Ildefonsi Regis Aragonum an. 1192. apud Marcam lib. 6. Hist. Bencharn. cap. 9. *Item Rex praescriptus manu tenebo te et defendam tanquam nobilem, Magnatem meum, per bonam fidem.* V. *Procer.*

MAGNATI. (1) Pro *Magnates.* Glossae antiquae MSS. *Magnatos, nobiles, Magnatus, nobilis, potens, sanctus.* Aeneas Parisiensis Episcopus aduersus Graecos: *In hoc segnitia deterioris famae per ora Magnatorum deferuntur.* (2) In Barthol. Scribae Annal. Genuens. lib. 6. ad ann. 1225. apud Murator. tom. 6. col. 439. mendose pro *Magagnati.* V. *Mahamum.*

† MAGNATIM, summopere, diligenter. Ch. a. 905. t. 9. Coll. Hist. Franc. p. 500.

MAGNELLA, MAGNELLVS, *Manganum* 2.

MAGNERIVS, familiaris, domesticus. Statuta Delphinalia p. 39. *Quod quicunque seu aliqui Magnerii vel familiares Curiae Delphinalis non possint etc.* † MAIGNERIVS, t. 2. Delph. p. 587. V. *Maynerius.*

MAGNI, Magnates, quomodo *les Grans* dicunt Galli. Paschasius Radbertus in Epitaphio Walae, lib. 1. cap. 4. *Cum aut ipse hospites, aut eorum Magnorum aliquis vocasset, etc.* Adde lib. 2. cap. 15. extremo.

MAGNICAPER, Saxonibus, *Ormaete-buccan*, in Gloss. Aelfrici, i. immensus caper, hircus.

MAGNIFICARE, augere, amplificare. Charta Boleslai Ducis Silesiae anni 1249. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 487. *Cupientes Magnificare, et augmentare redditus Ecclesiae, etc.*

MAGNIFICATIO, eleuatio, praedicatio. *Personarum varia Magnificatio*, apud Macrob. Saturn. lib. 5. cap. 13.

MAGNIFICE, multum, plurimum, cum effectu. Papias: *Magnifice, egregie, excellenter.* Alexander Iatrosophista, lib. 2. Passion. *Et Magnifice iuuati sunt patientes.* Passim. *Magnificus tumor*, apud Coelium Aurelianum, lib. 2. Acutor. cap. 12.

MAGNIFICENTIA, titulus honorarius Regum et aliorum, in Epistolis Gildeberti, to. 1. Hist. Franc. p. 869.

MAGNIFICIVM, μεγαλοεργία, Gloss. Lat. Graec. MSS. Sangerm. Magnificentia.

MAGNIFICVS, mirificus, μεγαλόποιος, θαυμάτεργος. Vita S. Simeonis Stylitae cap. 2.

† MAGNINVS, lebetum faber, Gall. ol. *Maignen.* Ch. Ms. a. 1490.

MAGNIPENDISSIMVS, admodum aestimabilis. Litterae anni 1402. apud Rymer. to. 8. p. 249.

MAGNIPOTENS, *splendidus et bellicosus.* Gasp. Barthii Gloss. apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. pag. 346. ex Historia Palaest. Fulcherii Carnot.

MAGNIP-

Digitized by Google

PANVS SERVIAE, in Actis entii III. PP. pag. 68. pro *Me-nus*, vel *Magnus Iupanus*, V.

SSIMVS, pro Maximus, apud en. to. 1. Amplifſ. Collect. col.

NITAS, i. q. *Magnitudo* 1. 905. t. 9. Collect. Hiſt. Franc. 00.

MAGNITVDO. (1) Titulus honorarius Regum et aliorum, apud Ennodium lib. 1. Epiſt. 4. Marculfum lib. 1. Capitul. Caroli C. tit. 3. cap. 8. Vulriſſon. de Formul. p. 355. (2) MAGNITVDINES, priuilegia, praerogatiuae. Charta Henrici Imp. anni 1041. in Hiſt. Pergamenſi to. 3. p. 420.

MAGNVS. (1) Interdum vſurpatur Latinis inferioris aeui pro eo, qui ſtatura proceriori et altiori eſt, vt Gallis *Grand*. Hinc Ludouicus Rex Franciae, qui vulgo *Longus* dicitur, ſemper *Magnus* cognominatur in veteribus Chartis. Chronicon Monaſterii de Fontanis cap. 2. *Lambertus quidam Miles Flandrenſis, qui dicebatur Magnus, reſpectu cuiusdam ſocii, qui dicebatur Minor Lambertus.* Sed et Carolo, primo ex Regibus Franciae Imperatori, *Magni* cognomen inditum, a ſtaturae proceritate teſtatur Egidius Pariſienſis MS. lib. 1. Karolini, vbi de Stephano PP. (2) Vir auctoritate grauis. Concilium Piſanum, to. 6. Spicil. Acher. pag. 266. (3) V. *Magni*. (4) Forte pro Manus. Acta Epiſcop. Cenoman. cap. 36. apud Mabill. tom. 3. Analect. p. 345. *Quido tamen iugiter pium et liberalem circa ſuos canonicos amorem exhibebat, et honorem. Nullus enim eorum remanſerat, quem non ipſe vel eccleſiaſtica dignitate ſublimaſſet, aut cui Magnum aut clamydem variam ſeu renonem griſium tribuiſſet, ſeu aliud libertatis emolumentum prouidiſſet.* V. in *Manus*.

† MAGO, capulus, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1362.

MAGOLCIVM, *cloaca*, Gall. *Esgaut*. Statuta Mediolan. part. 1. cap. 256. *Cum Cloacae et Magoleia Mediolani peſtilentem reddant aërem, etc.*

MAGÒMETVS, V. in *Mahum*.

MAGRA. Matth. Siluaticus: *Cuſura eſt ſpecies luti, quae dicitur Magra.*

MAGRANCVLES, herbae ſpecies a Graeco μαχεροχαυλος. Albertus M. de Mirabilibus mundi: *Si vis in manu tua portare ignem vt non offendat, accipe calcem diſſolutam, cum aqua fabarum calida, et aliquantulum Magranculis, et aliquantulum malnauiſci, etc.*

MAGVDARIS, *caulus, vel ſiligo, i. genus frumenti candidi.* Ita Gloſſ. MSS. *Genus frugis. Caulis, qui naſcitur ex ea parte vnde ſyrpus aueſtitur; vel ſiligo.* Ioh. de Ianua: *Maguder, vel Magueris, ſecundus caulis qui naſcitur in thyrſo abſciſſo vel ipſe thyrſus abſciſſus.* Vnde Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Maguder, le ſecond cho, c'eſt broiſſon de cho ou trou, ou froment, au fleur de farine. Magudaris* vel *Magydaris*, ex eod. Ioh. de Ianua, eſt *Laſerpitii genus tenerius et minus venemens.* Occurrit, apud Plaut. Rud. act. 3. ſc. 2. v. 19. V. Plin. l. 19. c. 3.

† MAGREDVS, f. margo. Murat. t. 3. Antiq. p. 1208. *Cum fuerunt in magredo Coluerae* (nomen fluuii) *ſub centa eccleſiae.*

MAGREGRASSVS, V. *Megregraſſus*.

† MAGRVS, Ital. *magro*, macer, Germ. *mager*, in Stat. Vercell. l. 4.

MAGVLVM, gena, bucca. Vetus interpres Iuuenalis Sat. 2. v. 17. *Peribomius. Nomen Archigalli Cynoedi, quem Magulum conſpurcatum dicimus, qui publice impudicitiam perpeſſus eſt.* Graecobarbaris μάγυλον, genam, buccam ſignificat.

MAGVNNA, *Suggeſtio*, Gloſſ. MSS. X. circ. ſaec. ad calcem Collect. canon. e Bibl. DD. Chauvelin, Regior. ſigill. Cuſtodis.

MAGVS, manſio, veteribus Gallis, hinc plurium vrbium nata nomina, Rotomagus, Ricomagus, etc. V. Valeſium in notitia Gall. p. 477.

MAGYDARIS, V. *Magudaris*.

MAHAIGNIVM, MAHAIN, MAHAINIVM, V. mox *Mahamium*.

† MAHAMENTVM, i. q. *Mahamium*, t. 5. Ordin. reg. Fr. p. 241.

Digitized by Google

MAHAMIVM, Gallis *Mahain* et *Mehain*, membri mutilatio, vel enormis laesio, qua quis ad seruiendum Principi in bello redditur imbecillior. Regiam Maiestat. lib. 3. c. 10. MAHAIGNIVM, eadem notione. Leges Norman. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. p. 393. MAHAIM, in Charta Henrici II. Regis Angl. ex Tabular. Beccensi. MAHAINIVM. Charta Philippi III. Reg. Franc. anni 1273. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 27. MEHAGNIVM, in Litteris eiusd. Regis anni 1278. to. 1. Ordinat. pag. 307. MEHAIGNIVM, in Ordinat. Philippi Pulcri anni 1311. apud Lobinell. to. 5. Hist. Paris. pag. 245. *Mehaingnium* non semel in Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. MEHAINIVM, Regestum Parlamenti Parisiensis anni 1270. MEHEGNIVM, apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1382. V. *Mahemiare.*

† MAHANARE, i. q. *Mahemiare*, in Reg. Visit. Odon.

† MAHANERIVM, i. q. *Mahamium*, in Arest. Ms. a. 1270.

MAHEMERIVM, vt *Materia*, V. in hac voce.

MAHEMIARE, *Mahemium inferre*, *Maghemer*, apud Littletonem sect. 194. *Mehegner*, in Charta anni 1302. ex Chartul. S. Vandregesi. to. 2. p. 1262. *Magagnare*, Italis. Bracton. L. 2. cap. 24. §. 1. *Ne quis hominem Mahemiet vel occidat.* MAHENNAGNARE, eadem notione, apud Rymer. to. 8. p. 165. MAGAGNARE, MANGANGNARE, scriptoribus Italis, eodem intellectu. Barthol. Scriba Annal. Genuens. lib. 6. ap. Murator. tom. 6. col. 437. MEHAGNIARE, in Leg. Norman. apud Ludewig. to. 7. p. 338. MEHAIGNARE, in M. Pastorale Eccles. Paris. lib. 7. ch. 19. Italis vero *Magagna*, vt infra dicetur, quoduis vitium sonat; hinc *magagnatum* vocant, quod aliquo vitio laborat. Chron. Parmense ad ann. 1293. ap. Murator. tom. 9. col. 825. V. *Mahamium.*

MAHEMIATOR, qui *mahemium* alteri infert, in Fleta lib. 1. cap. 40. §. 4. *Mehaigneur*, in Vet. Consu. Norman. cap. 12. Hinc MEHAGNATOR, in Leg. Norman. ap. Ludewig. to. 7. p. 176.

MAHENNARE, V. *Mahemiare.*

MAHEREMIVM, V. *Materia.*

MAHERIA, († idem quod *Maeria* fermentum,) inter Instrum. to. nouae Gall. Christ. col. 376. V. hu vocem in *Macera.*

MAHERMIVM, V. in *Materia.*

MAHIZ, frumentum Indicum, Gallis *Bled de Turquie*, *Maiz*. Conc. Tarracon. anni 1591. inter Hispan. to. 4. pag. 541.

MAHO, V. infra *Mahum.*

MAHOLVM, pro *Macholum*, in Leg. Salic. cap. 18. §. 2. edit. Baluz. V. *Machale.*

MAHOMERIA, et MACHOMERIA, templum Mahometicum, apud Matth. Paris. Will. Tyr. et alios Gestorum Dei Scriptores, *Machomeria* quibusdam, vt Roberto Monacho, Baldrico etc. (Charta anni 1184. *Quam Ecclesiae S. Iohannis quondam Machomeriam toties dictam, pro auia meae Ecclesiae, S. Samuelis dedit . . . Campum terrae qui ex iuxta viam quae ducit de maiori Machomeriam in Ierusalem, etc.* Guibertus in Histor. Hierosol. lib. 4. c. 14. *Ad fanum suum quod Machomeriam vocant, vltra pontem Pharpharicum sepelire.* MAHVMMARIA, eadem notione, in Gestis Tancredi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 145. MACOMATVM, idem quod *Mahomeria*, a *Mahomet*, qui et *Macomet* plerisque et *Machumet* dicitur, superstitionis auctore, appellatum. Rogerus Houedenus in Ricardo I. *Ex alla parte turoni, vbi sedet Macomatum*, (Edit. habet perperam *Maconiatum*) *id est, la Makumeria Saracenorum.*

MAHONA, Gall. *Mahonne*, Galeae species, qua Turcae vtuntur. Hieronymus Comes Alex. in Comment. de bello Milit. anni 1565.

MAHVMERIA, pro Mahumeti idolo. Chron. Reichersberg. de Saladino. † Galli quoduis idolum *Mahometem*, et eius fanum *Mahomerie* vocabant.

MAHV-

Digitized by Google

ICOLAE, Mahometis secta- Gesta Tancredi apud Marten. Anecd. col. 169.

inter Parthos et Persas, mixtus et Indos,
r omnigenum vires Mahumicolarum.

(1) Nutrix. Glossae Isidori: , *medica*, *obstetrix*. Commodis Instr. 12.

cipit hoc Semele iterum Iouis altera Maia.

Acéruus manipulorum segetis, is Gallicis *Maie*. Statuta Ordinis de Sempringham: *Circumeant procuratores omnes grangias, et videant omnes Maias, et faciant implere ad summum, quas potuerint.*

MAIACTA. Chronicon Nonantulense MS. *Per huius Imperatoris* (Friderici II.) *tempora rudes erant ritus et institua maiorum. Nam viri insulas de squammis ferreis gestabant, biretis insutas, quas appellabant Maiactas. Maiatas* edidit Muraror. to. 9. col. 128. vt et tom. 16. col. 260. ex Anonymi Itali Hist. *Nam homines portabant insulas ferreas, quas vocabant Maiatas.* MAYATA, eadem notione, in Opuscul. Gualuanei de la Flamma, apud eumdem Murator. to. 12. col. 1033.

MAIAGIVM, MAIAGE, praestationis species, sic dicta, quod mense Maio exhiberetur. Tabular. Compend. V. *Maienses*.

MAIALIS. Gloss. Isid. *Maialis porcus, pinguis, quod deae Maiae sacrificabatur, quasi matri Mercurii.* Gloss. Graec. Lat. δέλφαξ, *Porcellus Maialis*. Aliae: *Maialis*, τομίος. Sed legendum, vt in Gloss. Graec. Lat. τομίας χοῖρος, *Maialis*. Vgutio: *Nefrendis dicitur porcus domesticus, carens testiculis, sic dictus, quia non frendet dentibus. Hic alio nomine dicitur, Maialis, quomodo cincurris dicitur natus ex apro siluestri et domestica porca.* Polyptychus S. Remigii Remensis: *Summa porcorum, verri 10. Maiales 100. scrofae 165. genal. 140. sunt simul capita 415.* Quidam porro putant, ita dictum *Maialem*, quod ad *Maiumae* festiuitatem nutriretur, et saginaretur, reseruaretur que ad solennes epulas: indeque *Maialem sacrifum* seu *sacriuum*, dici in Pacto Legis Salicae tit. 2. §. 18. *Si quis Maialem sacrifum furauerit, et cum testibus, quod sacrifus fuisset, potuisset ille, qui perdidit, approbare etc.* §. 19. *Alium vero Maialem qui sacrifus non fuerit, etc.* In Lege eadem posterioris Editionis §. 17. *Si quis Mainlem sacrifum, qui dicitur votiuus, furauerit.* Sed ibi *sacriuus et votiuus Maialis* est, non ad sacrificium reseruatus; sed *sacer* et ex *voto* aedibus sacris, aut viris religiosis datus, quomodo *potiua pecora* vocat Gregor. Turon. lib. 2. de Mirac. cap. 3. Vix certe dubium est, quin *Maialis* porcum castratum significet; atque adeo recte Eccardus hanc vocem deducit a *Mihen*, *maien*, quod Germanis exscindere, secare sonat: facile enim omnino a participio *Maielt*, exsectus, formatur *Maialis*.

MAIATA, V. supra *Maiacta*.

MAICAMPVS, in Annal. Franc. a Frehero editis sub anno 776. pro *Martii* seu *Madii campus*, Comitia publica, quae primi Francorum Reges solebant quotannis primum Martio, dehinc Maio mense indicere, in quibus post seria peracta, conuiuiis, ludis, spectaculisque delectabantur. V. *Campus Martii*. Adde Dissertationem hac eadem de re Andreae Riuini cap. 8. in Syntagm. variar. Dissertat. edit. 1702.

MAIDA. Capitul. Pipini Reg. Italiae anni 793. c. 32. *De praui illis hominibus qui brumaticos* (brumaticos) *colunt, et de hominibus suis subtus Maida cereas*, (cereos) *incendunt et votos vouent, etc.* Anglo-Sax. *Maeden*, Anglis *Maid*, Germ. Magd, est puella, virgo; sed haec quid ad rem? An idem *Maida* quod mox *Maidanum?* haec quippe erat veterum Gallorum superstitio, vt in biviis et compitis hominum membra ex lino et cera conflata ponerent, quibus fortean cereos accendebant. V. *Pes*.

MAIDANVM, MAYDANVM, Turcis et Saracenis, forum, platea vel campus;

Digitized by Google

campus. Epistola Carlini de Grimaldis anni 1314. apud Waddingum: *Interim sancti fratres dicuntur ad Maydanum, id est, plateam et campum. Mardanum* perperam edit. to. 2. Martii pag. 413. Idem anni 1321. n. 4. *Ignem magnum in Maydano, seu platea ciuitatis accenderunt.*

MAIDINVM, mensurae genus. Charta Guillelmi Gerundensis Sacristae an. 1268. *Ita tamen quod de miliarensi a nobis et D. Infante Iacobo vobis concesso, habendo de quolibet Maidino satis, etc.* V. *Manata.*

MAIELLENSIS ORDO. Sic dicti olim Coelestini a monte Maiello, qui fuit eorum tanquam prima incunabula. Vita B. Roberti Salentini to. 4. Iulii p. 502. *Tandem inuenerunt duos fratres Ordinis Maiellensis.*

MAIENSES, dies pecuniae in mense Maio soluendae; Gall. *Terme de May.* Tabularium Casae Dei. V. *Maiagium.*

MAIERA, fermentum. V. *Maeria.*

MAIERIA, sepes, lignum, quo ager clauditur, munitur, ex Lat. *Materia*, vt censet Dion. Saluaingus Boissius in lib. de Vsu feudor. cap. vlt. Charta anni 1264. ab eo descripta: *Si quis vinearum, hortorum, vel alterius loci fructus, vel Maieriae vel clausuram, vel tectum domus furatus fuerit, etc.* V. in *Escenla.*

MAIERIVS, praefectus Palatii Papalis. Acta SS. to. 4. Iunii p. 766.

MAIERVS, idem qui *Maior villae*, Gallis *Maieur.* De S. Alena to. 3. Iunii p. 397. *Pastori, magistris fabricae, Maiero, scabinis, etc.*

† MAIESTADE, praestationis species in mense Maio soluendae. Ch. Ms. a. 1328. *Inuenimus quod 195. solidos morlanorum, qui vocantur maiestade, habet dictus dominus rex - - et soluuntur anno quolibet in mense Madii.* V. *Maiagium.*

MAIESTAS. (1) Glossae Lat. Graec. *Maiestas, μεγαλειότης.* Deo praefertim tribuitur, vti a Prudent. in Apotheosi. Vbi Iso Magister per *Maiestatem, Patrem*, designari putat. Infra, Filio tribuit. Sed et *Maiestas*, pro quauis Sanctorum imagine vsurpatur ab Anonymo de Miraculis S. Fidis cap. 8. to. 2. Bibl. Labbei. Tabular. Celsinianense: *Incendia morum, vinearum extirpationes suum terrae ablationem, patris proprii corporis inuasionem, et ad timum, quod magis plangendum ipsius etiam Maiestatis S. Petri dationem, etc.* Benedict. Antiqu Pictau. MSS. part. 3. p. 105. *cem domni Bertrami Abbatis magn cum Maiestatibus.* V. Monast. Ang tom. 3. p. 309. 312. *Maiestate* pro quouis Gentilium Deo vsurp uit etiam Tertullianus Apol. c. 13. *Maiestas quaestuaria efficitur, circuit cauponas religio mendicans.* (2) Imperatorum et Regum titulus proprius. Glossae Graec. Lat. ἐξουσία, *Maiestas, Ditio, Potestas.* Agobardus de Insolentia Iudaeorum, ad Ludouic. Pium Imper. *Dicens Maiestatem vestram commotam esse valde aduersum me propter Iudaeos.* Eundem titulum Hugo Campaniae Comes anni 1114. vsurpauit in Litteris, quibus Coenobio S. Remigii res quasdam concedit in Curte-Ausorum, quas Litteras *Maiestatis* (ait) *nostrae* sigillo consignari feci. Ita Mabill. Diplom. lib. 2. c. 6. n. 6. MAIESTATIS titulus etiam Romanis Pontificibus tribuitur, in Ordine ad consecrandum Episcopum, qui interdum *Maiestatis Apostolicae* titulo vtitur, Epist. 27. 28. 40. 89. etc. MAIESTATIS titulum adscribunt praeterea Archiepiscopis, Arnulfus Lexouiensis Epist. 15. Episcopis, Dudo in praefat. ad Acta Normannor. Arnulphus Sagiens. Archidiac. tom. 2. Spicil. Acher. p. 337. Eumdem sibi arrogat Bruno Lingonens. Episcop. apud Perard. pag. 67. (3) Bulla Imperialis, seu maius Imperatoris Sigillum, in quo scilicet cum Imperatoria *Maiestate*, exprimitur; vnde Germanis Majestätbrief eiusmodi sigillo munitae litterae appellantur. Ita Freherus ad Petrum de Andlo lib. 2. c. 6. et ad Bullam Sigismundi Imp. *Maiestas Sanctionis*, in L. 80. de Decur. lib. 12. tit. 1. Cod. Theodos. (4) Praesentia. Tabularium Briuatense, Ch. 7. *Quod in Maiestate illorum testium auctoritatum fuit, Petri, Poncii etc.* (5) Magnitudo. Gasp. Barthii Gloss. apud

Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. 451. ex Guiberti Hiſtor. Palae- *Maieſtate pretii.* (6) † Summa ritas. Ch. Henr. I. reg. Angl. *Confirmauit dominus papa - - ma- e litterarum et ſigilli ſui.*

STATIVVS, auguſtus, maie- , et auctoritate venerandus. bertus de Laude S. Mariae cap. 1.

ETA, vox Ital. fibula minor, tat. crimin. Riper.

NAGIVM. Liber Rameſienſis . 265. apud Spelmannum: *Item go tenebat vnam Cotſethelandam, libero ſeruitio in villa, quae di- itur Fleye, et vnum Maignagium in foro eiusdem villae.* Vbi idem Spelmannus officinam fabri aerarii interpretatur, a Gallico *Maignen*, faber aerarius. Sed malim *Maignagium* hoc loco interpretari pro *Manſionagio*, vel *Mesnagio*, ſeu domo. V. *Managium* 2.

MAIGNERIVS, V. *Maynerius.*

MAIL. Charta anni 1293. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 297. *Et prout molendina, et li Mail, et omnes fali- ces dictae Prioriſſae tenent et compre- hendunt.* Vbi leg. videtur vna voce *Limaniae*, vel *Lemmanae*, qua agrum planum et fertilem intelligunt Aruerni. V. vtramque vocem. † Potius locus palis, *maillis* appellatis, cinctus. Areſt. Mſ. a. 1536. *Vnam inſu- lam - - in ſalicetis vndique planta- tam, - - a Maillis Gallice clauſam.*

† MAILHETVS, MAILLETVS, mal- leus, ſudes ligneus, Gall. *Maillet.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1355.

MAILLA. (1) † Idem, in Ch. Mſ. a. 1229. Species monetae minutioris, quam a *Medallia* contractam docet Cangius in Diſſertatione de Nummis inferioris Imperii, Gallis *Maille.* Charta anni 1144. pro Montealbano, apud Catellum in Comitib. Toloſan. p. 323. *Collaudarius extraneus, qui attulerit ſalem, ibi praebeat domino vnam Maillam, et collaudarius, qui extraxerit ſalem, praebeat vnum pogeſum.* V. *Medalla.*

† MAILLIOLVS, MALIOLVS, nouelletum, Gall. *nouvelle vigne.* Ch. Mſ. Caroli VII. V. *Maleottus.*

MAILLOLVS, malleolus, ſurculus vitis. Statuta Maſſil. lib. 5. cap. 19. §. 9. V. *Malholtius.*

MAIMODINA, V. *Masmodina.*

† MAINA, manſio, domus, Gall. ol. *Maine.* Ch. Mſ. a. 1345. V. *Mainamentum.*

MAINADA, V. *Maisnada.*

MAINADERIA, V. *Maisnadarii.*

MAINAGIVM. (1) Vel MANIA- MENTVM, poſſeſſio, quaſi *manua- lis* poſſeſſio, a *Main*, manus. Britanni *Meneur* et *Menour*, villicum vocant, a *Mena* ſeu *Meni*, tractare, Gall. *Manier.* Areſta anni 1257. I. Regeſti Parlamenti f. 5. *De quibus erant in poſſeſſione et Mainagio etc.* Occurrit etiam alibi in hoc Regeſto fol. 18. verſ. *In vſu et Menagio*, fol. 22. v. *Maniamentum*, f. 23. verſ. 31. V. *Mainare.* (2) Suppellex domeſtica; eadem notione *Ménage* dicunt Galli, *Menbles.* Regeſtum Parlamenti ann. 1408. apud Baluz. tom. 2. Hiſt. Aruern. p. 597.

MAINAMENTVM, quaſi *Manſiona- mentum*, manſio, domus. Charta anni 1232. *Terram eorum et poſſeſſi- ones videlicet Mainamenta, prata, vineas, etc.* Tabular. Dalonenſe fol. 90. *Mainamentum de la Martinia.*

MAINARE, locare, in *Maniamentum* ſeu poſſeſſionem mittere. Charta fundationis prioratus Barbezilli inter Inſtrum. tom. 2. nouae Gall. Chriſt. col. 270. V. *Mainagium* 1.

MAINATA, V. in *Maisnada.*

MAINBVRNVS, V. *Mamburnus.*

† MAINEMENTVM, i. q. *Maina.* Ch. Mſ. a. 1269.

MAINERIA, tributi ſpecies. Charta Adelfonſi Imp. Hiſpan. apud Colmenarezium, in Hiſt. Segouienſi c. 15. §. 11.

MAINERIVS, V. *Magnerius.*

† MAINFESTVS, infeſtator. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1356.

MAINFVLA. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſ. MS. c. 30. de Labore Fratrum: *Aſcendant in dormitorium, ibique ſe praeparantes, deſuper laneas tunicas ſe praecingant, minores ſubta- lares, et Mainfulas et capparones ac- cipiant, etc.* Idem videtur quod *moſ- fala*, chirotheca. V. in hac voce, forte

Digitized by Google

forte quasi *manus insula*, seu tegumentum.

MAINILLVM, mansio, domus, agri portiuncula cum aede, Gall. *Ménil.* Charta an. 1202. ex Tabular. B. M. de Bono nuntio Rotomag. V. *Mail* et *Mansionile.*

MAINISIVM, eadem notione saepissime occurrit in Chartis Bressiae et Dumbarum.

MAINSATORIVM, pro *Minsatorium*, V. *Madula.*

MAIOLICA, pro *Maiorica*, maior ex insulis Balearibus. Chron. Veron. ad ann. 1368. apud Murator. tom. 8. col. 658.

MAIOLVS, V. *Maiones.*

MAIOR. (1) Nude pro *Maiore domus*, Gallis *Maitre d'hostel.* Pactus Legis Salicae tit. 11. §. 6. *Si quis Maiorem, inferiorem, scantionem, marischalcum, stratorem, ... furauerit aut occideris.* Vbi inter ministros domus primus statuitur, vt §. seq. Gregorius Turonens. lib. 9. c. 36. *Comitibus, Domesticis, Maioribus, atque nutritiis . . . delegatis, etc.* MAIORISSA, quae ancillis domus praeerat, in eodem Pacto. MAIOR DOMVS, qui *domui*, seu famulis praeest. S. Hieronym. Epist. 2. *Si familiarius est loquendum, habet nutricem, Maiorem domus virginem, viduam, vel maritatam, etc. Praepositus domus*, apud Monachum Sangallens. lib. 1. de Carolo M. c. 33. MAIOR DOMVS, prima olim in Francorum Palatio ac praecipua dignitas, quae varie efferri solet a Scriptoribus. Dicitur enim *Maior domus Regiae*, apud Fortunatum in Vita S. Radegundis c. 44. et alios passim. *Gubernator Palatii*, apud Fredegarium c. 55. et Aimoin. lib. 4. c. 15. *Rector Palatii et Maior domus*, apud Vrsinum in Vita S. Leodeg. c. 8. *Moderator Palatii*, apud Paulum Warnefrid. in Episc. Metens. *Magister Palatii*, apud Godfridum Viterbiens. Chron. part. 12. *Palatii Praefectus*, apud Eginhardum in Vita Caroli M. Vnde *Praefectoria dignitas*, apud Aigradum in Vita S. Ansberti cap. 8. *Praefectoria administratio*, in Vita S. Ansberti Episcopi Rotomag. *Palatii Praepositus, quod vulgo dicitur Maior domus, etc.* apud S. Audoënum in Vita S. Eligii lib. 2. c. 53. *Prouisor Aulae regiae, et Prouisor Palatii*, apud Venericum in Apologetico Henrici IV. seu lib. de Vnitate Ecclesiae conseruanda. *Princeps Palatii*, apud Ermentarium in Vita S. Philiberti lib. 1. c. 25. *Regalis Curiae Princeps*, apud Eadmerum in Vita S. Wilfridi c. 33. *Princeps regiminis ac Maior domus*, in Gestis Regum Fr. c. 48. *Comes Palatii*, apud Aimonium lib. 4. c. 6. de Warnerio, vbi supra *Maior domus* dicitur, et cap. 14. *Palatio regni Burgundiae Praepositus. Praefecti Praetorio*, in Annal. Treuir. part. 7. *Comes domus regiae*, de Gogone Maiore domus lib. 3. c. 4. *Comes Palatinus*, in Vita S. Drausii, vbi de Ebroïno, et apud Philippum Mouskes. *Dux Palatii*, in Gestis Dagob. c. 31. et in Chr. Fredeg. cap. 75. *Dux Francorum*, in Vita S. Babolemi. *Curopalata*, apud Egidium Parisiensem lib. 1. Carolini. Ita *Curam Palatii* gessisse dicitur filius Waratonis apud Fredegarium, tametsi eademne *Curopalatae* dignitas cum *Maioris domus* dignitate, iure addubitari possit. Atque hae quidem nomenclaturae supremam *Maiorum domus* aulae Francicae potestatem indicant, cum penes eos esset et Palatii, et Regni, et rerum publicarum cura, sola regiae dignitatis specie Principibus ipsis remanente. Hariulf. lib. 2. Chronici Centul. c. 1. Haec summa *Maiorum domus* potestas tum primum coepit, cum imperauit Clodoueus II. Dagoberti filius, sub quo Regum suprema intercidit potestas. Genealogia Regum Francor. p. 795. Ex hinc qui *Maiores domus* prima ac secunda Regum stantibus stirpibus appellabantur, *Senescallos* dixerunt Galli: qua priore etiam nomenclatura insignitur Theobaldus Comes Blesensis, qui vulgo *Senescallus* appellatur, in Chartis Theobaldi Episcopi Suessionensis an. 1077. in Tabulario Castilionensi. *Theobaldus Comes Maior domus regiae.* Tandem regnante feliciter tertia Regum Gal-

Digitized by Google

liae ſtirpe, inter Leges latas, quiregni tranquillitati prouiſum eſt, otiſſimum obtinuit locum, *ne in rum eſſent Maiores domus*, vt re- Petrus Gregorius lib. 7. de Rep. 8. ſic poſtremum deſiit ſumma paene regia *Maiorum domus* poas auctoritasque. MAIOR PATII, idem, qui *Comes Palatii*, Teſtamento S. Leodegarii, ſi tan genuinum eſt, apud Miraeum Donat. Belg. lib. 1. cap. 3. Habent etiam Reginae ſuos *Maiores Do*. Apud Gregorium Turon. lib. cap. 45. lib. 7. c. 27. 38. 43. Waddo dicitur *Maior domus Rigunthis Reginae*. † MAIOR BANNERIAE, ſocietatis artificum vel mercatorum praefectus, Gall. *Maieur* et *Maire*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1359. MAIOR CVBICVLI, idem qui Italis Camerarius, Gallis *Maitre de Chambre*. Concil. Romanum contra Iohannem Rauennat. Archiep. apud Murator. to. 2. p. 204. MAIOR EQVORVM, praefectus ſtabulo regio, dignitas in aula Regum Nauarrae, qua donatus *Lupus Eneri* ſubſcribit Chartam Garciae Regis Nauarrae aerae 1034. apud Anton. de Yepez in Chron. Ordin. S. Benedicti. MAIOR-MERINVS, primus praetor. Chron. S. Ferdinandi to. 7. Maii pag. 360. MAIORES MONASTERIORVM, Abbates. Regula B. Pachomii. (2) MAIOR DIERVM, natu maior, in Cod. Mſ. MAIORES NATV, praecipui e nobilitate, qui caeteris praeeminent, viri nobiles, qui alios ſub ſe vaſſos habent: *Seniores*, Gallis *les Seigneurs*, *les Barons*: quia olim aetatis merito honores deferebantur, quique annis grauiores erant, potiores habebantur: vnde et in quibusdam ciuitatibus *Antianos* vocant etiamnum, qui aliis dignitate praecellunt. Claudianus de Bello Getico:

Hic aliquis grauior natu, cui plurima dictis
Conſiliisque fides, etc.

Senator lib. 5. Epiſt. 22. MAIOR PLACITI, praepoſiti, vt videtur, locum tenens. Chart. an. circ. 1020. apud D. Bruſſel to. 2. de Vſu feud. p. 789. MAIOR POPVLI. Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Ep. 110. ad Fortunatum Epiſcopum Neapolitanum: *De quibus* (Capitulis) *Theodorus vir magnificus Maior populi ad nos veniens ante conqueſtus iam fuerat*. Camillus Peregrinus in Hiſt. Principum Langobard. apud Murator. to. 2. p. 339. *Nempe vt intelligendum hinc ſit, Maiorem populi apud Neapolitanos non ſummo imperio, ſed iuxta demandatam ſibi definitamque poteſtatem res publicas adminiſtraſſe; cuius praeter caetera munus fuiſſe vectigalia reddituſque curare non negabis*. Videtur idem qui *Magiſter militum* Neapolitanae ciuitatis. V. in hac voce. † MAIOR POTESTATIVVS, qui cum omni poteſtate ac iurisdictione et dominio poſſidet. Ch. Mſ. a. 1202. † MAIORES REGII, qui iura regalia in prouinciis curabant, t. 4. Ordin. reg. Fr. p. 722. MAIORES REGIONVM, in Relatione Symmachi ad Conſtantium apud Baron. an. 419. n. 32. MAIORES VILLARVM primitus dicebantur, qui caeteris villae incolis praeerant, et domini villae nomine ius dicebant: qui et *Villici* interdum appellantur. Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 107. *Vt Presbyteri curas ſaeculares nullatenus exerceant, id eſt, vt neque Iudices, neque Maiores villarum fiant*. Capitulare de Villis c. 10. *Vt Maiores noſtri, et foreſtarii, poledrarii, etc.* MAIORES, dicti etiam vrbium Praefecti, Gallis *Maieurs*, *Maires*, Angl. *Mayor*. Charta apud *Madox* Formul. Angl. pag. 10. *Elyas Ruſſel Maior ciuitatis Londoniae*. (3) MAIORES, nude pro Maiores natu. Index veter. Canon. to. 3. Conc. Hiſpan. p. 21. MAIOR, *dicitur ille qui viginti quinque annorum impleuit aetatem*. Vocabul. vtriusque Iuris. At non vbique idem hac in re obtinuit vſus. MAIOR MINISTER, titulus quo vtitur Praepoſitus generalis Ordinis SS. Trinitatis. Charta an. 1244. to. 2. Hiſt. Eccl. Meldenſ. pag. 145. (4) MAIORES, qui aliis praeſunt in Exercitu. Gaſp. Barthii Gloſſ. apud Ludew. tom. 3. Reliq. MSS.

p. 11.

Digitized by Google

p. 11. ex Hist. Palaest. lib. 4. cap. 18. *Repererunt in suis consiliis atque operosis scematibus, quod nostrorum Duces, Comites, seu omnes Maiores Imperatori sacramentum fideliter facere deberent.* (5) † Limes, terminus. Glossar. Lat. Gall. an. 1348. *Maior, dicitur Gallice Marche.* Ch. a. 1168. t. 2. Annal. Praemonstr. Prob. p. 697.

MAIORA, V. *Maioria 2.*

† MAIORACA, amaracus, Ital. *Majorana*, Gall. *Marjolaine.* Consuet. monast. Burdegal. ante a. 1305.

MAIORAGIA, V. *Maioria 2.*

MAIORALIS. (1) MAIORALES, praecipui e nobilitate, qui ceteris praeeminent, viri nobiles, Gallis *les Seigneurs*, *les Barons.* Charta an. 1080. ex minori Chartul. S. Victoris Massil. fol. vlt. *Attestante atque laudante omni conuentu Maioralium totius istius terrae.* (2) Primus inter ouium pastores, Hispanis *Mayeral.* Iacobus I. Rex Arag. in Foris Oscae an. 1247. fol. 31. *Debet iurare super sancta Dei Euangelia Maioralis de capanna, siue Maior Pastor Infantionis, qui fuerit in capanna, quod in capannis ouium, seu gannatorum, iura Regio non minuat, nec abscondat.* Ibidem: *Maioralis de capanna qui Maioran de la Cabane*, in Consuetud. Solensi tit. 14. art. 17. appellatur. (3) Titulus honorarius principis Sectae Valdensium. Limborch. Sent. Inquis. Tolos. p. 289.

MAIORARE. (1) Meliorare, augere. Praeceptum Caroli. Can. 871. apud Baluz. Capitul. tom. 2. col. 1492. (2) MAIORARE vel MINORARE PLACITA, emendare, corrigere, Gallic. *Reformer*, *rectifier.* († Vel potius producere, aut contrahere, Gall. *Allonger* et *Abreger.*) Charta an. 1103. apud D. Brussel to. 2. de Vsu feud. p. 727.

MAIORARI, maior fieri, honoribus augeri. Gerardus in Vita S. Adalhardi saec. 4. Bened. part. 1. p. 354.

MAIORATIO. Glossae Gr. Lat. *Αὔξησις Adunatio, Maioratio, auctuatio*, V. *Maiorare.*

MAIORATVS. (1) Vox fori Hispanici *Maioria*, primigeniorum ius, *Droit d'aineſſe* Gallis, de quo egit Couarruuias lib. 3. Variar. Resol. c. 5. cui opponitur *Minoratus*, qui *Maisneté* dicitur in Consuetud. Cameracens. tit. 8. etc. ius quod secundo genitis competit in parentum successionibus. Michael del Molino, in Repertorio Foror. Aragon. pag. 231. *Ius primogenitura, quod vulgariter et Majorazgo.* Iohan. Garsias de Expensis cap. 16. n. 45. *Maioratus est feudum dignitatis, in quo succedit primogenitus indiuidue et prior aetate, et potior sexu in eodem gradu.* (2) Idem quod *Maiordomatus*, in Gestis Consulum Andegau. supra laudatis. (3) Idem quod *Maioria*, feudum Maioris, in Charta Odonis Episcopi Beluac. an. 1140. apud Loisellum et Louuetum: *Praefecturam siue Maioratum Haleti, quam ex parte burgali habebat.* Sumitur etiam *Maioria* et *Maioratus* quandoque pro tributo, quod *Maiori* ratione Maioriae pensitabatur. Charta anni 1199. ap. Miraeum in Donat. Belg. *Ita quod nullus in praedicta eleemosyna vel allodio retinet Maioriam vel aliquam exactionem.* Tabular. Abb. S. Vincentii in Dioecesi Carnotensi: *Hospites Canonicorum cum eorum hospitamentis ab omni Maioratus consuetudine et oppressione liberat.* (4) Pro quouis Officio seu dignitate. Fragm. Sermonum S. Augustini to. 5. part. 2. col. 1518. (5) † Officium *maioris* seu vrbis praefecti, in Ch. Ms. a. 1309.

MAIORDOMATVS, dignitas Maioris domus in Gestis Regum Francor. c. 43. 48. 50.

MAIORENNIS, maior annis, suae tutelae, in Magno Chronico Belgico p. 353.

MAIORENSES, vel MAIORENTES, Praetoriani Equites Aulae Pontificiae, Cencio Camerario *Stimulati*, i. e. calcaribus muniti: forte hodie *Cavallieri dello Speron d'oro*, quos Papa creare solet. V. Macros fratres in Hierolexico.

MAIORIA. (1) Maior pars. Consuetudo Tolosana to. 4. noui Cousum. part. 2. p. 1052. (2) Feudum Maioris. Charta Werrici de Moy an. 1189. apud Hemeraeum in Augusta Virom.

Digitized by Google

...m. *Maioriam et totam minutam ...llaniam ipsis et successoribus in ...etuum tenenda censualiter dimisi.* ...ORA, pro *Maioria*, in Charta ...uini Comitis an. 1084. tom. 3. ...ne Gall. Christ. inter Instr. col. ... *Maiora et submaiora, et vt ita ...m, molendi et molendinaria S. ...ayssii, in manu et potestate Abba- ...sint: ita vt nullus haeres in eis ...stituatur, sed Abbas ad libitum su- ... et profectum eas praeordinet.* MA- ...RAGIA, idem in Charta an. 1163. ...Tabular. Maioris Monast. MA- ...ORIARIA, in Chartulario S. Van- dreg. to. 2. p. 1661. MAIRIA, idem apud Herimannum de Restaurat. S. Martini Tornacens. cap. 92. 94. Vt *praepositurae*, sic et *Maioriae* distrahebantur, quod de dominicis ac regiis intelligendum. Regestum Magnorum Dierum Campaniae an. 1297. f. 50. *Iniunctum est et districte inhibitum omnibus Baillivis et Praepositis terrae Campaniae Briaeque Comitatuum, ne de caetero vendant vel vendere permittant aliquibus personis Sergenturas, seu Maiorias in iurisdictionibus eorundem existentes, quousque de contrario mandatum domini Regis receperint speciale.* (3) † Tributum quod *maiori* ratione sui officii pensitabatur, Gall. *Mairie*. Ch. Ms. a. 1288. (4) † Praepositura seu dignitas quaevis in ecclesia Parisiensi. Stat. eiusd. Eccl. a. 1168.

MAIORIARIA, V. *Maioria* 2.

MAIORICAE, Saxonibus, vxores. Wernerius Roleuinc de antiquorum Saxonum situ et moribus: *Quanquam tamen vxores vniuersaliter omnes Maioricae a nostratibus nominentur, etc.*

MAIORINA PECVNIA, quae ex argento et aere conflata, in Cod. Theodos. l. 6. lib. 9. tit. 21. V. Gothofredi notas ad hunc locum.

MAIORINATVS. Vita S. Praeiecti ex Cod. Arrebat. *Et horae, quod est consuetudinis, iam in promptu cernerentur, vt solemnes vigilias Paschae celebrari licitum esset, ex regali permisso, vel Maiorinatu, Pontifices vel Sacerdotes, qui in Eduorum vrbe ob regiam potestatem conglobati fuerant, etc.* Vbi *Maiorinatus* videtur esse auctoritas Maioris domus, Wlfoaldi scilicet, de quo postea.

† MAIORINVM, hordei species videtur a maioribus aristis sic dicta. Ch. a. 1270. in Accessi. ad Hist. Cassin. part. 1. p. 312. *De grano, ordeo, maiorino, millio, grano farris etc.*

MAIORINVS. (1) Idem videtur fuisse apud Hispanos, qui Francis *Major villae*, penes quem etiam iurisdictio regia erat: vel certe idem, qui *Maior domus:* nam qui apud Ordonium Monachum lib. de Mirac. S. Rudesindi Episc. Dumiensis n. 20. *Maior domus* appellatur, in alio MS. *Maiorinus* dicitur, vti obseruat Henschenius. Apud Mabill. saec. 5. Bened. p. 543. ex citato libro legitur *Maiorinus*, vbi vsurpatur pro eo qui iudicum sententias executioni mandat, vt ex verbis ipsis patet: *Permittite me comburere depraedatorem sanctissimi Rudesindi, Dominus enim me constituit vltorem et Maiorinum ipsius.* Erant autem alii villarum Maiorini, alii Maiorini maiores. Horum officium describunt Leges Alfonsinae seu Partitae p. 2. tit. 9. l. 23. MERINVS, vox detorta ex *Maiorinus*, Lusitanis *Meirinho*, Iustitiarius. Fori seu Consuetudines Iaccae. V. Odoricum Rainaldum an. 1289. n. 26. vbi *Meirinus* et *Submeirinus* occurrunt. Interdum MERINI dicuntur Apparitores, et qui Iudicum sententias executioni mandant. Vitalis Oscensis Episcopus de veterum in Aragonia Magistratuum nominibus. MERINATVS, districtus Merini, Hispanis *Merindad*. Occurrit in Epistola Examini Petri Salanouae Iustitiae Aragonum apud Blancam p. 748. Oihenartus in Not. Vascon. p. 74. (2) † Maior, adiect. Ch. a. 1270. in Accessi. ad Hist. Cassin. patt. 1. p. 312. *De fabis maiorinis.*

MAIORISSA. (1) Pro *Abbatissa*, apud Macros in Hierolex. ex Bulla Eugenii PP. (2) Quae *Maioriae* feudum possidet, in Charta Ioannae Comitissae Flandriae pro Monast. Marquetano an. 1230. §. 17. apud Buzelinum. (3) Quae ancillis domus praeest, V. *Maior* 1. (4) † Feudum

maio-

maioriae, in Ch. Mſ. a. 1236. (5) † MAIORISSA DOMINA, domina ſuprema. Inſtr. Mſ. a. 1475.

MAIORITAS. (1) Incrementum, commodum, excellentia, acceſſio. Chartular. Abbatiae Boni loci apud Baluzium to. 2. Hiſt. Aruern. p. 82. V. *Maieſtatiuus*.. (2) † Imperium, ſupremum dominium. Lit. a. 1369. t. 5. Ordin. reg. Fr. p. 282. (3) † Primatus, anteceſſio. Ch. a. 1249. in Monum. Aquileg. c. 68. p. 669. (4) † Praeſtantia, excellentia, Ital. *Mayoria*. Bulla Mſ. Innoc. IV. (5) † Grauitas. *Maioritas morbi*, apud Gentil. Fulginat.

† MAIORIVM, feudum ſeu reditus maioriae. Redit. Meled. Mſ.

† MAIRAMEN, materia lignea, Gall. *Mairain*. Libert. Montisalb. a. 1322. V. *Materia*.

† MAIRAMENTVM, MAIREMENTVM, idem, in Ch. Mſ. a. 1143.

MAIRANNVM, V. in *Materia*.

MAIRIA, V. *Maioria* 2.

† MAIRONIA, i. q. *Mairamen*, ap. Bened. abb. Petrob.

† MAIRRENIVM, idem, in Ch. a. 1290.

MAIS, pro *Magis*. Charta Alfonſi I. Regis Aragonum apud Blancam. V. Menagii Origines Gallicas, in *Mais*.

MAISAGIVM, domus habitationi idonea cum portiuncula agri, Anglis *Meſſuage*. Charta apud *Madox* Formul. Anglic. p. 182.

† MAISIONES, maceriae, vt videtur, in Lit. a. 1379. t. 6. Ordin. reg. Franc. p. 434.

MAISNADA. (1) MAISNADA, MAINADA, etc. familia, quaſi *Manſionata*, Italis, *Maſnada*: *Meſnée*, apud Scriptores Gallicos mediae aetatis. In Charta Willelmi Siciliae Regis anni 1177. apud Rogerum Houedenum p. 552. ſubſcribit *Bernardus Gentilis Regiae priuatae Maiſnedae Conſtabularius. Solidarii priuatae Regiae Maiſnadae*, in Charta alia eiusdem Regis an. 1183. in Bullario Caſinenſi to. 2. pag. 204. Charta an. 1162. apud Petrum Mariam Campum in Hiſt. Eccleſ. Placentinae: *Et credimus eum in curtibus ſuis habere feodum ſuorum villanorum, de quibus habet reditus, vel diſtr... et hominium de ſua Maſnada...* Statuta Maſſil. lib. 2. c. 39. *Ik... capa panni bruni vel blanchi aut... ad opus de Maynada 8. denar.* MAINADA et MASNADA, p... litaribus cateris, ac ſodalita... maxime praedonum ac latrun... rum, qui in *familias* quodam... coeunt. Vetus Inqueſta apud Ca... bum lib. 2. de Epiſcopis Vaſio... n. 124. *Comes Toloſa cum Brab... nibus et aliis Mainadis et vi in... cum illis villam Vaſionis*. Charta apud eundem n. 38. *Item ſub ea... poena vt Aragonenſes, Ruptuarios, Cotarellos, Manadas ſeu Vaſcones, vel Brabanſiones, vel quocunque alio modo vocentur, de tota terra tua .... expellas*. In Concil. Monspelienſi anni 1195. excommunicantur *omnes haeretici, Aragonenſes, familiae quae Mainatae dicuntur, piratae etc.* Inſtrum. anni 1209. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 815. *Praecipio vt Mainadas nullo unquam tempore habeatis*. Epiſt. 57. Clementis PP. IV anni 1265. ibid. to. 2. col. 130. *Maſnata Sabiniae quae ſubito dicitur receſſiſſe, an ſe ſubito poſſit obiicere viae noſtrae, vel moliri vobis inſidias, ignoramus*. MASNATA, eadem notione. Chron. Parmenſe ad ann. 1307. apud Murator. to. 9. col. 862. Ade Hiſt. Cortuſior. to. 12. col. 919. MEINATA, eodem ſignificatu, in Charta anni 1205. apud Pitton. in Annal. Eccleſ. Aguenſ. p. 11. MESNADA in Charta anni 1085. Append. Marcae Hiſp. col. 1177. MASNADVM FACERE, in exercitum ire. In Bulla Gregorii IX. PP. anni 1231. apud Vghellum in Epiſc. Anagnin.

MAISNADARII vel MESNADARII, milites in Aragonia, ſic appellati, vt cenſet Surita in Indice Rerum Arag. ann. 1118. *quod Regia in domo educati eſſent*. Cui accedit Oyhenartus in Notitia Vaſconiae lib. 1. c. 4. *Meſnadarii*, inquit a *Meſnada*, quae vox a *Meſonada* contracta eſt, deriuaturque a Latino vocabulo *manſio*, nomen habent, videnturque ſic dicti, tamquam domeſtici Principis, aut in eius familiam cooptati. Vitalis Epiſcopus

…us Oſcenſis: *Meſnadarius eſt, qui … genere Ricorum hominum, ſaltim … patris linea oriundus, in cuius pa… genere non extat memoria, quod … is alicuius Vaſſallus, niſi Regis, … Regis filii, vel Comitis a Regis … ere deſcendentis, vel Epiſcopi, vel … rius Praelati, quorum conſideratur … rentia propter Deum, cuius lo… dignoſcuntur ſpecialiter retinere … Ricorum hominum* dignitati pro… ius erat *Meſnaderiorum* iſte Mi… aris ſeu Equeſter Ordo: quibus … uae dabantur a Regibus ſtipendia, vt a prioribus etiam nomine differrent, *Cavallerias de Meſnada*, ſeu *Meſnaderias* vocari *conſueuerunt.* Longe aliam *Maisnadariis* originem aſſignat Illuſt. Fontaninus; ii enim, vt ex veteſtis Longobardor. monumentis conficit Vir eruditiſſimus, ſerui erant colonis maiorum praediorum, qui *Maſſarii* nuncupabantur, ſubditi, ſalrim in Eccleſia Aquileienſi et in Regione Fori Iulii, vbi primum innotuere. Sed quoniam immane quippiam diſtare videtur, vt ſcribit Carolus de Aquino in Lex. milit. inter viliſſima eiusmodi ſeruitia, et *Maisnadarios* ſuperius memoratos a D. Cangio, exiſtimo homines longe diuerſi generis et inſtituti eamdem nuncupationem ſortitos fuiſſe, nihilque inter illos niſi nomen fuiſſe commune. MESNADAE, eorundem Maiſnaderiorum *Militiae*, ſeu praedia iis addicta, de quibus ſequens legitur Charta: *Ludouicus D. G. Franciae et Nauarrae Rex, Gubernatori Nauarrae, vel eius Locumtenenti, ſal. Cum nos Simon de Motes Miles nullam a nobis Mesnadam ſeu Militiam hactenus obtinenti, Mesnadam 30 librar. Turon. duximus concedendam, tenendam ab eo et habendam, quamdiu noſtrae placuerit voluntati: mandamus vobis, quatenus dictam Militiam ſibi ſtatutis adhoc et conſuetis terminis de noſtro faciatis perſolui. Dat. Pariſ. 3. Iou. anno Domini* 1314. MAINADERIA. Guillelmus de Podio-Laurentii, cap. 25. *Petentem ab eo domum hoſpitalis, quod dicitur Mainaderie, in quo in obſequio Dei clauderet dies ſuos, etc.*

MAISNAGIVM, domus, manſio praecipua *manerii*, Practicis Gallicis *Chefmanoir.* Leges Norman. cap. 27. apud Ludewig. to. 7. Reliqu. MSS. pag. 218. V. *Meſſuagium.*

MAISNAMENTVM, quaſi *Manſionamentum.* Tabularium S. Amantii Inculismenſis. V. *Mainamentum.*

MAISNILVM, agri portiuncula cum *manſione*, Gall. *Menil.* Diploma Roberti Reg. Franc. apud. Marten. to. 1. Anecd. col. 109. V. *Manſionile.*

† MAISNILE, in Ch. a. 1104. ap. Besl. in Comit. Pictau. p. 424.

MAISRENIVM, palus, ſtatumen, Gall. *Echalas; Maëremium* enim, vt ſuo loco dicemus, quoduis *materiamen* ſignificat. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 92. *Gaufridus et Andreas tenere debent illam vineam in bono ſtatu et legitimo, in propagando, fimo, Maisremo, et in omni cultura.* V. *Materia.*

† MAISSELLARIA, macellum, ſeu reditus ex eodem. Ch. Mſ. a. 1374.

† MAITA, arca longior. Ch. Mſ. a. 1180. *Quandam maitam ſalinariam cum loco in quo ſita eſt, etc.* MAYTA, in Chartul. B. M. Graciac.

MAITERIATA *Terra et Boſci*, in Charta anni 1272. apud Guichenonum in Hiſtoria Breſſenſi, p. 21. V. *Mata* et *Mayteriata.*

† MAITINATA, antelucanus ad fores amaſiae concentus, Gall. *Alebade*, ap. Barel. in Serm. V. *Matinata.*

MAIVLVS, V. *Malones.*

† MAIVM, vſus erigendi arborem primo die menſis Maii in compitis, vel ad aedes puellarum, aliasue quascunque. Ch. Mſ. S. Ludou. a. 1257. V. *Maius.*

MAIVMA, feſtum, quod ſummis impenſis, conuiuiis, et ſpectaculis, iisque *indecoris ac procacis licentiae celebrabatur*, quodque primo ab Arcadio toleratum, (ſeu reſtitutum) ea conditione, vt honeſtas et verecundia ſeruaretur, deinde triennio poſt, et quod excurrit, prorſus prohibitum, vt docent L. 1. et 2. Cod. Th. de Maiuma. Iſtius porro Feſti meminit Iulianus Imp. in Miſopog. ſed de nominis origine non conſentiunt eruditi, quorum alii ex Suida

et Gloſſis Baſilic. a Maio menſe, quo illud celebratum putant; alii a *Maiuma* Syriae vrbe ita appellatum volunt.

MAIVS. (1) Arbor maialis, ſeu, quae primo die Maii menſis erigi ſolet in compitis vel ad aedes Magnatum, Gallis *May*, Germ. Maie. Charta Ingelranni Codiciacenſis pro Libertatibus oppidi Farae, ann. 1207. art. 14. *Si vero homines pacis, ſiue feminae, die Maii quaerere ierint ad aliquod nemus in meo dominio, de boſco afferre poterunt ſine forisfacto.* Tabularium S. Germani Pariſ. anni 1270. *Homines de Caſteneto ſe abſtinebunt eundi 1. die menſis Maii, in nemora religioſorum pro Maio ibidem colligendo.* V. *Dendrophori.* (2) † Malleus, Ital. *Maglio*, ap. Murat. t. 20. p. 974.

MAIZIVM, MAIZVM, frumentum Indicum, Gallis *Mais*. Occurrunt ſaepius in recentioribus Eccleſiarum Hiſpaniae Conciliis, to. 4. Collect. eorumdem p. 363. 697. et 703. V. *Machix.*

MAK, vel MAC, Hibernis filius. Litterae Eduardi II. Reg. Angliae anni 1310. apud Rymer. to. 3. p. 238. *Dilecto et fideli noſtro Gilberto Mak Aski.* Et infra: *Gilbertus Mac Askel.* V. *Mah.*

† MAKA, claua, Picard. *Maque.* Lit. Mſ. a. 1347. V. *Macha.*

MAKDOCOS, vel MAKDOCVS, perperam legi in Itinerario Beniamini, docet Meurſius pro μεγαδόκος, id eſt magnus Dux, alias *Magnodomeſticus* et *Megadomeſticus.* Haec Spelmannus.

† MAKERELLVS, i. q. mox *Makeuns*, in Ch. Mſ. a. 1217. V. *Macarellus.*

MAKEVVS, ſcomber, Belgis *Mackereel*, Gall. *Maquereau.* Theloneum Audomar.

MALA, equeſtris ſarcina, pera viatoria; (*) Germ. ſuper. ein Maller.) Ioan. de Ianua: *Mantica ſarcina, ſcilicet Mala*, perperam *mola* editum. Gall. *Male.* Dudo lib. 1. de Actis Normannor. p. 67.

Malas et frenis conſutis ſtringe habenis
Sic poteris forſan peragrare vi luſulentam.

Perionius a μάλλος, *vellus*, vocem ducit, quod principio ex ouium villis, tum aliarum pecudum pelibus confici ſolita eſſet. *Malum* Teutonico *Mael*, quod idem ſonat quod *Mala.*

MALACHIM, libri tertius et quartus Regum, ab Hebraeo *Melech.* Gerbonis Diſcipl. Farfenſ. c. 15. *Vsque Kalendas Octobris Malachim atque verba dierum leguntur in refectorio.*

MALACHINVS, monetae Hiſpaniae ſpecies, in Bulla Alexandri III. PP. qua approbat inſtitutionem Militum S. Iacobi in Hiſpania, et apud Innocent. III. PP. lib. 13. Epiſt. 12. *Decem Malachinos nobis perſoluetis.* V. *Molachinus.*

MALA-CORONA. Sic appellati olim Clerici, qui clericatus charactere abvtebantur, mali Clerici. V. *Corona.*

MALACOTA, MALECOTA, veſtimenti genus, idem quod Galli *Veſte* dicunt. Ordinatio domus Dalphin. tom. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 315. *De veſtimentis. Raubae hyemales. Item, ordinamus, quod in feſto omnium Sanctorum, ſingulis annis perſona noſtra. . . . et de ipſo Hoſpitio noſtro exiſtentes, induantur de vna Malacota, cum mantello alamannico de aliquo panno plani coloris, et Malacota ſit fodrata cum fodratura de agnello.* MALECOTA. Extractum ex Computo anni 1328. ſub Guigone Dalphino inter Aduerſaria D. *Lancelot.*

MALADERIA, noſocomium leproſorum, Gall. *Maladerie.* Charta anni 1221. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 889. Eſt et *Maladeria* peſtiferorum noſocomium, vt diſcimus ex Charta inter ſchedas D. Aubret.

† MALADIA, valetudo, aegritudo, morbus, Gall. *Maladie.* Scacar. ap. Cadom. a. 1234.

† MALADRINVS, pro *Malandrinus*, t. 2. Cod. Ital. dipl. p. 1108.

† MALAE, *arum*, *le pecore bianche.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

MALAE-

[illegible]-CONSVETVDINES, tri[illegible] quoduis contra ius inductum, [illegible] *iniustae, noxiae consuetudines.* [illegible] *Tolta.*

[illegible]LAE-GRATES, Gall. *Mau[illegible]gré.* Lit. remiss. Ms. a. 1353.

[illegible]FACHA, delictum, Gall. *Con[illegible]ntion, Delit.* Charta anni 1501. [illegible]chedis Praesid. de Mazaugues. *Malefacha.*

[illegible]GMA, ex Graec. *μάλαγμα, eo [illegible] sine igne maceretur et compre[illegible]datur*, vt est, apud Isidorum, [illegible] 4. cap. 9. V. Iohan. de Ianua. Cornelius Cels. lib. 5. cap. 17. *Malagmata vero atque emplastra, pastillique, quos τροχίσκους Graeci vocant, cum plurima eadem habeant; differunt eo, quod Malagmata maxime ex floribus, eorumque etiam surculis, emplastra pastillique magis ex quibusdam metallicis fiunt, etc.* S. Augustinus Serm. 38. de Tempore: *Vtiliter enim Malagma vel fibula, calidis adhuc vulneribus apponitur.* Concil. Tolet. XVI. c. 4. *Malagmam congruam tali aegrimoniae prouidere.*

MALA-MANSIO, certus reorum excruciandorum modus, vt ab eis veritas extorqueatur. Bleyn. Institut. lib. 4. p. 578. *Quae quidem* (quaestio) *cum tam de iure veteri, quam quo vtimur, variis inferatur modis, ille praesertim frequentatur per quem membra extenduntur, quamue Malam-mansionem vocauerunt, Iurisconsulti.*

MALANDRENVS, V. *Malandrinus.*

MALANDREVSVS, idem, qui *Malandrinus*, infra. Epistola Iohannae Reginae ad Massilienses, anni 1362.

MALANDRIA, equorum morbi species, Gallis *Malandre*, apud Vegetium lib. 2. de Arte veterin. cap. 42. Est etiam hominum, quae elephantiasis et lepra, qua qui laborant, *Malandriosi* dicuntur, Marcello Empirico cap. 19. p. 130. Miracula S. Desiderii Episc. Cadurc. cap. 12. *Ecce adolescens quidam . . . horrore cuiusdam morbi perfusus turgentium Malandrorum copia maxima, in faciem scabridam et quibusdam pustulis obseptam, Aedituo ostendit.* V. Menagii Origines Italicas, pag. 558.

MALANDRINVS, vox Italica *Malandrino*, latro, grassator, pirata. Thomas Walsinghamus in Henrico V. p. 388. *Erigantinorum more, semiuestitus gestans ad latus sagittas breues, qualiter vtuntur Equites illarum partium*, (Italiae) *qui Malandrini dicuntur.* MALANDRENVS, eadem notione, apud Murator. to. 12. col. 610. MALEDRINI, apud Gobelinum Personam in Cosmodromio, aetate 6. cap. 70. Ita porro Franci dum in Syria morarentur, latrones vocarunt, ab Aegyptiis et Arabibus, quibus familiare est, latrocinia exercere, quos inde per contumeliam vt leprosos plerosque *Malandrinos* appellabant, nam *Elephantiasis*, vt ait Marcellus Empiricus, cap. 19. *morbus est Aegyptiorum populis notus, nec tantum in vulgus extremum, sed etiam in Reges ipsos frequenter irrepsit.* Nec enim assentior viris doctis existimantibus sic dictos, a *malandare*, male incidere, id est, viuere, (vel a *malo* et *latrone*, quasi *Malandrino* sit pro *malatrino.* Haud scio an rectius vocis etymon accersat Carolus de Aquino, in Lex milit. a *mala*, pera viatoria, et *latro*, quod ii latrunculi in eiusmodi sacculos maxime impetum faciant.

MALANNVS. (1) Forte morbus comitialis. Acta S. Raynerii, to. 3. Iunii, pag. 451. *Et saepe cum cultello aperiebantur ei dentes, vt cibum vel potum sumeret; et dicebant eam pati infirmitatem, quae dicitur bonannum per contrarium, id est, Malannus.* (2) Oculorum morbus. Hist. Translat. S. August. et sociorum per Gocelinum Mon. saec. VI. Benedict. part. 2. p. 748. *Aderat quidam miles, cuius oculum dextrum carbunculus, quod malum Franci per antiphrasim bonum Malannum vocant, adeo possederat, vt non modo de visu, sed et de vita periclitaretur. Ipse orbis, ipsa supercilia, nasusque spatium suum, a tumore excesserant, tota facies largius extuberabat.* V. *Bonum* 2.

† MALANTERIA, nosocomium leprosorum. Ch. Ms. a. 1271. V. *Maladeria.*

Digitized by Google

† MALARGINA, *tis*, *dicitur emplastrum*, *medicamen quoddam*, in Gloss. var. vet. Cod. 521.

MALARIVM, *pomarium*, in Glossis Isidori. V *Melum*.

MALASTANTIA, († molestia, offensio, Gall. ol. *Mésestance*.) Charta aerae 1261. apud Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 272. v. *Et de Roderico Nunez faciet iuxta Consilium Archiepiscopi, ita quod sit sine Malastantia Dom. Reg. et sine suo damno.*

MALATASCA, daemon. Vita B. Veronicae de Binasco, tom. 1. Ian. p. 896. *Respondet Veronica: daemon fecit, quem vulgato nomine Malatascam vocitabat.* Vita B. Mariae Magdalenae de Pazzis to. 6. Maii pag. 213. *Quia Malatasca (sic appellabat daemonem) malum tibi cudit.* Est autem Italis *Tasca*, pera, sacculus, et vulgo diuersorium, Gall. *Hotellerie.* † Legendum forte *Mala-testa.*

† MALATAGA, armorum genus, ap. Murat. t. 4. Antiqu. p. 560.

† MALA-TESTA, diabolus, in Act. SS. t. 1. Apr. p. 177. 188.

MALATIA, morbus, *Maladie*, apud Raimundum Montanerium in Chron. Aragon. c. 143. V. *Malatus.* † MALAVTIA, in Glossar. Prou. Lat.

MALATOLÍA, MALATOLLA, MALATOLTA, etc. V. *Tolta.*

† MALA-TORTA, tributum quoduis, in Ch. Ms. a. 1337. V. *Tolta 1.*

MALA-TRACTATIO, V. *Male-tractare.*

MALATVS, aegrotus, infirmus, qui *male* habet, Ital. *Malato*, *Ammalato.* Vita B. Torelli Puppiensis, num. 24. † *Malatus, maxillatus*, in ver. Gloss. Cod. 7613.

MALAXARE, μαλάσσειν, emollire. Papias *Malaxatus, maxillatus, aut certe subactus.* Alexander Iatrosophista L. I. Passionum. V. Gellium lib. 16. cap. 7.

MALAXATVS, debilis, infirmus. Acta S. Godeleuae to. 2. Iulii p. 373.

MALBELLA, MALVELLA, Isidoro et Papiae: *Vestis quae ex maluarum stamine conficitur, quam alii molocinam vocant*, V. *Melocineus.*

MALBERGIVM, MALLOBER[illegible] MALLEBERGIVM. Varie e[illegible] fertur hoc vocabulum, in B[illegible] Legis Salicae Heroldina, Pith[illegible] et Lindenbrogiana. Tit. 2. Ed[illegible] roldi *Malberg*, *Rhannechale*[illegible] Edit. Lindenbrogii tit. 56. *[illegible] rones in singulis Mallobergiis, [illegible] plebs, quae ad vnum mallum [illegible] nire solet, plus quam tres esse [illegible] bent, etc.* Ita et tit. 59. §. [illegible] Heroldi tit. 60. eiusd. edit. *Rathimburgii legem voluerint [illegible] in Mallebergo residentes.* Ex qu[illegible] euidenter colligitur, *Malbergium* locum fuisse, vbi publicos subinde conuentus, seu *malla*, vel *placita*, tenebant et agitabant Franci Salici, in quibus publicae priuataeque causae disceptabantur et diiudicabantur. Ex iis postmodum, quae ibi agitabantur, iudiciis, confecta sunt Legis Salicae capita, et in vnum redacta corpus, adnotato indidem conuentu, et loco, in quo eiusmodi prolatum iudicium, *mallo* scilicet publico, et consensu Procerum, ac populi conuentu. Vnde vero enata vox *Malbergium*, seu *Mallobergium*, ipsa satis prodit nomenclatura, a *Mallum* scilicet et *Berg.* Quid sit *mallum*, mox docemus, placitum nempe: *Berg* vero *diuersorium* ac *tutamen*, interpretatur Wendelinus in Gloss. Salico, nec eo loci *montem* significare contendit. Verum hic *montem* significare plane astruunt Leges Malcolmi II. Scotiae Regis cap. 1. §. 2. quae *Malbergium* per *Montem placiti* videntur expressisse. Hanc coniecturam firmat vetus Charta descripta a Frehero in Origin. Palatinis L. 1. p. 48. ex qua colligitur, in *tumulis* placita habita.

† MALBOBERGVS, placitum, iudicium, in Ch. a. 816. t. 1. Hist. Treuir. p. 167. V. *Malbergium.*

MALCAALCIA. Vetus Notitia ex Tabul. Eccl. S. Laudi Andeg. fol. 87. de quadam domo, a Comite Andegauensi empta: *Voluit eam habere, et inde Malcaalciam suam facere, quia proxima et commoda erat Curiae, pro qua domo petrina, de qua Malcaciam suam fecerat, dedit dictus Comes in concam-*

…rubio, etc. Idem videtur quod *…eschalcia*, equile, V. in hac voce.
…, Gloss. Isid. *Popino, qui amat popinas ire.*
…10, ἀηδής, in Glossis Graec-Lat. morosus, truculentus.
…CIDVS, mensurae Germaniae species, seu praestatio, quae ad modi mensuram fit. Ch. a. 837. Pez. t. 6. Anecd. part. 1. p. 68. *…ultros et malcidos non facerent, aliquem censum soluerent.*
…DA, pro *Malta*, caementum, *…rtier.* Pontificale MS. Gemeticense. V. *Malta.*
MALDARIVM, MALDARIVS, etc. V. *Maltra.*
† MALDERATVS, i. q. *Maltra*, t. 1. Annal. Praemonstr. Prob. p. 641.
MALDERIA, vas culinarium coquendis ferculis aptum. Chron. Mutin. apud Murator. tom. 15. col. 608.
MALDIVS, pro *Modius*, a Germ. *Maldar*, alias *Malter*. Constit. Frederici Imper. Feud. lib. 5. apud Spelmann.
MALDRARIVM, MALDRATA, MALDREDA, MALDRVM, V. *Maltra.*
† MALEABBIATVS, vox Italica, improbus, malus, perditus, in Stat. ant. Florent. l. 3. c. 82.
† MALEABLATVM, tributum quoduis, exactio, quae fit per vim et contra ius, ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 365. V. *Tolta 1.*
† MALEARMATA, piscis species. Tract. Mss. de Pisc. c. 105. *Cornuta, a nostris Malarmat, a Liguribus Malearmata per antiphrasim vocatur.*
† MALE-AVISITVS, imprudens, incautus, Gall. *Malavisé.* Lit. remiss. Ms. a. 1350.
MALEBARBIS, V. *Malibarbis.*
MALECLVM. Frideric. II. Imp. lib. 2. de Arte venat. in Prologo: *Quaedam* (instrumenta) *sunt in acquirendo aues rapaces vt retia, laquei et huiusmodi, cum quibus capiuntur. Cum auibus etiam rapacibus quandoque capiuntur rapaces verbi gratia cum accipitribus falcones; quaedam sunt in destruendo iam acquisitas, vt Maleclum iactu, et longa sedilia conuenientia, et huiusmodi.* Retis species videtur a *Macula* sic dicta, V. in hac voce.
MALECOLA, V. *Malacota.*
† MALECONTENTARI, offensioni ducere, in Ch. Ms. a. 1354.
MALECONTENTVS, seditiosus, factiosus, Gall. *Mécontent.* Litterae Comitis Frisiae, anni 1587. apud Rymer. tom. 16. p. 7.
MALECREDITVS, suspectus, cui fides non habetur. Fleta lib. 1. cap. 38. §. 21.
MALECVRTENSIS, inurbanus, ex Gallico *Mal courtois.* Hariulphus lib. 3. Chron. Centul. cap. 1.
MALEDARIA, vt supra *Maladeria*, in Bulla Iulii II. PP. anni 1506. ex magno Bullario Romano part. 2. p. 10.
MALEDICERE. Papias: *Imprecari mala, quod vulgo dicitur Maledicere.* Hinc *Maledictus*, vox Christianorum, pro ἐπικατάρατος, gliscente Christianismo sensim vsurpata a Paganis, vt obseruat Casaubonus ad Spartianum in Geta. Varia Maledictionum seu imprecationum genera, quae in Chartis intentari solebant, earundem violatoribus, hic referre haud abs re foret, nisi copiose iam eadem de re egisset Mabillonius lib. 2. Diplom. cap. 8. Adeas itaque licet virum eruditum: eiusmodi formulas pro vniuscuiusque libitu et genio multigenas, Graecis ab antiquo aeque ac Latinis vsitatas, priuatis quoque et Regibus inuenies, iis quidem rarius, quod ipsis sufficiebat regia auctoritas. Exemplis a Mabillonio laudatis vnum aut alterum notatu dignum subiiciemus. Charta Regis Athelstani anni 933. apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. *Si quis autem (quod non optamus,) hanc nostram donationem infringere temptauerit, perpessus sit gelidis glaciarum flatibus et malignorum Spirituum; terribiles tormentorum cruciatus euasisse non quiescat, nisi prius in riguis poenitentiae gemitibus et pura emendatione emendauerit.* Alia Eadredi Regis to. 2. Monast. Anglic. p. 867. *Belial si quis filius chartam hanc iure meo conscriptam inimicali Zelo corrumpere desideraverit, si non dubitet a cunctis*

Digitized by Google

regni mei seruientibus, Deo nunc et tunc et vsque in sempiternum abdicatum et excommunicatum sine fine cruciandum, vnde post mortem a Tartariis raptus ministris, in profundum pestiferae mortis inferni flammigera concludetur in domo, et ibidem in quandam ollam Vulcani, ligatis proiicictur membris, quae assidue bulliente pice repleta esse testatur, et a talibus frangentibus seu minuentibus intoleratissime atrociterque absque vlla misericordia sentitur; nisi hoc ante mortem poenitentiae lamentis emendauerit.

MALEDRINVS, V. *Melandrinus.*

MALEFACHA, vt *Malafacha*, delictum. Charta Curiae Arelat. de Maleficiis, anni 1283.

MALEFACTA, damnum, iactura, malum. Sententia Vice-Comitis Carcasson. an. circiter 1080. ex Bibl. Colbert. V. *Malefacturium.*

† MALEFACTIO, deliquium animi ex Garioponto. V. Reines. l. 3. Var. Lect. c. 4.

MALEFACTOR. (1) Gall. *Malfaicteur*, maleficus. Leges Ethelredi Regis Angl. §. 6. (2) † Latronum aliorumque malefactorum indagator et iudex, t. 1. Prob. Hist. Brit. p. 409.

† MALEFACTORIA, damnum, iniuste factum, t. 1. Prob. Hist. geneal. Portug. p. 55.

MALEFACTVM, *corvata*, operae, quas subditi ac rustici dominis suis praestare tenentur, Gall. *Corvée.* Charta anni 1235. ex Archiuis S. Victoris Massil. † Idem forte quod *Mallum*, nam ibi de placitis agi videtur.

MALEFACTVRA, vitiositas, Italis *Malafatta*, Gall. *Défectuosité.* Statuta Massil lib. 2. c. 40.

MALEFACTVRIVM, vt *Malefacta.* Charta Veremundi Regis aerae 1070. ex Tabular. Eccles. Lucens. apud Binarium.

† MALEFERIATVS, improbus, facinorosus, Ital. *Maleferito*, ap. Reines. var. lect. l. 1. c. 4.

MALEFERRVTVS, morbus equinus, in lumbis, vel in renibus dolores inferens, apud Petrum de Crescent. lib. 9. de Agricult. c. 33. vbi Gallicus vetus Interpres *Maufern*, *Malferuto*, Italis.

MALEFICARE, incantare. Iulius fricanus lib. 9. Hist. Apost.

MALEFICIARE, βλάπτειν, in G Graec. Lat.

MALEFICIATI, ii potissimum di tur, qui ex fascinata ligula, vt go fingitur, debitum reddere queunt. Galli dicunt: *Noüer quilletté.* Bleyn. Instit. lib. 2. p. *Et denique nonnulli vocantur M ciati, vtpote Maleficio, sine aut incantatione ad rem veneream habiles effecti.*

MALEFICIVM. (1) Idem quod *Dangerium*, damnum. V. in his vocibus. Petrus Rex Aragon. in Constitut. Cataloniae MSS. anni 1200. (2) Magorum ars, in L. 9. d. tit Cod. Th. et L. 1. Quorum appellat. eod. Cod. (3) † Peccatum quoduis, malefactum. Ch. Mf. a. 1306. (4) † Idem quod *Mahamium*, membri mutilatio, in Ch. Mf. a. 1224.

† MALEFICIVS, i. q. *Maleficus*, in Stat. crim. Saonae.

MALEFICVS, incantator, diuinus, Mathematicus, magus. S. Hieronym. in cap. 27. Hierem. *Maleficos, quos vel veneficos possumus appellare; vel daemonum phantasmatibus seruientes.* S. Augustinus lib. 10. de Ciuitate Dei. c. 9.

MALEFROZ, vel potius *Malefrock*, vulnus aut grauis contusio, Gall. *Meurtrissure*, praesertim in aperta corporis parte, a Belg. *Malen*, molere, et *frock*, percussio, contusio. Consuetud. Furnens. ex Tabular. Audomar. *Malefroz, vulnus quod tegi non potest, III. libris vulnerato et Comiti sex libris emendari debetur.*

† MALEGRACIARE, exsecrari, deuotare, Gall. *Maugréer.* Constit. Carmelit. Mf. V. *Malgreare.*

MALEGRATIBVS, ingratis, a Gall. *Malgré.* Charta apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. p. 837. V. *Male-grato* in *Creanture.* V. *Malae-grates.*

† MALEIA, i. q. *Mellaia*, rixa, in Ch. Mf. a. 1267. V. *Mesleia.*

MALEIVRIS, *periurus*, in Glossis Arabico-Lat.

† MALE-

Digitized by Google

MITTERE, dissipare, male dere, Ital. *Malmettere*, Gall. *tre*. Ch. Mſ. a. 1298.

CONIA, pro Melancholia. lic. Comodoliac. MS. apud not. tom. 2. Fragm. Hiſt.

CONICVS, melancholicus. SS. tom. 5. Maii p. 358.

ENDRINVS, latro, graſſator. *Malandrino*, ap. Barel. in Serm. *Malandrinus*.

EOLARE, MALLEOLARE, olis agrum conſerere, in Ch. a. 1415.

LEOLLVS, MALHEOLVS, MALHOLIVS, nouelletum, ager malleolis conſitus, Hiſp. *Majuelo*, Gall. ol. *Mailhol*. Ch. Mſ. a. 1322. 1325. MALLOLIVM, in alia a. 1380. MALHOLLIVM, in alia a. 1362. V. *Malliolus*.

† MALEQVINVS, monetae aureae ſpecies, ap. Murat. t. 5. Antiq. p. 852. V. *Meloquinus* et *Melachinus*.

MALESVASVS. (1) Plauto maleſuadus, malus conſiliarius. Ditmarus in Chron. apud Leibnit. Scriptor. to. 1. pag. 367. (2) † Adiect. Caducus, iniquus, in Ch. a. 890. ap. Fleureau in Hiſt. Bleſ. p. 202.

MALETA, diminut. a *Mala*, equeſtris ſarcina, pera viatoria, Gallis *Male*. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. inter Acta SS. to. 3. Iunii p. XXXI.

† MALETENGVDA, ſarti tecti, vel culturae in praediis ruſticis neglectus. Lit. a. 1385. t. 8. Ordin. reg. Franc. p. 280.

† MALETOLLETTVM, MALTOLETTVM, tributum quoduis, ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 365. et 435. V. *Tolta*.

MALETOLTA, MALETOTA, V. *Tolta*.

MALETRACTARE, male aliquem excipere, Gall. *Maltraiter*, in Lege Longobardor. lib. 1. tit. 6. §. 1. 2. lib. 2. tit. 11. §. 4. in Legibus Luithprandi Regis tit. 93. Chartophyl. regii Ch. 444. *Mala tractatio*, apud Arnobium lib. 4. Tertullian. de Poenitent. c. 12.

† MALETRACTATA, vulnus, laeſio. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1450.

† MALETTARIVS, *maletarum* ſeu equeſtrium ſarcinarum artifex, in Memor. H. Cam. Comput. Pariſ.

† MALETVS, i. q. *Maleta*, equeſtris ſarcina, in Ch. Mſ. a. 1306.

† MALEVANTIA, ius dominorum mutuo ſumendi a ſubditis res praeſertim ad victum neceſſarias, i. q. *Credentia* 6. Ch. a. 1103. t. 2. Hiſt. Occit. Prob. p. 361. V. *Malleuantia* et *Manuleuatio* 2.

† MALEXARDIA, facinus quoduis, in Stat. Placent. l. 6.

MALEXARDVS, apud Maluecium in Chr. apud Murator. to. 14. col. 914. Ab Italico *male* et *ardire* audere, dicti videntur *Malexardi*, id eſt, homines ad malum et facinus audendum proiecti.

MALFACTIO, Δειποθυμία, Medicis. Gariopontus lib. 2. cap. 19. *Lipothymia*, i. e. *Malfactio, fit ex nimietate aut euacuatione ſanguinis, etc.* Idem lib. 1. cap. 7. *Primo caput dolet, vertigines capitis patiuntur, cum Malfactionibus*. Vtitur eo non ſemel, et lib. Symptomatum cap. 16. quod inſcribitur de *Malfactionibus*. Vbi et *malfieri* vocem vſurpat, vt et lib. 5. cap. 8.

† MALFAIRO, ſcelus, flagitium, in Leg. Luſit. t. 1. Prob. Hiſt. geneal. Portug. p. 11.

MALFARIVM, adulterium. Coronatio Henrici Regis Portugalliae, apud Anton. Brandaonem lib. 10. Monarch. Luſitan. c. 13. V. *Misfacere*.

MALFATICVM, vinum Aruiſium, *Malvoiſie*. Bernhardi de Breydenbach Iter Hieroſ. p. 237.

† MALFIERI, animae defectionem pati, ap. Alex. Iatroſoph. Mſ. V. *Malfactio*.

† MALGA, grex. Stat. datiar. c. 13. pro praeſtatione ex gregibus ouium aliorumque animalium occurrere videtur ap. Murat. t. 2. Antiq. p. 79.

† MALGARIVS, qui *malgas* ſeu greges curat, paſtor, in Stat. Mant. l. 1, c. 142.

† MALGHESIVS, idem, in Stat. datiar. Riper.

MALGIA, perperam pro *Mallia*. V. in hac voce. Charta a. 1330. tom. 3. notae Gall. Chr. inter Inſtrum. col. 63.

MALGREARE, exsecranda verba iactare, funditare, Gall. *Maugréer*. Statuta Eccles. Meldenfis anni 1483. to. 2. Hist. Eccl. Meldens. pag. 525.

MALHA, annulus catenae, a Gall. *Maille*. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex lib. viridi fol. 53. V. *Macula* 2.

MALHEOLVS, V. *Maleollus*.

MALHO, V. *Malones*.

† MALHOLHVS, i. q. *Malhollius*, in Ch. Ms. a. 1461.

MALHOLIVS, MALHOLLIVM, V. *Maleollus*.

MALHOLTIVS, malleolus, furculus vitis praesertim, Gallis *Marcotte de vigne*, Massilienfibus *Mailhot*, Hispani *Malhojo* vocant, quoduis ramale. Charta anni 1461. ex Tabular. S. Victoris Massil. *Et quod debeat portare Malholtios vitium plantandarum*. MALLEOLVS in Statut. Arelat. MSS. art. 36. vt et apud Ciceronem. V. *Maillolus*.

MALHONES, V. *Malones*.

MALIA. (1) Vox Italica, magia, maleficium, incantatio. Miracula S. Iohann. Gualberti, to. 3. Iulii p. 421. (2) Idem quod *Mala*, *Male*, *Valise*. Statuta Equit. Teuton. c. 14. apud R. Duellium Miscell. lib. 2. p. 27.

† MALIATOR, malleator, Schmid, in Tract. Ms. de re milit. V. *Malleator*.

MALIBARBIS, σπανοπώγων, in Gloss. Graec. Lat. Glossae Lat. Gr. *Malebarbis* σπανῶν, Leg. σπανοπώγων. Suidas: κακογένειος, σπανόπώγων. Ita *Malebarbis* idem valet ac malebarbatus. In iisd. Gloss. MSS. sub lit. E. ἐπανωπώγων, *Malibarbis*, id est, qui barbam habet in *malis*, seu genis.

MALICIDA, qui malos occidit. S. Bern. edit. Mabill. in Exhort. ad Milit. Templi, tom. 1. col. 546.

MALICORDIS, πονηροκάρδιος, πονηρόψυχος, in Glossis Graec. Lat.

† MALIDVS, *emollitus*, *effractus*, in vet. Gloss. Cod. 7613. V. *Malaxare*.

† MALIGANITAS, pro *Malignitas*, improbitas, in Stat. crimin. Saonae.

MALIGAVEL. V. Somnerum, in Tractatu de Gavelkynd pag. 27.

† MALIGINOSVS, aeger, va... narius, in Act. SS. t. 1. Aug. p.

MALIGNARE. (1) Idem, ... Gallicum *Mehaigner*. Leges He... I. Regis Angl. c. 11. *Qui ordin... occiderit, vel Malignauerit, emen... ei sicut rectum sit*. V. *Mahan...* (2) Nocere, in Epist. Alani A... gae de Detest. belli Gall. edit. ... chesn. p. 481.

MALIGNVS, diabolus, qui scrip... bus Ecclesiasticis passim *Malus*... tur. Commodianus Instrum. 59...

Vincite Malignum pudicae feminae Christi,

V. *Malus*, *Iniquus*, *Inimicus*.

MALILOQVIVM, detractio. Caesarius Arelatensis Serm. 3.

MALINA, MALINEA, oceani incrementum, aestus maris turgidior, et maiore aquarum cumulo in littus profluens, *Ledoni* contrarius, qui aestus et maris languidior, et remissior. Papias: *Malina crescens aestus maris*. Beda lib. 1. de Nat. rerum c. 29. *Omnes cursus maris in ledones et Malinas, id est, minores et maiores aestus dinidit*.

MALINCONIA, vox Italica, Melancholia. Acta S. Bertrandi to. 1. Iunii pag. 794.

MALINGRERIVS. Michael de Platea, ap. Rocchum Pirrum in Archiep. Messan. sub anno 1347. *Et extortis clauibus a Malingrerio dictum Patriarchum fortiter increparunt*. Vbi Pirrus annotat, *Malingrerium* olim dictum, qui hodie *Sacrista* est.

MALINGVINARI, melancholia, tristitia affici. Miracula S. Zitae, to. 3. Aprilis pag. 520.

MALIOLVS, V. *Malliolus*.

† MALISCHALKVS, equiso, Ital. *Mariscalco*, t. 1. Concil. Constant. part. 10. p. 603. V. *Marescalcus*.

MALISOLA, festum Manichaeorum, V. *Bema*.

MALITAS, pro *Malitia*, in Glossis vett. κακία. Occurrit in L. 5. D. Quod metus causa.

MALITIA. (1) Fraus, *malum ingenium*. Bulla Honorii III. apud Vghell. to. 1. part. 1. pag. 822. Hinc apud Senec.

Digitized by Google

Epist. 31. *Malitia* virtuti opponitur. (2) Depraedatio, iniustitia. Edictum Pistense, anni 864. cap. 27. (3) Maleficium, incantatio, venenum, apud Sextum Platonic. 22. de Medicina animalium cap. (4) Vexatio, afflictio, vt in illo Euangelii: *Sufficit diei Malitia* Tertullian. L. 2. adu. Marcion. *Malitiae apud Graecos interdum pro passionibus et laesuris, non pro malignitatibus ponuntur.* Ita *Malitia cordis*, apud Alypium Antioch. seu Auctorem Descript. Orbis c. 1. (5) Statutum 2. Westmonasterense cap. 46. Vbi de Marescalli Regis iuribus in hominiis Baronum: *Et si forte ad homagium nihil ceperit, ad Malitiam suam capiat*, id est, sibi imputet.

† MALITIOSA FEBRIS, acuta, German. bösartig, ap. Alex. Iatrosoph.

† MALITIOSE, malo animo, in Lit. remiss. Ms. a. 1380.

MALIVOCVS, apud Anastasium in Hist. Eccles. vbi Theophanes δυσόνυμος habet.

MALIVOLOSVS, *malignus*, κακόβουλος, in Glossario Graec. Lat.

MALIVOLVS, diabolus. Acta purgationis Caeciliani. V. *Malignus.*

† MALIVS, malleus, Ital. *Maglio*, in Tract. Ms. de re milit.

MALI-VSVS, exactiones contra ius inductae. Tabular. Solemniac. V. *Tolta.*

MALIXIA, quae et *farcula*, vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

MALLA, pro *Malia*, vel *macla*, hama thoracis, nostris *Maille*. Comput. an. 1336. to. 2. Hist. Dalphin. p. 278. V. *Macula* 2.

MALARDVS, anas masculus, Gallis *Malard*, in Chron. Willel. Thorn. cap. 32. pag. 2010. Perperam *Mathlardus* pro *Malhardus*, in Charta laudata in voce *Cercella.*

MALLARE. (1) Ad *mallum* citare, in ius vocare, in Lege Salica. tit. 18. §. 18. tit. 52. 54. Alamann. tit. 36. Baiuuar. tit. 1. cap. 11. §. 2. *Mallare post finitam et emendatam causam.* Lex Alaman. tit. 94. MALLARE AD AENEVM, ad iudicium seu probationem aquae feruentis prouocare, citare. Lex Salica. tit. 55. §. 1. MALLARE AD SERVITIVM, vel *in seruitio*, aliquem in ius vocare, vt seruum se profiteatur. Capitulare Lotharii Imp. tit. 3. §. 32. V. *Mallenta.* OBMALLARE, eadem notione, in Lege Salica, tit. 37. §. 8. in Capitul. 3. Ludouici Pii, anni 819. c. 7. Perperam Glossa interlinearis *morti datur.* Sensus enim est *an in Iudicium qui legi paruit, vocetur?* REMALLARE, eodem perinde significatu, in 124. formula, apud Lindenbrog. form. 125. V. *Admallare* et *Mallum.* (2) † *Marla* seu marga agros stercorare, Gall. *Maller*, Germ. Metzgelt. Ch. Ms. a. 1274. V. *Malleria* et *Marla.*

MALLATA, V. *Malliata.*

MALLATIO, submonitio, in ius vocatio. Edictum in Carisiaco.

MALLATOR, actor, qui ad *Mallum* submoner. Vetus Notitia to. 12. Spicilegii Acher. p. 154.

MALLATVRA, pensitatio, quae pro *mallis* publicis fiebat. Charta Ludouici II. Imp. anni Imperii 25. pro Casaurienfi Monasterio, in Tabular. eiusd. Ecclesiae.

MALLEARE. (1) Malleo seu gladio dimicare. Sallas Malaspinae lib. 3. Rer. Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. p. 273. V. *Martus.* (2) Malleo contundere. Lambertus in Hist. Comitum Ardensium, apud Ludewig. to. 8. Reliq. MSS. p. 566. (3) † Ad *mallum* citare, i. q. *Mallare*, in Ch. a. 873. t. 6. Gall. Christ. Instr. p. 7.

MALLEATIO, mallei percussio. Epistola Innocentii IV. PP. apud Mabill. supplem. Dipiom. p. 101.

MALLEATOR, Gloss. Graec. σφυροκόπος, *Malleator.* Genes. 4. 22. *Tubalca, qui fuit Malleator.* Iob. 41. *Malleatoris incus.*

MALLEBERGVM, V. *Malbergium.*

MALLENSES, iudices *Malli*, seu vt aliis placet in iudicium vocati, pro negotiis persequendis ac disceptandis; apud Odonem Abbat. Cluniac. in Vita S. Geraldi Comitis lib. 1. c. 19. *In craftinum vero Mallensibus vndique ad Seniorem confluentibus, iubet rem adduci.*

Digitized by Google

MALLENTIA, plegium, vt videtur, vadimonium; de *recredentia* quippe seruorum hic agitur, porro quando quis homines suos repetebat ii statim coram iudice seruos se profitebantur, aut vade dato, id se professuros spondebant, V. *Recredere*. Forte etiam *Mallenta* est ius aliquem ad *Mallum* citandi. V. *Mallum*. Litterae Eduardi II. Regis Angl. anni 1314. apud Rymer. tom. 3. pag. 505. *Propter quod eadem Margareta ex causis praenitis, (et praecipue pro eo, quod in Curia nostra S. Seueri recredentia, vel Mallenta quorundam hominum suorum, per Senescallam laudatum arestatorum ex parte praefatae Margaretae ibidem petitae, in casu videlicet vbi recredentia vel Mallenta secundum foros et consuetudines partium illarum dari debent denegatae fuerunt,) ad Curiam Franciae appellauit, sicut eadem Margareta nobis significauit, etc.* V. *Mallcare ad Seruitium* in *Mallum*.

MALLEOLI *vocantur non solum parui mallei, sed etiam ii, qui ad incendium faciendum aptantur*, Festus. Nonius: *Malleoli, manipuli, spartei pice contecti, qui incensi aut in muros, aut in testudines iaciuntur*. Adde Vegetium lib. 4. c. 18. V. Carolum de Aquino in Lexic. milit.

MALLEOLVM, falconariis est sacculus quidam lineus, capax longitudinis et grossitiei corporis falconis recens capti, perforatus ex vtraque extremitate, ita vt caput et cauda per vtrumque foramen libere transeat, vt falco sine laesione domum transferri possit, V. Frideric. II. Imp. lib. 2. de Venat. cap. 44.

MALLEOLVS, et *Malholtius*. (1) V. *Malleoli*. (2) † Nouelletum, ager malleolis consitus, in Ch. Mf. a. 1364. V. *Maleollus*.

MALLERIA, fossa, vnde eruitur *marla* seu marga, Gall. *Marniere*. Charta Matth. de Roia ann. 1226. ex Tabular. Corbeiensi. V. *Marlariae*.

MALLETI, Gall. *Maillotins*, a malleis quibus dimicabant, sic dicti seditiosi quidam sub Carolo VI. Rege Francor. ann. 1413. Vita Clementis VII. PP. apud Bosquetum. V. nagii Origin. Gall. in voce *Mai* et infra *Malleus*.

MALLEVANTIA, idem quod *cr tio*, quasi *mala leuatio*, seu abl Liber Mirabilis, seu Tabular. Ab tiae Conchensis in Ruthenis cap. V. *Credentia*, Creditum.

† MALLEVATVM, cubiculum ale Gall. *Galetas*. Stat. ant. Floren I. c. 73.

† MALLEVERIVM, fideiussio, sp sio, Ital. *Malleveria*. Stat. Mf. a. 1

MALLEVS. (1) Inter arma dimic tium, *Clava* forte, vel potius gladius ipse. Gesta Philippi III. Franc. Regis ann. 1279. *In quodam illorum tyro iniorum Comes Clarimontis, . . . armorum pondere praegrauatus et Malleorum ictibus pluries et fortiter percussus in amentiam decidit*. Hinc (2) MALLEVS, f. pro molettrina papyracea. Gall. *Maulin a papier*, quia malleis linteorum quisquiliae conteruntur et macerantur, vnde conficitur charta nostra vulgaris. Charta Roberti Comit. anni 1284. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. pag. 134. *Nec permittemus aedificari a nobis seu ab aliquo alio aliquod molendinum batiffol, seu laus seu Malleos infra confines superius nominatos*. Alia eiusdem Roberti anni 1285. ibid. pag. 135. *Quae eadem vniuersa et singula praemissa nos eisdem religiosis et eorundem Ecclesiae donauimus . . . ad tenendum et possidendum, vt rem suam perpetuo, ad aedificandum et reaedificandum, Malleos et piscarias quascumque ad piscandum*. (3) Equorum morbus, de quo multa Vegetius lib. 1. Artis veterin. cap. 2. et seq. Adde lib. 3. cap. 23. et Meursium in *Mallis*.

MALLIA. (1) Monetae species, apud Gallos, quo nomine aureas quasdam monetas appellatas, docet Cangius in Dissertatione de Nummis Imperatorum Byzantinorum. Maxime vero ita appellantur minutiores monetae, quarum duae pro vno denario computabantur, vt est in Chartis 1306. et 1309. in Probat. Hist. Castilionensis p. 98. 192. V. *Maiculi* et *Moneta*. (2) Idem quod *Macula*, *Maille*.

Digitized by Google

[illegible] Litterae Eduardi IV. Reg. [illegible] anni 1474. apud Rymer. to. [illegible] p. 841. *Lanceas gleyves et Mal[illegible], ac omnia alia.*

MALIARE MONETAM, cudere, fabricari, *Battre monnoye.* Charta anni 1299. apud Marten. to. 1. Amplis. Collect. col. 1405.

MALLIATA, MALLATA, hama piscis, Ital. *Maglia*, Gall. *Maille*, in Ch. a. 1230. V. *Macula 2.*

† MALLIDICVS LOCVS, vbi *mallum* seu placitum tenetur, i. q. *Malbergium*, in Ch. Orton. I. a. 947. t. 1. Hist. Treuir. p. 282.

† MALLINVM, *vt liminile, vas aquaticum ad manus; Bassin, Prou.* Gloss. Prou. Lat. Cod. 7657. V. *Malluniae.*

MALLIOLVS. Charta Pontii Comitis Emporitani, ann. 1063. in Appendice ad Capitul. Reg. Franciae n. 149. *Vel ipsam matam quae dicitur silua S. Romani, sicus terminat de parte Circi in Malliolo* S. *Petri praescripti, et descendit per ipsam ferram, etc.* Infra: *Descendit vsque ad ipsas palumbarias, sicque coniungitur vsque in ipsa villa, via de ipso Malliolo.* Hispanicum forte *Majuelo*, nouelletum, Gallis *Jeune plant, vigne nouvelle*; quae coniectura admodum firmatur ex loco mox laudando. MALIOLVS, eadem notione, in Placito habito Albiae anni 878. inter Instrum. to. 1. nouae Hist. Occitan. col. 135. *De illis vero vineis et Malliolis quos iam dictos Fulcrada aedificauit, super istum territorium, a suis partibus obtineat, et donet ad dictos iam haeredes, alium tantum terrae quantum eo die et ipsis vineis et Molliolis ipsis aduenire debuisset.* V. *Malones.*

† MALLIVM, metaphorice opus, labor, in Tract. Mss. de re milit.

MALLO, *inflatus, tuber est sine dolore*, in articulis vel genibus equorum. Veget. L. 2. Art. veterin. c. 48.

MALLOBERGIVM, V. *Malbergium.*

MALLOLIVS, V. *Maleolus.*

MALLONES, μαλλοὶ, Graecis, cirri, cincinni, implexi crines a μαλλὸς, *vellus*, συνεσταλμένη θρὶξ, apud Varinum. Glossae antiquae MSS. *Mallonem, comam, Graece.* Papias: *Mallonem Graece comam capitis dicunt, quod nos cirros.* Anastasius in Benedict. II. p. 57. Proprie significat, teste Murat. t. 2. Antiq. Ital. p. 1087. globum alicuius rei, quae e filis aut pilis constat.

MALLVM. (1) Vel MALLVS, publicus conuentus, in quo maiores causae disceptabantur, iudiciaque maioris momenti exercebantur a Comitibus, Missis dominicis, aliisque Iudicibus. Papias: *Malum*, (leg. *Mallum.*) *generale placitum dicebatur, quando totus conueniebat populus ter in anno.* Guichardus a *Malal* Hebraeo, id est, dicere, loqui, etymon arcessit, alii probabilius a voce Germanica *Mael*, quae *congregationem* vel *conuiuium* sonat, vt Guillimannus lib. 2. de Reb. Heluet. cap. 9. aut *Mael* Saxonico, *Ius, Lex, Iudicium*, atque inde complurium in Belgio locorum, ac virorum nominibus adiici *Mall* obseruat Wendelinus, quod in iis olim *Malli* habiti sunt. Danis etiam *Male* et *Maal*, causam, rem, actionem significat, vt obseruat Resenius ad Ius aulicum Canuti II. Regis Daniae p. 595. Islandis pariter *Mael* loquelam sonare idem scribit pag. 702. Vita S. Walarici Abbatis c. 15. *Vbi quidam Comes . . . iuxta morem saeculi concioni praesidebat, quod rustici Mallum vocant.* Capitul. Caroli C. tit. 39. cap. 12. *Mallus neque in Ecclesia, neque in porticibus aut atrio Ecclesiae, neque in mansione Presbyteri iuxta Ecclesiam habeatur.* Similia leguntur tit. 9. c. 78. in Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 28. et Lege Longob. lib. 2. tit. 55. §. 26. PLENVS MALLVS, Gall. *Plein jugement, pleine audience.* Charta Gorziensis Monasterii anni 957. sic claudit: *Actum in villa Dexteriaca in pleno Mallo*, apud Chiffletium in Vindiciis Hisp. MALLVS PVBLICVS, in Capitul. Caroli M lib. 3. c. 57. Chr. S. Benigni: *In Luco, villa, in Mallo publico ad res audiendas vel indicandas venit.* MALLVM INDICARE, in lege Salica tit. 46. num. 1. MALLVM INTERMICERE, differre. Edictum Pistense anni 864. cap. 32. MALLVM TENERE. Synodus Suessionensis sub Carolo C. cap.

Digitized by Google

cap. 7. Adde Capitula Carol. C. tit. 30. §. 32. MALLVM GERERE, Gall. *Tenir les plaits.* Chron. S. Benigni, pag. 414. AD MALLVM VENIRE. Priuilegium conceſſum Hiſpan. a Ludouico Pio. V. Capitul. Carol. M. L. 7. c. 96. AD MALLVM MANNIRE, in ius vocare, in Lege Ripuar. tit. 32. MALLVM TOLLERE, penſitationem pro *mallis* exigere. Ch. an. 1173. ap. Murat. delle Antic. Eſtenſi, p. 340. (2) Forum, ni fallor, Gall. *Place.* Charta anni 1050. ex Schedis *D. le Fournier: Et eſt ipſa donatio in pago Tolonenſe, in villa Solarios. Haec ſunt, duae temirae in Mallo cum presbiterio et parochianis eccleſiae B. Mariae de Bello-loco.* (3) † Iudicium in *mallo* prolatum. Placit. a. 890. t. 2. Hiſt. Occit. Prob. p. 26.

MALLVS. (1) Pro Malus, Gall. *Mât.* Epiſtola Petri de Condeto to. 2. Spicil. Acher. pag. 565. (2) V. *Mallum 1.*

MALLVVIAE, MALLVVIVM, vas, quo manus lauantur. Itinerar. Adriani VI. PP. apud Baluz. to. 3. Miſcell. pag. 409. Vox Feſto nota.

MALMASETVM VINVM, Aruiſium vinum, *Malvoiſie*, Anglis *Malmſey.* Bernhardi de Breydenbach Iter Hieroſol. p. 31. V. *Maſſaticum.*

MALMOLA, vectigal, tributum, Anglo-Saxonibus *Male.* Chartular. Gemeticenſe to. 1. p. 324. *Porro tributum Malmolae hominum futurorum vehementer cupiditate inardeſcente, ſi decreverint maltari, non plus tribuunt quam hoc noſtro tempore illi conceſſum eſt dare.*

MALNA. Hariulfus, lib. 3. Chron. Centul. c. 3. *Malnae fericae tres ex piſce 1.*

† MALNEGATOR, pro *Maluegator*, V. in hac v.

MALO. (1) Cirrus, V. *Mallones.* (2) Species *malae*, pera viatoria. Charta Eduardi IV. Reg. Angl. anni 1480. apud Rymer. to. 12. p. 122. V. *Mala.* (3) V. *Malones.*

MALOBATRATVS, Malobathro rinctus. Sidonius lib. 8. Epiſt. 3.

MALOCHIA, V. *Meluſia.*

MALOGRANATA GVTTA, h craniae ſpecies, quam Galli vo *Pomme grenade*, V. in *Gutta 2.*

MALOGRANATVM, tintinnabul vel campanula. Chron. S. Trudo to. 7. Spicileg. Acher. pag. 349.

† MALO-GRATIBVS, inuite, ing tiis. Form. MSS. Cod. 7657. V. *lae-grates.*

MALOGRATO, Gall. *Malgré*, *Creantum.*

MALOLIS, V. *Malones.*

MALOLIVS, idem quod *Mallio* Statuta Montis oliui anni 1231. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 967.

† MALOLVS, ager *malleolis* conſitus, in Ch. Mſ. a. 1311. V. *Maleolus.*

MALOMELLVM, *genus pomi melliſlui et dulcis, quia fructus eius habeat ſaporem mellis, vel quod in melle ſeruetur.* Io. de Ianua.

MALONES, MALHONES. Charta Raymundi Comitis Toloſani, anni 1326. in Regeſto Toloſae Camerae Comput. *Aedificia et baſtimenta, terras cultas et incultas, vineas et Malones, agros et condaminas.* Alia ann. 1243. in eodem Regeſto fol. 88. *Queſtas, toltas et ademprina, albergas, ſucceſſiones, et eſcaducas, furnos, et molendina, aquas, littora, et piſcarias, vineas et Malhones cum terris, in quibus ſunt etc.* Alia ann. 1246. fol. 46. *Videlicet forciam et aulum et domos et Malolem, et furnum, etc.* In Chartis aliis Gallicis *Mailoles* dicuntur, quae vox crebro ibi occurrit, videturque vineam aliquam ſonare. Petrus de Creſcentiis lib. 4. *Maiulum* vuae ſpeciem facit, a qua forte *Malones* vineae ipſae dictae. V. *Malliolus.*

† MALONOMVS, *mandra*, *opilio*, *paſtor*, in Gloſſ. Prou. Lat. Cod. 7657.

MALO-VELLE, inuitus, nolens, Gall. *Malgrè*, apud Murator. to. 8. col. 429.

MALPAGA, debitum. Charta Catharinae Comitiſſae Virtutum anni 1381. *Pro defectibus et Malpagis illorum nullatenus poſſint moleſtari.* Scribit Catellus lib. 2. Rerum Occitanarum pag. 297. Lutetae carcerem eſſe, *Malepague* dictum, in quem coniiciuntur

Digitized by Google

…ur debitores a creditoribus ipſo …, ex quo non eximuntur, niſi …debita perſoluta: vnde, inquit, …ellatur *Malepague.*

…PITIO, Italis *Malpizzone*, mor… equinus, *in bulletis vngularum, …, cum carnes viuae iunguntur cum …ulis etc.* apud Petrum de Cre…ntiis lib. 9. cap. 48. cuius vetus …llicus Interpres habet *Palpizon.*

† …ALSARDVS, proditor, t. 4. Cod. …l. diplom. p. 417.

† …ALSERNVS, idem, in Conſuet. Carcaſſ.

MALTA. (1) Caementum, *Mortier.* Ordo Romanus de Conſecratione Eccleſiae. De hac voce multa commentatur Octau. Ferrarius in Originibus Ital. (2) Pro *Molta*, molitura, Gall. *Mouture.* Charta anni 1256. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. pag. 70. (3) Pro Melita, et *Maltenſis*, pro Melitenſis, apud Murator. to. 6. col. 395.

MALTARE. (1) MALTARE, MALTARIVM, MALTER, etc. V. *Maltra.* (2) Solidare. Vetus Interpres Iuuenal. Sat. 5. *Quia hoc ſolent vitrum ſolidare, id eſt, Maltare.* V. *Malmola.*

† MALTELLVS, clauus figendis tegulis accommodatus, in Comput. Mſ. a. 1295. *Pro maltellis ad latandum factis.*

MALTHO. Pactus Legis Salicae, tit. 30. edit. Eccardi: *Si quis lidum alienum extra conſilium domini ſui ante Regem per denarium ingenuum dimiſerit, malb. Malsho theaso meolito, etc.* vbi doctiſſ. Editor *Maltho*, deſignauerit, interpretatur, a verbo German. *Malen*, deſignare.

MALTMVLNA, molendinum, vbi braſium molitur, Maltmühle; vocabulum compoſitum ex vocabulis Anglicis, *malt*, braſium, et *muln*, vel *mulne*, molendinum. Occurrit in Vitis Abbat. S. Albani p. 63.

MALTOLETTVM, V. *Maletollestum.*

† MALTOTA, tributum quoduis, in Ch. Mſ. a. 1348. V. *Tolsa.*

MALTOVTA, V. *Tolta.*

MALTRA, MALTRVM, MALDRVS, MALDRVM, MALTER, promiſcue, menſura Germanica, continens quatuor modios, Germ. Malter; modius vero ſeu Mud, comprehendit quatuor quartales. Ita Vadianus et Goldaſtus. Eckeardus Iun. de Caſibus S. Galli, c. 1. *De tarra auenis centum Maltrorum.* Charta Henrici Imp. ann. 1114. in Actis Murenſib. pag. 32. *Vnum Maltrum de frumento et vnum fritſchingum, et vnum ſiclum de vino.* Eadem Acta pag. 37. *Debet ſingulis annis dare 4 Maltra de Spelta, et 6. de auena.* Ne cui vero negotium exhibeant Inſtrumenta quaedam, in quibus *Maltra* minoris menſurae memoratur; obſeruandum aliam fuiſſe publicam, quae maior, aliam clauſtralem, quae Eccleſiaſticorum erat, eaque minor: huius quae fuerit capacitas diſcere eſt ex Cod. MS. Conſuetud. Eccl. Colon. fol. 11. *Canonici maioris Eccleſiae habebunt annuatim ad album panem . . . 900. Maldra, et 78. Maldra tritici, . . . 50. parui partes albi fiunt de Maldro tritici menſurae Colonienſis, . . . de iſta ſumma ſoluet Vrisheim 500. modios tritici, qui faciunt 300. Maldra, clauſtralis menſurae.* Erat praeterea *Maldrum paruum*, cuius mentio fit in iisd. Conſuetud. 90. *Maldra parua faciunt 152. Maldra clauſtralis menſurae 50. modii ſiliginis faciunt 112. maldra, et dimidium Maldrum.* MALDRE, apud Tolner. Hiſt. Palat. inter Inſtrum. pag. 33. MALDRVM, et MALDRVS, apud Caeſarium lib. 4. cap. 6. lib. 10. c. 17. et 47. MALDARIVS. Charta Henrici Comitis Namurcenſ. et Luxemburg. ann. 1182. MALDARIVM, in veteri Charta apud Cornelium Kempium lib. 2. cap. 11. MALDRARIVM. Acta S. Adalheidis, to. 1. Febr. pag. 713. MALTER et MALDER, in Tabulis Anſelmi Abbat. Lauresham. apud Freher. in Origin. Palat. MALTARE, apud Conradum Vrsperg. in Philippo, et Suenonem p. 325. Charta anni 1374. MALDRATA, quantum *Maldra* continet, Specul. Saxon. L. 2. art. 16. §. 4. MALDREDVM, in Charta anni 1205. apud Ludewig. to. 1. Reliq. MSS. p. 25.

MAL-

MALTVM, vox, quae Architectis *solidamentum* sonat, V. *Smaltum*.

MALVAGGIVS, sceleſtus, Ital. *Malvagio*. Acta S. Alexandri Epiſc. to. 1. Iunii. p. 750.

† MALVATICVM, vinum Creticum, Ital. *Malvagia*, Germ. Malvaſier, ap. Barel. in Serm. V. *Maluaxia*.

MALVAVISCVM, herbae genus. V. ſupra in *Magrancules*.

MALVAXIA, Aruiſium vinum, Gall. *Malvoiſie*, Ital. *Malvagia*: Statuta Vercell. lib. 4. p. 95. Vo.

† MALVAZIA, idem, in Conuent. Saonae a. 1526.

† MALVEGATOR, maleficus, incantator, Ital. *Malvagione*. Stat. crimin. Riper. c. 104.

MALVEISIN, machinae bellicae ſpecies, ſic appellata lingua Gallica, tanquam *malus vicinus*, *ſeu mauvais voiſin*, quod proximos hoſtes maxime incommodaret. Petrariae ſpeciem facit Matthaeus Pariſ. ſub anno 1216. *Propter petrariam, quae Malveiſine Gallice nuncupatur, quae cum machinis aliis Franci ante caſtrum locata, muros acriter crebris ictibus verberabant*. Ex quibus colligitur, fuiſſe machinam, qua muri lapidibus ingentibus impugnabantur.

MALVELLA, V. *Malbella*.

MALVESY, Aruiſium vinum, *Malvoiſie*. Mandatum Richardi II. Reg. Angl. anni 1393. apud Rymer. to. 7. pag. 745. V. *Maluaxia*.

MALVGINOSVS, κακεντρεχὴς, *ſubdolus*, in Gloſſ. Graeco-Lat.

MALVITIVS, auis ſpecies, Gallis *Mauvis*, apud Frider. II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 18.

MALVM. (1) Candelabri pars, inſtar mali ſeu pomi rotunda. Chron. Caſin. lib. 3 cap. 57. (2) Publicus iudicum conuentus, Tabular. Rothon. V. *Mallum*. (3) † *Malum dicere*, contradicere, aduerſari, in Inquiſit. Mſ. a. 1268.

† MALVM-BONVM, morbi genus, Gall. *Bon-mal*. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1450.

MALVM-MORTVVM, morbi genus pedum et tibiarum, Gall. *Maux-morts*. Miracula B. Edmundi Archiep. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1893. *Gauterius de Charni a et Mali-mortui incommodo, libe*

† MALVM REGIS, ſtrumae, in SS. t. 6. Aug. p. 618.

MALVS, diabolus, Scriptoribus Paulinus Narali 4. de Exorciſta.

† MALVS-CASVS, in ludo pi cum pila male datur, Gall. *Male-c* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1396.

MALVS-CLERICVS, Gall. *Mauc* indoctus, ignarus; Gallis enim *Clericus* idem quod doctus ſona Genealogia Reg. Franc. to. 2. Sp Acher. p. 805. V D. de Caſeneuve Origin. Gall. V. *Malotru*.

MALVS-FAGVS, fagi ſpecies infructifera, quae glandem fageam non fert. Litterae anni 1152. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 451. V. *Faia* 1. † Leg. videtur diſtinctis vocibus *Malus, Fagus*.

MALVS-FOSSATVS, foſſatum paſcuum. Charta anni 1196. ex Archiuis S. Victoris Maſſil.

MAMA, cereuiſiae ſpecies, Germ. Mumme. Telomonius de bello cum ciuitate Brunſuic. apud Leibnit. to. 2. Script. Brunſuic. p. 90. *Cereuiſia, quam Mamam aut Mocam ridicule appellant, pro-potu, ac quodam atri ſaporis acido, quod Conventum vocant, homines huius loci vtuntur*.

MAMACHVTVS, *fatuus ac ſtolidus*. Vocabular. Suſſannaei.

MAMACVLVS, δεῖμα. Gloſſ. Lat. Gr. MSS. Sangerm. † Forte *Dramatulum*.

MAMALIRETS, Soldani milites. Informationes ciuitat. Maſſil. de *Paſſagio* transmarino ex Cod. MS. Sangerm. V. *Mameluchi*.

MAMATIO, vadium, ſeu pignus, quod duello decertaturi ex decreto iudicis, apud eum deponebant. Litterae Caſtellani Inſulenſis, anni 1236. ex Chartul. S. Quintini in Inſula.

MAMBAX, mendoſe, in Gloſſ. Arabicis pro *Bambax*, quod vide in *Bombax*.

MAMBOTA, pro *Manbota*, in Legibus Edmundi cap. 3.

MAMBVRDITOR, MAMBVRGVS, V. *Mamburnus*.

MAM-

Digitized by Google

MIA. (1) Gubernatio, re- Chronic. Cornelii *Zmmfliet*, Marten. tom. 5. Ampliſſ. Col- col. 367. V. *Mamburnus*. (2) BVRNIA, MAMBVRNIVM, Charta Communiae S. Quin- anni 1195. *Niſi aliquis qui trianerit, aut aliquis qui eſt in mburnia, ſuper hoc clamorem fe-* MANBVRINA, eadem notio- Charta anni 1249. in lib. Anni- B. fol. 218. MANBVRNIA, hartul. AB. Sangerm. anni 1253. 212. MANDEBVRDA, in rta Ludouici Boni, ann. 815. apud D. Calmet. to. 1. Hiſt. Lotha- ring. col. 298. MANIBVRNIA, Litterae Philippi III. Reg. Franc. MANVBRVNEA. Charta Hugonis Militis ann. 1259. ex Tabul. S. Ni- caſii Remenſ. MANVBVRNIA, ea- dem notione. Charta ann. 1207. ex Tabul. S. Nicaſii Remenſ. MAN- BVRGIVM *et defenſio* in Legatione Synodi Mantalenſis ad Boſonem Re- gem ann. 879. (3) MANIBVRNI- VM, adminiſtratio, regimen. Ch. a. 1270. ap. Miraeum t. 1. p. 437. V. *Mamburnus*.

MAMBVRNIRE, tueri, vti tutores ſolent. Vita B. Iuetrae Recluſae cap. 9. n. 25. *Qui quaſi pueros Mamburnire videbatur.* MANBVRINARE, idem. Charta ann. 1313. ex Chartular. Martin. Pontiſar. *Omnes expenſae et cuſtus facti, pro querendis, adducendis, troturandis*, (f. triturandis) *et Mamburinandis fructibus.*

MAMBVRNVS, tutor, gubernator, Gall. *Mambour*. Bulla Innocentii II. PP. an. 1137. apud Miraeum, to. 1. p. 94. *Fuimus per praefatos Mamburnos et gubernatores dicti Hoſpitalis, debita cum inſtantia, requiſiti, quatenus etc.* Etymon a Theutonico Mund accerſunt viri docti, quod os ſignificat, et bar, *paratum, praeſens, nudum, apertum*, quia os eſſe debeat publice iis, quorum tutelam ſiue mundium ſuſcepit, ſed probabilius eſt, voces has efficias eſſe ex *Mundium* et *Mundiburdus*, quas vide. MAMBVRDITOR. Charta Richardi Reg. Rom. anni 1267. apud Miraeum in Donat. Belg. cap. 117. MAINBVRNVS, in Charta anni 1300. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Auuern. p. 298. MAMBVRGVS, in Charta anni 1253. apud Miraeum to. 1. pag. 584. MANIBVRNVS, in Charta ann. 1360. apud Ludewig. to. 5. Reliqu. MSS. pag. 26. MANBVRNVS, qui Pago praeeſt. Acta SS. to. 4. Iunii de S. Walhero pag. 616.

MAMELVCHI. Sic appellabant Aegyptii mancipia Chriſtiana, aut ex chriſtianis parentibus orta, in pueritia capta, et pretio diſtracta, ex quibus eligebatur, qui caeteris imperabat, Sultani appellatione. De his Willelmus Tyrius lib. 21. cap. 23. MAMVLVCHI Sanutus lib. 2. part. 2. c. 6.

MAMERRIVM. Acta D. Erardi de Liſignii Epiſc. Autiſſ. apud Ducheſn. to. 1. Hiſt. Card. Gall. p. 215. inter Probat. *Propter bonum caſtitatis . . . . habebat etiam tres catenas argenteas nodis plenas quodam inſertas Mamerrio, ex quibus de nocte carnem ſuam diſciplinis pluries caſtigabat.* Vbi leg. *Manubrio.*

MAMILIARES, *μαστοχεῖρα*, in Gloſſ. Graec. Lat. Editis et MSS. vbi Meurſius emendat: *manuales*; malim *manulares.*

MAMILLAM STRINGERE, in Lege Salica tit. 22. §. 4. *Prendre le ſein d'une femme, etc.* In Lege Friſion. tit. 22. §. 88. *Feminam per maxillam ſtringere.* Forte quis legat *Mamillam*. Editio Aleman. *Mamillam capulauerit*, hoc eſt, amputauerit.

MAMILLARE, amiculi genus, quo vbera mulieres tegere conſueuerunt, quia eo mammas adſtringunt. Martin. in Lexico.

MAMILLARIVM, tota animalis pars inferior. Vetus MS. Corbeienſe, cui titulus *de Menſe Abbatis.*

MAMIVM, mendoſe pro *Manium* vel *Manitio*. Charta anni 1465. ap. Rymer. to. 11. pag. 556. *Per aliquas incurſiones, innaſiones, depraedationes, deroborationes*, (L. derobationes) *perſonarum Mamium ſeu rerum captiones, etc.*

Digitized by Google

MAMLERNA. Diploma Alfonsi Regis Castiliae, apud Stephanot. to. 3. Fragm. Hist. MSS. p. 215. *Dono insuper et concedo praefato monasterio totam illam Mamlernam, quae Holza nuncupatur et iacet inter villam Imo et Laem Christofori de villa Diago ex integro sicut eam habeo vel habere debeo iure haereditario in perpetuum habendam.*

MAMMA, V. *Mammare.*

MAMMALVCI, iidem, qui *Mameluchi.* Bernhardi de Breydenbach Iter Hierosol. p. 38.

MAMMARE, lactare; *mammam dare,* Plauto in Menaech. hinc *Mamma* nutrix, et *Mammula*, nutricula, apud Gruter. 88. 3. 663. 2. S. Augustin. in Psalm. 39. *Praegnantes sunt, qui spe intumescunt: Mammantes autem, id est, lactantes, qui iam adepti sunt, quod concupierant.* Μαμμεύειν, in Glossis Graeco-Barbaris. † MAMMA, pro matre apud Montfauc. in Diar. Ital. p. 147.

MAMMMELINVS, pro *Miramomelinus*, occurrit apud auctorem Magni Chronici Belgici an. 1212. p. 210.

MAMMETRECTVS, corrupte dictum pro *Mammothreptus*, id est, auiae alumnus a nutrice educatus, Graec. μαμμόθρεπτος. Goclen. Lex. Philos.

MAMMIOS, ὑμὴν, apud veterem Interpretem Moschionis de morbis mulierum c. 42.

† MAMMIS, *cheval*, in Gloss. Lat. Gall. Cod. 7692.

MAMMOCESTIS. Apitius lib. 8. de Re culin. c. 6. *Hoedus, siue agnus syringatus, quod est Mammocestis, exossatur diligenter, etc.* Vbi *Mammocestis* perperam, ni fallor, pro μαμμόθρεπτος, qui adhuc lac sugit.

MAMMONA, vox Chaldaea, diuitiae, lucrum Hieronymus in c. 6. Matth. *Mammona sermone Syriaco diuitiae nuncupantur.* August. lib. 2. de Serm. Domini in monte: *Mammona apud Hebraeos diuitiae appellari dicuntur. Conuenit et Punicum nomen; nam lucrum Punice Mammon dicitur.*

MAMMONES, simiae. Guillelmus de Baldenzel in Hodoeporico p. 112.

MAMMVLA, V. *Mammare.*

MAMOTREPTI, *pueri dicunt[illegible] diu sugunt, quod non decet.* [illegible] ex D. Augustino.

† MAMPHORA, sudarium, lin[illegible] in Act. SS. t. 4. Aug. p. 2[illegible] *Mafors.*

MAMVLVCHI, V. *Mameluchi.*

MAMZER, *spurius.* Gaspar. B[illegible] Glossar. apud Ludewig. to. 3. [illegible] MSS. p. 56. V. *Manzer.*

MANA, mater, anus, femina [illegible] prouectior. Luithprandus in L[illegible] *Obuiantes mihi mulieres, quae [illegible] in stuporem mentis versae, M[illegible], Mana clamabant.* Geruasius Tilleberiensis MS. de Otiis Imper. decis. 3. c. 95. *Mulieres agnosco Manas nostras, quae processerunt in diebus suis, quae proponebant, se de nocte vidisse, etc.* Vtitur etiam Fr. Recuperius in Miraculis B. Ambrosii Senensis num. 59. et 128. apud Senenses: *Mana e nome d'honoranza, per le donne di bassa conditione, a cui non convenga titolo di Modenna.* Ita Academia Cruscana. Graeci μάνα eadem notione vsurparunt.

MANA DIES, vox familiaris veteribus Gallis notos mane salutantibus, qua bonam faustamque diem amicis apprecabantur, vt obseruat Valesius in Notitia Galliarum p. 562.

MANACIA, minae, ex Gallico *Menace.* Glossae MSS. Reg. Cod. 1198. *Minis, Manaciis.* Quae quidem vox occurrit, ni fallor, apud Hincmarum Laudunens. Episc. p. 612. Editus Codex habet *Manacta.* Vix est vt cum D. Cangio sentiam vocem *Manacia* apud Hincmarum minas significare: probabilius videtur ad vocem *Manaties* respexisse, qua in Consuetud. Lotharing. tit. 6. art. 9. designantur possessiones ea lege ad censum annuum concessae, vt in iis maneant (vnde f. etymon) possessores, easque non distrahant, atque, ipsis sine liberis decendentibus, ad dominum reuertantur. Quae quidem non male, vt opinor, cum altaris cohaerent.

MANACIARE. Glossae MSS. ad Canones Concil. *Comminari, Manaciare.*

MANACTA, V. *Manacia.*

MANA-

Digitized by Google

DA, V. *Manata* et *Maisnada*.

DERIVS, idem videtur qui *Mansionarius*. Statuta MSS. Auscior. 66.

AEVHS, V. *Mairchieus*.

NAGERIVS, idem qui *Manens*, *mansionarius*, *hospes*, qui ratione *mansionis* vectigal aut censum quotannis domino persoluit. Charta Caroli Regentis an. 1362. Reg. 92. Chartophyl. regii Ch. 191. V. *Mansionarii*, *Managium*.

MANAGIVM. (1) Aduectio, transportatio, a Gall. *Mener*, ducere. Literae Balliui de villa Terrici an. 1281. (2) Mansus, vel mansio. Testamentum Herberti Comitis Viromand. ann. 1059. apud Ioann. Carpentarium in Hist. Camerac. *Apud Goiacum . . . tria Managia*. Charta Willelmi Comitis Pontiui an. 1205. *Concessi Magistro Simoni Cappellano S. Crucis 15. libras, in recompensatione Managii Euae Signoreae.* (3) † *Familia*, Gall. *Menage*. Lit. remiss. Ms. a. 1376. (4) † Ius quod domino competit in *Managia* seu praedia subditorum. Gualt. Hemingford. de Gest. Ed. 1. pag. 93. (5) Tributum quod pro mercibus, quae aduehuntur, debetur. Ch. Ms. a. 1280,

MANAGVR, f. negotii alicuius rector, Anglis, *Manager*, vox Wallica, in Legibus Hoëli Boni Regis Walliae c. 9. *Hic est vnus homo eorum, cui soli creditur, scilicet Managur, dictator continens cum testimonio Sacerdotis, etc.*

MANAHEDA, idem, vt videtur, quod *Mansus*, domus, habitatio. Tabular. Rothonense: *Et hoc est tributum istius terrae: de auena modios X. . . . In Manaheda XII. denarios, sine censu, sine tributo.*

MANAIA. Testamentum MS. Raimundi Comitis Melgorienſis in procinctu Itineris Hierosol. exaratum: *Dono D. Deo et S. Petro . . . sedis Magalon . . . Manaiam, quam habeo in salinis.* Et infra: *Et relinquo suprascriptam Manaiam et totum pulmentum piscium, quam de toto stagno habeo.* Idem videtur quod pugillata salis, quantum manu continetur, ac proinde idem quod *Manata*, de qua voce mox.

MANALIS. (1) MANALES LAPIDES, *qui in modum cylindrorum per limites trahebantur*. Papias. (2) † Mobilis; dicitur de officio, a quo quis amoueri potest, in Stat. eccl. Tull. a. 1497.

MANALITES, eadem notione qua *Missi*, qui res dominicas disponunt, administrant. Praeceptum Lotharii Regis pro Monasterio Prumiensi an. 865. apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. col. 176.

† MANAMENTVM, mansio, domus, in Ch. Ms. a. 1265.

MANANA, V. in *Mannus*.

MANAPIATVS, hypothecatus, l. si quis comparauerit. de praesumpt. Ita Hierolexic. Macri.

† MANARA, securis, Ital. *Mannaia*. Murat. t. 12. p. 559.

MANARIA, batillum, falcula, Gallis *Faucille*, *serpette*, Italis *Manarino*, quod ad manum facilis sic dicta. Capit. Caroli II. Regis Siciliae Rubr. de armis acutis: *Qui cum roncha ferrea, acetta, Manaria, cultello quocumque quemquam percusserit, etc.* V. *Mannaria*.

† MANARIXIVS, i. q. *Manare*, in Stat. Vallis-Ser.

MANAROTA, idem videtur quod *Manaria*. Histor. Cortusior. lib. 2. apud Murator. to. 12. col. 800. *Et inspiciens vidit maximam peditum multitudinem a lanceis longis, a balistis et Manarotis ante portam, etc.*

MANAS, *malas*, *maxillas*. Papias.

MANATA, quasi *Mannata*. Italis certe *Manata* est *brancata, tanta quantita de materia, quanta puoi streguere, o tener con mano*, manipulus, Gallis *Manée*. Charta Amedei Com. Sabaud. ann. 1249. apud Guichenonum: *Concessit pro remedio animae suae . . . leydam salis, quam habebat apud Chamberiacum, praeter Manatam salis, quam recipiebat Magistralis Chamberiaci nomine ipsius.* MANADA. Tabularium Conchensis Abbatiae in Ruthenis ch. 226. *Sextarios sex de ciuada, et sex gallinas, et tres Manadas de canbet*, i. tres manipulos cannabis. V. *Palma*.

† MANATICVM, praestatio propter mansiones soluenda. Req. feud. Aquit.

† MANATVS, mendose, forte pro *meratis*, et hoc contracte, pro *memoratis*, in Probat. vlt. Hist. Trenorch. p. 281.

† MANAVERIA, instrumentum quoddam ad piscandum vtile, in Ch. Ms. a. 1307. V. *Manea*.

† MANAVESIVS, armorum genus, i. q. *Manarixius*, securis, in Stat. Mant. l. 1. c. 112.

MANAZEI, ita dicti in Bosnensi regno Paterini haeretici, vt est in Hist. A Cutheis an. 1366. a Manichaeis id vocabuli fluxit.

† MANBORNIA, tutela, in Ch. Ms. Goberti de Asperomonte. V. *Mamburnus*.

MANBOTA, compensatio mortis, a voce Saxonica *Man*, quae hominem sonat, et *Bothe*, quae a *bettan* deducitur, quod compensare est. Erat igitur *Manbota* perempti hominis illa aestimationis pars, quae caesi domino compensationis loco tributa est. Leges Inae Regis c. 69. *Ex aestimatione capitis viri, qui vicenis, dum vixerat, aestimabatur solidis, subtrahantur 30. solidi ad compensandam domino mortem etc.*

MANBVRGIVM, MANBVRINA, etc. V. *Mamburnus*.

MANBVRINARE, V. *Mamburnire*.

MANCA. (1) Pro *Marca*, seu certo auri et argenti pondere. Willelm. Malmesb. l. 2. de Gestis Angl. *Ad omnes principales sedes librum hunc suo iussu conscriptum se velle transmittere, cum pugillari aureo, in quo esset Manca auri*. Glossarium vetus Anglican. circa tempora Edw. III. exaratum, *Mancam siue mantam auri, triginta denariorum* fuisse tradit. Lambardus mancusam et marcam, quae verba idem sonant cum manca, nummum argenteum 30. valentem denariis interpretatur. Verum iure in dubium vocat Somnerus, an *Manca* et *Mancusa* nummus aut percussa moneta fuerit, cum probabilius sit, fuisse auri aut argenti quid certo quodam pondere constans, qua notione *Marcam* vulgo accipimus, cuius valor tam in auro quam argento crescit aut minuitur pro ratione valoris monetae, qui vt plurimum pro nutu et libito Principum minuitur aut augetur. Atque inde fit, vt in Legibus Henrici I. cap. 69. *manca* sex solidis aestimetur, quinis nimirum denariis ad solidum; in Lege Adelstani Reg. c. 6. 30. denariis; *mancusa* vero apud Willelmum Thorn. p. 1776. in Variantibus Lect. pondus 2. solid. et 6. denar. dicatur. Occurrit in Legibus et Scriptoribus Anglicis passim. V. Monastic. Anglic. to. 2. p. 266. et infra *Mancusa*. MANCO. Liber mirabilis, seu Tabularium Abbat. Conchensis in Ruthenis ch. 19. (2) Defectus, Germ. Mangel, Gallis *Manque*, Italis *Mancanza*. Vrbanus II. PP. in Epist. ad Iuonem Carnotensem Episcopum. (3) Forte nauiculae piscatoriae genus. Vita S. Oswaldi saec. 5. Benedict. p. 745. *Totam simul piscariam Rameseusi Ecclesiae contulit cum Mancis et costis piscatorum*. V. *Mancina*. (4) MANCA MANVS, sinistra. Electio Henrici Regis Portugalliae apud Brandaon. in Monarch. Lusitana lib. 10. c. 13.

MANCALDVS, mensura annonaria, Gall. *Mancaud*. Chartul. Aquicinctense fol. 60. *Godefridus de Strumel dedit Ecclesiae Aquicinensi . . . . censum 2. modiorum auenae, duorum etiam Mancaldorum pisae*.

MANCALZ, modus agri, qui *mancaldum* capit. Chartul. Aquicinctense fol. 26. *Iohannes de Hainelcurt vendidit nobis duas Mancalz terrae*.

MANCANARES, pomaria. Vox Hispanica; *Mançana*, pomum. Charta aerae 1010. apud Ant. de Yepez in Chron. Ord. S. Bened. to. 5.

MANCANVM, († idem videtur.) Charta aerae 978. apud Ant. de Yepez in Chron. Ord. S. Bened. to. 6. p. 460. *Concedimus ibi seruiendam illa vinea de illo Mançano alia vinea iuxta alia vinea de illa Comitissa, etc.*

MANCARE, mutilare, membro priuare, in Leg. Alem. tit. 12. 13. 14. Pact. Leg. Sal. tit. 32. §. 5. V. *Mancus 1*.

MAN-

Digitized by Google

ASTER, *mancus*, in Gloſſ.

CATIO, mutilatio, in Leg. Rip. art. 6. et paſſim alibi.

NCAVS, menſura frumentaria. Chartular. S. Vedaſti Atrebat. V. 264. *Ad pontem de Wendin debet ſellerarius . . . in feſto omnium SS. quatuor Mancaus frumenti.* V. *Mandldus.*

NCEA, menſa, Gall. *Table.* Inventarium an. 1342. ex Archiu. S. Vict. Maſſil. V. *Mancia.*

NCELLA, parua manica, manicella, Gallis *Manchette.* Wolphardus Preſbyt. lib. 1. de Vita S. Walpurg. c. 6. n. 19.

MANCEPS. (1) Satelles, lictor, vel qui ſatellitibus praeeſt. *Manceps, Sergent*, in Gloſſar. Lat. Gall. Sangerm. S. Cyprianus Epiſt. 69. *Latrones Mancipi, obſequio pleno humilitatis obtemperant.* MANCEPS MVTATIONVM. Gloſſ. Gr. Lat. ἐπίσκοπος, ὁ τῆς καταμονῆς ἡγούμενος, *Stationarius, Manceps. Mancipes curſus publici*, de quibus in Cod. Th. in l. 15. 22. 35. 36. 42. etc. de Curſu publ. Senator. lib. 4. Epiſt. 47. MANCEPS *Thermarum, Salinarum*, in Cod. Th. MANCIPES, publicani ſpontanei, inquit Gothofredus ad leg. 17. lib. 13. Cod. Theod. tit. 1. quibus cura vt diſtributionis, ita exactionis iniungebatur, ſuo priuato commodo. (2) Piſtor publicus, Μάγκιψ, ὁ τεχνίτης τοῦ δημοσίου ἄρτου, in Gloſſis Baſilic. Ita *Mancipes* vſurpant l. 1. et 2. Cod. Theod. de Frumento vrb. CP. vt cenſet Cuiacius. At Iacobus Gothofredus non quosuis piſtores, ſed eos, qui piſtrinis publicis, atque adeo panum ciuilium et militarium piſtoribus praepoſiti erant, ex d. l. 18. et ex Socrate lib. 5. cap. 18. ſolos *Mancipes* appellatos contendit. Verum in d. l. 18. *Mancipatus*, non eſt praepoſitura piſtrinorum, ſed *panis excoctio, et obſequium piſtrini*, ad quod tenebantur omnes, praeter eos, qui ratione dignitatis a muneribus ſordidis immunes erant, ex l. 15. eod. Cod. de Extraord. ſiue ſordid.

† MANCER, ſpurius, pro *Manzer*, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 7692.

MANCHA. (1) Idem quod *Manca* 1. Charta Henrici Reg. Angl. apud Madox Formul. Anglic. pag. 38. (2) † Manica, Gall. *Manche*, in Comput. Mſ. a. 1244.

† MANCHALDVS, menſura annonaria, in Ch. Mſ. a. 1169. V. *Maucaldus.*

MANCHANVM, V. *Manganum* 2.

† MANCHEVS, MANCIEVHS, ius *giſti* ſeu *procurationis*, in Ch. Mſ. a. 1306. V. *Mancio* 1.

† MANCHVM, manubrium, Gall. *Manche*. Guido de Vigeuano Mſ.

MANCIA. (1) Innocentius III. lib. 1. Epiſt. pag. 30. Edit. Venetae, de officio Camerarii in Eccleſia Perusina: *Ipſe vero quod cuique opus erit, iuxta facultates domus prouide diſpenſabit Mancias, et alia quae fuerint neceſſario danda intus et foris, cum conſilio Archipresbyteri ſine murmure tribuet, etc.* Vbi *Mancia* idem eſt, quod *menſa*. V. in hac voce. *Mancias* donum clientibus factum interpretatur Mabillonius in Notis ad Ord. Rom. to. 2. Muſei Italici p. 129. vnde *manum* vocat Benedictus *preſbyterium*, ſeu donatiuum, quod ſummi Pontifices diſtribuere ſolent, maxime cum inaugurantur. V. in *Manus*. (2) † *Augurium, omen, diuination*, Prou. in Gloſſ. Lat. Prou. Cod. 7657.

MANCINVS, Io. de Ianua, *qui vtitur ſiniſtra pro dextra manu, et e conuerſo, a manus.* Leg. *a mancus*, V. in hac v.

MANCIO. (1) Ius *giſti* ſeu *procurationis*, vel Praeſtatio pecuniaria, quae ob id exigebatur. Charta Caroli M. anni 3. ipſius imperii in Hiſt. Mediani Monaſt. pag. 159. V. *Manſiones*. (2) Περίστυλον, periſtylium. Gloſſ. Lat. Graec. MSS. Sangerm. Perperam pro *Manſio.*

MANCIONATOR, V. *Manſionator.*

MANCIPA, mererrix. Statuta Maſſil. lib. 5. c. 13. † Hiſp. *Manceba.*

MANCIPALIA, *publicae res*, in Gloſſis MSS. ad Concil. Afric. c 36

MANCIPALIS, mancipium. Gildas in Gemitu p. 9.

† MANCIPARE. (1) Lacerare, vel per vim auferre. Stat. synod. Tornac. a. 1366. (2) In se quid suscipere, vadem se praestare, i. q. *Manucapere*. Ch. Ms. a. 1210.

MANCIPARI EFFECTVM, sortiri, obtinere. Ltterae Henrici III. Reg. Angl. an. 1225. apud Rymer. to. 1. p. 280.

MANCIPARIVS, mancipiorum mango, venditor. Scholiastae Iuuenalis ad illud Sat. 11. v. 147. Perperam videtur scriptum in Notis Tyronis pag. 80. *Mossipiarius*, pro *Mancipiarius*.

MANCIPATIO. (1) Pro *Emancipatio*, seu potius *Manumissio*. Charta Iwani Comitis Alostani an. 1139. apud Miraeum to. 1. p. 104. (2) † Obligatio, seruitus. Ch. Ms. a. 1183. V. *Mancipatus*.

MANCIPATVS, seruitus, ministerium. Epist. Stephani VI. PP. to. 3. Conc. Hispan. pag. 161. *Mancipatus*, pro ministerio pistrini, V. *Manceps*.

MANCIPIA, serui hominis, sed non eiusdem ordinis atque conditionis; *Mancipia* quippe Ecclesiastica ab aliis diligenter secernunt Capitularia Regum nostrorum, cum ne *in seruitutem secularem redigantur*, prohibent tom. 2. col. 364. neque ea commutari nisi ad libertatem permittant. Capitul. Caroli C. ib. col. 56. MANCIPIA *non casata*, hoc est, serui ruralibus possessionibus non addicti. V. *Casati*. MANCIPIA ORIGINALIA, serui a prima origine colonariae conditionis. Appendix Marculfi form. 16. MANCIPIA PALATII, eiusdem conditionis atque *Mancipia* Ecclesiarum, in Capitul. Caroli M. an. 793. num. 12. MANCIPIA, serua. Praeceptum Lotharii Regis an. 856. apud Marten. tom. 1. Amplissf. Collect. col. 146.

MANCIPIALIS, in Glossis antiquis MSS. *Originis eiusdem, vel locum, officium gerens*.

MANCIPIATA CASA. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 92. §. 1. *Si quis comparauerit terram, id est, solum ad aedificandum, aut casam Mancipiarum, et quinque annos inter praesentes possederit, etc.* Vbi Lex Longob. l. 2. tit. 36. §. 1. h *Maneipatam*. Recte Muratoriu hunc locum *casam Mancipiatam Mancipatam* dici existimat, qu auctionem vendita est.

MANCIPIOLVM, mancipium, se minoris pretii. Concil. Turon. cap. 19.

MANCIPIVM. (1) Villa, ma tenementum; quae omnia vna voce significari videntur, in C Imberti Archiep. Arelat. ann. 1190. *Nos itaque cum consilio e lunitate Consulum Arelatensium et tius populi collectam eleemosynam, quam ad subuentionem terrae Hierusalem in ciuitate nostra et in Mancipiis fecimus, per eosdem fratres vltra mare duximus transmittendam.* Strictiori notione, nempe pro Familia, domus, vsurpatur in Conc. Toler. XVI. ann. 693. inter Hispan. tom. 2. p. 741. (2) Gloss. Lat. Gall. Sangerm. ex Iohann. de Ianua: *Mancipium, Fils ou fille non émancipés, ou ce qui peut estre prins a la main, et estre subjet, si comme homme ou beste.* (3) Pistrinum, V. *Manceps*. (4) *Seruus*, V. *Mancipia*. (5) † MANCIPIVM ADDICENS, discipulus, tiro, t. 8. Ordin. reg. Fr. p. 565. (6) † Fideiussor, qui vadem se praestat, in Ch. Ms. a. 1300. V. *Mancipare 2*.

MANCIPIVS, f. institor, Gall. *Facteur*. Consuetudo Tolosae part. 2. tit. 2. art. 3. *Est similis consuetudo . . . inter Mercatores et Mancipium, seu mancipios, et socium sine socios, videlicet si dictus recipiens Mancipias aut socius talis extiterit, qui nullam partem habeat in dicta mercanderia, etc.*

MANCIVA, nauis Indica, de qua Maff. Histor. Ind. l. 16.

MANCIVS. Iulius Firmicus lib. 2. cap. 12. *Magos, Sophistas, Mancios etiam et Tabellarios, sine cursores, qui principum negotia nuncient.* Sed indubie legendum *nuncios*.

MANCLAVIVM, Graecis recentioribus μαγκλάβιον, fustis est, quo caedebantur, qui fustuarium meruerant: quasi manualis clava. V. Salmas. ad Trebell. Pollionem in Gallie-

nis

ap. 16. et in Claudio cap. 14. Ita
iannus.

o, V. *Manca*.

QLDVS, menſurae ſpecies. Pri-
ium Leduini Abb. S. Vedaſti
at. an. 1036. ex Chartul. eiusd.
t. V. p. 243. *Et ſemel in anno*
Mancoldus ſalis, vnde debemus
ri 2. modios ſalis per annum.
nta Mancoldos de manu noſtra
et, et pro duobus habet redditum
m. V. *Mençaldus*.

DR, genus frumenti. Chartu-
n SS. Trinit. Cadomenſ. fol. 45.
nta acras frumenti, et quater
i de Mançor, et 10. acras ordei
auenae.

DSVS, V. *Mancuſa*.

DTVS, menſura agraria, Gal-
ncau. Charta Laurentii Abb.
il. an. 1180. ex Tabul. eiusd.
Campus unius ſextarii, et vna
a quarterium ſeminaturae . . .
Mancoti, vnum arpentum dua-
rinarum et dimidiae iuxta ar-
n S. Amandi . . . tres Mancoti
arpento quod eſt cum vno ar-
S. Sulpitii, et cum vno ar-
S. Stephani.

LA. (1) Forte pro Machina,
ctarea. (2) V. *Mancuſa*.

LARI. Gloſſ. Graec. Lat.
ω, *Tempto, Manculor*. Ita
H. Steph. V. *Maniculare*.

OSA, V. *Mancuſa*.

s. (1) Gloſſae Iſonis Magi-
Mancus, contractus, debilita-
nutilatus, vel imminutus. Pa-
egis Salicae tit. 32. §. 1. *Si*
lterum manu aut pede capola-
de manu capolata vnde Man-
, et ipſa manus ſuper eum pen-
tc. Proprie porro Galli *Man-*
cant, ſeu *Manchots*, qui alte-
nt manu, vel certe qui alte-
anus vſu priuantur. Gloſſ.
Lat. ἀριστερόχειρ, *mancuſſetus*.
MS. habet *mancusſecus*. Forte
um, *mancus, ſcaeuus*, vel *ſcae-*
ui ſcilicet manu ſiniſtra pro
vtitur, σκαιός. Coniecturam
firmant Gloſſar. Lat. Graeu.
angerm. *Mancuſſetus*, ἀριστε-
, i. e. qui agit manu ſiniſtra.
Seruatus in Vita Wigberti c.
23. *Manci exoptabilem manuum na-*
cti ſunt vſum. (2) Pro *Manca* vel
Mancuſa, ſeu *Marca*. Placitum Spo-
leti habitum ab Adalhardo Abb. an.
814. apud Murator. to. 2. part. 2.
col. 361. *Et ſi non dimiſiſſet, vt aut*
ipſe, aut Herfualdus filius eius ita
non adimpleſſent, et aliter remouere
quaeſiſſent, per qualecumque ingenium,
componerent mihi mancos CXC. Oc-
curit iterum col. 362. V. *Manca* 4.

MANCVSA, pro *Manca*, ſeu *marca*,
paſſim habent Scriptores Anglici,
Anglo-Saxonibus *Mances, Manceſſa*,
et *Mancus*, vt auctor eſt Spelman-
nus. Matthaeus Weſtmonaſt. an. 857.
Romae autem ſingulis annis 400 dena-
riorum Mancuſas praecepit portari,
etc. Simeon Dunelmenſis, an. 855.
Romam quoque pro redemtione animae
ſuae trecentas Mancuſas portari prae-
cepit, etc. Alibi habet *trecentas Man-*
cuſas denariorum. Perperam *man-*
cula videtur editum apud Rogerum
Hovedenum p. 415. V. in *Berbix*.
Quidam exiſtimant, vocem *Mancuſa*
eſſe Anglo-Saxonicam: alii *Mancu-*
ſam ita appellatam fuiſſe quaſi *manu*
cuſam, vt Caius et Watſius, quod
procul abeſt a vero, cum conſtet,
Mancuſam non fuiſſe monetam per-
cuſſam, ſed certum monetarum ali-
quot pondus, licet contra ſentiat
Lambardus in voce *Mancuſa*. V. *Man-*
ca et *Marca*. Codex MS. Will. Thorn.
S. Benedicti Cantuar. ſub an. 848.
Et pro hac donatione praedictus Cleri-
cus dedit eidem Regi centum Mancu-
ſas in duabis armillis, et nota, quod
Mancuſa eſt pondus duorum ſolidorum
6. denar. Addit vetus Chronicon,
laudatum a Spelmanno in voce *Ro-*
meſcot, an. 858. *Et ſciendum quod*
Mancuſa et marca pro eodem tunc
temporis accipiebantur. His adde Hic-
keſium in Diſſertat. Epiſtol. pag.
109. V. *Marca*. Fuit et *Mancuſa* men-
ſura liquidorum, vt colligitur ex
Indice Cod. MSS. dom. Simondſii
d'Ewes apud Hickeſium p. 306. vbi
memoratur Charta venditionis VIII.
Manſarum agelluli pro LX. *Mancuſis*
puriſſimi olei. MANCVSVS, MAN-
COSVS, idem quod *Mancuſa*. Char-
ta 90. inter Alamannicas Goldaſti.

Digitized by Google

MANCVSI AVRI. Iſo Magiſter in Gloſſis ad Prudent. *aureos: Mancuſa, Philippei, Mancoſi.* Mox: *Mancuoſa.* Praeceptum Caroli Mag. pro Monaſt. Caſaur. to. 5. Spicil. Acher. p. 396. *Mille Mancoſos auri eidem monaſterio perſoluere culpabilis habeatur.* MANCVSICA, *Mancuſia aurea*, in Charta an. 1117 apud Murator. delle Antic. Eſtenſi pag. 284. MANCVSI ARGENTEI. Anaſtaſius Biblioth. in Leone IV. p. 197. *Multosque ei in argento Mancoſos praebuit.* MANCVSI BARCHEONENSES, Barcinonenſes, in Charta Guillelmi Comit. Cerit. an. 1067. Append. ad Marcam Hiſp. col. 1137.

MANCVSSECVS, MANCVSSETVS, V. *Mancus.*

MANCVSVS. (1) Ornamentum muliebre ex auro vel argento, f. armilla, Gall. *Braſſelet.* Teſtam. Adalaidis ann. 978. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 97. *Rogo vt filia mea ſit inde Abbatiſſa, et ad ipſam remaneant ipſi nodelli mei cum ipſos Mancuſos et maures.* (2) V. *Mancuſa.*

MANDA. (1) *Deceptio, fraus.* Gloſſ. Iſid. vbi Graeuius: Gebhardus legendum ait *mandra*, hanc puto ob cauſſam, quod *mandrator* et hic et apud Papiam, et in MS. Gloſſ. exponatur *cauillator.* Vt vt ſit eadem vox *Manda* occurrit in charta X. Seculi apud Stephanot. to. 7. Fragm. Hiſtor. MSS pag. 361. *In excamamentum propter ipſas res de Baieriis coram teſtibus qui eos iurare fecerunt quod nec ipſi nec filii eorum Mandam nec commandam in praefatis rebus recepiſſent.* V. *Commenda.* (2) Vox Hiſpanica, legatum, Gallic. *Legs.* Teſtam. Ramiri Sancii Reg. Nauarr. apud Ioſ. Moret. Antiq. Nauar. p. 630. † Pro Teſtamento occurrit in Ch. Luſit. a. 1256. (3) † Arca, in qua pecunia reconditur, a Gall. *Mande*, ciſta Ch. Mſ. a. 1305.

† MANDACIVS, oſtioli cuſtos, in Lit. a. 1316. t. 8. Ordin. reg. Franc. p. 209.

MANDAERIVS, MANDAERS, MANDAERIA, V. *Mandatarius.*

† MANDAGIVM, i. q. *Mandatagium*, in Ch. Mſ. a. 1308.

† MANDALA, manipulus. *Vigiti mandalas ſtraminis*, in Ch. Mſ. 1242.

MANDALVS, κατοχός. Ita Glo Graec. Lat. MS. et Editum. Ali μάνδαλος, *Peſſulus.* Gloſſ. Lat. Gr *Repagulum*, χόρεξ, melius χάρ κλῆθρον, μήτρα θύρας, μανδα Gloſſ. S. Benedicti cap. de Habi tionib. κατοχεύς. Papias: *Mandul genus clauſurae horti.* Ita enim M Codex. F. a Britannico *Dala*, tene retinere. Supplem. vero Antiquari *Mandalus*, κάτοχος, κατοχεύς, *Imbricitor.*

MANDAMEN, pro mandatum. Geſta Epiſcop. Leodienſ. apud Marten. to. 4. Ampliſſ. Collect. col. 902.

MANDAMENTVM. (1) Mandatum, iuſſio. Charta an. 1233. ex minori Chartul. S. Vict. Maſſil. pag. 142. (2) Litterae, quibus Magiſtratus aliquid *mandat.* Charta an. 1103. apud D. Bruſſel to. 2. de Vſu feud. pag. 727. (3) Diſtrictus, iurisdictio, territorium. Paſſim in tabulis Delphinatus, Prouinciae, etc. Charta Guidonis II. Comit. Forenſis an. 1195. to. 4. Gall. Chriſt. inter Inſtrum. col. 25. (4) MANDAMENTVM, MANDATVM, pactum, conuentio, iudicatum. Charta an. 1213. ex Schedis Praeſid. *de Mazaugues.*

MANDARE ALIQVEM. (1) Apud Thom. Cantiprat. de Apib. accerſere, aut iubere accerſiri aliquem. Phraſis Gall. *Mander quelqu'un.* Interdum ſignificare, renuntiare, vt apud Nithardum lib. 3. Flodoardum, Matth. Paris, Houed. et alios. Capitul. Caroli C. tit. 20. §. 1. *Mandat vobis ſenior noſter ſalutes. Mandat etiam vobis quia valde miratur quod placitum tale non cuſtodiſtis ſicut vos illi promiſiſtis, et ſicut ipſe vobis mandauit.* Pro ſubmonere, citare. Pactus leg. Sal. edit. Eccardi tit 47. *Et in ipſo mallo ſcutum habere debet, et tres homines, vel cauſſas Mandare.* Infra tit. 49. *Demandare* legitur eadem notione. (2) Imperare. Vetus Charta apud Hieron. Blancam in Commentario Rerum Aragon. pag. 715. 735. (3) Mittere, ablegare. Fulgentius in Mythol. fab. 45. (4) Nun-

tium perferre. Saxo Grammatic. V. infra *Mandatum*. (5) Commandare, tradere, Gasp. Barthii Gloss. ex Baldrici Histor. Palaest. ad Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. p. 157.

NDARIA, dominium, iurisdictio, in Reg. Cam. Comput. Paris. V. *Mandatio 1.*

ANDARITIVS, seruorum genus, ap. Murat. t. 5. Antiq. p. 829.

ANDASIA, V. *Magdalia.*

† MANDATAGIVM, quod soluitur *mandatariis*, i. e. iis, qui ad furnum dominicum bannales *mandant* seu submonent de hora coctura, in Ch. Ms. a. 1326.

MANDATARIA. (1) Officium, districtus, iurisdictio *Mandatarii.* V. in *Mandatarius.* (2) † Idem quod *Mandatagium*, in Ch. a. 1141. t. 2. Hist. Occit. Prob. p. 494.

† MANDATARIVM, libellus, in quo ordo diuini officii *mandatur.* Stat. Ms. a. 1315.

MANDATARIVS. (1) MANDATARIVS, MANDAERIVS, MANDARS, MANDERIVS, promiscue dicitur quidam Curiae Dalphinalis Minister, cuius officium idem atque *Villici* fuisse videtur: vterque enim censibus aliisque Principis reditibus colligendis praeerat. Charta anni 1220. to. 1. Hist. Dalphin. pag. 129. *Interrogati cuius sunt villicationes ipsius loci et mandamenti, respondent quod . . . Villici seu Manderii cupiunt . . . denarios censuales, bladum, foyaces, pullos, etc.* Charta an. 1352. ibid. p. 149. *Notum facie praesentium fieri volumus vniuersis, quod cum officium Mandatariae et reparationis itinerum publicorum quae yemalibus temporibus imminet facienda, S. Martini de Cayreria de praesenti iacet et a tempore mortalitatis citra vacauerit, propter quod redditus Domini nostri Dalphini patiuntur detrimentum, etc.* Ex Charta conuentionis Dalphinum inter et Archiep. Ebredun. *Mandatarius* idem fuisse etiam videtur qui aliis apparitor: *Cornearius Archiepiscopi duos Mandatarios seu Apparitores; et Baillivus domini Dalphini alios duos, qui praecepta et mandata ac executiones dictorum Officialium facerent.* MANDATARIVS, procurator. *Assertor, causidicus vel Mandatarius Archiepiscopo Danielo, etc.* in veteri Placito sub Ludou. Pio apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. p. 742. MANDATARIVS APOSTOLICVS, dicitur is cui mandata Romani Pontificis exsequenda committuntur. Charta an. 1604. in Histor. Mediani Monast. p. 420. V. *Mandatum.* MANDATARIVS REGIS, qui Regis mandata defert. Instrum. an. 1523. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 330. (2) † Vel MANDATERIVS, qui *bannales* ad furnum dominicum *mandat*, seu submonet. Ch. a. 1312. t. 7. Ordin. reg. Franc. p. 506. V. *Mandatagium* et *Mandatrix.* (3) † Qui mandata alterius exsequitur, in Stat. crimin. Saoane c. 32.

MANDATELA, mandatum, apud Priscianum lib. 4. et Ioannem de Ianua. Roswitha Monialis in Panegyrico Ottonis M. Imp.

MANDATERIVS, V. *Mandatarius 2.*

MANDATIO. (1) Idem quod *Mandamentum*, dominium, iurisdictio, districtus. Concil. Legion. an. 1012. can. 9. inter Hispan. to. 3. p. 190. (2) *Legatio.* Gasp. Barthii Gloss. ex Histor. Palaest. Fulcherii Carnot. apud Ludewig. Reliq. MSS. to. 3. p. 347.

MANDATOR. (1) Vt *Mandatorius*, in Litteris an. 1587. apud Rymerum tom. 14. p. 10. (2) Officium Palatinum in aula Imp. CP. apud Anastasium in Vita Hadriani II. PP. p. 228. vbi *Mandatores* dicuntur, qui Imperatorum iussa et mandata expedite deferebant. PROTOMANDATOR, πρωτομανδάτωρ, qui *primus Mandator*, Anastasio in VIII. Synodo act. 5. vbi *Primus Mandator Excubitorum*, *Primus Mandator Icanatorum.* De hac dignitate Scylitzes p. 541. 620. (3) † Fideiussor, sponsor, in Ch. a. 1164. t. 2. Hist. Occit. Prob. p. 599. (4) † Lictor, consulum minister, in Ch. Ms. a. 1340.

MANDATORIVS. (1) Procurator, institor, Gall. *Facteur.* Litterae Henrici VII. Regis Angl. an. 1506. apud Rymer.

Digitized by Google

Rymer. to. 13. p. 159. (2) † Idem qui aduocatus ecclesiae seu monasterii. Ch. Mſ. Pipini reg. Aquit.

† MANDATRIX, i. q. *Mandatarius* 2. in Ch. Mſ. a. 1332.

MANDATVM. (1) Rumor, nuntii, litterae rem aliquam enarrantes. Anastasius in Hadriano PP. *Quibus ... Perugiam coniungentibus, coniunxit Mandatum, quod iam fatus Desiderius abstulisset ciuitatem Fauentiam, etc.* i. in via ei rumor allatus est. Lex Longob. lib. 3. tit. 16. *Mandant aut annuntiant nostra secreta, et adhuc in extraneas prouincias Mandatum faciunt.* (2) Breue, vel Edictum Regium. In Addit. ad Matth. Paris. *Mandatum Regis de inratis ad arma.* (3) *Mandatarius*, procurator, actor, *missus*, qui alio nomine iurisdictionem exercet, *Locumtenens.* Consuetud. Apamienses an. 1212. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 832. *Quicumque in qualibet crimine vel alio modo clericum ceperit, etiamsi non haberet coronam, reddatur Episcopo, vel Archidiacono, aut Mandato suo sine dilatione.* Charta Willelmi Pictauens. Episc. anni 1217. apud Stephanot. to. 3. Antiq. Bened. Pictau. MSS. p 852. *Ita videlicet quod Mandatum Abbatis et Mandatum domini de Luciaco eligent duos vel tres vel quatuor probos viros de eadem villa.* (4) Charta, qua negotii alicuius actor quis constituitur; Gall. *Procuration.* Varias eiusmodi *mandatorum* formulas videre licet inter Marculfianas et Lindenbrogianas. (5) MANDATVM APOSTOLICVM, vox Cancellariae Romanae, Gall *Mandat.* Compendiosa benefic. Expositio fol. 39. *Mandata apostolica sunt quibus generaliter sub variis literarum formis mandat Pontifex Romanus collatoribus, vt alicui conferant beneficium primo vacaturum, quod mandatarius recusare nequit.* Rebuffio: *Mandatum de prouidendo.* Honorius III PP. Episcop. Nouiom. scribens, Decretal. mandat. de Rescript. *Mandat. Apostolicum ad te directum, vt magistrum S. faceres in Canonicum recipi.* (6) Decretum a superioribus iudicibus ad pedaneos missum. V. *Atestum* 1. (7) Dictus, iurisdictio, territorium. Concil. Legion. anni 1012. can. 16. in Hisp. to. 3. p. 191. V. *Mandamentum.* (8) Pactum, conuentio, dicatum. V. *Mandamentum* 4. Ablutio pedum, quae fit in Coena Domini, cum scilicet Chorus canit illud Christi: *Mandatum nouum do vobis:* de quo more S. Augustini Epist. 119. c. 18. Chilienus Mochus in Vita S. Brigidae cap. 2.

Proxima Coena fuit Domini, qua sancta solebas,
Mandatum Christi calido complere lauacro.

Synodus Aquisgran. c. 20. *In coena Domini pedes Fratrum post Mandatum Abbas lauet et osculetur.* MANDATVM, quouis sabbato septimanae fieri iubetur, in Lib. Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 63. *Omni sabbato faciendum est Mandatum, nisi festum fuerit nouem Lectionum, vel Octauae, aut die postero hoc Dominico festum duplex sequatur. Inter Pascha etiam et Pentecosten non fit Mandatum.* MANDATVM QVOTIDIANVM, quod a Monachis peragitur, *a capite ieiuni, vsque ad Kalendas Nouembris omni die, sine vnu vice, sine duabus comedatur, post coenam,* vt est apud Vdalricum, lib. 2. Consuetud. Cluniac. cap. 37. Praecipuis anni festiuitatibus rite celebrandis eiusmodi *Mandato* sese disponebant Cluniacenses, ex praecepto B. Odilonis, vti testatur Bernardus Monach. in Ord. Cluniac. part. 2. cap. 24. MANDATVM, *trium pauperum, quod per singulos dies, cum eleemosyna in Quadragesima fit,* in lib. Ordinis S. Victoris Parisiensis, cap. 14. MANDATVM PAVPERVM, quod agitur inter pauperes, Sabbato inter Palmas, de quo Rupertus lib. 5. de Diuin. Officiis cap. 22. (10) Domus hospitum in Monasteriis, quod hospitum aduentientium pedes lauarentur. Chronicon Lobiense. (11) Proclamatio solemnis, quae inter missarum celebrationem fieri solet, in Ch. Mſ. Nic. epist. Camerac. a. 1270.

MANDE-

BVRDA, V. in *Mamburnus*.
RIVS, V. in *Mandatarius*.
BILE FESTVM, V. *Festum i.*
BILIS, qui potest manducare. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Mangier*, *Manjable*. Guibertus lib. 2. Ingnerib. Sanct. c. 3.
NDIBVLA, maxilla, in Chron. S. Mariae Magdal.
DIBVLVM, mantile. Charta ann. 1076. apud Antonium de Tepez, Chron. Ordin. S. Benedicti to. 5.
DIBVRDIVM, MANDIBVRNVS, etc. V. *Mundiburdus*.

MANDICARE, pro *Mendicare*, in Charta anni 1407. to. 1. Hist. Dalphin. p. 87.

† MANDICVS; *lignea figura hominis, quae ingens solet Circensibus malas monere, quasi manducando.* Gloss. vet. Cod. 7613. V. *Manducus*.

MANDILE, pro *Mantile* Charta anni 1197. apud Vghellum to. 7. pag. 1275. † Pro velo legitur in Ch. a. 1294. t. 1. Prob. hist. geneal. Portug. p. 407.

† MANDITVM, *lo mangano*, in Gloss. Lat. Ital. Mss.

MANDOADO, V. *Mandualis*.

MANDONES, in Glossis Isidori, *Ambrones*, *Ardeliones*, *a Manducare. Mando*, *Mandox*, *mangeur*, *hardel*, *lecheur*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

† MANDORA, *Vnam tortellam - - et tribus mandora de ouis*, in Ch. a. 1221. t. 1. Hist. Cassin. p. 317. Forte placentae genus.

MANDRA, monasterium. Vox etiam Graecis recentioribus eodem significatu nota. Alcuinus Epist. 27. *Coelestis Mandrae agmina*. Alii, vt Budaeus, a grege Monachorum, cui, ceu *Mandrae*, id est, ouili praesint pastores Abbates; quippe Latinis quoque *Mandra*, pro grege passim sumitur ap. Iuuenal. Sat. 3. Martial. lib. 5. Chronicon Noualicense, cap. 19.

Frodonus qui pridem Pastor et inclitus Euex.
Nam per decies quater stabuli custos ouiumque est.

Vgutio: *Archimandrita, Princeps vel pastor ouium, unde quadam translatione, Episcopi et Archiepiscopi et Sacerdotes dicuntur Archimandritae, quasi pastores ouium Christi.* V. Gloss. med. Graecit. († MANDRA, *bubulcus*, in Gloss. Gall. Lat. Cod. 7684.) MANDRA, cellula monachica. Vita S. Ethelwoldi, saec. 5. Bened. p. 615. A *Mandra*, monasterium, MANDRITA, pro *Monacho*. Epitaphium Gaitelgrimae Principis Beneuentanae, quod exstat in ea vrbe, in interiori Ecclesia Monialium S. Petri; V. Glossar. Meursii et Fabroti ad Cedrenum. MANDROGERONTES, apud Luitprandum in Legat. vetul. Monachi.

MANDRABVLVS. Annales Noueſienſes, apud Marten. to. 4. Ampliſſ. Collect. col. 670. *Mandrabuli equidem more res mecum succesſerunt. Eram enim ante in quietiori loco conſtitutus . . . . Hic inter armorum ſtrepitus . . . . viuitur.*

MANDRAGORA, pomi genus, cuius mentio fit Gen. 30, 14. Gallis etiam notum, ſub nomine *Madagaires*, qu id pretioſe aſſeruatum ſibi diuitiis acquirendis idoneum ſomniabant. Hanc ſuperſtitionem memorant Commentaria ad Hiſt. Caroli VI. et VII. p. 121.

MANDRATOR, cauillator, calumniator, in Gloſſis MSS. Papias et Gloſſ. Iſid. *Manda*, *deceptio*, *fraus*. Leg. *Mandra*. V. *Manda* 1.

† MANDRINVS, pro *Marturinus*, ap. Murat. t. 2. Antiq. p. 412.

MANDRITA, V. *Mandra*.

MANDROGERONTES, V. ibidem.

† MANDRVS, pro *mandra*, grex in Conſtit. Mſ. Caroli reg. Sicil.

MANDVALIS, Germanis *Maldel*, cancellus, qui ſuper tumulum ſtat. Sic vetus Gloſſ. ad Leg. Salic. tit. 57. vbi haec verba habentur: *Si quis ariſtationem, hoc eſt, ſtaplum ſuper mortuum miſſum, capulauerit, aut Mandualem, quod eſt ſtructura, ſiue ſelaue, qui eſt ponticulus, ſicut more antiquorum faciebatur fuit, qui hoc deſtruxerit* Editio Heroldi habet hoc loco *Mandoado*, eadem notione et origine, vbi Wendelinus; *Mandel* vocamus id, quod in metam ſurgit, veluti mergites ſegetum, veluti et

camini; vnde *mantel-vert* dicimus lignum, quod supra focum eminet, cui caminus superstructus est; eius magnitudinis ac formae (quadratae oblongae) solebat superstrui tumulis, in defuncti honorem, aliquid ex asseribus compactum, quod ornamenta tumulo instrata tegeret. Tumulos cancellis muniri solitos docet Pithoeus ex Gregor. Turon. c. 30. de Glor. Confess. et lib. 4. de Miracul. S. Martini, et Fortunato in Vita B. Hilarii. Heroldi lectio longe probabilior Eccardo videtur, nec iniuria; siquidem *Mandodao*, vox est Germanica, qua haec verba: *hominem mortuum*, reddita esse existimat vir linguae suae peritissimus: *Man* enim hominem; *Doado*, Saxonibus *Dode*, Germanis superioribus *Todter*, mortuum designat. V. Vitam S. Lucae Iunioris pag. 1009. edit. Combefisii.

MANDVCALIS, f. *Gistum*, procuratio. Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 43. *Hoc igitur totum quidquid in ipso manso habere videor, et meum dominicatum, et meos Manducales, censuales, et feodum nepotis mei Iterii, etc.* Ibid. fol. 75. *Manducales Praepositales, id est, les Restablages accipient.*

MANDVCARE. (1) Conuiuium, refectio. Ius etiam diuertendi in domum alterius conuiuii causa. Charta Pontii Archiep. Arelat. ann. 1000. to. 6. Spicil. Acher. p. 428. V. *Pastus.* (2) MANDVCARE *super tumulos mortuorum*, prohibet Capitul. lib. 6. cap. 197. Antiqua haec consuetudo, quam a paganis acceperant Christiani, quamque vt aboleret Augustinus, quantum laborauerit, omnibus notum arbitror.

MANDVCARIA, comestio, pastus, ex Gallico *Mangerie*. Charta Vitriacensis anni 1157. V. *Comestiones.*

MANDVCARIVM. (1) Ius pastus, siue summa pecuniaria, in eiusdem iuris redemtionem exsoluta. Charta an. 1187. ex Tabular. S. Melanii Redon. (2) Regula Templariorum cap. 44. *De Manducariis equorum. Nullus frater praesumat Manducaria linea, vel lanea idcirco prius principaliter facta, nec habeat vlla excepto cosinello.* † Saccus videtur, in quo auena equis praebetur, Gall. *Mangoire.*

† MANDVCATVS, esca, id quod manducatur, in Tabul. maior. monast.

MANDVCO, *vorax, gluto*, Gloss. Isid. Onomast. *Manduco*, ἀδδιφάγος. Ap. Metamorph. L. 6. *Nec vos memoria deseruit, vtique quod iamdudum decreueritis de isto asino, semper pigro quidem, sed Manducone summo.* V. *Mandones.*

MANDVCVS. Vgutio et Ioh. de Ianua: *Manducus, ioculator, ore hians, turpiter mandens.* Papias: *Lignea figura ingens quae solet Circensibus malas mouere quasi manducando.* V. Lexicon Martinii.

† MANDVLA, amygdalum, Ital. *Mandola.* Stat. Riper. c. 12.

MVNDVLVS, V. *Mandalus.*

MANDVM. (1) Dispositio testamentaria. Charta Lusitanica aerae 1208. apud Brandaonem tom. 4. Monarch. Lusit. p. 270. (2) Conuocatio, submonitio ad exercitum, seu Litterae quibus vasallus ad seruitium militare, quod domino suo feudali debet, citatur. Litterae anni 1340. to. 1. Hist. Dalphin. pag. 53.

MANDVS, *vestis virginalis*, in Glossis Isidori, quasi *mantus* vel *mantum*, Gallis *Manteau.*

MANDYA, pallii genus, quod Imperatorum ac Regum praesertim fuit. Acta S. Symeonis Stylitae to. 5. Maii pag. 301.

MANE. (1) Oriens. Charta Lotharii Reg. Italiae ann. 946. *Sunt autem cohaerentiae ipsius terrae, a Mane via, a meridie et vespere supra taxam S. Prosperi, a Septentrione, etc.* (2) BONO MANE Phrasis Gallica *de bon matin*, multo mane, vt habet Cicero lib. 5. Epist. 4. ad Att. Diarium Magist. Ceremon. Cur. Rom. inter notas Godefredi ad Carolum VIII. p. 711.

† MANEA, cistae species piscationi accommoda, Gall. *Manne.* Chartul. S. Ioann. Angeriac. V. *Manda 3.*

MANEAGIVM, V. *Mainagium 1.*

MANEBRA, *coruata*, seruitium manuale, quod vasalli et subditi domino suo exhibere tenentur. Charta Phi-

Digitized by Google

pi Pulcri Regis Franciae anni V. *Manopera.*

ECANTANS, officium in ec- Lugdunenſi, cui miſſam matu- em celebrare incumbit. Acta Mſ. tul. eiusd. eccleſ. V. *Manicare 1.*

DA, *manſus*, habitatio, do- Charta 1041. in Appendice cae Hiſp. col. 1083.

NEDERIA, manſio, domus, Reg. Cam. Comput. Pariſ.

EFICIVM, ſupellex, opus ma- um, χειρόγημα. Conſultatio poſt ſeruantias Regni Aragon. p. 43. *Et duas meliores aratiuas, ſi ſint cum omnibus ſuis apparamentis, et vnam tacem argenteam,* et (ex) *omnibus Maneficiis vnum ante partem.*

† MANEGIA, manubrium, ap. Guid. de Viger. Mſ.

MANEGVERIVM, f. perperam pro *Mareſcagium*, palus, locus paluſtris, Gall. *Marais.* Charta Gaucelini Abb. Anian. ann. 1202. apud Stephanot. Antiquit. Benedict. Occitan. MSS. part. 1. p. 330. *Et totius alterius iuris ordinarii vel extraordinarii, quod vnquam Monaſterium Anianenſe vel aliquis nomine ipſius monaſterii, habuit, tenuit vel percipit, in ſtagno, mari et Maneguerüs, vel in vſaticis, vel in ſeruitiis eorum, etc.* V. *Mariſcus.*

MANELATA, herba pernicioſa et mala, Scotis *Guild* appellata, lolium Skenaeu. Statuta Alexandri III. Scotiae Regis cap. 18.

MANENTES, inquilini, coloni. Sed proprie *Mmentes* ſunt, inquit Ranfridus, qui ſub Friderico II. floruit, *qui in ſolo alieno manent, in villis, quibus nec liberis ſuis inuito domino licet recedere. Hi Manentes praeſtant aliquando certos reditus vel operas, vel collectas, pro maritanda filia,* et pro aliis ab illis 30 annis *in ſolo alicuius ſuperſederint; et dominus ſoli pro Manentibus habuit, et manentia ſeruitia vel reditus, vel operas vel collectas pro maritanda filia, et pro aliis ab illis 30 annis, ... petiit ſcientibus et patientibus, vel etiam ſi alibi habitant voluntate domini manentia tamen ſeruitia dominus retinuit.* Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 1. *Relinquentes hoc habitaculum, quod expetierant ad villas Manentium ſunt regreſſi. Terra decem Manentium.* in Charta Ecfredi Regis. SVBMANENTES, iidem, qui *Manentes*, qui *ſub* dominio alcuius manent. *Soubsmanans*, in vet. Conſuetud. Ambian. art. 82. 90. et veteri Bononienſi, art. 1. 2. 4. Tabul. S. Bertini: Occurrit ibid. ſemel. SVBMANSORES, eadem notione. Charta Roberti Comitis Flandriae, an. 1101. apud Miraeum, to. 2. pag. 1148.

MANEOPERA, pro *Manuopera.* Charta Hugonis Epiſcopi Gratianop. ann. 1094. in Tabular. eiusd. Eccleſiae fol. 14. V. *Manopera.*

MANERE. (1) Detinere, demorari, Gall. *Arrêter.* Oberti Cancellarii Annal. Genuenſ. L. 2. apud Murator. tom. 6. col. 308. (2) Coire, vel matrimonio coniungi, aut cum muliere rem habere, in Concilio Vermerienſi, an. 752. cap. 2. 17. 19. 20. et Compend. an. 757. c. 10. 14. 15. 17. Apud Senecam lib. 3. de Benefic. c. 15. et Sueronium n iAugusto *manere apud aliquem*, eſt *cubare*, vti obſeruatum a Salmaſio.

MANERIA. (1) Idem videtur, quod infra *Manerium*, habitatio, vel villa ruſtica. Charta Ildefonſi Regis Aragonum, ap. Gariellum in Epiſcopis Magalon. p. 159. (2) Modus, ratio, vt mox *Maneries.* S. Bern. de Cantu tom. 1. Edit. Mabill. p. 696. (3) Exactionis genus, V. *Manneria.*

† MANERESIVS, enſis ſpecies, in Litt. remiſſ. Mſ. a. 1335. V. *Manarixius.*

NANERIA, V. in *Cantus 1.*

MANERIES, Gall. *Maniere*, modus, ratio, via. Vgutio: *Species dicitur rerum Maneries, ſecundum quod dicitur, Herba huius ſpeciei, id eſt, Maneriei, creſcit in horto meo.* Chron. Pipini apud Murator. tom. 9. col. 706. *In eodem etiam viridario omnis herbarum et arborum Maneries habebatur.*

MANERIVM. (1) Habitatio cum certa agri portione, a manendo dicta, Gall. *Manoir;* quomodo in Conſuetudinibus municipalibus, vulgo accipitur pro praecipua feudi domo,

Digitized by Google

mo, quae cum vniuerso ipsius ambitu penes primogenitum esse debet. V. Raguellum. *Manerium* vero aliud apud Anglos sonat; Cowello enim idem est, quod vnius feudi circuitus. Rastallo est res composita ex diuersis rebus, verbi gratia ex habitatione, terris arabilibus, pascuis, pratis, siluis, reditibus, aduocatione, curia Baronis, etc. Vt vero Manerium sit, debet esse ab antiquo, cuius memoria non exstet. Maneriorum differentias exequitur Bractonus, lib. 4. Tract. 1. c. 31. §. 3. (2) MANERIVM, *villae* appellatione donatur, ab Orderico Vitali, lib. 4. *Ducentas et octoginta villas*, (*quas a manendo Manerias vulgo vocamus*) *obtinuit*. Hinc *Maneria*, *Regalia*, apud Ingulfum p. 880. *Et dominica Maneria*, in Diplomate Iohannis Regis Angliae apud Matth. Paris. ann. 1215. quae Scriptoribus *villae regiae* appellantur. (3) Nude pro aede seu domo rustica, Gall. *Maison de Campagne*. Genealogia Comitum Flandriae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 425.

MANESCALLVS, pro *Marescallus*, faber solarius. Statura Massil. lib. 6. cap. 77.

MANESCERE, illucescere, oriri. Tabular. S. Iohannis Pinnat. apud Moret. Antiquit. Nauarr. p. 381.

† MANETIVM, f. mendose pro *Manerium*, certe eodem significatu, ap. Visselbec. in Chron. Huxar. ad a. 1304.

MANEYAE, minuta stramina, Picardis *Manées*, a verbo manere, quod remaneant in area, cum maiora colliguntur, atque ligantur. († Seu potius manipulus.) Charta anni 1303. e Tabular. Corbeiensi.

MANEZARE, contrectare, Italis *Maneggiare*, Gall. *Manier*. Vita B. Catharinae de Palantia, to. 1. April. pag. 652.

MANGA, pro *Manganum*, apud Radeuicum Frising. de Gestis Friderici I. Imper. lib. 2. c. 47.

† MANGAGNA. (1) Vitium, labes, in Stat. Montis-reg. V. *Magagna*. (2) Idem quod *Manganaria*, in Tabul. Auenion.

MANGAGNARE, vt *Mahemiare*, mutilare, grauiter laedere, V. *Mahemium*.

MANGANA, pro quauis Machina, Epist. inter August. 8. *Qui, inquam modus, id est, quomodo id faciant, qua arte, quibus Manganis, quibusue instrumentis, aut Medicamentis*.

MANGANARE, saxa et alia quaeuis, *manganis* proiicere, emittere. Chron. Veronense ad annum 1249. apud Murator. tom. 8. col. 634. V. *Manganum* 2.

† MANGANARIA, MANGVANARIA, mensura annonaria. Ch. Ms. Auenion. a. 1215. *Modium intelligitur XVI. manganariae*.

MANGANARIVS, in Ch. Ms. a. 1282. MANGANVS, in Ch. a. 1239.

MANGANARII, in Historia Miscella, lib. 17. μαγγανάριοι, apud Theophanem et Leonem in Tacticis cap. 5. §. 7. 27. cap. 15. §. 35. qui mangana conficiunt.

† MANGANELLA, i. q. *Manganellus*, in Ch. Ms. a. 1359.

MANGANELLVS, diminut. a *Manganus*. Card. de Aragon. in Honorio III. PP. apud Murator. to. 3. p. 568. *Immissus ab aduersa parte lapis Manganelli, cecidit super caput eius* (Simonis Comitis) *et comminutus expirauit*. Inuentar. Castri Sommer. in Occitan. ann. 1260. *Item IIII. fonde de Manganello, etc.* MANGENELLA, apud Albertum Aquensem, lib. 7. c. 3. MANGENELLVS, in Computo anni 1202. apud D. Brussel, de Vsu feud. to. 2. p. CXC. MANGINELLA. Beka de Episc. Traiect. tom. I. SS. April. p. 218. MAGNELLA, perperam pro *Mangenella* apud Galbertum, in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 181. MAGNELLVS, in Epist. Anonymi, de capta vrbe CP. anni 1204. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 786. MANGONELLVS. Will Brito L. 7. Philipp. MANGVNELLA, in Vita Caroli Comitis Flandr. to. 1. Martii p. 215. MANGVNELLVM, apud Sugerium de Vita Ludouici Grossi cap. 11. V. *Fundabulum*.

MANGANERIVS. Statuta Arelat. MSS. art. 123. *Quolibet mense faciat curia*

a ponderare panem Manganerio-
, et ſi panis Manganarie alicuius
niretur illegitimus, panis ille
gatur et detur pauperibus, Verſio
l. eorundem Statutor. an. 1616.
et: *La Cour fera peſer, tous le*
rs, le pain des polangers et Man-
iers. Charta anni 1344. ex Sche-
D. Lancelot: *Item quod nullus*
r, ſiue Manganeria ſit auſus, ſiue
lucrari pro feſtario bladi niſi ſo-
et duntaxat ſex denarios Turon.
endum forte *Mangonarii* et *Man-*
ria a *Mangonare*, nundinari. V.
ac voce.

ANGNARE, V. *Mahemiare.*

ANIA, idem videtur, quod
amium, ſeu mulcta pro illata
i laeſione praeſtanda. Statuta
ell. lib. 2. p. 34. recto: *Ita,*
nemo admittatur ad petitionem
muni faciendam, per eum occa-
alicuius reſtitutionis, emende vel
ganie, vel alterius rei, qui ali-
dare debet Communi pro ſodro.
Mahamium.

ANVM. (1) Praeſtigiae, He-
o: μάγγανα, φαρμακα, δίκτυα,
ενύματα. Apud Suidam μάγγα-
xponitur, παραδοξόν τε, id eſt,
m aliquid ſeu inſolens. Eidem
μαγγάνα eſt vas vinarium li-
m. Supplem. Antiquarii: *Man-*
m, μαγγάνον, *Obba*. V. Lexi-
Martinii. (2) MANGANVM et
GANA, numero multitudinis,
iinae bellicae iaculatoriae. Gloſſ.
co-Lat. μαγγάνον, *Manganum.*
ornius a Cambro-Britannico.
guel, aries bellicus, bellica ma-
, deducit Gloſſ. Lat. MS. Re-
; *Machinas Mangana*, Inſidiae.
is: *Tormentum dicitur quod vi*
etur, vt vulgo Manganum. Will.
us lib. 3. c. 5. *Iaculatorias, quas*
ri appellatione Mangana dicunt,
trarias fabrefieri placuit. Lib. 8.
Caſtella et machinas iaculatorias,
Mangana et petrarias. vocant
13. *Alii vero minoribus tormen-*
quae Mangana vocantur minores
ttendo lapides, etc. MANGA-
, idem. Bartholomaei Scribae
l. Genuenſ. lib. 6. ad annum
apud Murator. tom. 6. col.
436. MANGENA. Paul. Diac. l. 21.
MANCHANVM. Chron. Parmenſe
ad annum 872. apud Murator.
to. 9. MANGO. Vita Ludouici Pii
ann. 808. MANGONA, in Paſſione
S. Thyemontis Archiepiſc. Iuuanen-
ſis. MANGONABVLVM. Chronicon
Cornelii Zantfliet, apud Marten. tom.
5. Ampliſſ. Collect. col. 280. MAN-
GONALE, apud eundem Zantfliet,
in Chron. ibid. col. 386. MANGO-
NVS. Vgutio: *Librilla dicitur inſtru-*
mentum librandi, id eſt, proiiciendi
lapides in caſtra, Mangonus.

MANGANVS. (1) Vel MANGO. Pa-
pias: *Mangon, ſeductor, qui vulgo*
dicitur Manganus. Capit. Aquisgran.
an. 789. cap. 77. et Capitularia Ca-
roli M. lib. 1. c. 79. *Vt iſti Mango-*
nes et cogciones, qui ſine lege omni
vagabundi vadunt. Eiusmodi ſunt,
quos *Gueux* vocant Galli, qui ab
hac voce videntur dicti. (2) Ma-
china bellica iaculatoria. V. *Manga-*
num 2.

MANGAPIVM, pro *Mancipium* legi-
tur in MSS. Legis Burgundionum,
tit. 4. §. 1. monet Lindenbrogius.

† MANGELIA, locus, vbi animalia
damnum agris inferentia collocantur
ad pabulum, Gall. *Fourriere.* Inqui-
ſit. Mſ. a. 1351.

MANGENA, V. *Manganum.*

MANGENELLA, V. *Manganellus.*

MANGERIVM, ius diuertendi in do-
mum alterius conuiuii ſeu paſtus
cauſa, vel ius illud in praeſtationes
pecuniarias commutatum. Charta an-
ni 1181. apud Lobinell. to. 2. Hiſt.
Britan. pag. 133. V. *Manducarium* 1.

† MANGERVM, idem, in Ch. a. 1153.
t. 1. Prob. Hiſt. Brit. p. 618.

MANGIA. (1) Manica, Gall. *Man-*
che. Regeſt. Comput. Viſiliae in Dal-
phin. anni 1337. (2) † Idem quod
Mangerium, in Teſtam. a. 1215. t.
1. Prob. Hiſt. Brit. p. 828.

MANGIARINVM, cibi genus. Vita
S. Francae to. 3. Aprilis p. 395. *Co-*
medente ipſa cum ſociabus Mangiari-
nuum et carnes ſalſas circa horam diei
ſextam inter prandium intrauit gulam
ſuam os carnium.

† MAN-

Digitized by Google

† MANGIARIA, vexatio, exactio, Gall. *Mangerie*. Stat. Genuens. l. 4. c. 82.

MANGIATORIVM, a Gall. *Mangeoire*, praesepe. Ordinat. domus Dalphin. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 394.

MANGINELLA, V. *Manganellus*.

MANGO. (1) Carnifex, laniarius, *Boucher*. Chron. Zantfliet, apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col 347. *Receptus est idem miles ad Ministerium Mangonum, seu carnificum.* (2) Simoniacus; hinc Gallis *Maguignon de Benefices*, Hierat. Iuris Pontif. pag. 88. *Tanta fuit Regum nostrorum erga Deum pietas, et religio, vt quoties effrenata Mangonum seu Magorum illorum caterua prodierit, statim legibus aduersantibus cohibiti sunt, immo et exularat.* (3) Praedo. Nicolaus Specialis de Sicul. reb. lib. 7. c. 17. apud Murator. tom. 10. col. 1068. *Mango* ergo a *Manganum*, Italis *Mangano*, quod ille instar *Mangani*, quo muri destruuntur, omnia labefactat euerritque. (4) Fallax, deceptor, *Imposteur*, Glab. Rodulph. apud Duchesnium, to. 4. Scriptor. Hist. Franc. p. 43. Eadem notione accipienda haec vox in locis Capitul. citatis ad V. *Manganus* 1. (5) Equiso. Vita S. Yvonis to. 4. Maii, pag. 596. *Sed ex aduerso clamat Mango, iusta vltione Dei percussus.* (6) Famulus, pedisequus. Gall. *Laquais*. Menoti sermones fol. 5. (7) Idem, quod *Manganum* 2. machina bellica, V. in hac voce. (8) Discipulus, tiro, Gall. ol *Mangon*. S[illegible] sabat. Carcass. a. 1402. (9) † Pastor, ouium custos, in Gloss. Prou. Lat. Cod. 7657. V. *Mandra*.

MANGOLDVS, mensurae genus. Tabularium S. Quintini de monte: *Vnde reddit quatuor Mangoldos auenae*. V. *Mencaldus*.

MANGOMETA, idem forte quod *Manda*. V. in hac voce. Charta anni 1312. e Tabular. Eccles. Anic. *Andreas Chaberti donatus hospitalis tenuit in Arragonio et aliis locis, se dicens esse procuratorem Ecclesiae Aniciensis, licet non esset, Mangometas, commendas, legata, helemosinas factas Ecclesiae praedictae.* † Leg. *Mangoneta*, vt in Arest. Ms. a. 1403. Oblationis species est, forte ea quae in cera fiebat.

MANGONA, MANGONALIVM, V. *Manganum* 2.

MANGONARE, pro nundinari, *Trafiquer, Maquignoner*. Quod de illo propolis potissimum dicitur qui fictiles merces vili pretio emtas alii quanto carius distrahunt. Leges Ethelredi Regis Angliae apud Io. Brompton. c. 24. *Si veniat ad mercatum, Mongestre Sinere, qui Mangonant in caseo et butyro diebus ante Natale Domini, I. denarium* (dabunt) *ad theloneum*. Hinc

MANGONARIVS, Prouincialibus *Manganie*, minutorum propola, Gallis *Regratier, revendeur*. V. *Manganerius*.

MANGONELLVS, MANGONVS, etc. V. *Manganum* 2.

MANGONETA, V. *Mangometa*.

MANGSNILVM, agri portiuncula cum mansione, Gall. *Menil*. Charta apud Stephanot. tom. 3. Antiq. Bened. Pictau. MSS. p. 405. V. *Mansionile*.

MANGVANARIA, MANGVANVS, V. *Manganaria*.

MANGVDERES, vox Calabrica. Acta S. Francisci de Paula to. 1. Aprilis p. 185. *Matri has castaneas infilatas, tostas cum Mangudertbus offeras*. V. *Magrancules*.

† MANGVERIA, instrumentum quoddam ad piscandum vtile. Ch. Ms. a. 1307. V. *Manea*.

† MANGVLARE, vulnerare, mutilare, in Lit. remiss. Ms. a. 1361. V. *Mancus*.

MANGVNELLA, MANGVNELLVM, V. *Manganum* 2.

MANIA. (1) *μανία*, Gloss. Lat. Graec. MSS. Sangerm. to. 2. Iunii pag. 86. (2) Pro Cenomania, Gall. *le Maine*. Charta anni 1101. apud Rymer. to. 1. p. 5.

MANIACVS, furibundus, insanus. Idem qui infra *Maniasicus*, apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1035.

MANIAE, *formidinum imagines*. Gloss. Isid. V. *Festum*.

MANIA-

Digitized by Google

MANIAMENTVM. (1) Exercitium, administratio. († Vel potius ius [illegible]di, possessione firmatum, Gall. [illegible]iement.) Dicitur praesertim de [illegible]itiae exercitio intra alicuius do[illegible]ii fines. Charta pacis inter Guid. Flandr. Comit. et Capitulum S. Barthol. Bethun. ann. 1237. in Tabular. eiusd. Capitul. (2) Possessio, V. *Mainagium 1.* (3) Ius puniendi, in Arest. Parlam. Paris. a. 1271. V. *Maniare 1.*

† MANIARE. (1) Punire, multare. Arest. Parlam. Paris. a. 1271. (2) Regere. gubernare, Ital. *Maneggiare*, in Inquisit. Ms. (3) Tractare, tangere, Gall. *Manier*, in Stat. Salluc.

MANIATICVS, maniacus, insanus, furibundus, a μανία, Graeca voce. Hincmarus Epist. seu Opuscul. 17.

MANIBLES, ornamentum Ecclesiasticum, manipulus, Gall. *Manipule.* Tabular. S. Victoris Massil. V. *Manipulus.*

MANIBVRNIA, MANIBVRNVS, V. *Mamburnia 3.* et *Mamburnus*

MANICA. (1) Chirotheca. Capitul. Aquisgr. ex eod. Helmaestad. cap. 22. *Manicas quas vulgo Wantos appellamus.* Vita S. Guthlaci cap. 26. (2) Gallis *Manche. Manicae botonatae*, in Statutis Ord. Cisterc. anni 1437. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1590. *Manicae fractae*, in Concil. Terracon. an. 1591. inter Hisp. to. 4. p. 615. *Manicae virgatae*, in Statutis MSS. Augerii Episc. Conseran. ann. 1280. *Manica tonica*, pro *Manicata tunica*, in Exposit. breui antiq. Liturg. Gall. apud eundem Marten. to. 5. Anecd. col. 100 (3) In Chron. Abbatiae S. Trudonis lib. 10. p. 470. aedificium, alterius latus veluti efficiens, Germ. Flügel. Ita Ditmarus lib. 6. p. 177. Corpus *Archipraesulis tumulatur ad dextram antecessoris sui, in australi Manica*, V. *Ala 6.* (4) Manubrium, capulus. V. S. Iuuenalis Episc. tom. 1. Masi. Gall. *Manche.* (5) Mantica, pera viatoria. Vita S. Benedicti Anian. saec. 4. Bened. part. 1. p. 211.

MANICANTARIA, domus puerorum symphoniacorum, Gall. *Enfans de choeur*, ita Lugduni nuncupatur, vt nobis relatum est: vnde et *Manicantarus* dicitur, qui eos cantu imbuit; forte quod a summo mane cantent.

MANICANTER, matutino tempore. Liber 2. Miracul. S. Bertini, cap. 9.

MANICANTIVS. Processionale vetus MS. B. M. Deauratae Tolos. *Summo mane pulsatur prima, videlicet Manicantius solito, et pulsata dicitur deinde etc.* id est, maturius solito.

† MANICANTVS, in Glossar. Prou. Lat. Cod. 7657. *Catamane, manicantus.* V. *Manicare 1.*

MANICARE. (1) Ire, venire, proficisci, Germ. infer. Wanken. Gloss. Graec. Lat. Cod. Reg. 85. ὀρθρίζων *Manico, mane surgo, de luce vigilo.* Vgutio: *Manicare, festinare mane, et haec manica, cae, i. aurora, vel Dea, quae praeest illi horae, quae est inter noctem et diem.* Will. Brito in Vocab. *Manico, as, dicitur festinare, nunc ire.* Papias et Gloss. MS. Reg. *Manicat, per manum tenet, vel mane surgit*, S. Luc. in Euangel. c. 22. *Omnis populus Manicabat ad eum.* Vetus Interpres Iuuenal. Sat. 5. *Propterea semper Manicasti per pluuiam.* Quidam negant esse vocem barbaram, licet D. Augustin. quaest. 46. in libr. Iudic. id genus verbi sibi non occurrere dixerit apud Scriptores Latinos. Ludouicus de Lacerda a *Manare* effictam putat, alii a *Mannus* deducunt, qui Horatio, Isidoro, lib. 12. c. 1. et aliis est equus breuior, vt *Manicare* sit equo vehi, equitare. Sed potior est caeterorum sententia, qui *Manicare* a *mane* deducunt, vt sit *mane ire.* (2) † *Facere manicam*, in vet. Gloss. Cod. 521.

MANICATIO, matutinae accelerationes. Concilium Turonense II. cap. 18. V. *Manicare 1.*

† MANICELLA, diminut. a *Manica*, ansa, ansula, in Inuent. Ms. a. 1295.

MANICHAEI, Haeretici satis noti, quorum Manes, a quo nomen habent, antesignanus fuit. Altius rem repetunt nonnulli, qui Scythianum quemdam Saracenum medio circiter secun-

Digitized by Google

secundo saeculo delirantem huius sectae authorem praecipuum constituunt. Consule Epiphanium haer. 66. cap. 21. Augustinum passim et alios.

MANICI, mente capti, qui *mania* laborant. Papias ad vocem *mania*.

MANICIA, pro *Manica*, chirotheca. Placitum ann. 814. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 362.

MANICILLIVM, χειρίδιον, in Gloss. Ms. Graec. Lat. diminut. a *Manicium*. Graecis recentioribus μανικέλλιον.

MANICIVM, MANVELA, χειρίς, in Gloss. Gr. Lat. *Manica*. Graeci recentiores μανίκιον dixerunt.

MANICONVS, ab Italico *Manicone*, latior manica, apud Murator. to. 16. col. 377.

MANICVLA. (1) Chirotheca. Vita Caroli Comitis Flandr. to. 1. Mar. tii p. 201. (2) Cophinus, forte, Gall. *Manequins*. Otto Morena in Histor. Rer. Laudens. p. 49. *Cremenses vero per fossatum ipsius castri cum rampinis et Maniculis euntes, suos, qui in fossato necati erant, . . . foras extraxerunt*. Rectius, vt videtur, Carolus de Aquino in Lexico milit. vnci vel harpagonis genus interpretatur, quod manus ferrea dicebatur Latinis.

MANICVLARE, Papiae, *dolum vel strophas excogitare*. Galli dicunt: *Manigancer, faire des manigances*; quasi manibus ludificarii vti agunt praestigiatores.

MANICVLARIA, inter vestimenta sacra, in Visitatione Thesaurariae S. Pauli Londinensis ann. 1295. *Cum alba, amicta, stola, fanone, spatulariis, et Manicullariis apparatis de quodam panno diasperato de Laret, etc.* Ita autem appellantur *manicae* eiusdem speciei panni, ex qua confecta sunt vestimenta Sacerdotum vel Diaconorum, quae *Albis* circa manus aptantur, quod etiamnum obseruare est in aliquot Ecclesiis, praesertim Cathedralibus, vbi in sacrariis seruantur vestes Ecclesiasticae.

† MANICVLVS, *arson de selle à Cheval*, in Glossar. Lat. Gall. Ms. a. 1352.

MANICVM. (1) Manubrium. *Manche*. Papias: *Manubrium, di quod manu teneatur, vulgo Man dicitur*. (2) † Ansa, in Inuent a. 1295.

MANICVS. (1) V. *Manici*. (Manubrium, t. 3. Cod. Ital. dip p. 363.

MANIER, pro *Manire*, vocare in Leges Caroli M. apud Murator. I. part. 2. p. 102. *De Manier nisi de genuitate, aut de hered non sit opus obseruare, et ceteris causis per destrictionem Comitis. mallum veniant, et iuste examinentur, ad iustitiam faciendam* V. *Mannire*.

† MANIERES, modus, ratio, species, f. pro *maneries*, t. 2. Hist. Nem. Prob. p. 18.

† MANIFACTVRARE, elaborare, vox Ital. Stat. Genuens. l. 4.

MANIFESTARIVS. (1) Papiae, *Nocens*. (2) Lactant. de Mortib. Persecut. num. 30. *Profertur e cubiculo cadauer occisi, haeret Manifestarius homicida. etc.* Vbi *Manifestarius* idem est, quod manifestus, apertus, vt et apud Gellium lib. 1. cap. 7. *Solocismus Manifestarius, Manifestarius fur*, apud Plaut. Aul. act. 3. sc. 4. 10.

MANIFESTATIO, vox Iuris Hispanici. Scribit Hieronymus Blanca in Comment. Rer. Aragon. contra regiorum ministrorum iram vel affectus immodicos, a Lege duo inuenta praesidia, quibus aliqua mora et tarditate frangerentur, quorum alterum *Iurisfirmam*, alterum *Manifestationem* vulgo appellant Hispani. De *Iurisfirma* quaedam suo loco attigimus. *Manifestationis* potestas tam solita est, inquit ille, et repentina, vt homini iam collum in laqueum inferenti subueniat. Illius enim praesidio damnatus, dum per leges licet, quasi experiundi iuris gratia, de manibus iudicum confestim exorquetur, et in carcerem ducitur ad id aedificatum, ibidemque tamdiu asseruatur, quamdiu iurene, an iniuria, quid in ea causa factum fuerit, indicetur: propterea carcer hic vulgari lingua *la Charcel de los Manifestados* nuncupatur, a cuius ingressione

one ſupremi iudices omnino bentur, vt eorum praecipiti ndiae eo pacto ſubtrahatur ma- Quodſi aliquid contra ac per s liceat, factum eſt, pro irrito etur et infecto. Si vero nihil decretum contra ius *Manifeſta-is* tollitur interdictum, regio- nque iudicum retardata illa exci- tur poteſtas, vt nocentium ſuppli- ſcelera et fraudes conſtringantur. autem eo tandem ſpectat, ne vl- s detur contra leges locus crimini- bus, quorum auctor non exſtet, in- ferendis: ne et temere credatur ob- bus, etc. Similia fere habet Mi- chael del Molino, in Repertorio Fo- rorum Aragonenſium, in voce *Ma-nifeſtatio*, vbi totam hanc materiam pluribus exequitur. Exſtat in Foris Aragon. lib. 9. p. 155. tit. *de Mani-feſtationibus perſonarum*, ex Statutis Ferdinandi II. ann. 1510.

MANIFESTVM. (1) *Eſt publica vel famoſa proclamatio ex certa ſcientia et certis auctoritatibus proueniens.* Vocabul. vtriusque iuris. (2) † Documentum, in quo merces in na- ui oneratae manifeſtantur, Ital. *Ma-nifeſto*. Areſt. Mſ. a. 1348.

MANIFESTVS SVM, formula haud infrequens in veteribus Chartis apud Murator. delle Antic. Eſtenſi, quae huic reſpondet, *Notum facio. Ma-nifeſtus ſum ego Adelbertus in Dei nomine Comes et Marchio filius b. m. Bonifacii olim Comitis, quia inſpiran-te me Dei omnipotentis miſericordia, etc.* in Charta ann. 884. lib. laudati pag. 210.

MANIFEX, *manumdans*, f. *Manifer*, inquit Graeuius. Gloſſ. Iſidori.

MANIGLERIA, officium *manigleriі*, quod interdum in feodum conceſſum fuiſſe, docemus in v. *Matricula*. Ta- bular. Matiſcon. fol. 110. V. *Matiſi-onarius 1.*

MANIGLERIVS, aedituus, cuſtos et conſeruator aedis ſacrae, *matricula-rius*, *Manillier*, apud Rabelaſiſum 4. 51. inter miniſtros Eccleſiae de Romanis recenſetur in Litteris Ca- roli Regentis anni 1358. to. 3. Or- din. p. 274.

† MANIGOLDVS, carnifex, Ital. *Ma-nigoldo*, t. 2. Conc. Conſtant. part. 15. p. 348.

MANILE, vrceus, vrceolus, quo aqua manibus infunditur. Chroni- con Moguntinum: *Erant pelues 4. argenteae et vrcei diuerſarum forma-rum, quos Manilia vocant, eo quod aqua Sacerdotum manibus affunderetur ex eis.* Accipitur etiam pro *Aqua ma-nili*, hoc eſt, pro pelui ſeu pollu- bro, nempe vaſe inferiori, in quod manibus infuſa aqua delabitur. Te- ſtament. Euerardi Comitis ann. 837. apud Miraeum to. 1. pag. 21.

MANILIA, armilla, brachiale, Gall. *Braſſelet*, Ital. *Maniglia*, Hiſp. *Ma-nilla*. Matthaeus de Afflictis Deciſ. 315.

MANILLO, tutela, protectio, defen- ſio, to. 3. Annal. Bened. p. 696.

MANIMVNDVLVS, quaſi *Mundus manibus*. Petrus Damian. lib. 6. Epiſt. 26.

MANINGA, iurisdictio, aut potius iudicium, iuſtitiae adminiſtrandae cauſa, conſeſſus, vel ſeſſio, conuen- tus cauſas diſceptandas indictus. A Saxonico *Monunge* vel *Manunge*, quod idem ſonat, vti Somnero pla- cet: vel potius a *Mannire* et *Man-nina*, quae vide. Leges Adelſtani Regis, apud Bromptonum c. 3. *Ei nominentur in Maninga ſingulorum Praepoſitorum, tot homines quos per-noſcuntur eſſe credibiles, qui ſint in teſtimonio cauſarum.*

MANIPOLIVM. (1) Vel MANIPO- LVM, conuentus ad illicitum ali- quod violenter perpetrandum, con- iuratio; Hiſpanis *Manipulo*. Epito- me Conſtit. Eccleſ. Valent. tom. 1. Conc. Hiſp. p. 188. *Variis iuramen-tis ſe ad illicita et quodammodo Mani-polia adſtringentes.* Charta anni 1363. ex Archiu. S. Victor. Maſſil. *Prohi-biti ſunt homines Podicluderii facere caſſam et Manipolium etc.* MANI- POLIVM, in Capit. gener. MS. eiusd. S. Victoris, anni 1446. (2) V. *Monipolium.*

† MANIPOLLVM, confoederatio, in Stat. Placent. V. *Manipolium 1.*

MANIPVLA. (1) Scipio, baculus, qui manibus geſtatur. Hiſtoria Trans-

lationis S. Sebastiani Mart. c. 12. n. 60. *Homo quispiam . . . . damnatis quinquennio luminibus, illico vt ante Sancta Sanctorum Manipula regente peruenit, amissum lumen resumit.* Modo tamen id accipi non debeat de muliere quae manu ducit, vt in Append. ad Agnelli lib. Pontif. apud Murator. to. 2. pag. 195. *Tunc postulata est Augusta, vt Manipulam suam, quae dolore pessimo oculorum vrgebatur, suo adiutorio eam adiuuaret.* V. *Manipulare.* (2) MANIPVLA *est quoddam ornamentum, quod Imperator Constantinus Cardinalibus concessit.* (Mira hominis eruditio!) *Alii dicunt Manipulam esse mitram Episcopalem.* Vocabul. vtriusque iuris. (3) Mappula, mantile. Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. c. 11. (4) Trulla caementaria. Acta S. Francisci de Paula, to. 1. Aprilis, p. 188.

MANIPVLARE, manu ducere. Miracula S. Genulphi, auctore Gonzone, Abb. to. 2. Maii p. 655.

† MANIPVLARES, *qui ferunt signa ante reges*, in Glossar. vet. Cod. 521.

MANIPVLARIVM, vna e vestibus Episcopalibus. Bulla Iohannis XV. pro Ecclesia Breunouiensi, anno 993. apud Ludewig. to. 6. p. 54. V. *Manipula* 2. et *Manipulus* 2.

MANIPVLARIVS, qui negotia alterius regit, administrat. Agnellus in Vita Mauri schismatici, apud Murator. tom. 2. pag. 143.

MANIPVLOSVS, *directus*, Papias.

MANIPVLVM. (1) *Qui auxilium dat in bello.* Gloss. Isid. vbi Graeuius: leg. *Manipulus, qui vexillum fert in bello.* Posterioribus *Manipuli* dicti sunt signiferi, quia olim manipulus foeni fuit pro vexillo; hinc Papias: *Manipulares, signorum portitores.* Sed vetustioribus scriptoribus *Manipulares* sunt gregarii, caligati milites, vt constat. (2) Vas quoddam. Vita Burchardi Comitis auctore Odone monacho ann. 1058. *Manipulum,* inquit, *vocamus, eo quod manu geritur, in quo etiam litterae habentur, quae Abagari Regis ad sanguinem minuendum illud fuisse testantur.* V. *Manile.*

MANIPVLVS. (1) MANIPVLVS CVRATORVM, breuis quorundam canonum collectio. Statuta Eccl. Meldens. ann. 1493. to. 2. Hist. eccl. Eccles. p. 516. (2) Vna e vestibus Ecclesiast. quae et *Sudarium* appellatur, quam in brachio sinistro deferunt Sacerdotes. Will. Brito in vocabul. *Manipulus est ornamentum manus*, Anastasius in S. Zozimo: *Fecit constitutum, vt Diaconi lacneas tectas haberent, de palliis linostimis.* (3) † Famulus, minister, in Act. SS. t. 2. Iul. p. 334.

MANIRE, V. *Mannire.*

† MANISCALCHERIA, districtus *Mareschalci*, in Stat. ant. Florent.

† MANISNIA, *la beuanda*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

MANISSIME, valde mane, in Ritu ordinandi Episcopi, tom. 2. Analect. Mabill. p. 466. et in Notis ad Iohan. Abrincensem Episcop. de Offic. Eccles. Adde vet. Consuet. monast.

MANITER, furiose, a Graeco *μανιν.* Vita S. Winwaloei MS. fol. 52.

MANITIO, monticulus, eminentia, Gall. *Eminence, hauteur.* V. S. Conradi Episc. Constant. apud Leibnit. to. 2. Scriptor. Brunsuic. p. 8. *Sane in ipsa ripa, Manitio promanet supra dicta, in qua dum ambo consistèrent almi praefati pontifices, decurrentes aquas intuentes etc.* V. *Malbergium.*

MANIVOLA, chirotheca. Constitut. apud R. Duellium, Miscell. lib. 1. p. 197. *Ocreas non portabunt fratres, sed Maniuolas laneas habere possint.* V. *Manuniola.*

MANLAT, species monetae Graecanicae, cuius meminit Arnoldus Lubecens. lib. 3. c. 33. *Vnum denarium qui Manlat dicitur, ei voluntarie persoluam.* Et infra: *Est autem Manlat de viliorum numismate, qui nec totus sit aureus, nec totus cupreus, sed quasi de confusa et vili constat materia.* Proinde *Manlat*, longe Byzantio aureo inferior erat, et metalli dignitate, et pretio, vt idem auctor innuit. Erat autem *Manlat*, moneta Manuelis Comneni Imperatoris imagine et nomine signata, quae *Manlat* dicitur in Instrumento pacis Theodori Lascarim Imp. inter et Venetos, cuius

Digitized by Google

meminit Iulius a Puteo Veronenſ. in Geneal. familiae Laſcar. p. 16.

MANLCOLDIATA, menſura agraria, eadem quae *Mencaldata*. Gall. *Mencaudée*. Tabular. S. Quintini de monte: *Viginti Manlcoldiatas terrae*. V. *Mencaldus*.

MANLENTA, MANLEVANTIA, fideiuſſio, ſponſio, ſeu praeſtatio quae eo in caſu domino praeſtatur. Ch. a. 1131. t. 2. Hiſt. Occit. Prob. p. 460. Alia a. 1160. ib. p. 576.

MANLEVARE, fideiubere. Comput. anni 1324. to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 132. V. *Manuleuare*.

† MANLEVATOR, fideiuſſor, t. 2. Hiſt. Occit. Prob. p. 427.

MANNA. (1) Liquor, vel puluis odorus, qui de ſepulcris aut corporibus Sanctorum effunditur et effluit. Iulius Africanus lib. 5. extremo de tumulo S. Iohannis Euangel. *Et protinus Manna exiens de ſepulcro apparuit cunctis, quam vsque hodie gignit locus iſte*. Gregor. Turon. lib. 1. de Miracul. c. 30. de eodem S. Ioanne: *Cuius nunc ſepulcrum Manna in modum farinae hodieque eructat, ex qua beatiſſimae reliquiae per vniuerſum delatae mundum ſalutem morbidis praeſtant*. Leo Oſt. lib. 3. c. 30. *De Manna S. Ioannis Euangeliſtae, etc.* (2) Equa, V. *Mannus*. (3) † Vox Italica, manipulus, in Ch. a. 813. ap. Murat. t. 1. Antiqu. p. 521. V. *Manua*. (4) † Taeda ſeu cerei ſpecies, Gall. *Poignée*. Acta SS. t. 2. Iul. p. 526. V. *Maniada*. (5) † Panis delicatior et tenuiſſimus, in Concil. Barchinon. a. 1423.

† MANNAGIVM, manſus, praedium ruſticum, in Ch. Mſ. a. 1238. V. *Managium 2*.

MANNARE, modus agri. Charta anni 1019. *A Peloniaco Mannare, i. a. Filennio Mannare vnum etc.*

MANNARIA, ſecuris, Gall. *Hache*. Acta S. Nicolai Peregrini, to. 1. Iunii, p. 238. *Et accipiens de domo Mannariam aſciam et cultellum, aſcendit in montem vbi . . . cedrina ligna caedebat*. V. *Mannaria 2*.

† MANNARICE. Ch. a. 1070. t. 1. Hiſt. Caſſin. p. 235. *Cum ortuis et vineis vouarice ſiue mannarice, cum omni illorum pertinentia*. Forte cum ſeruitio manuali.

MANNELLVS, campana mediocris. Ordinarium Abbatiae S. Laurentii in Dioeceſi Auriſſiod. anni 1286. ſcriptum: *Cinere dato pulſatur proceſſio cum duobus Mannellis*. V. *Manellus* et *Menellus*.

MANNERC, MANNERE, V. *Mannwerch*.

MANNERIA, MANERIA, MANEARIA, idem viderur quod *Mannwerch*. Vide in hac voce. Charta aerae 1018. apud Anton. de Yepez, in Chronico Ord. S. Benedicti to. 1. *Neque reſpondeat aliquid ad eius debita, non pro furto neque pro homicidio, neque pro feruitio, non pro Manneria, neque pro ſerna, neque pro foſſare, neque pro anubda, neque pro caſtellia, neque pro facienda villa etc.* Alia Adelfonſi VI. aerae 1133. tom. 1. *Vt omnes qui in illo loco fuerint commorantes, non timeant ſayonem neque raufum, neque homicidium neque foſſatera, nec Mannaria*, (vel Manaria) *nec aliquem fiſcum regalis Palatii*. Charta Alfonſi VII. Imper. Hiſpaniae aerae 1152. to. 6. *Item Maiorinus noſter non intret in villa S. Petri, niſi fuerit vocatus per Abbatiſſam vel Priorem. Item intra iſtos terminos nullus intret pro caſteleria, nec pro rogo, nec pro vodo nec pro Maneria*.

MANNERIVS, aedituus, cuſtos, conſeruator aedis ſacrae, quod in Eccleſia vt eam ſeruet, maneat, forte ſic dictus. Conſtit. X. Franciſci III. Epiſc. Barcinon. V. *Manſionarius 1*.

MANNES, *puluera thuris*, in Gloſſ. Arabico-Lat. V. *Manna 1*.

MANNETA, V. Sanutum lib. 2. part. 4. c. 22. pag. 80.

MANNINA, Mannitionis compoſitio, quam aduerſario ſoluebat, qui vocatus ad placitum, ſi mannitus fuerat, nec iuſtam excuſationem habebat, non venerat, de qua compoſitione agitur in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 45. in Formul. vett. cap. 38. et in Legibus Henrici I. cap. 50. V. *Mannire*.

MANNIRE, vocare in ius, quod fiebat tribus teſtibus praeſentibus, ex Germanico *Manen, Monere, ſubmonere*,

nere, Gallis *Semondre*, vt est apud Guillimanum lib. 1. de Reb. Heluet. c. 9. et alios. Hinc scribendum *Mannire*, auctor est Eccardus. Aruerni etiamnum *manio* dicunt, pro *lite agere*, placitare. Lex Salica tit. 1. §. 1. *Si quis ad mallum legibus dominicis Mannitus fuerit, et non venerit, etc. Mannire cum testibus.* tit. 51. *Ad Regis praesentiam Mannire*, tit. 59. adde tit. 47. MANIRE, pro *Mannire*, in Pacto Legis Salicae tit. 50. *Manita* pro *Mannita* tit. 53.

MANNITA, submonito, *Ajournement*, Lex Salica tit 52. §. 1. *Et si ei solem culcauerit, tres solidos super debitum addat; et sic vsque ad tres vices per tres Mannitas facere debet.*

MANNITIO, eadem notione. Capitulare 3. Lud. Pii anni 819. c. 1. *De hoc Capitulo iudicatum est, vt ille, qui mannitur, spatium Mannitionis suae per 40 noctes habeat.* in Consuet. Solensi tit. 7. art. 4. Differebat vero mannitio a bannitione: nam etsi *bannire*, sit in ius vocare, aeque ac *mannire*, in eo tamen diuersimode haec verba accipiuntur, quod *mannire* aduersarii, *bannire* autem iudicis erat, in ius aut placitum et iudicium citare. Leges Longobard. lib. 2. tit. 43. §. 4. et Capitul. Caroli M. lib. 4. c. 25.

MANNVA, manipulus, V. *Manua.*

MANNVS, equus. Io. de Ianua: *Mannus a mansuetus, palephredus, quia mansuetudinem manuum sequatur, vel quod mansuetus sit; vel dicitur a manus, quia manu nitatur atque ducatur.* Tabularium Casaurienſe anni 1140. *Habenis manni quem equitabat. etc.* MANNA, equa. Charta 42. inter Alamannicas Goldasti. MANANA, eadem notione. Charta Henrici Regis Portugalliae tom. 3. Monarch. Lusit. pag. 282. *Faciant vnum seruitium manno et inter vos non sit vlla Manana.*

MANNWERCH. Vocis significationem docent Acta Murensis Monast. pag. 58. *In vitibus autem habemus, 24 partes quae dicuntur Mannwerch, et 13. rusticos . . . . . Si quaeris cur vocatur Mannwerch, ideo dicitur, quod vni vitо committitur ad colendum et est tantum terrae, quantum par boum in die arare sufficit.* Ex his emendanda Charta Grodegangi Episcopi Metensis, anni 765. apud Meurisium pag. 168. vbi pro *Mannerc* legendum *Mannwerc*, i. *opus hominis*, opera, manuopera, ex Mann, homo, et Werk, opus, operatio etc. Eamdem Chartam emenda apud D. Calmet. Hist. Lotharing. to. 1. inter Instrum. col. 282. vbi editum, *Manere.*

MANOBRA, MANOBRIA, V. *Manopera.*

† MANOBRIVM, i. q. *Manopera*, in Terrear. villae de Busseul.

MANOPA, f. pro *Manopera*; videtur autem accipiendum pro Charta *manumissionis* seu libertatis. Veteres formulae apud Baluz. to. 6. Miscell. p. 549. *In praesentia plurimarum personarum, qui ipsa Manopa, subter firmaueruns.*

MANOPERA, manuopera, manuum opera, *Seruitium manuale*, lib. 5. Capit. Caroli M. cap. 151. quo tenentur coloni et inquilini domino villae. *Manaeuvres, vel Manoeuvres*, in Charta anni 1427. apud Thomasserium in Consuet. Bituric. p. 128. MANOBRA, in Charta Poncii de Vissaco anni 1247. in Probat. Histor. Aruernensis pag. 95. MANOBRIA, in Charta anni 1308. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. MANVOPERA, catallum, instrumenta rustica, quorum vsus in operis et agricuturis. Charta Ricardi II. Reg. Angl. MANVOPERARIVS, in Obituario S. Gerardi Lemouic. MANVPERATIO, idem quod *Manopera.* Charta anni 1093. to. 11. Spicileg. pag. 307.

MANOPOLIVM, V. *Manipolium.*

MANSA. (1) V. *Mansus.* (2) † Trudes, momentum, pondus, ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 1045.

† MANSANARIVS, MANSAVARIVS, qui *mansum* ingenuilem aut seruilem excolebat. Ch. Ms. Rob. abb. S. Germ. Prat.

MANSARIVS, idem, in Capitul. Caroli Calui tit. 42. V. *Mansus.* MANSOARIVS, ap. Marculf. l. 1. form. 22. MASOERIVS, in Tabul. Priorat. de Paredo. MANSVARIVS, in Capitul. de Villis c. 39.

† MAN-

Digitized by Google

† MANSATICVS, manſio, domus, t. 7. Collect. Hiſt. Fr. p. 118.

MANSATA, *eſt quando dominus dat alicui manſum — et propter hoc ille facit ſe hominem domini.* Speculator l. 4. partic. 3. de feud.

MANSELLA, V. *Manſus.*

MANSELLVS. (1) Idem, qui *Manſionarius.* Charta Rodulphi Reg. Franc. ann. 930. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 66. (2) MANSELLVS, V. *Manſus.*

MANSEOLVM, pro *Manſellum*, minus *manſum*, caſtellum. Geſta Treuir. Archiep. apud Marten. to. 4. Ampliſſ. Collect. col. 395.

† MANSEOLVS, locus exiguus, in Act. SS. t. 5. Aug. p. 865.

MANSER, *eſt illegitimus, proprie de ſcorto natus.* Vocabul. vtriusque iuris. Diploma Ruperti Regis Roman. ann. 1401. apud Tolnerum Hiſt. Palat. p. 145. *Ac etiam naturales, Manſeres, ſpurios, baſtardos, et quoslibet de damnato ſiue illicito coitu procreatos, etc.* V. *Manzer.*

MANSILE, MANSILIVM, MANSINILE, V. *Manſionile.*

MANSIO. (1) Vbicunque manemus; hinc Gallis *Maiſon*, pro aede. Gloſſae, *μονὴ, ἡ καταμονὴ, manſio.* Alibi: *περίσυλον, manſio*, perperam Edit. *mancio. Anguſtiae manſionum*, apud Sidonium lib. 2. Epiſt. 2. Gregor. Turon. lib. 3. Hiſt. cap. 15. *At ille ingreſſus Manſionem domini ſui apprehendit ſcutum eius.* Lib. 2. cap. 1. *Sexto ab vrbe miliario Manſionem accepit.* MANSIONVM REDEMPTIO, ea, ni fallor, erat in Flandria, qua eius, qui dominum in vrbe poſſidebat, haeres, hanc data certa pecunia redimere a domino, ſeu Comite tenebatur. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandriae cap. 32. (2) MANSIONES MILITVM, ſtationes, ſedes, diuerſoria, in quae ſe recipiunt expeditionis tempore. Lampridius. (3) MANSIO, apud Leguleios Anglos, quid ſit, docet Bractonus libro 5. tract. 5. §. 1. *Manſio eſſe poterit conſtructa ex pluribus domibus, vel vna, quae erit habitatio vna et ſola ſine vicino; etiam ſi alia Manſio fuerit vicinata, non erit villa: quia villa eſt ex pluribus Manſionibus vicinata, et collata ex pluribus vicinis.* Adde lib. 4. tract. 1. cap. 31. et Fletam lib. 6. cap. 51. §. 1. (4) Concilium Clueshouenſe, ann. 800. *Daret mihi pro commutatione ſaepe fati Coenobii terram centum et decem Manſionum, ſexaginta caſſatorum videlicet in loco, qui dicitur Fleor etc.* Charta Offae Regis Merciorum: *Terram 50. Manſionum in locis ſupra dictis etc.* Alia Edberti Regis Saxon. Occident. anni 801. to. 2. Monaſt. Anglic. p. 843. *Terram 20. Manſionum.* Vbi *Manſio* videtur eſſe, quod in aliis Chartis *familia* appellatur. (5) MANSIO. Latinis Scriptoribus proprie dicitur locus, vbi confecto itinere per noctem quieſcebant; vnde vt plurimum pro diei vnius itinere ſumitur. Graecis *σταθμός.* Qui manſionibus eiusmodi praeerant, *ἐπίσταθμοι* appellabantur: Latinis *Stationarii, Mancipes.* Gloſſar. Gr. Lat. *Stationarius, Manceps, ἐπίσταθμος; ὁ ἡγέμενος τῆς μονῆς. Manceps, ἐπίσταθμος, ὁ τῷ σταθμῷ ἡγέμενος.* Solinus c. 33. *Pagus Sabaeorum, a quo acto Manſionibus regio thurifera diſterminatur.* Iornandes de Rebus Geſtis cap. 5. *Quae flumina multis Manſionibus inuicem abſunt.* Μονὴ eadem notione Graecis Scriptoribus dicitur. MANSIONES, praeterea dicebantur, diuerſoria Legatorum, Miſſorum, et aliorum Magiſtratuum publicorum, qui Principis mandato, aut in prouincias *ad iuſtitias faciendas, et reformandas*, vti loquebantur, vel in exteras regiones, reipublicae cauſa, proficiſcebantur. Tenebantur enim ſubditi hoſpitio excipere eiusmodi Miſſos et Legatos et eorum miniſtros et viaticum eis pro vniuscuiusque dignitate praeſtare. Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 39. *De miſſis noſtris diſcurrentibus, vel caeteris propter vtilitatem noſtrum iter agentibus, vt nullus Manſionem contradicere praeſumat.* MANSIVNCVLA, in lib. 7. Capitul. cap. 144. *Eorumque erroneum miniſterium non in Eccleſia, ſed per agreſtia loca et Manſiunculas agunt.* (6) Familia, quomodo *Maiſon*

ſon dicunt Galli. Sanutus lib. 3. part. 12. cap. 8. *Tunc etiam Hugo de Luſignan cum tribus Manſionibus et aliis militibus Gallis, verſus Tiberiadem proceſſit.* (7) Contignatio, ſeu id quod *Eſtage* dicunt Galli. Ericus Vpſalenſis lib. 5. Hiſt. Suecicae p. 159.

MANSIONALE, idem quod *Manſus*, vel certe quod *Manſionile*, de quo mox. Capitulare de Villis c. 19. *Ad Manſionales vero non pullos habeant non minus 50.* Teſtamentum Herberti Viromand. Comitis an. 1059. apud Io. Carpentarium in Hiſt. Cameracenſi. *Manſionalia mea apud Attas et Dalonias ochis, arpiniis, foreſtagiis et paſcuaticis, etc.* Infra: *De Manſa mea apud Tetignias, etc.*

MANSIONAMENTVM, idem quod *Manſionile*. Hiſt. Beccenſ. monaſt. MS. p. 367.

MANSIONARE. (1) *Manſionem*, domum aedificare. Charta an. 1233, ex Schedis Praefid. de Mazaugues. (2) *Manſionaticum* exigere, in Ch. Mſ. Caroli Craſſi.

† MANSIONARIA, munus et beneficium *manſionarii* ſeu capellani perpetui, id. q. *Capellania 1.* Ch. a. 1073. ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 807.

MANSIONARIA ECCLESIA, TERRA, V. mox *Manſionarii*.

MANSIONARIVM, dignitas *manſionarii* ſeu cuſtodis aedis ſacrae, et praebenda ei aſſignata, ap. Murat. t. 2. Script. p. 211.

MANSIONARIVS. (1) Idem qui *Maneus*, *Manſuarius*, *Hoſpes*, qui ratione *manſionis*, ſeu *manſi*, vectigal, aut cenſum, quotannis domino perſoluebat. Vgutio: *Manſionarius, manens, vel ad manſionem pertinens.* Charta edita a Mabillonio to 2. SS. Ordin. S. Benedicti p. 1091. *Cum omnibus adiacentiis ſuis, cum Manſionariis, originariis, inquilinis ac ſeruis, etc.* MASOVERIVS, idem qui *Manſuarius*. Conſuetudines Cataloniae inter dominos et vaſſallos MSS. c. 55. TERRA MANSIONARIA, quae a *Manſionariis* habitatur. Diploma Henrici V. Imp. 1107. apud Chapeauillum to. 2. Hiſt. Leod. p. 54. 55. MANSIONARIA ECCLESIA. Ekkeardus Iun. de Ca Galli c. 2. *Craſtinam autem pr nem ad Manſionariam ſuam S. diſponens Eccleſiam, in proximo ſtationari iuſſit.* (2) Canonici *reſidentes* vulgo dicuntur, ad men *forenſium*, qui non reſiden Charta an. 1130. apud Vaſſori Hiſtor. Nouiomenſi p. 878. C 17. Tabularii Carnotenſis, quae Alexandri PP. V. *Ioraneitas.* Cuſtos et conſeruator aedis ſa aedituus, marricularius. Gloſſae *Manſionarius*, *oſtiarius*. Apud Gregorium Magn. lib. 3. Dial. c. 24. et 25. *Abundius*, *Manſionarius* et *cuſtos* promiſcue appellatur. Erant autem ii in Clerici ordine. Anaſtaſius in Benedicto II. Ioanne V. et Gregorio II. p. 57. 58. 71. *Hic dimiſit omni Clero, Monaſteriis, Diaconibus, et Manſionariis ſolidos mille.* Leo Oſtienſis lib. 1. Chron. Caſin. c. 18. *Manuſque ſuae ac filiorum ſubſcriptione corroborans, decem Epiſcopos, et octo Abbates, Comites quinque, Bibliothecarium, Manſionarium, et Oſtiarium vnum ſubſcribere fecit.* PRIMVS MANSIONARIVS, dignitas in Eccleſia Romana, qui primus ſcilicet in Manſionariorum ordine erat. Ordo Romanus. MANSIONARII IVNIORES, inferioris ordinis, qui primo Manſionario ſuberant. Ordo Romanus. (4) Dignitas in Palatio Regum Francorum, vt ex Hincmaro docemur in Epiſt. de Ordine et Offic. Palatii cap. 16. et 23. vbi eius officium ita deſcribit: *Inter quos et Manſionarius intererat, ſuper cuius miniſterium incumbebat, ſicut et nomen eius indicat, vt in hoc maxime ſolicitudo eius intenta eſſet, vt tam ſupra dicti actores, quamque et ſuſceptores, quo tempore ad eos illo vel illo in loco Rex venturus eſſet, propter manſionum praeparationem, vt opportuno tempore praeſcire potuiſſent, ne aut inde tarde ſcientes, propter affectionem familiae importuno tempore peccatum, aut hi propter non condignam ſuſceptionem, ac ſi bene voluiſſem, cum certe non volendo, ſed non valendo offenſionem incurrerent.* COMES MANSIONARII, qui Manſionariis

Digitized by Google

iis praeerat. Regino an. 895.
Mansionatici exactor, in Ch.
Pii a. 821. t. 6. Collect. Hist.
526. (6) † Idem qui alibi
endator, in Lit. remiss. Mf. a.
.

IONATICA, eadem notione
mox *mansionaticum*, ius hospitii
astus. Diploma Ludouici Germ.
g. ann. 853. saec. 4. Bened. part.
p. 527.

NSIONATICVM, et MANSIONATICVS. (1) Locus, qui publice parabatur, vbi Princeps Seniorum diuerteret, inquit Browerus lib. 3. Annal. Treuir. p. 472. 1. Edit. Capitul. Caroli M. l. 2. c. 17. *In illis locis, vbi modo via et Mansionatici a genitore nostro, et a nostris per Capitulare ordinati sunt.* Sumuntur crebrius *Mansionatici* pro *expensis ad hospitum susceptiones*, vt habet Aimonius lib. 5. c. 10. et hospitii iure, quo gaudebant Missi et Iudices regii. Prouincialibus enim Missos et Legatos Principis, Comites, Duces, et eorum ministros, recipiendi onus incumbebat, eisque viaticum pro vniuscuiusque dignitate praestare, quod *Parata* dicebatur. Capit. Caroli C. tit. 43. c. 20. *Nemo in villis nostris, vel in villis vxoris nostrae Mansionaticum accipiat.* Capitulare de Villis c. 27. *Nullo modo in curtes dominicas Mansionaticas prendant.* (2) *Mansio*, domus, aedes. Tabular. Brinatense ch. 129.

MANSIONATOR, idem qui *Mansionarius*, qui mansiones parat, *Metator*. Itinerarium Gregorii XI. PP.

MANSIONILE, MANSIONILES, MASNILIVM, MASNILE, agri portiuncula cum *mansione*, seu aede, Gallis *Maisnil*, vel *Mesnil*. Vita S. Remigii Episc. Remensis: *Partem etiam maximam siluae in Vosago pretio comparauit, et Mansionilia ibidem constituit, etc.* Diploma Caroli C. ann. 863. ibid. col. 168. *In Witicomio Mansionilem vnum, cum omnibus mancipiis, seu terris, sine siluis ad eosdem Mansioniles pertinentibus.* MANSIONILLVM. Tabular. Morigniacense. MASNILVS. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 64. MESNILLVM. Tabular. Morigniacense an. 1142. MASNILE. Monachus Altisiod. in Chr. an. 1180. MASNILIVM, in Tabul. S. Cypriani apud Beslium in Comitibus Pictau. p. 249. MANSILE. Charta apud Ducheſnium in Probat. Hist. des Chastaigniers, p. 68. MANSILIVM, in Charta apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. p. 223. MANSINILE. Calendarium Autiss. apud Marten. to. 6. Ampliss. Collect. col. 703.

MANSIONILLVM, V. *Mansionile.*

MANSIONOTERIVM, idem quod *Mansionile.* Charta Bathildis Reginae an. 1030. ex Chartul. Gemetic. to. 1. p. 303.

MANSIS, vt *Mansus*, V. in hac voce.

MANSITATIO, habitatio. Vita S. Neoti Abb. saec. 4. Bened. part. 2. p. 327.

MANSITORIVM, *locus aptus ad manendum.* Vgutio.

MANSIVNCVLA, V. *Mansio* 5.

MANSIVVM, pro Mensura, V. *Nauagium.*

MANSNADA, vt *Maisnada.* Occurrit in Ch. an. 1178. apud Murat. delle Antic. Estensi p. 348.

MANSOARIVS, MANSOERIVS, V. in *Mansarius.*

MANSOR, qui manet, residet, incola, Gall. *Manant.* Miracula S. Genulphi to. 2. Maii p. 651. V. *Emansores.*

MANSORIVM, idem quod *Mansus*, vel potius *Mansionile.* Charta MS. Caroli Flandriae Comitis.

MANSOYATA, dimidium vehis, plaustri seu *carrectae*, Dumbensibus *Mansoyée*, a *mansu*, minus plaustrum; *mansus* vero dictus, quod in *mansis* excolendis necessarius sit. Charta Thossiacensis an. 1462. *Pratum continens plateam duarum Mansoyatarum foeni.* V. *Mansulta*, *Massoda*, et *Massulata.*

† MANSSERIVS, seruiens, apparitor, t. 7. Ordin. reg. Franc. p. 728. V. *Maynerius.*

† MANSTRVGAE, pro *Mastruga*, in Glossis ver. Cod. 7043.

Digitized by Google

† MANSVAGIVM, manſio, domus cum agri portione, t. II. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 31.

MANSVALIS, qui *manſum* ingenuilem aut ſeruilem excolit. Freder. Schannat. Vindem. Litter. pag. 78. TERRA MANSVALIS, ager a manſo pendens, in Ch. Mſ. a. 1127.

MANSVARIVS, V. *Manſarius*, et *Manſionarii*.

MANSVETARE pro *Manſuefacere*, dixit vetus Interpres Bibl. c. 16. Sapient. 18.

MANSVETARIVS, in Gloſſ. Graec. Lat. ἡμερομόιος. Iulius Firmicus l. 8. Mathef. cap. 17. *Erunt ferrarum Manſuetarii, qui vrſos, tauros, leones, feritate depoſita, humanis conuerſationibus ſocient.* Lampridius in Heliogabala: *Habuit leones et leopardos exarmatos in deliciis, quos edoctos per manſuetarios ſubito ad ſecundam et tertiam menſam iubebat accumbere, ignorantibus cunctis, quod exarmati eſſent, ad pauorem et ridiculum excitandum.*

† MANSVETVDO, titulus honorarius abbatum, in Ch. Fulcon. abb. Coru.

MANSVLTA, idem quod *Manſogata*. Charta inter Aduerſaria D. Aubret: *Confitetur tenere quemdam claponem prati, in quo fieri poteſt Manſulta foeni.* V. *Maſſultura*.

MANSVM, V. *Manſus*.

MANSVRA. (1) Pro *Menſura*, praeſtatio pro menſuris perſoluta. Litterae Ioannis Reg. Franc. an. 1351. to. 2. Ordinat. Reg. p. 435. (2) Idem quod *Manſionaticum*, ius *giſti*, ſeu procurationis. Bulla Leonis IX. PP. an. 1049. apud Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 68. (3) Pro Manſione, domo, aedificio: Gallis *Maſure*. Charta an. 1122. ex Hiſt. Beccenſi MS. p. 324. (4) Videtur etiam quandoque ſumi pro *manſo*, ſeu modo agri. Praeceptum Caroli C. an. 849. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 117. *Manſuram vnam, quae habet plus minusue arpennum vnum.* Chron. Watinenſe apud Marten to. 3. Anecd. col. 805. *Quae in ſummo ducenta viginti sria diurnalia, quae vulgo Manſuras nominamus, faciunt.* MANSVRA, vt quid tiuum a *manſo*, occurrit in an. 1191. to. 8. Spicil. Acher. *Cum omni dominio et eius dom... ..., deruefis, manſis et Ma... appennariis, etc.*

MANSVRALE, idem quod *Ma...* Tabularium Eccleſiae Cadurce... *Et dono filio meo Manſurale, ... manet.*

† MANSVRNVS, ad *manſionari...* eccleſiaſticum pertinens, in Ch. M... a. 1294.

MANSVRPIVM, pro Marſupium, ni fallor. Laudes Papiae apud Murator. to. II. col. 43.

MANSVS, vel MANSA, aut MANSVM, (trino enim genere haec vox effertur,) definitur Caeſario Prumenſi apud Browerum in Hiſt. Fuldenſi p. 208. *villa aut locus familiae:* Sirmondo: *fundus cum certo agri modo:* Bignonio; *villula coloni vnius habitationi propria:* Alvarotto; Zazio, et aliis Italis quibusdam Scriptoribus, *quantitas terrae, quae ſufficit duobus bobus in anno ad laborandum:* denique Papiae, *manſus dictus a manendo, quod integrum ſit duodecim iugeribus.* Ex quibus conficitur, reuera manſum fuiſſe certam agri portionem, quae et coleretur, et in qua coloni aedes eſſet. Vnde *manſus* idem videtur quod *colonia*, vel *curia*, ita vt pro ratione prouinciarum nomenclatura ſaepe diuerſa fuerit. Certe vox *manſus* Gallis familiaris fuit, quam in *Meix* Burgundiones, *Mois* Normanni, Aruerni et Prouinciales in *Mas* efferebant. Adamus Bremenſis c. 54. *Vir iſte pauperibus ortus natalibus, primo vt aiunt, ſeptem manſis, totidemque manentibus, ex haereditate parentum fuit contentus. Manſum* idem eſſe quod *curia* aliis dicitur, indicat Speculum Saxonicum lib. 2. art. 54. *Nemini licet ſegregatim pecora paſtere, vt per id communi paſtori pretium minuatur, niſi tres Manſos habeat ſub titulo proprietatis aut feudalis.* Ad oram ſcriptum: *Niſi tres curias aut plures habeat, aut feudum in eadem villa.* Et §. 3. *Vbi pretium paſtori ſoluitur de Manſis ſeu curiis, etc.* Vbi aperte *Manſus* idem

nat atque *colonia*, seu villula. ue vero in trino genere apud ptores haec vox vsurpatur: ac num MANSA in feminino, in arta Arnulphi Imper. an. 889. ud Miraeum to. 1. p. 34. *Dedimus . in loco Auui vocato Manſam am, et in loco Theole Manſam am . . . et quidem ad easdem ho- s et Manſas iure legitimeque perti- re videtur.* MANSVS, maſculino enere. Ditmarus lib. 4. pag. 45. *Centum Manſos proprie haereditatis conceſſit.* MANSIS, *is*, in Charta an. 974. Append. Marcae Hiſpan. col. 904. MANSVS, quartae declinationis. Hiſtoria Nouientenſis Monaſt. apud Marten. to. 3. Anecdot. col. 1135. *Dedit itaque praedicto monaſterio . . . tres Manſus cum curtibus ſuis et piſcationibus, in Cunenheim* V. *Manſus cum curte dominica.* MANSVM, neutro genere. Annales Francor. Bertin. an. 868. *Vt Epiſcopi, Abbates, et Abbatiſſae . . . breues de honoribus ſuis, quanta Manſa quiſque haberet . . . deferre curaret.* MASVS, pro *Manſus*, in Bulla Benedicti VIII. PP. an. 1017. Append. ad Marcam Hiſp. col. 1001. V. in *Maſſa.*

Et ſane manſum fuiſſe certum agri modum, ex eo patet, quod 12. iugeribus terrae conſtitiſſe dicat Papias: Hincmarus locis infra annotandis, duodecim *bunnariis*, adeo vt *iugerum* et *bunnarium* idem fuerint. Manſorum vero non modo fines ac limites vulgo deſcribuntur in veteribus tabulis; ſed etiam agri modus, id eſt, quod terrae iugera, perticas, aut virgas contineat. Charta Friederici Epiſcopi Hamaburgenſis: *Manſi vero mentione, ne diſcordia in poſterum in populo haereatur, quae manſio in longitudine ſeptingentas et viginti, in latitudine vero triginta habes regales virgas, cum riuulis terram interfluentibus, etc.* Acta Murenſis Monaſterii pag. 45. *Cum autem debent arare, cum virga metitur eis, qua et Manſi ſolent metiri.* Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis p. 143. *Ipſe Manſus habet terminationes . . . et habet in longo perticas agripennales 16. et pedes 3. et in lato perdicas 5. infra iſtas terminationes vel perticationes.* Infra: *Ipe Manſus . . . habet in longo perticas agripennales 19. in ambis vero frontibus et in medio perticas et pedes 9. etc.*

MANSI vero qui ea, qua eſſe debeant, agri portione, vel definito a lege iugerum numero conſtabant, *integri* dicuntur in Capit. Caroli M. l. 1. c. 83. et in Chronico Fontanellenſi c. 15. alii vero, non omnino integri, MANSI MEDII videntur appellari in eod. Chronico Fontanellenſi dicto cap. 15. vel MANSI DIMIDII, qui ſcilicet, aut ſex agri iugeribus, aut minore, quam par erat, iugerum numero conſtabant. Frotharius Epiſcop. Tullenſis Epiſt. 7. *De Eccleſia illius Presbyteri veſtri tulerunt dimidium Manſum, et dimidiam decimam.* Neque alii videntur MANSELLI, minores nempe manſi, apud Marculfum lib. 2. form. 36. Pancharta nigra S. Martini Turon. *Alodum noſtrum condonamus . . . habentem plus minus manſellos 44.* MANSELLA, in Charta an. 864. to. 2. Spicilegii Acheriani p. 589. *Manſella in Mariaco, . . . Manſella, quae Hildeburgis dedit in Mondſteriolum medium.* Ibidem: *Manſella in Fontaniliis, quae cum Wenilone Metropolitano Epiſcopo permutauerunt, etc. Manſorum*, pro ratione poſſeſſorum et colonorum, ſpecies variae recenſentur, alii enim dicuntur *Dominici, Regales, Capitales*, alii *Eccleſiaſtici*, alii *ingenuiles*, alii *ſeruiles*, tributales, *letales*, *manoperarii*, alii denique *exercitales.* MANSVS DOMINICATVS, *indominicatus, dominicus*, dicebatur proprius et peculiaris domini manſus, quem dominus ipſe colebat, cuiusque fructus percipiebat. Capit. Caroli C. tit. 42. *Comes, qui habet Abbatiam, de ſuo Manſo indominicato, ſimiliterque et de vaſſallorum, accipiat de Manſo indominicato denarios 12. de Manſo ingenuili 4. denarios de cenſu dominicato, et 4. de ſua facultate. De ſeruili vero, duos denarios de cenſu, et de ſua facultate duos.* MANSVM

Digitized by Google

ad Carol. M. *Similiter et loco cucullarum duas, quas nos dicimus, Mantas, habemus, quae ex grossiori sago fiunt.* Vbi *Manta* videtur fuisse genus vestis, seu pallii. V. *Mantum.* *Mantum* certe genus vestis seu pallii fuisse dubitare nequaquam sinunt Statuta Synodalia Ecclesiae Cadurcens. apud Marten. to. 4. Anecdot. col. 727. *Omnibus etiam prohibemus, ne epitogium, tabardum seu Mantam foliatam vsque ad oram curtam sic deferant, quod vestis inferior notabiliter videatur, quia vestis talis militis saecularis est potius quam ecclesiastici seu caelestis, et in clero elativnem denotat inhonestam.* (2) Opertorium ephippii. Leg. Palat. Iacob. II. Reg. Maioric. to. 3. SS. Iunii pag. LV. *Iubemus quod quatuor saltem Mantae continue sint paratae ad tegendum dictas sellas nostrae personae seruitio destinatas.*

MANTARE, *Immantare, Ammandare,* pallio induere, tegere. Martial. I. 14. ep. 27. MANTVARE, in Gloss. Isidori. V. *Mantum.*

† MANTARIVM, f. pro *mansarium,* mansio, domus, in Ch. Ms. a. 1341.

MANTATVRA, mantum, pallium, V. *Mantum.*

MANTEA, V. ibid.

† MANTEGATVS, follis species, Ital. *Mantaco.* Stat. Crimin. Cuman. V. *Manticum.*

MANTELA, idem quod *Mantellus.* Charta Henrici II. Imper. ann. 1023. apud Tolnerum Histor. Palat. inter Instr. pag. 23. V. *Mantum.*

† MANTELES, cortina, velum, Ital. *Mantellino.* Ch. a. 832. t. 1. Annal. Praemonstr. Prob. p. 104.

† MANTELETVS, palliolum, in Ch. Ms. a. 1332.

MANTELIA, V. *Mantum.*

† MANTELLA, apud Gallos eae vestium *liberationes,* quae fiebant officialibus regiis conuiuis seu *commensalibus,* quae alias *Pallia* vel *Robae* nuncupantur. Ch. Ms. Phil. Pulcri a. 1296.

MANTELLARE, V. *Mantellus 3.*

MANTELLARIA, *manticula.* Papiae.

MANTELLATVS, V. *Mantum,* et *Ordo Mantellatorum.* MANTELLATI CESPITES, locum vide *Spitarii.* † MANTELLATVS, ante matrimonium natus, ipsis nuptiarum solemnibus cu tre et matre pallio cooperitur, timationis gratia, Gerin. M finib. Lib. Sal. eccles. S. Th. A V. *Pallium 1.* et alia notione in *tellus 3.*

MANTELLETVM, V. *Mantum.*

MANTELLINA, pallium nigr Vita B. Columbae Reatinae to. Maii pag. 343.

MANTELLVM, V. *Mantum.* † *Mantellum vertere,* ab aliquo descisce, t. 3. Hist. Nem. Prob. p. 59.

† MANTELLVS. (1) Vestis ecclesiastica, casula. Ordinar. S. Petri Insul. V. *Mantum.* (2) Foris, Gall. *Bastant d'une porte.* Compat. Ms. a. 1381. (3) MANTELLVS, MANTVM, munitionis species, ex lapidibus vel lignis compacta, defensioni simul et aggressioni vtilis, Gall. *Mantelet;* vnde MANTELLARE, eiusmodi machinam struere. Elmham in vita Henr. V. p. 148. MANTELLATVS, idem, t. 2. Hist. Nem. Prob. p. 180. (4) Arca lignea lapidibus oppleta, quae aquis opponitur, molis species. Sentent. arbitr. a. 1500.

† MANTELVS, pro *Mantellus,* pallium, in Reg. fratrum Fontis-Ebraldi.

MANTENEMENTVM, administratio, Gall. *Maniment.* Vita B. Gregorii Veruculen. tom. 1. Maii p. 536.

† MANTI, *funes, quibus tenetur antenna et vela,* in Gloss. Franc. Barber. ad Docum. d'amor. Ital. *Manto.*

MANTIA, f. *Mansi* appenditiae. Charta Ludou. Reg. Franc. ann. 874. apud Marten. to. 2. Ampliss. Collect. col. 29. *In strata mansum vnum et Mantias, et in Bratis mansum dimidium.*

MANTICA. (1) MANTICA SVFFARCINATA, stragulum acu punctum; Gall. *Courte-pointe.* S. Bernardus in Apologia ad Guillelmum Abbat. to. 1. edit. Mabill. col. 538. (2) Certa Capillorum dispositio. Vita MS. Geraudi de Sala, apud Stephanot. tom. 2. Antiquit. Bened. Pictau. MSS. pag. 576. (3) † Vestis species,

Digitized by Google

cies, pallium. Stat. synod. Castr. 1358.

MANTICARE, vasa colligere, *mantum* seu peram viatoriam componere. Glossar. Lat. Gall. Cod. 7692.

MANTICVLARE. Papias: *Manticulare, furari. Manticulatio, fallacia, vel lenocinium.* Gloss. MS. Regium ad. 1197. *Manticulare, fraudare, furare.* Aliud Gloss. MS. Regium ad. 1013. *Manticulat, fraudat, furat.* Infra *Manticulare, attentare dolis ac fallaciis, vel diuinare.* Vocis Originem habet Festus.

MANTICVLATVS, pera instructus, Gloss. Lat. Gr. *Mantica, πήρα.* Ita peregrinos Hierosolymitanos appellabant. Matth. Paris. ann. 1248. *Vt peregrinaret ille monachus Manticulatus.*

† MANTICVLVS, follis, in Glossar. Lat. Gall. Cod. 7692. V. *Manticum.*

MANTICVM, MANTICVS. Papias: *Follis, vulgo Manticum fabri.* Ottonis Morenae Hist. Laudens. apud Murator. to. 6. col. 1043. *Cumque super ipsam machinam habuerunt, cum Manticis quos ibi habebant, ignem in ipsis carrariis accenderunt, postea cum bene accensae fuerant . . . proiecerunt.*

MANTILE FERIALE, id est, ni fallor, quotidiani vsus. Testamentum S. Remigii apud Miraeum to. 1. pag. 4. *Remigiae cochlearia tria, quae meo sunt nomine titulata, Mantile ipsius, quod habeo Feriale, transcribo.* MANTILIVM DATOR, inter ministros Ecclesiae de Romanis recensetur in Litteris Caroli Regentis ann. 1358. to. 3. Ordinat. pag. 274. idem qui *Mapparius.* V. in hac voce. † MANTILE, *vas escarium*, in vet. Gloss. Cod. 521.

MANTILIA, V. *Mantum.*

† MANTINVS. Glossar. Prou. Lat. Cod. 7657. *Senequiar, Prou. senisterius, mantinus.*

MANTIPARA, Papiae, *Leuata.*

MANTIPERIVM, mantum cum pera. Christianus de Scala in Vita S. Wenceslai, pag. 55.

MANTISSA. Onomast. *πρόσθεμα*, auctarium, superpondium. V. Martinii Lexicon et Scaliger. ad Festum. Hinc

MANTISSARE, accumulare, superaddere, in Hierar. Iuris Pontific. p. 160.

† MANTO, mentum, Gall. *Menton.* Lit. remiss. Ms. a. 1386. V. *Mantum 2.*

MANTOR, f. coriarius. Gall. *Taneur.* Statuta Auenion. MSS. *Statuimus quod Mantores qui vendunt fuscam teneantur tradere eam fususcriis sequentem sicut supererit si promiserint emptori.*

† MANTVALARE, pro *Manticulare*, in Gloss. Prou. Lat. Cod. 7657.

MANTVELIS, paenula, ex Graec. *μανδύη.* Epistola Gallieni apud Trebellium Pollionem: *Chlamydem Dardanicam, Mantuelem vnam.*

MANTVLA, Papiae *Mantellana.*

† MANTVLVS, pallium. Form. Ms. Cod. 7657.

MANTVM. (1) Pallium, Italis *Manto*; Gallis *Manteau.* Glossae Lat. Gr. *Paludamentum, χλαμὺς, μαντίον.* Gloss. Arabico-Lat. *Diplois sagum, Mantum.* Isidor. lib. 19. Originum, c. 24. et ex eo Papias: *Mantum Hispani vocant, quod manus tegat tantum est enim breuis amictus.* Testamentum S. Caesarii Arelatens. Episcopi: *Ancillae nostrae Caesariae Abbatissae, quem ipsa fecit Mantum maiorem, quem de cannabe fecit, dari volo . . . Domino meo Cypriano Episcopo Mantum et cinctorium meliorem dari volo.* Bayffius vocem *Mantum* a Graeca *μανδὺη* deducit. Seruius ad 4. Georgic. ex Lucilio et Plauto, *Mantellum* esse pariter ait, quod Graeci *μανδύα* vocant. Sed et eiusdem originis, *Mantelia, mandilia et Mantilia*, id est, mappas villosas, quibus nonmodo mensas, sed et humeros interdum tegerent, innuit idem Seruius. Glossae veteres: *Mantelia mappas dicunt villosas.* Isid. L. 19. c. 26. *Mantelia nunc pro operiendis mensis sint, quae vt nomen ipsum indicat, olim tergendis manibus praebebantur: siue mandelia a mandendo.* Ioan. de Ianua: *Mantili vel manteli quasi manutergile, gansape quod in tergendis manibus praebetur, vnde dicitur Mantile vel Mantele, quasi manus tela.* Trebellius Pollio in Gallienfis: *Mantilibus aureis*

Digitized by Google

141. *Quoniam specialiter noster est Manualis.* (4) *Manuoperarius*, Gallis *Manoeuvre.* Breue recordationis Boni Abbat. S. Michaelis apud Pisas, to. 4. Annal. Benedict. p. 435. (5) Seruus praedio addictus, Chronic. Farfense apud Murator. to. 2. part. 2. col. 395. (6) MANVALE FACTVM, in quo quis deprehensus est, in Spec. Saxon. l. 2. art. 35. 36. V. in *Manus.* (7) *Forceps ferrarius*, in Gloss. ant. Ms. (8) V. *Manuale 3.*

MANVALITER. (1) MANVALITER PVGNARE, manus conserere, cominus pugnare, Gall. *Envenir aux mains.* Bartholomaei Scribae Annal. Genuens. ad annum 1224. apud Murator. to. 6. col. 436. (2) Willel. Brito, lib. 8. Philipp.

Plusque laborabant populo Manualiter ommi.

i. opere manuario. (3) Manu. Charta anni 1501. ex Schedis Praesidis de Mazaugues. (4) *Manualiter deprehendi*, in furto flagranti, in Quoniam Attachiam c. 39.

MANVALIVM, V. *Manuale 3.*

MANVAPTVS, ad manum, in promptu. Vita S. Winebaldi Abb. Heidenhem. num. 8.

MANVARIA. (1) Exactionis genus, in *Munneria.* (2) Securis, quae quibusdam *dextrale* dicitur, Prouincialibus *destran.* Auctor de Miracul. S. Columbani cap. 27. V. *Manaria.*

MANVARIOLVM, sudariolum, quod manu gestatur. Regula Magistri cap. 81.

MANVARIVS, operarius, *Maneuvre.* Vita S. Ioann. Valent. Episc. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1701.

MANVARTIFICES, vnica voce, apud Michaelem Scotum, lib. 2. Mensae Philosophicae cap. 16.

† MANVATA, manipulus, pugillus. Inquisit. Ms. a. 1254. V. *Manata* et *Manua.*

MANVATIM, *de manu ad manum*, Gall. *de main en main.* Vetus Poenitent. apud Morin.

MANVATTRECTATIONES. Quid illae sint *manuatrectationes*, pro quibus emendandis reo pecuniaria mulcta irrogabatur, non omni[illegible] stat; suspicor tamen illa esse co[illegible] tionum signa, quibus alter al[illegible] manum percutiebat; quae cu[illegible] berentur tanquam iuramenta, [illegible] dimittebantur nisi inflicta priu[illegible] qua pecuniaria poena, quae in [illegible] cedebat sacerdotis, vnde *Ma[illegible] trectationes* inter ea, quae erant [illegible] sacerdotii, recensentur. Si qui[illegible] hac voce matrimonium, vel q[illegible] quid pro contrahendo matrim[illegible] sacerdoti persoluebatur, designa[illegible] existimauerit, non diffitebor omni[illegible] Tabul. Vosiense fol. 3. *Concesserunt Deo et Sancto Petro Vosiensi omnem fiscum sacerdotii ex eadem Ecclesia, ex baptisteriis, ex poenitentiis, ex Manuattrectationibus, et ex omnibus quae ad fiscum sacerdotii pertinent.*

† MANVBIVM, promptuarium, penaria, ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 899.

MANVBLA, *iteratio doctrinae*, in Gloss. Isid. Vbi apte omnino Graeuius: sunt haec, inquit, prodigiose corrupta. Forte pro his substituendum: *Manubiae, spoliatio, rapinae*, Papias: *Manubiae, spolia, rapinae, res de praeda manu collectae.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Manubiae Eschargaites, espies, ou despoilles, choses de proie, rapiae.*

† MANVBRIARE, *facere manubria, vel ponere illa.* Glossar. vet. Cod. 521.

† MANVBRIATOR, artifex manubriorum, in Arrest. a. 1368.

MANVBRIVS, thuribulum. Tabular. S. Eparchii Inculisin. *Fecitque cruces et tabulas argenteas deauratas, calices vero et turibulos, siue Manubrios, sonantia cimbala, argenteos deauratos, etc.*

MANVBRVNEA, MANVBVRNIA, V. *Mamburnia.*

MANVCALIS SPORTA, V. *Manuensis sporta.*

MANVCAPERE, in se quid suscipere, vadem se praestare, se pro aliquo obligare; vox forensis. Charta anni 1293. in Regesto Constabulariae Burdegal. fol. 204. *Ad maiorem rei securitatem nobiles viri N. N. pro nobis Manuceperunt, et dicto Domino Regi, in causam praedictam omnia bona sua, . . . obligarunt.* Alia Guillelmi

Digitized by Google

[illegible]. de Feritate ann. 1206. in [illegible]r. Abb. S. Vincentii, dioe[illegible]rnot. *Propter ipſam quitatio[illegible]ſe Hugo conceſſit Canonicis, et [illegible]epit, ad garantizandum, cun[illegible]emoſynas ab anteceſſoribus ſuis* Thom. Wallſinghamus in Ri[illegible]II. p. 245. *Radulfus de Ferra[illegible]et Barones 4. qui Parliamento [illegible]uo interfuere, Manucaptus eſt, [illegible]r per magis euidentes rationes ſu[illegible] innocentiam declaraſſet*, id eſt, vadem conſtituit ſiſtendi iuri, [illegible] hoc loco *Manucaptus* ſit idem, quod captus. Gloſſ. Graec. Lat. *δορυάλωτος, manucaptus.* MANVCAPERE DE RATO, haereditatem adire pro ſua parte. Charta anni 1324. apud Thomaſſerium Conſuetud. Bituric. p. 725.

MANVCAPTIO, fideiuſſio, cautio; atque etiam interdum ipſe fideiuſſor, Gall. *Caution.* Litt. Edw. I. Reg. Angl. ann. 1306. apud Rymer. to. 2. p. 1005.

MANVCAPTOR, fideiuſſor, in Synodo Exonienſi, anni 1287. cap. 50. in Fleta lib. 1. cap. 4. §. 7. cap. 48. §. 6. apud Henricum de Knyghton, ann. 1330. etc. pro vade.

MANVDVCTIO, idem, quod *Conductus, Sauvegarde.* Iohannes Sarisberienſis lib. 1. Epiſt. 33. apud Baron. an. 1165.

MANVELA, V. *Manicia.*

MANVENSIS SPORTA, quae manu fertur. Sic legendum auctor eſt Graeuius, pro *amanuenſis ſporta*, apud Caſſian. Collat. 19. 4. Alibi: *Manualis Sporta*, pro Manualis, vt putat la Cerda.

MANVFICTILE, in Legibus Henrici I. Regis Angliae cap. 90. Manu operatum.

MANVFIDELES, *ſeu vltimarum executores voluntatum*, in Concilio Colonienſi, ann. 1300. cap. 10. et in Synodo Colonienſi anni 1366. cap. 7. Teſtamentum Bertholdi anni 1275. tom. 2. Rer. Mogunt. p. 508.

MANVFIRMA, MANVFIRMATIO, MANVFIRMARE. Manufirma eſt, fundus conceſſus alicui ad vitam, et haeredum ſub cenſu annuo, certis conditionibus interpoſitis; proinde diuerſus ab *Alodo*, qui erat haereditarius. Tabularium Vindocin. ch. 17. *Cuius etiam Manufirmae cenſum de meo iure in eorum transfero dominium, vt haec non Manufirma, ſed alodus deinceps exiſtat Maioris Monaſterii Monachorum.* Charta Caroli Craſſi Imperat. ex Tabulario S. Cyriaci Niuern. num. 34. *De Manu etiam firmis vt iudicio Epiſcopi et diſpoſitione, ſicut incipiunt habere, exordium, in iudicio, et definitione Epiſcopi vtrum verae an falſae ſint, vtrum ſtabiles an inutiles ſint, tantummodo abſque iudiciali poteſtate comportentur. Manufirmarum* primitus eadem fuit conditio, quae feudorum et beneficiorum, cum a dominis ad vitam concederentur, eaque finita ad donatores redirent. Hariulfus lib. 4. cap. 21. *Hanc* (terram) *domui Gerini, anteceſſores cuidam conceſſerunt Agenardo, vt quamdiu vixiſſet, firma manu poſſideret.* In hoc tamen inter ſe differebant, quod beneficia nulli alii oneri obnoxia eſſent, praeterquam homagio, et ſeruitio militari; quo erga dominum a quo habuerat, quisquis iis inueſtitus, tenebatur, ab eo requiſitus. Manufirmae vero vilius quidpiam redolebant, cum ſub cenſu annuo concederentur. Exſtat praeclarum et vetus de *Manufirmae* ad vitam conceſſione Inſtrumentum, in Tabulario Nobiliacenſis Monaſterii in Pictonibus, ex quo eiusmodi contractuum et conceſſionum originem obſeruare quiuis poteſt. Quandoque et crebro *Manufirmae* dabantur non ad vnius modo, ſed ad primi aut ſecundi haeredis vitam, ita vt iis decedentibus licet liberos haberent, ad dominos reuerterentur, quae erat *Precariarum* et *Praeſtariarum* conditio. Liber Aganonis ſiue Tabularium Monaſterii S. Petri Carnotenſis: *Pars vero B Petro data a Guiberto, Abbate quondam impronide, cuidam Militi, et duobus haeredibus ſuis, in Manufirma conceſſa eſſe dignoſcitur.* Certe inde colligitur vix vllum eſſe diſcrimen inter *Manufirmam* et *Praeſtariam*, quibus alienare ſolebant Eccleſiarum praepoſiti res ipſas Eccleſiaſti-

siasticas. Hinc querelae Abbonis Monachi Serm. 5. *Diuersis plane dolis et fraudibus praedicti innasores Ecclesiae destruunt praesidia Christianitatis, hoc est, sedes Episcopales et Monasteria, praediis scilicet, rapinis, precariis falsidicis, Manusirmitatibus iniquis.* V. infra *Praestaria* et *Precaria.* Iam vero *Manusirmae* nomen inde manasse videtur, quod eiusmodi concessiones *manu* concedentium et donatorum *firmarentur*, peculiarisque esset iis in contractibus formula, quae in plerisque habetur, quos supra indicauimus: *Vt autem huiusmodi Manusirma stabilis et inconcussa permaneat, manu propria firmauimus.* Tabularium Ecclesiae Gratiaponitanae ch. 12. sub Radulfo rege: *Signum Dragoni qui certam eleemosynariam istam scribere et firmare voganit manu eius firma.* Tabular. Briuatense ch. 257. *S. Ardmandi, S. Bertillae vxore sua, qui cartam confertoriam inter se accipere deberent, quod ita et fecerunt etc.* Tabular. Vindocinense ch. 106. *Quod factum est, quando omnes contactu manuum cartam firmauerunt.* Neque diffiteor tamen formulam hanc non in solis duntaxat *Manusirmis* ita fuisse vsurpatam, vt in aliis concessionibus non reperiatur. Imo obseruare licet ex Capitulari 3. an. 803. c. 19. et lib. 6. Capitul. Caroli M. c. 237. *Manusirmationes* appellari vniuersim omnia Diplomata, Regum et Imperatorum manibus firmata et subscripta. Ita apud Beslium Charta Guillelmi Pictauiensis Comitis an. 1019. qui alodum quoddam, Columbarium dictum, Monasterio Burgulienſi concedit, absque vllo census onere, *Manusirma* appellatur, his verbis: *Data est haec Manusirma in ciuitate Pictauis, etc.* Tabular. S. Martini de Campis: *Ego Rex Henricus et Regina, pariter et Philippus filius, cum fratribus suis Manusirmatam corroborauimus.* FIRMA MANVS, pro *Manusirma*, occurrit in Chronico Andrensi p. 366. 372. 458. MANVFIRMITAS, charta qua fundus alicui nomine *Manusirmae* conceditur, in Chartulario S. Cypriani Pictau. V. Gloss. Iurisdici. V. *Mainferme.*

MANVFOLLIA, chirotheca, *Mouffles.* Miracula S. Martialis tom. 5. Iunii p. 555.

MANVINSPEX, χειροσκόπος Gloss. Graec. Lat.

MANVLARES. Glossar. Graec. MS. et Editum: Μονοχέρια, *Manulares.* Reponunt viri docti *manuales*, sed legendum videtur *manulares, manuleares.* V. *Manulea.*

MANVLATVS, V. *Manlat.*

MANVLAVIVM, *vbi lauantur manus, antiquis malluuium.* Vgutio.

MANVLEA. Glossarium vetus: *Manulea*, χειρίς. Gl. Graeco-Lat. χειρὶς, *manicium, manuela.* Io. de Ianua: *Manulea, manica, manuleatus, manicatus.* Gloss. Aelfrici Anglo-Sax. *Manuliatus*, vel *manicatus, Geslefef.* Gloss. Lat. Gall. *Manulea, idem quod manica.*

MANVLEARII, *qui manuleas faciunt, a manuela, quae est manica.* Vgutio.

MANVLEVAMENTVM, V. *Manulevatio.*

MANVLEVARE, fideiubere. Consuetudines et iura Eccles. de Regula in Aquit. to. 2. Bibl. Labbei: *Omni tempore statutum est forum in villa Regulae. In die Sabbati Dominus de Girunda tenet in hoc foro in feodum de Priore iustitiam mercati: nec debet alia die Sabbati aliquid vltra riuos emere: quod si factum fuerit, ad dominum Girundae pertinet iustitia, et ipse die Sabbati Manuleuabit.*

MANVLEVATIO. (1) Fideiussio. Charta an. 1233. in Regesto Comitatus Tolosae fol. 93. *Fontes, piscarias, et ribatica, quaestus, toltas, successiones, et escaducas, Manuleuationes, etc.* Statuta Massil. lib. 1. c. 1. §. 18. *Item, quod ipse Rector teneatur post exitum sui regiminis moram facere in Massilia per quindecim dies continuos, causa persoluendi debita et Manuleuationes, si quae debuerit, et subierit tempore sui regiminis, vel post quandiu fuerit in Massilia donec soluerit, vel solui fecerit debita quae tunc temporis debebit in Massilia, et Manuleuamenta, vel alias seu alii pro eo, et nihilominus secum retineat*

Digitized by Google

neat interim omnes illos qui pro aliquid Manuleuassent tempore sui minis, quod tamen nondum esset tum. MANVLEVATVM, eadem ione, in Charta an. 1412. ex Ar- uis D. de Flamarens. MANVLEV- , idem quod *Manuleuatio*. Prima aria Generalis Cataloniae Iacobi gis Aragon. an. 1291. (2) † Do- norum ius mutuo sumendi a sub- itis res ad victum necessarias. Ch. a. 1149. t. 2. Hist. Occit. Prob. p. 526. V. *Maleuantia*. (3) † Cessio, abalienatio. Testam. Ms. a. 1250.

MANVLEVATOR, inquit Michael del Molino in Repertorio Foror. Aragon. *Fidantia et Fideiussor sunt vocabula Synonyma . . . et Fori et obseruantiae dictis vocabulis promiscue vtuntur.* Consuetudines seu Fori laccae in Hispania apud Hieron. Blancam: *Mercatores de Iacca vel alios homines extraneos nullus audeat pignorare, nec disturbare, nisi Fideiussor sit, Manuleuator, vel creditor.*

MANVLEVATVM, MANVLEVTA, V. *Manuleuatio 1.*

MANVLIATVS, V. *Manulea.*

MANVLIS, V. *Manulus.*

† MANVLIVM, *lo instrumento de mano.* Gloss. Lat. Ital. Ms.

MANVLVS. Charta an. 1191. apud Vghellum to. 7. p. 1275. *Vnam stolam de Catasfittulo, vnum Manulum de Catasfittulo, etc.* Forte *manipulum*, vel *manulem*, seu *mannalem*. Chronicon Fossae-nouae an. 1196. *Manibus suis posuit super altare . . . pulchram stolam cum Manule, optimam tunicam, etc.*

MANVMISSIO. (1) Apud Iustinianum. Instit. de Libertinis, et ex eo Glanuillam lib. 5. c. 5. et in lib. 2. c. 14. *est libertatis datio, nam quandiu quis in seruitute est, manui et potestati sui domini suppositus est. Et cum manumissus fuerit, ipse est a manu et potestate domini sui liberatus.* Adde Littletonem sect. 204. Hinc formula, *Per manum liberum dimittere*, in Lege Bajw. tit. 4. *Liberum dimittere*, in Lege Ripuar. tit. 57. §. 1. *Manum super seruum mittere*, tit. 58. §. 8. Bractono vero lib. 1. c. 5. num. 8. manumissio, *est datio libertatis, i. de tertio secundum quosdam, quia libertas quae est de iure naturali, per ius gentium auferri non potuit, licet per ius gentium fuit obfuscata.* Manumissionum autem species variae recensentur: alia enim est *directa*, alia *conditionalis*. MANVMISSIO DIRECTA, dicitur absoluta, plenaria, nullo retento obsequio, aut patronatus iure, in Concilio Toletano IV. cap. 73. Capitulare Attonis Episc. c. 62. *Libertas directa* in l. vn. Cod. Th. de Manumiss. Dicitur etiam *perfecta et absoluta ingenuitas*, in Charta Ludouici Pii laudata in v. *Ingenuitas*. Manumissionis directae est formula apud Marculfum lib. 2. form. 32. 33. 34. Manumissioni *directae* eam quoque accensendam existimo quae sub conditione census annui tantum concedebatur, cuius exemplum nobis profert Charta Alfonsi Comitis Pictau. an. 1269. in Bibl. Colbert. Manumissionis species altera, *directae* opposita, ea erat, quae sub conditione, vel retento seruitio ac obsequio fiebat; ita vt qui manumittebantur, non plenariam ac omnimodam libertatem consequerentur, vt Latini Iuniani, et Dediticii apud Romanos, sed quodammodo obnoxii remanerent, eoque nomine veluti serui ad sacros Ordines non possent promoueri, vt est in Concilio Toletano laudato. Leo Ost. lib. 1. c. 16. *Seruos autem suos et ancillas omnes libertati donauit: ita tamen vt essent sub ditione et tutela Monasterii, singulique singulas annuatim operas Monasterio vbi eis praeciperetur, exercent.* Extat apud Marculf. lib. 2. c. 33. formula imperfectae manumissionis, qua scilicet manumissor seruo suo libertatem confert, *ea conditione, vt dum aduixerit, sibi deseruiat: post obitum vero suum, si sibi superstes fuerit, sit ingenuus, etc.* Quae fuit olim *dedititia libertas*. Cap. vero 34. habetur alia formula, qua ita libertas datur, vt manumissus manumissoris sepulcrum *luminaribus annis singulis procuraret*. Extant praeterea in Tabulario Fossarensi formulae aliae eiusmodi conditionalium manumissionum,

sionum, an. 1266. in haec verba: *Manumittimus sub conditionibus insertis inferius, et de voluntate ipsorum ante manumissionem, non tamen caussa onerandae libertatis talia iura retinemus, etc.* Singularis certe manumissionis conditio quam exhibet Charta Guillelmi de Curtiniaco an. 1207. ex Tabul. Crisenon. *Ego Guillermus de Curtiniaco notum facio vniuersis praesentibus et futuris, quod pietatis intuitu et remissione peccatorum meorum manumisi Guillermum filium Roberti de la Curt, si clericus permanserit; si autem dictus Guillermus clericus esse noluerit, volo vt in pristinam redigatur seruitutem.* Sed posterioribus saeculis longe magis obtinuit apud Gallos imperfecta haec libertas, quae ita concedebatur, vt retentis seruorum obsequiis ac operis consuetis, non tam seruile nomen deleretur, quam seruitus ipsa augeretur, adeo vt ad abolendas et extinguendas duras istas conditiones manumissionibus appositas, rursum manumissiones aliae necessariae essent. Istiusmodi sunt eorum manumissiones, quos *homines de corpore* et *de capite*, vel *capitales* appellabant, qui et obsequia de *corpore suo*, id est, operas et *coruatas*, vnde nomen, et *censum de capite*, seu *capitale* quotannis exsoluere tenebantur, qui ita glebae addicti erant, vt ab ea recedere iis non licitum esset, quemadmodum nec matrimonia contrahere inconsultis dominis, quae quidem suis omnia locis pluribus obseruamus. In hoc tamen a seruis differebant, quod ad testimonia interdum contra liberos admitterentur. Charta Caroli M. ex Tabulario S. Germani Paris. *Nemo homines de capite in iudicio reprobare vllatenus praesumat.* Alia Caroli C. ex eod. Tabular. apud Beslium in Episcopis Pictau. p. 33. *Homines de capite contra liberos in omni placito testimonium ferre concedimus.* De iis haud dubie postremis manumissis intelligendum Capitul. Childerici III. n. 15. quo libertis testimonium dicere vetatur: *Libertus et liberta in nullis negotiis contra quemquam testimonium dicere permittantur, exceptis illis c[...] quibus ingenuitas deesse din[...] sicut praemissum est, et de [...]* Perstitit diu imperfecta ista l[...] apud Gallos, quam rectius [...] *tutis* nomenclatura vulgo do[...] quod nihil ferme haberent qu[...] bertatis esset, imo paene omnia [...] seruitutis; donec sensim abole[...] pit, dominis ipsis seu pietate [...] sericordia motis, vel ex ipso [...] pendio, acceptis ab manumiss[...] cuniis, plenariam libertatem [...] gentibus. Nam interdum singu[...] ea conferebatur libertas, interdum subditis omnibus seruitutis istius nexu deuinctis. MANVMISSIONES fiebant etiam per *Chartam*, vel *chartulam*, quae *ingenuitatis* vulgo appellabatur, a qua *Chartulati* dicti hac manumissionis specie manumissi, de qua agunt Lex Alamannorum tit. 17. tit. 18. §. 1. Capitulare 2. an. 806. c. 6. 7. Capit. an. 813. c. 8. Capitul. 3. c. 2. 11. 12. Lex Longob. l. 2. tit. 18. §. 3. tit. 35. §. 12. Gregor. Turon. lib. 5. Hist. c. 27. Concilium Toletan. VI. can. 9. Leo Ost. lib. 1. c. 11. etc. Qui autem per *Chartulas* manumittebantur, plenariam non semper libertatem consequebantur, cum *conditiones* datae libertati adderentur: seu seruitia et operas, interdum et censum pecuniarium sibi reseruarent patroni, vnde *conditionales* dicti passim. MANVMISSIO PER TABVLAS, eadem quae *per chartam*, vnde *Tabularii*, dicti eiusmodi per tabulas liberi facti, apud S. Augustinum Epist. 50. Gregor. Turon. lib. 10. cap. 9. Vt et MANVMISSIO PER SCRIPTVRAM, in Lege Wisigoth. lib. 5. tit. 7. §. 1. 14. 15. in Lege Burgund. tit. 88. §. 2. in Concil. Aurelian. III. can. 26. etc. Atque adeo MANVMISSIO PER EPISTOLAM, apud Greg. M. lib. 1. Epist. 53. lib. 5. Epist. 12. MANVMISSIO PER TESTAMENTVM, de qua Concilium Arelat. II. can. 33. Aurelian. III. can. 26. Matiscon. II. c. 7. etc. MANVMISSIO PER MANVM PROPRIAM, in Lege Ripuar. tit. 57. §. 1. V. *Hantrada.* MANVMISSIO PER MANVM

ERO-

Digitized by Google

OGATORIS, in Lege Longob. l. 2. tit. 20. §. 5. id est, per manum executoris testamentarii. V. *Executor.* MANVMISSIO IN COMITATV. Leges Willelmi Nothi c. 6. MANVMISSIO PER DENARIVM coram et praesente Rege, qui manumissionem ratam habebat, et manumissi deinceps defensor erat, iactato denario quouis, tanquam manumissionis pretio, per manum vel domini, vel alterius, et excusso de manu ipsius serui, qui manumittebatur, qui inde *Denariatus* et *Denarialis* censebatur et appellabatur. Ea autem manumissionis forma Legis Salicae propria fuisse dicitur in veteribus Chart. ex tit. 48. vbi *serui ante Regem per denarium dimissi* mentio fit. Formulae vett. Bignonii c. 46. *Et postea ante domnum Regem iactante denario, secundum Legem Salicam te ingenuum dimisi.* Vetus formula apud Pithoeum: *Nos vero manu propria excutientes de manu supra dicti N. denarium, vel nummum, vel argenteum, vel aureum, vel dragmam, vel sestertium, vel minam, etc.* Ea autem erat conditio *Denarialis* hominis, seu per denarium manumissi, vt *haereditatem in sua generatione non haberet, antequam vsque in tertiam generationem peruenisset*: quod de Chartulario, seu manumisso *per chartulam*, pariter obtinuit: vti statuitur in Lege Longob. l. 2. tit. 35. §. 11. et lib. 6. Capit. Caroli M. c. 208. deinde, vt est in Lege Ripuar. tit. 57. §. 4. si absque liberis decedebat, Regem seu fiscum haeredem habebat: ita si occideretur, illius compositio ad Regem spectabat, vti cauetur in Capitulis, quae Carolus Mag. Legi Baiwar. addidit, tit. 1. c. 6. et in Capitul. 2. ann. 806. c. 5. et 6. vbi idem obtinuisse de manumissis per chartam obseruatur. Licebat porro vnicuique hac manumissionis forma et ratione seruum suum manumittere. Lex Ripuar. tit. 61. §. 3. Exacta iiusmodi manumissione, conficiebatur charta, quae rem gestam contineret, et *praeceptum denariale* dicitur Marculfo, et *charta denarialis.*

MANVMISSIO *in Praesentia Regis*, secundum Legem Ripuariam tit. 57. §. 1. eadem, quae per *denarium, Manumissio per regalem largitionem* in Concil. Triburiensi anni 895. cap. 38. MANVMISSIO *in manu Regis dando*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 35. §. 3. 8. MANVMISSIO CORAM TESTIBVS, in Lege Wisigoth. lib. 5. tit. 7. §. 1. in Lege Burgund. tit. 88. §. 2. in Synodo Trullana 85. in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 78. etc. MANVMISSIONIS PER SAGITTAM, apud Longobardos, meminit Paulus Warnefridus de Gestis Longob. cap. 13. MANVMISSIO ARMORVM TRADITIONE. Leges Willelmi Nothi Reg. Angl. cap. 65. MANVOPERARE. Idem Radulfus de *Hengham* capite laudato: *Diuortium celebratum est inter virum et mulierem, si post diuortium vir teneat se in haereditate perquisita in maritagio mulieris, statim cum post diuortium Manuoperetur, dissesitor est.*

(2) MANVMISSIO, quae aliis *Emancipatio*, cum scilicet Clericus ab Ecclesia sua, ad quam intitulatus est, ad aliam ab Episcopo suo, transeundi facultatem imperrat, apud Stephanum Tornacensem Epist. 135.

(3) Dimissio, remissio, Gall. *Luittement.* Tabul. Conchens. Abbat. in Ruthen.

MANVMISSOR. (1) Qui manumittit. Concil. Emeritense inter Hispan. to. 2. p. 630. (2) MANVMISSOR TESTAMENTI, executor. Testamentum Petri Infantis Portugalliae Regni Maioricarum Domini 7. Id. Oct. ann. 1255. *Facimus testamentum nostrum, in quo eligimus Manumissores nostros D. Raym. Episc. Maioric.* et *Abbatem de Regali Ord. Cisterc.* (3) Chartarum subsignator, in Ch. a. 793. ap. Henschen. in vita L. Ludgeri.

MANVMITTERE. (1) V. *Manumissio.* (2) *Manumittere*, praeterea dicebatur, qui seruum suum in dominium alterius transmittebat, vt esset eius seruus: quod maxime fiebat in commutationibus hominum de corpore, cum matrimonia contrahe-

Digitized by Google

rent cum hominibus alterius Domini. M. Pastorale Ecclesiae Paris. (3) Licentiam vel facultatem dare aliquid faciendi. Tabular. Ecclesiae Carnotens. (4) † Forte pro manum mittere, manum iniicere. Lit. a. 1230. t. 7. Ordin. reg. Fr. p. 362. *Matheus dux - - manumitteret in ipsos pro capiendo etc.*

MANVMOLA, chirotheca, quod manus *molam*, seu formam referat sic dicta. Computus anni 1202. apud D. Brussel, to. 2. de Vsu feud. p. CLXXV. V. *Maniuola.*

† MANVMORTABILIS, seruus glebae, Gall. *Mainmortable.* Ch. Ms. a. 1388.

† MANVMORTIZATIO, i. q. *Admortizatio*, in Ch. Ms. a. 1269.

† MANVMORTVA, ius in bona defunctorum. Form. Ms. V. *Manus mortua* in *Manus.*

MANVMVNDIVM, *manutergium*, Vgutioni, quo manus mundantur. Promotus in Grammatica MS. *Facistergium*, *togilla*, *mappa*, *mappula gausape*, *orarium*, *mensale*, *manutergium*, *prandeum*, *Manumundium*, *manupiarium.*

MANVMVNITVS, f. rei domesticae administrator, procurator, Gall. *Intendant.* Gesta Consulum Andegau. to. 10. Spicil. Acher. p. 494. *Cum Comes custodiam domicilii sui, Haimerico de Currone praebuisset, dum caeteri murmurarent, tres famuli Hugonis Gofridus Manumunitus, Robertus selonearius, et Railnesinus carpentarius rem difficilem aggressi sunt.*

MANVOPERA, etc. V. *Manopera.*

MANVOPERARE, in flagranti crimine deprehendere, ap. Radulph. de Hengham in Parua c. 7.

MANVOPERARIVS, MANVOPERATIO, V. *Manopera.*

MANVOPVS, seu *cum manuopere captus*, in Fleta l. 2. c. 52. in furto deprehensus.

† MANVPARIVM, *la toualia*, in Gloss. Lat. Iral. Ms. V. *Manupiarium.*

MANVPASTVS, et MANVPASTVM, domesticus, in Canonibus Saxonicis Edgari Regis cap. 1. §. 4. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 66. *Si Manupastum alicuius accusetur de furto [illegible] lus paterfamilias emendare pote[illegible] velit, fracta lege sine periurante[illegible]* SE IN MANVPASTV ALICV[illegible] Leges Aluredi Regis cap. 5. N[illegible] *a se dimittat, qui inculpatus sit in [illegible] nupastu suo.*

MANVPIARIVM. Ioh. de Ia[illegible] *Manupiarium*, *gausape*, *quasi ma[illegible] pians.* In Gloss. Lat. Gall. N[illegible] Gloss. Isid. *Mappa*, *gausape*, *to[illegible] la*, *expiarium.* V. *Manumundium.*

MANVPLETIVM. Gloss. Graec. Lat. χειροπληθὴς, *Corpulentus*, χειροπληθὲς, *Manupletium.* In MS. *Mapletum* habetur.

MANVPRETIVM, χειρῶν μισθὸς, in Gloss. Graec. Lat. in Glossis vero Lat. Graec. *Manupretium*, χειροδόσιον, Asconius 3. in Verrem: *Manupretium dicebatur, vbi non tam materiae ratio quam manus atque artis ducitur.* V. Varronem et Plautum in Menechm.

MANVS. (1) MANV FIDEM DARE. Tabularium Vindocinense. Ch. 179. an. 1064. *Dedit etiam domno Abbati Oderico fidem, Manum suam, sicut mos saecularis exigit, in illius manum mittens.* MANVM MITTERE *in aliquem*, in Lege Salica tit. 15. §. 1. Formula loquendi Gallis familiaris, *Mettre la main sur quelqu'un: Manum alicui iniicere*, in Lege Bajwar. tit. 3. cap. 1. §. 3. tit. 4. §. 3. tit. 5. §. 3. et in L. 7. de Fil. Apparitor. et in L. 8. de Appellat. Cod. Theod. MANVS, in hominiis, *la bouche et les mains*, in Consuetud. Trecensi, et aliis. Leo Oft. lib. 3. cap. 48. (alias 50.) *Mandabat ei, vt sibi fidelitatem faceret et homo ipsius per Manus deueniret.* V. *Hominium.* Hinc MANVM DARE, pro *Hominium* praestare, manus suas scilicet in manus domini immittendo. Charta Henrici Imp. anni 1014. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 108. MANIBVS COMPOSITIS *feudum recipere.* Ius feudale Saxon. cap. 23. §. 1. PER MANVM ALTERIVS TENERE, ab alio per homagium et in feudum possidere. Testamentum Ranimiri Regis Aragon. aerae 1099.

Digitized by Google

9. apud Martinezium, in Hiſtor. Pinnatenſi. L. 2. c. 38. PER MANVM *alterius iuſtitiam accipere*, mendationem et ius ſuum a iudice tinere. Tabul. Gemeticenſe. PER MANVM *tertiam res ſuas adrhamire*, . ſuo loco *Adramire*. MANVM LTERIVS LVCRARI. Wichbild. agdeburg. art. 109. MANVM REGIAM apponere dicitur Rex, qui raedia, de quibus lis eſt interim um ea dirimatur, *ſibi aſſerit*, vt *Manum regiam infringere*, qui bannum regium infringit, in Areſto Pariſ. penult. Ianu. anni 1319. Aliud eiusd. ann. 28. Iunii. MANVM MITTERE *in fortunam alterius*, bona illius ſibi aſſerere, in Lege Salica tit. 52. num. 2. MANIBVS COMPLOSIS deprecari, Rodericus Toletan. lib. 2. de Rebus Hiſpan. cap. 18. MANIBVS CANCELLATIS, id eſt extenſis, ſeu decuſſatis. Iohannni de Ianua: *Cancellare, brachia extendere*. Epiſt. Panormit. ad Martinum IV. PP. in Chron. Siciliae apud Marten. to. 3. Anecd. col. 34. MANV CLAVSA, *id eſt, pugno percutere*, in Lege Salica tit. 20. num. 9. MANVS FERREA, exercitus, copiae militares. Idacius Pacenſ. Epiſcop. in Chron. aera 649. SVB MANV ALICVIVS ESSE, id eſt, ſub poteſtate. Concil. Vernenſe ann. 755. can. 11. et Aquisgran. II. cap. 3. can. 21. etc. AD MANVM SVAM *aliquid habere*, tenere, poſſidere, Gallis *Avoir en main*. Vetus Charta apud Freherum, in Orig. Palat. c. 6. PER MANVM SVAM *ſe defendere*, id eſt, per duellum, in Regiam Maieſt. c. 12. §. 2. DONATIONES FACTAE *per manum Regis*, id eſt, *coram Rege*, vt eſt, in Capitul. Caroli M. lib. 6. c. 207. V. Marculfum L. I. form. 12. 13. AD MANVM *ſuam ponere*, ſibi aſſerere, occupare, Gall. *Se ſaiſir*. Charta anni 1399. EXTRA MANVM PONERE, rem quampiam quouis modo cedere, Gall. *Delaiſſer*, *abandonner*. Charta Theobaldi Comitis Campaniae anni 1233. MANVS AEQVA, de fideiuſſore dicitur, in Charta anni 1301. apud *Madox* Formul. Anglic. p. 10. MANVS IVDICIATA, iudicium per ferrum candens. Liber Chirographorum Abſiae fol. 171. V. *Ferrum candens*. MANVS PVBLICA. Chronicon Fredegarii, c. 58. *Anaros et Sclauos caeterasque gentium nationes, vsque manu publica ſuae ditioni ſubdicendum fiduciaiter ſpondebat*. MANVS RECTA, ſincere, ſine fraude. Charta anni 932. apud Miraeum to. 1. p. 38. MANVM, *aut dextram perdere*, poena decreta maxime in periuros, in Lege Wiſigoth. lib. 8. tit. 5. §. 1. in Lege Burg. tit. 6. §. 11. tit. 26. §. 4. tit. 55. §. 3. MEDIAE ET INFIMAE MANVS HOMINES, mediocris et infimae conditionis, qui *mediocres* et *minores perſonae* aliis dicuntur. Radulfus de Diceto anni 1112. MANV INVOLVTA *in palla altaris offerre*. Tabular. Caſaurienſe anni 24. Ludou. Imper. F. Lotharii. MANVS RVBRA, vel *rubra manus*, flagrans delictum, manifeſtum. Leges Baronum, ſeu Quon. Attach. cap. 32. §. 2. *Cum quis capiatur cum rubra vel recenti manu homicidii, vel quod manualiter deprehendatur, cum furto vel latrocinio*. FVRTVM HABENS IN MANIBVS, vel *furtum inter manus habens*, in furto ſeu flagranti crimine deprehenſus, in Legibus Adelſtani Regis apud Brompton. pag. 849. et 850. MANV POTESTATIVA TRADERE, in Chartis Alamannicis Goldaſti 37. 54. 55. 70. 76. Ita, *vt poteſtatiua manus* hic ſumatur pro auctoritate et facultate dominandi a Principe indulta. V. *Poteſtatiuus*. MANVS IMPOSITIO RECONCILIATORIA, ea eſt, per quam poenitentes haeretici, ſiue excommunicati, ſanctae Eccleſiae reconciliantur. Anaſtaſius in S. Euſebio PP. MANVS LIGNEAE, inter ſuperſtitiones et paganias recenſentur in earumdem indiculo, Capitular. to. 1. col. 152. † MANV COMMVNICATA VENDERE, datis dextris, t. 2. Hiſt. Treuir. p. 157. † MANVS SVAS FACERE, obedientiam profiteri, ap. Murat. t. 6. Antiq. p. 369. † MANVS MANCA, ſiniſtra, t. 1. Prob. hiſt. geneal. Portug. p. 10.

(2) Subscriptio, chirographum. Cicero in Catilinam: *Statilius cognovit Manum et signum suum.* Facundus Hermianensis L. 4. c. 4. *Sed numquid, vel si propriam manum Romano Episcopo non probante recipiat, etc.* Supra *Chirographum* appellauit. MANVS FIGERE, subscribere, manu ac scripto firmare, († vel potius manu tangere.) Canones Hibern. lib. 33. c. 4. V. *Firmare* 2. MANV CAPERE, eodem significatu. Charta anni 1166. in Chartular. Meld. MANVM MITTERE, nude, eadem notione, non semel in Chartis Veneticis apud Ioh. Lucium, lib. 3. de Regno Dalmat. c. 11. 12. V. Gloss. med. Graecit. in χειρ. MANVS DIVINA, Imperatoria subscriptio, de qua Brissonius in formulis pag. 365.

(3) MANVS MORTVA, glebalis serui absque liberis masculis ex legitimo matrimonio procreatis decedentis bona, quae ad dominum ipso iure pertinent. Varie autem haec vox sumitur. Nam *manus mortua* interdum ipsos homines spectat quos *manus mortuae* vulgo dicunt; interdum praedia ipsa, quae bona *manus mortuae* appellant. HOMINES MANVS MORTVAE, sunt serui glebae, quibus, vti diximus, de bonis suis testamento cauere, fas non est, perinde ac Latinis libertis apud Romanos, qui, vt ait, Saluianus lib. 3. ad Ecclesiam Catholic. *negato vltimae voluntatis arbitrio etiam quae superstites habebant, morientes donare non poterant.* Redit igitur *hominum manus mortuae* haereditas, si absque liberis decedant, ad dominum, in cuius *manu mortua* esse dicuntur. Arresta Candel. 1261. I. Regesto Parlamenti f. 120. MANVS MORTVA, rursum ipsa praedia spectat, cum aliquis scilicet alicuius, aut Ecclesiae dominio hac se conditione addixit, seruumque se esse professus est; vel cum id iuris in eadem praedia, ex longi temporis praescriptione, habet dominus, id est, cum ea praedia huic seruituti sunt obnoxia *iure constituti*, vel *praescriptionis*, vt habent Consuet. Aruernensis c. 27. art. 11. et Marchensis art. 127. quae quidem praedia dicuntur *heritages* [illegible] *condition de Mainmorte*, in [illegible] Consuetud. Aruernensi, d. c[illegible] art. 1. quorum possessores pr[illegible] uis habentur, eoque ipso seru[illegible] praestationibus et operis, quas [illegible] ribus recenset eadem Consue[illegible] Marchens. c. 17. obnoxii. Interdum *Manus mortua*, res ipsas mobiles tantum spectat. Consuetudo Trecensis art. 6. de Seruis: *Les autres sont Mainmortables en meubles et les autres en heritages seulement.* Mox addit eiusmodi seruis non licuisse testari de rebus, *Manui mortuae* obnoxiis, vltra 5. solidos in praeiudicium domini. MANVS MORTVA, denique quandoque ad certam pecuniae quantitatem redacta erat, ex manumissoria conditione, quae ex bonis decedentis domino haeres praestare tenebatur. Vetus Charta apud Haraeum, in Castellanis Insulae p. 178. *De respectione capitis sui 1. denarios, de mortua vero Manu sex, de licentia maritali sex simili modo.* Quale fuerit ius *Manus mortuae*, quaeue seruitia praestita ab hominibus eiusmodi seruituti obnoxiis, luculenter explicatur in Charta Libertatum Montis-Britonis anni 1376. to. 1. Hist. Dalphin. p. 82. IN MANV MORTVA TENERE, in Testamento Roberti de Sorbona tom. 8. Spicil. Acher. p. 249. PLACITVM MANVS MORTVAE, significat *rachatum*, quod debetur domino post mortem vasalli. Nam *placitum* hoc loco id sonare, docemus infra. Extat Charta Aimerici Vicecomitis Thoarc. a. 1253. qua Dominus de Rupe Militi concedit, quidquid habet in villa S. Benedicti de Anglia, praeter *homagium ligium et placitum Mortuae manus, vsque ad 10. libras, monetae currentis, quando illud contigerit euenire, et quaedam calcaria deaurata, quandiu vixerit ille, qui praedictum placitum fecerit.* MORTIMANVS. Charta Henrici Imper. an. 931. apud Miraeum in Cod. Donat. Piar. lib. 1. c. 30. V. *Mortalia, Manumissio.* MANVS MORTVA. In Capitulari 2. Caroli M. incerti anni cap. 1. Edit. Baluz. et in Capitulis Caroli M. lib. 5. c.

Digitized by Google

c. 110. *Rationabiles ac legitimae commutationes Eccleſiis vtiles* ratae haberi, *inutiles* vero et *incommodae* atque *irrationabiles* diſſolui iubentur. Deinde additur: *Vbi vero mortua manus interiacet, aut alia quaelibet cauſſa, quae rationabilis eſſe videatur, inuenta fuerit, diligenter deſcribatur, et ad noſtram notitiam perferatur.* Eadem habentur in Lege Longob. lib. 3. tit. 10. §. 3. in Capitul. Wormatienſi an. 829. c. 5. in Capit. Caroli C. tit. 32. c. 6. tit. 39. c. 8. vbi pro *rebellis* legendum *rationabilis*. Commode omnino locum hunc illuſtrauit eruditus Muratorius in Notis ad eandem Legem to. 1. part. 2. p. 142. *Manus mortua*, inquit, in hac lege mihi ſignificare videtur poteſtatem Regis, ſiue poſſeſſionem Regis aut fiſci, vt ſit ſenſus: Vbi vero Eccleſiarum praedia ſint in manu Regis, ſiue poſſeſſa per fiſcum, aut alia quaeuis rationabilis cauſa interuenerit, *diligenter deſcribatur*, etc. vt habet Codex Eſtenſis. Fiſcus enim numquam moritur, et immortalis eſt, etiam decedente rege: ad cuius ſimilitudinem *manus-mortua* deinde coeperint appellari Eccleſiae, collegia, etc. vt ſupra obſeruatum eſt. In Capitul. Caroli Calui haec eadem Lex repetitur his verbis: *ſi Mortua manus, vel Praeceptum Regium ſuper eis interiacet. Manus mortua*, vt reor, fiſcum deſignat poſſeſſorem: *Praeceptum* Regis priuatum hominem poſſeſſorem, ſed Praecepto regio munitum. Tunc ad Regem haec erant deferenda. V. Legem 234. Rotharis apud eundem Murator. ibid. p. 35. vbi de re, quae *ad curtem Regis ceciderit*, *nulla ſit repetitio*. Quod firmare iterum licet ex Capitul. apud Cariſiacum c. 8. in quo haec eadem Lex inſerta legitur vbi de rebus Eccleſiaſticis et de rebus quae ad fiſcum regium pertinent ſermo ſit. Neque procliuius eſt diuinare, quid eadem vox ſonet in Wichbild Magdeburg. art. 103. *Quilibet perſoluta debita declarare debet ad ſacra poſt manum mortuam meſſeptimus*. Senſus forte eſt: qui defuncti bona obtinuerit, huius debita ſe perſoluiſſe cum ſex aliis ad ſacra iurabit. † MANVS MORTVA, ius regis vel domini alicuius loci in extraneorum decedentium bona, Gall. *Droit d'Aubain*. Ch. a. 1277. t. 4. Ordin. reg. Fr. p. 670.

(4) MANVS dicuntur auium rapacium pedes, in Legibus Palatinis Iacobi II. Reg. Maioric. vbi de Falconerio maiori, to. 3. SS. Iunii p. XXIV. *Veluti logres, capucia, longas, et alia arneſia ad roſtrum et Manus ipſarum praeparandas et etiam quaecumque alia neceſſaria prouidebit.*

(5) MANVS CHRISTI, maſſa quaedam ſaccharo condita, t. 2. Hiſt. Nem. Prob. p. 85.

(6) † MANVS PAPIRI, chartarum ſcapus, Gall. *Main de papier*, in Comput. a. 1402.

(7) † Manubrium, Gall. *Manche*, in Inuent. Mſ. a. 1476.

MANVSCRIPTIO, ſubſcriptio. Concilium Carthaginienſe I. ſub Iulio I. PP. c. 12. *Manuſcriptiones noſtrae tenentur et pittacia.* Berta Sanctimonialis in Vita S. Adelheidis Virg. n. 7. *Cuius libertatis donatio vt in perpetuum rata foret et firma, et duorum Imperatorum, ſcilicet Ottonis et Henrici, Manuſcriptione ac ſigilli impreſſione confirmata.* MANVSCRIPTVRA. Gregor. Turon. de Vitis Patrum c. 8. *Tangens Manuſcripturam, quam ipſe depinxit.* MANVSCRIPTVM, chirographum, manu propria ſuſcriptum. V. S. Baſilii, apud Heriueum Archiepiſcopum Remenſem in epiſt. ad Widonem Rotomagenſem Archiepiſc. c. 17.

MANVSCRIPTVM. (1) V. *Manuſcriptio.* (2) † Charta, diploma, in Ch. a. 1184. ap. Baring. in Clau. diplom. p. 112.

MANVSIGNATVS, *id eſt*, *Manumiſſus*, in Gloſſ. MSS. Cluniac. inter opera poſthuma Mabillonii to. 2. p. 23.

† MANVTENENS, protector, defenſor, vel vir potens et nobilis, in Reg. hoſpit. S. Iacobi de Alto paſſu.

MANVTENENTIA. (1) Auxilium, praeſidium, ſuppetiae; ſi vocis etymon ſpectes, *Manutenentia* celerem ac promptam opem ſignificat, citius enim

Digitized by Google

enim adesse potes ei, quem manu tenes. Charta an 1202. apud Stephanot. to. 1. Antiquit. Occitan. MSS. p. 331. *Defensionem et Manutenentiam ego et successores mei exhibebimus et plenarie faciemus.* (2) Vt mox *Manutenentio. Ad Manutenentiam pacis publicae*, in Charta an. 1542. apud D. Calmet. to. 3. Hist. Lotharing. col. 395. Occurrit passim.

MANVTENENTIO, a Gall. *Manutention*, conseruatio, integritas. Charta Eduardi VI. Regis Angl. an. 1552. apud Rymer. to. 15. p. 306. *In maiorem augmentationem regalis status coronae suae etc.*

MANVTENERE. (1) Asserere, partes alicuius tueri, Gallis *Maintenir*. Habetur haec vox in Epistola Eleutherii PP. ad Lucium Regem Britan. an. 169. conscripta, si genuina est, quod in dubium iure vocatur. Matth. Paris. *Archiepiscopum contra me Manutenere praesumat.* V. *Manutenentia.* (2) Conseruare, alere, Gall. *Maintenir, entretenir.* Statuta reform. S. Claudii an. 1448. *Tenetur Cantor Manutenere competenter antiphonaria, legendaria . . . et etiam ad manutentionem aliorum librorum.* (3) † Subministrare, suppeditare, in Inquisit. Ms. a. 1284.

MANVTENTIA, protectio, defensio. Charta an. 1020. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 140.

MANVTENTIO, sumptus, conseruatio, Gall. *Entretien.* Charta an. 1451. ex Tabular. B. M. de Bononuntio Rotomag. V. *Manutenere.*

MANVTENTORES, IC. Anglis Rastallo et Cowello sunt illi, qui vel pecuniis suis, vel alia ope litem alterius iudicalem, in qua ipsi iustum interesse non habent, promouent, aut fouent. V. Littletonem sect. 701. et ibi Edw. Cokum.

MANVTENTORIAE LITTERAE, quibus vt aliquid in suo statu permaneat mandatur. Instrum. an. 1473. in Bullario Carmelit. p. 297.

† MANVTENTVM, *est illa pars flagelli, quae tenetur in manu verberatoris.* Gloss. Lat. Gall. a. 1348.

MANVTERCIVS, testamenti executor. Charta an. 839. apud Folguuinum Leuitam Sithiensem lib. 2. [illegible] 109. V. *Manumissor.*

MANVTERE, pro *Manutenere*, [illegible] seruare, *Entretenir.* Testam. 1392. to. 2. Macer, Insulae B[illegible] p. 667.

† MANVTERGIA, mantile. Inue[illegible] Ms. a. 1476.

MANVTERGILE, V. *Mantum.*

MANVTERGIVM. Ioanni de Ianu[illegible] *Togilla cum qua tergitur manus: To[illegible]aille*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. χειρομάκτρον, Graecis. Gregorius M. in libro Sacrament. MANVTERGIA. Historia de Fratribus Conscriptis to. 2. Antiquitatum Alamannic. Goldasti. MANVTERGIVS, in veteri Processionali MS. B. M. Deauratae. MANVTERGIOLVM, diminut. a *Manutergium.* S. Wilhelmi Constit. Hirsaug. lib. 1. c. 98. MANVTERGIVM, sudarium, quo sacerdos sacra facturus manus extergit. Gilbertus Lunicensis de Vsu Ecclesiastico. MANVTERGIA *ad inuoluendos codices.* Theodemari Vsus Casin.

† MANVTERIVM. (1) Manutergium, in Pontif. Ms. Mogunt. (2) Forte candelabri species ad formam manus, Gall *Bras*, in Append. ad Monum. eccles. Aquileg.

MANV[illegible]VM, quod Graeci χειραψίαν vocant, id est, mollis attrectatio. Caelius Aurelian. lib. V. Tardar. pass. c. 4. *Non aliter quam si quispiam turbatos oculos Manutigio, quod Graeci χειραψίαν vocant, temperaliter fricando releuare videatur.*

MANVTIVS, *magnas manus habens.* Gloss. Isid. vbi Graeuius: Melius in veteri Vocabulario: *Manutus*, vt a *nasus* nasutus, sic a *manus*, *manutus. Manutius* est mane ortus.

MANVTRADERE, vnico verbo, tradere. Diploma Roberti II. Principis Capuae an. 1128.

MANZA, Italis Iuuenca, Gall. *Geniſſe*: *Manzo*, iisdem, vitulus anniculus. Chron. Bergom. ad an. 1406. apud Murator. to. 16. col. 985.

MANZARVS, V. *Manzerinus.*

MANZER, spurius, nothus, e scorto natus, Hebraeis, a quibus Graeci μαντὶς apud Gregentium, Theophanem,

Digitized by Google

hanem, Cedrenum, etc. Vgutio: *Manzeres dicuntur filii scorti, vel adulterini, vel scelerati.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Manzer, fils de putain, ou mauvais, desloial; et inde Manzerinus, i. adulterinus.* Versus, laudati a Dionysio Pontano ad tit. 146. Consuetud. Blesensis:

Manseribus scortum; sed moecha nothis dedit ortum,
Vt seges a spica, sic spurius est ab amica:
Sunt naturales, qui nobis sunt speciales.

MANZERINVS. (1) Papiae, *Adulterinus.* Gaufredus Vosiensis lib. 1. c. 73. *Prisci Coenobitae religione florentes nos Manzerinos haeredes habuere.* Sic etiam videtur legendum, apud Baldricum lib. 4. Histor. Hierosol. *Hierusalem itaque sic obsessa, filiis suis occludebatur: intus a populis Manzerinis profanabatur.* Editus Codex *Mazelinis* praefert. Adde Ordericum Vitalem lib. 9. pag. 750. MANZARVS, eadem notione. Fortunatus lib. 5. Poëm. 4. de Iudaeis. (2) MANZERINA VASCVLA. Epist. Abbonis ad Gregorium V. PP. *Direxi etiam duo Vascula Manzerina, in quibus anaglipho opere continentur Charitas et Ethica.* Itinerarium *Bauldry* Abb. Burgoliensis ex Archiuis Monast. Fiscamn. *Mihi dedit Abbas scyphum Manzerinum, quem tota auiditate suscepi . . . . quia et tornum et formam et materiam decentissimam pretendebat.* V. *Mazer.*

MANZIA, V. *Manzius.*

† MANZILE, mansio, seu aedes cum agri portiuncula, i. q. *Mansionile.* Ch. Ms. a. 1321.

† MANZIVS, MANZVS, vitulus anniculus, Ital. *Manzo.* Stat. datiar. Riper. MANZIA, in Stat. Montisreg.

† MANZO, i. q. *Manzer,* in Vocabular. Iur. canon. Martini Ms.

† MANZOLVM, corium vitulinum, in Stat. Placent. V. *Manzius.*

MANZVS, V. *Manzius.*

† MAO, fructus species, f. pomum. *Ius decimationis grani, vini, maonum,* in Ch. Perus. Ms. a. 1354.

MAP, V. *Mepe.*

MAPADA, V. *Mappa 5.*

MAPARIVS, officium domus regiae apud Anglos, cui scilicet incumbebat, *mappas,* canabum, manutergia et similia prouidere. *Maparios* itidem appellabant; sed *mappa* et *nappa* tantundem valebant. Liber niger Scaccarii p. 343. V. *Mapparius.*

MAPHORIVM. (1) Muliebre pallium. Vita S. Amphilochio adscripta to. 2. Iunii p. 954. *Tum ait sponsae: tene in hoc Maphorio, donec tibi dicam.* V. *Mafors.* (2) Scapulare. Vita S. Dorothei to. 1. Iunii p. 600.

† MAPHORS, velum sericeum, quo altare obuoluebatur. Acta SS. t. 7. Maii p. 628. V. *Mafors.*

MAPLETVM, V. *Manupletium.*

MAPPA. (1) *Mappae* appellati ludi Circenses, quia cum proxime edendi erant, mappa dimittebatur: cuius ritus originem Neroni adscribit Senator lib. 3. Var. Epist. 57. *Cum enim prandium protenderet, et celeritatem, vt assolet, auidus spectandi populus flagitaret, ille Mappam, qua tergendis manibus vtebatur, iussit abiici per fenestram, vt libertatem daret certaminis postulandi. Hinc tractum est, vt ostensa Mappa, certa videatur esse promissio Circensium futurorum.* At Siluius in Latercula id Tarquinio Regi adscribit, *quia Romae, dum die Circensium pranderet in Circo, de Mensa sua Mappam foras, vt aurigis post prandium currendi signum daret, abieceras.* Hinc idem Siluius *Mappam* pro Circensibus ludis vsurpauit. (2) MAPPA MVNdi, charta vel mappa explicata, in qua orbis seu mundi descriptio contineretur. Eumenius pro restaurandis Scholis. Papias: *Mappa, togilla, mapa, etiam dicitur pictura, vel forma ludorum, vnde dicitur Mapa mundi.* (3) MAPPA, MAPPVLA, vmbraculum, quod defertur supra Episcopi caput, dum procedit ad altare, sacra facturus, seu stationes facit, diuersis imaginibus adornatum, quatuorque baculis innixum, quod a quatuor ministris tenetur. qui inde *Mappularii* appellantur. Ita Durandus lib. 4. Ration. cap. 6. n. 11.

Digitized by Google

n. 11. (4) Vox Agrimensorum. Apud Auctores de Limitib. p. 270. *Ratio limitum secundorum haec est: auctores Theodosius et Neuterius de terminis et lineis exposuerunt, 304. ingi agrimensoris qui Mappa, quas lineas habuerint, observetur.* Pag. 213. *Terminus si scriptus fuerit, et puncto habueris litteris graecis, sequeris cursum eius a Sion, hoc est, ab Oriente, per litteras graecas de Mappa, hoc est, Pentagonum, quod interpretantur cubitos quinque.* Denique pag. 319. *In Mappa Albanensium inueniuntur haec, Ager Heclanensis, ager Beneuentus, etc. De Mappis linteis,* quarum in l. 1. Cod. Th. de Alim. mentio est, in quibus scribebatur, haec intelligenda censet Iacobus Gothofredus. Hinc forte (5) MAPPA, MAPADA, *Mappada, Mappaticus,* pro modo agri. MAPADA. Tabularium S. Remigii Remensis: *Sunt ibi aspicientes inter maiores et minores campi 46. continentes Map. 100. vbi seminari possunt de frumento modii 34. etc.* Occurrit ibi pluries cum duplici pp. MAPPADA. Idem Tabular. *Arat Mappadam et cornadam, vt supra.* MAPPATICVS, eadem notione. Charta Caroli C. apud Marlotum in Metropoli Remensi lib. 4. c. 7. MAPPAGIVM. Tabularium S. Remigii Remensis. (6) Ornamentum equi. Sic vocantur stratae candida, quibus cooperiuntur equi Cardinalium, cum solemni pompa procedunt. V. infra *Mappula.* (7) † Vestis species videtur, ad vsum virorum, in Ch. Ms. a. 1242.

MAPPADA, MAPPAGIVM, V. *Mappa.*

MAPPALE, f. vexillum; est enim veluti quaedam maior mappa. Gesta Tancredi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 149. MAPPALE OPVS. Monasticum Anglic. to. 3. p. 330. *Item casula opere Mappali,* quo scilicet mappae fieri solent.

† MAPPAMPARIVS, qui mappam lauaturo parat et porrigit, in Chron. Lemouic. V. *Mapparius.*

MAPPARIVS. (1) Qui in Circo mappam demittebat, aut excipiebat, in signum proximae edendorum Circensium: μαππάριοι, D. Chrysostomo in orat. de Circo, in Chronico Alexandrino p. 876. in Glossis Basil. apud Nicetam in Alexio Aug. lib. 3. n. 2. Scylitzem et alios. (2) Qui mappam lauaturo porrigit. Patriarchium Bituricense c. 30. V. *Maparius.*

MAPPATICVS, V. *Mappa 5.*

MAPPELLA, V. *Mappula.*

MAPPVLA, paruula mappa, qua nasum tergimus, sudarium, Gallis *Mouchoir.* Kero Monachus: *Mappula, Dunahila,* id est, *togilla;* Gallis *Touaille.* Alcuinus de Officiis Eccles. c. 39. *Mappula, quae in sinistra parte gestatur, qua pituitam oculorum detergimus, dicitur et manipulus.* MAPPVLA, mantile. Charta Almeradi Reiensis Episc. to. 1. Gall. Christ. inter Instrum. p. 82. MAPPVLA, interdum idem quod *Mappa.* Constitutio Ansegisi Abb. in Chron. Fontanell. to. 3. Spicil. Acher. p. 245. MAPPVLA, aliud videtur apud Isidorum in Regula c. 13. *Monachi in Monasteriis palliis semper vtantur, ... sane si quis pallium non habet, humeris Mappulam superponat.* Erat, ni fallor, vestis genus, qua vtebantur in itinere monachi. Vita S. Benedicti Anian. n. 49. saec. 4. Bened. part. 1. pag. 211. MAPPVLAS fuisse propria Clericorum Romanorum ornamenta, adeo vt aliis non nisi ex priuilegio vti fas esset, scribit Gregorius M. in processionibus scilicet publicis cum ipso summo Pontifice, lib. 2. Ind. II. Epist. 54. Clericos autem *Mappulatos* et *Planetatos,* cum summo Pontifice *ad stationes* processisse testatur Ioannes Diac. lib. 2. Vitae S. Gregorii M. c. 43. *Cumque magi ex planetatorum Mappulatorumque processionibus magnum Pontificem cognouissent, etc.* Verum hisce locis *Mappas* esse candida equorum strata coniicit Laurentius Lantmeterus lib. 1. de Veste Clericor. c. 18. quod sane firmare videtur Anastasius in Constantino PP. *Pontifex autem et eius primates cum sellaribus Imperialibus, sellis, et frenis inauratis, simul et Mappulis, ingressi sunt ciuitatem* CP. MAPPELLA,

Digitized by Google

LA, *id est, parua mappa.* Durandus lib. 3. Ration. cap. 6. n. 3. MAPPVLA, apud Scriptores Ecclesiasticos est sudarium, quod in sinistro brachio Sacerdos defert, quod interdum *Manipulus* et *Phano* dicitur. Alcninus loco citato: *Mappula, quae in sinistra parte gestatur . . . . dicitur et manipulus.* Honorius Augustod. lib. 1. c. 208. V. *Mappa* 3.

MAQVERELLA, a Gall. *Maquerelle*, lena, Vt mox *Maquerellus*. Regest. 80. Tabularii Regii an. 1350. Ch. 115.

MAQVERELLVS, piscis species nota, Gallis *Maquereau*, Germ. Makrele. Codex MS. redituum Episcopat. Autissiodor. an. cir. 1290.

MAQVILA, vox Hispanica, *Molitura*, Gallice *Mouture*. Concil. Legion. an. 1012. inter Hispan. to. 3. p. 192.

MAR, pro *mas*, masculus, in Foris Aragon. lib. 3. de Lege Aquilia.

MARA. (1) Palus, lacus, stagnum: Anglo-Saxonib. *Mere*, Kiliano, *Maer*, *Maere*, Germ. Moor, Gall. *Mare*. Charta an. 1181. apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. pag. 134. *Et omnes Marae quae sunt in marisco, et campus Trossebof quem dedit Rollandus Archiepiscopus Garino Trossebof ioculatori quandiu viueret, sunt de dominico Archiepiscopi.* Willelmus Gemetic. l. 2. c. 2. *Sedens super locum, quem vsu quotidiano loquendo Maram vocamus.* (2) Dolor grauis. Carmen de varia fortuna Ernesti Bauariae Ducis lib. 6. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 352. (3) † *La capa*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

MARABOTINVS, MAVRABOTINVS, MARMOTINVS, MARBOTINVS, MORABOTINVS. Haec omnia idem sonant, sed *Marabotinus* crebrius occurrit apud Scriptores, Matthaeum Paris. an. 1176. Sic autem indigitantur monetae quaedam Hispanicae, aureae praesertim. MARABETINVS, in Charta Ramiri Sancii Regis Nauarrae, apud Ios. Moret. Antiq. Nauar. p. 630. MARABITINVS. Charta Alphonsi Reg. Lusitan. aera 1142. ex Tabular. Clarauall. *Tribuant in modum feudi et vassalitii quinquaginta Marabitinos auri probati.* MARABOCINVS. Limborch. lib. Sent. Inquis. Tolos. ad ann. 1306. p. 68. MARABVTINVS, in Charta Hugonis Archiepiscopi Genuensis an. 1184. ap. Vghellum. MARBOTINVS. Charta Guillelmi de Nouelliano Militis an. 1270. MARABATINVS *auri boni*, in Charta Hispanica, apud Malbrancum lib. 11. de Morin. c. 52. MORABATINVS, in Bulla Paschalis PP. apud *Diago* lib. 2. de Comitib. Barcin. c. 95. MARAPETINVS, in Testam. Sancii an. 1211. to. 1. SS. Maii p. 763. MARMOTINVS AVREVS, apud Plantauitium in Histor. Episc. Lodouens. pag. 103. 257. et 306. et Albertum Argentin. in Chron. 1289. MORBOTINVS, apud Rodericum Tolet. in Hist. Arab. c. 20. MORABEDIS, in Charta Alfonsi I. aerae 1157. pro Caesaraugust. apud Mich. de Molino in Repertorio p. 265. col. 3. MORABETINVS. Charta an. 1134. tom. 1. Gall. Christ. inter Instr. p. 46. MORAPETINVS, in Charta Ermengaudi to. 3. Concil. Hispan. p. 374. MAVRABOTINVS, in Foedere, quod sancitum est Boyonae mense Aprili an. 1290. inter Franciae et Castellae Reges. MORABOTINVS, in Charta Alfonsi Regis Castellae, data Segouiae 21. Sept. 1258. MORABOTINI *boni in auro curribiles Alfussini recti*, in Charta Maioricensi an. 1280. semel ac iterum. MARABATINI, passim in Chartis Lusitanicis apud Rodericum *da Cunha*, in Hist. Episc. Portensium, in Lusitania. MOROBATINVS, in Testam. an. 1131. append. Marcae Hisp. col. 1273. Quaesitum a viris doctis, vnde enatae hae voces, in qua disquisitione aiunt Bochartum, virum in Hebraicis et aliis Orientalibus linguis oculatissimum, cum in Cadomensi virorum litteratorum confessu acrius insisteret, apoplexia correptum haud multo post exspirasse. Vni porro ex iis, qui super hac controuersia per litteras sententiam meam expetierat, rescripseram, videri mihi *Marabotinos* appellatos primum nummos aureos Maurorum Hispanicorum,

Digitized by Google

rum, qui iis fusis subinde ac deletis in Hispanorum potestatem venerant, quasi *Marranorum spolia;* nam *Botino*, Hispanis idem est quod nostris *Butin: Marranos* vero Mauros Hispanicos appellatos suo loco docemus. At Mariana lib. de Ponder. et mensur. c. 23. Mareuedinos monetam fuisse Regum Gothicorum Hispanicorum existimat, ac proinde multo ante Maurorum in Hispanias irruptionem cognitam, quod ex solo nummorum Gothicorum pondere elicit. Vt sese res habeat, eae monetae, quae MARAVEDINI Hispanis dicuntur, ab eodem fonte nomen ducunt: qui enim prius *Marabotini*, postea *Marauedini* dicti: de quorum aureorum pretio et pondere multa commentantur Antonius Nebrissensis in Repetitionibus, Didacus Couarruuias in veterum Collatione numismatum c. 5. et Io. Mariana de Ponderib. et Mensur. c. 22. 23. Inde id nominis inditum quibusdam minutioribus monetis aereis: qua tamen in parte, ait idem Couarruuias c. 1. Marouedinus non tam est nummus, quam nummorum numerus, qui constat ex duabus Blancis, aut Coronatis sex, vel denariolis decem. V. D. *le Blanc* Tract. de Monet. p. 165.

MARACH, MARCH, equus, Germ. Mähre. Lex Alem. tit. 69. §. 2. *Si ille talem equum inuolauerit, quem Alemanni Marach vocant.* Tit. 70. §. 2. *Si quis equo, quem Alemanni Marach dicunt, oculum excusserit.* Lex Bajwar. tit. 13. c. 10. §. 1. *Si equus est, quem Marach dicimus.* Editio Heroldi tit. 7. §. 1. *Si equus est quod March dicimus.* At in Lege Aleman. habet vtrobique *Marach.* Vetus est autem vox Gallica, siquidem Pausanias in Phocicis pag. 335. ἵππων τὸ ὄνομα apud Gallos esse μάρκαν auctor est, vnde τριμαρκισίαν equestris pugnae quamdam institutionem vocabant. Sed et etiamnum Armorici, penes quos, vt et apud Guallenses Anglos, veteris Gallici idiomatis reliquias permanere aiunt, equum *Marach* vel *March* dicunt, *marcheguez*, equitare.

MARACHFALLI, V. *Marchfalli*.

MARACIO, vasa quaecumque [illegible] vtensilia quae sali conficiendo [illegible] uiunt. Charta an. circ. 917. [illegible] Stephanot. tom. 3. Antiquit. Pi[illegible] MSS. p. 339. *Sunt plus minus d[illegible] ra ad areas componendas c. ex[illegible] Maracione, a die praesente ipsa [illegible] superius nominata ad ipsum locum [illegible] ad Abbatem Rotardum necnon e[illegible] monacos ipsius loci eam trado a[illegible] transfundo cum sua ministeria o[illegible] vel Maracione ad abendum, etc.*

MARAGDENIS, f. pro Smaragdus. Litterae an. 1261. apud Rymer. to. 1. p. 730. *Item duos baculos continentes sexaginta sex anulos cum Maragdenibus, etc.*

MARAGIVM. (1) Palus, ex Gallico *Marais.* Charta an. 1246. ex Tabular. Fossatensi fol. 39. V. *Mara.* (2) † Materia lignea, materiario, i. q. *Marcementum.* Ch. Ms. a. 1208. V. *Materia.*

MARAGMA. Constitut. Friederici Reg. Sicil. c. 116. *Idem quod procurent immunditias terrarum, Maragmatum et vinatium deferri, et eiici extra ciuitatem praedictam, vt est hactenus consuetum.*

MARACHWORFI. In Edicto Rotharis Reg. Longob. Tit. 11. inscribitur *Marahworfi.* Mox sequitur: *Si quis hominem liberum de caballa in terram per quodlibet ingenium iniquo animo iactauerit. etc.* Vbi *Marah* est equus, *worfin* vero deiicere: quae vox aliis eiusmodii adiungi solet, vt *unegworfin, rapoworfin, etc.*

MARALLVS, MARALVS, V. *Merallus.*

MARANCIA, dolor, qui concipitur ex alio damno, vox a *Marrire*, et *Marritio* deducta: vnde postmodum traducta ad ipsas mulctas aut poenas, quae pro leuioribus delictis, vel pro defectibus seu absentia irrogatur: nostris vulgo *Marance.* Charta an. 1245. in Histor. Episcoporum Siluanect. p. 454. *Si poena pecuniaria, quae pro defectibus seu Maranciis, quae in Ecclesia nostra statuta est, voluerit se liberare.* Consuetudines Ecclesiae Rotomagensis: *Post haec solent recitari Maranciae et offensae diei,* et

Digitized by Google

...orarum praecedentium, et ibi pu...

MARANGO, et MARANGONVS, ... *Marangone*, faber tignarius, ... carpentarius, Gall. *Charpentier*. Sa... tus l. 2. part. 4. c. 15.

MARANI, apud Hiſpanos Mauri appellari ſolent: de qua voce ita Ioan. Mariana l. 7. de Rebus Hiſpan. ubi de donatione Aurelii Regis Gallaciae in Hiſpania aerae 813. facta Monaſterio: Eſt, inquit, ad memoriam inſignis iis in litteris contenta execratio, *qua eius* donationis *violator* iubetur eſſe *Anathema Marrano et excommunicatus*. Vnde intelligitur, *Marani*, vocem vulgarem non a Mauris, quaſi *Mauriani*, vt quidam ſuſpicantur, factam in Italia Friederici Aenobarbi tempore, cum Mauri plurimi fidem Chriſto datam in baptiſmo paſſim eiurata, quam ſuſceperant religione, violarent; ſed potius ex Syriaca voce *Maranatha* deductam, qua anathematis ignominia, execratioque in diuinis litteris continetur. At ſecus ſentit Scaliger de Emendatione temporum l. 6. p. 625. In verbis, inquit, Geographi Arabis fit mentio factionis *Maravanjum*. Sciant igitur ſtudioſi, Abaz fuiſſe patruum Mahumedis, atque eius progeniem et gentem dictam fuiſſe, dicique adhuc *Abazium*. Ad eos ius Chalifatus pertinebat, vtpote qui proprius ſanguine Muhammedem attingerent. Sed *Marawan* quidam primus Chalifatum ab illa gente ad ſuos, qui *Marauanum* dicti ſunt, tranſtulit per tyrannidem, eoque nomine omnibus Muhammedanis in odio eſt nomen *Marawanin* ad hunc vsque diem. V. *Marrones*. Inde eſt, vt videtur. quod Itali proditores per antonomaſiam *Maranos* vocant. Annal. Caeſenat. ad an. 1304. apud Murator. to. 14. col. 1125.

MARANTIA, pro *Marancia*, apud Iohan. Abrinc. de Offic. eccleſ. p. 100. edit. 1679.

MARANVS, Ital. *Marana*, nauigii ſpecies. Raphanus de Careſinis in Chron. MS. an. 1079. *Paſſus S. Clementis et Spiritus Maranis et aliis nauigiis obſtruſus*. Sic forte appellata, quod *Maranorum*, ſeu Hiſpanorum primitus eſſet.

MARAPETINVS, V. *Marabotinus*.

† MARASCACHIA, ius quod *Mareſcallo* competit, in Chartul. S. Ioh. Laudun.

MARASCALCVS, MARASCALIA, V. *Mareſcalcus*, *Mareſcalciae*.

MARASCAVSIA, locus paluſtris, paſcendis pecoribus aptus. Charta apud Lobinell. to. 2. Hiſtor. Britan. p 168.

† MARASMODES, *ex aegritudine ſenectus*, in Gloſſ. ad Alex. Iatroſoph.

MARASMVS, μαρασμὸς, tabes, marcor, a Graeco μαραίνω, tabefacio, macero. Apud Medicos ſpecialiter *Maraſmus* eſt corruptio viuentis corporis, quae fit ob ſiccitatem. Ita Martinius.

MARATHVS. Thomas Elienſis Monachus in Vita Ethildritae c. 77. *Accipientes ſucculos Marathi, vnde fuerat compta totius ſuperficies pauimenti etc.* Melius apud Bolland. to. 4. Iunii p. 521. *Accipientes ſurculos Marathi, vnde fuerat cooperta totius etc.* Vbi viri docti *Marathum* herbae ſpeciem eſſe ſcribunt. Foeniculum nempe, Gall. *Fenouil*, cuius mentio fit apud Auctorem de Medicamine faciei inter Ouidii opera:

Profuit et Marathos bene olentibus addere myrrhis,
Quinque trahant Marathi ſcrupula, myrrha nouem.

MARATORIAE BIGAE. Lambertus Ardenſis: *Ruſtici cum bigis Maratoriis et carris funariis* (f. *firmariis*) *calculos trahentes*. Rectius ap. Ludew. t. 8. Reliq. p. 600. Cum bigis *Marlatoriis et curtis* (l. curris) *ſimariis*. Eſt autem *Marlatoria biga*, currus ſpecies, qui in agris marga ſtercorandis vtuntur agricolae.

† MARATRVM, *feniculus vt Macer*; *nos autem pro ipſius ſemine ſolum in vſu habemus*. Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ. V. *Marathus*.

MARAVEDÍNVS, V. *Marabotinus*.

† MARAYDA, locus paluſtris, paſcendis pecoribus aptus, in Ch. a. 1195. t. 1. Annal. Praemonſtr. Prob. p. 455. V. *Maraſcauſia*.

† MAR-

† MARBONEVS, *vn heretico*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

MARBOTINVS, V. *Marabotinus.*

† MARBRETVS, i. q. *Marbrinus.* Ch. a. 1295. ap. Ludew. t. 12. Reliq. p. 13.

MARBRINVS PANNVS, qui ex filis diuersi et varii coloris textus. Statutum pro Draperiis Trecens. an. 1360. to. 3. Ordinat. Reg. Franc. pag. 414. Gall. *Marbre* et *Mabre.*

MARCA. (1) MARCA, MARCVS, pondus, quod appendit bessem librae regiae, qua negotiatores et pigmentarii, et alii vtuntur, omnesque omnino qui appensas merces venditant. Vocis Etymon a vereri Germanico *Mark* arcessit Ioan. Stiernhookus lib. 1. de Iure Suenonum vetusto c. 11. p. 133. voce, quae *signum* sonat, vt apud Gallos *marque.* Papias: *Marca dicitur pondus argenti vnius librae.* Melius Io. de Ianua: *Marca dicitur quoddam pondus, scilicet media libra.* Balbus in Catholico: *Marcha est quoddam pondus, scil. media libra, vt dicitur marcha argenti.* Chronicon Moguntinum: *Nota quod auri libra habet duas Marchas auri.* Apud Gallos igitur Marca duplicata libram efficit, quae diuiditur in 16. vncias; vncia vero subdiuiditur in octo drachmas, vel 24 scrupulos, seu denarios; drachma siquidem tribus constat denariis, et in 72 grana secatur, quorum 24. continet denarius. Quapropter vncia constat 576. granis, vt libra 9216. At auri examinatores, vulgo *Essaieurs*, examen tam accuratum instituunt in auri probanda bonitate, vt ipsum granum in 572. particulas diuidant. Haec ferme ex Budaeo et Mersennio. MARCA TRECENSIS appendit 14. solidos, 2. denarios esterlingos, vt est in laudato Excerpto: nec in Gallia duntaxat; sed et in Germania, Anglia, Hispania, Flandria, et aliis Europae Prouinciis, in publicis praesertim commerciis, in vsu fuit, et nominabatur. Quod inde euenisse putant, quod in Nundinis Campaniae, seu Trecensibus, quibus nullae in Europa celebriores et antiquiores exstiterunt, eiusmodi pondere mercatores vterentur. MA[illegible] MOVICENSIS appendit [illegible] 3. obolos esterlingos, vt est [illegible] Regesto. MARCA TVRON[illegible] ibid. appendit 12. solid. 21. [illegible] obol. esterlingos: ad quam [illegible] appendebantur, monetae [illegible] nostrorum, et aliorum, quae [illegible] *nenses* vulgo appellabantur. CA ANGLICANA, eadem Rupellensis, et apud Matth. ann. 1235. p. 286. et Will. [illegible] in Chron. p. 2107. pro 13. [illegible] et 4. den. esterlingis compu[illegible] At sub Henrico I. Rege videtur [illegible] ca fuisse tantum pondere 6. solidorum et vnius denarii: ita enim in Legibus eiusdem Regis cap. 34. MARCA STERLINGORVM, eadem, quae *Anglicana.* Litterae anni 1286. apud Rymer. to. 2. pag. 327. MARCA et *Libra* in Anglia vnum et idem interdum sonat. Charta 1296. apud eumdem Rymer. to. 2. p. 732. *Cum nos concesserimus dilecto Clerico nostro Gilberto . . . . quamdam Ecclesiam viginti Marcarum vel librarum, valorem annuum attingentem.* Aliarum Marcharum, sed infrequentioris vsus, mentio fit in Charta Richardi Regis Angl. et Normann. Ducis ann. 1158. vbi earumdem pretium assignatur. *Ita ordinatum est . . . quod Marca de Cadomo Dunensi, Perticensi et Vendosilensi, capiatur ad scacarium pro XIV. solidis et IX. denariis et de Andeganensi pro XV. solidis Turonensibus.* MARCA GERMANICA, videtur fuisse 20. solidorum, quet marca dicitur ponderare in Speculo Saxonico lib. 3. art. 45. §. 3. In Chronico Laurishamensi pag. 95. dicuntur *talenta 18. et dimidium surgere in Marcas 5.* MARCA HISPANICA, de qua Iohannes Mariana libro de Ponder. et Mensur. c. 9. MARCHA CVRIAE ROMANAE, quae sub Ioanne XXII. PP. anni 1322. erat 64. Florenorum, in Dalphinatu vero 65. Charta anni 1327. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 214. MARCA PONDEROSA, nempe Germanica, appendit 26. solidos, ex Wichbild Magdeburg. art. 19. §. 1. MARCA SCLAVONICA, appendit 12. so-

olidos. Ita idem Wichbild. Ma-urg. art. 44. §. 3. MARCA NDATA, ad *ſtendardam* exami-. Charta anni 1293. apud H. omium, ad Chron. Mindenſe o. *Pro 25. Marcis ſtendatis ar-, pro quo filiam fratris mei in collegium ad ſeruiendum Deo re-runt.* V. *Standarum.* Etiamſi por-Marca ſolidis et denariis conſtite-non ideo cum Warſio exiſtiman-n videtur, Marcam fuiſſe num-m cuſum ac ſignatum. Solidi enim denarii, qui hic recenſentur, pon-ra ſunt, quae nusquam mutabantur, quod de Marcae argenti aut auri pretio dici non poteſt, quod pro libito principum minuebatur aut creſcebat, pro ratione pretii, quod monetae imponebatur. Aliud praeterea fuit Marcae auri aut argenti ſignati, aliud infecti pretium. Pluris enim ſemper valuit Marca ſignata, quam infecta: idque propter *tractum*, vt Monetariorum voce vtar, quo nomine intelligitur vectigal, quod Princeps ex vnaquaque monetae ſignatae aut cuſae marca percipit. Cuius quidem Marcae infectae pretium Princeps ſolet ſignificare Magiſtris Generalibus Monetarum, quoties Monetam cudendam curat. MARCHA pro *Marca* frequenter in veteribus Chartis. MARCVS pro *Marca*, non ſemel apud Ordericum Vitalem lib. 5. p. 378. 580. 583. 585. 603. 668.

(2) Ora, littus, interdum et ipſe fluuius, quod ſit veluti terminus, limes. Charta Bertradae ann. 722. apud Calmet. to. 1. Hiſt. Lotharing. col. 269. *Deinde per Melina Suſo, aqua vsque vbi nobis obtingit legitima, vsque ad Winardo curte, vsque ad illa Marca qui nobis obtingit.* V. *Marcha 1.*

† MARCAANDIA, mercatura, in Ch. Mſ. a. 1224.

MARCACLARIVS, aedituus, vel qui bona eccleſiae adminiſtrat, a veteri Gall. *Marclier* et *Mareglier*, iam *Marguillier*. Necrologium Fratrum Minorum Siluanect. V. *Marrelarius.*

MARCAD'ANTIA, merces, Ital. *Marcanzia*, Gall. *Marchandiſe*, apud Murator. to. II. col. 254. V. *Marchandia.*

MARCADVS, mercatum, forum, nundinae, Gall. *Marché*. Charta Childeberti Reg. Franc. anni 710. apud Mabill. Diplom. p. 483.

† MARÇAGIVM, martium, trimeſtre frumentum, Gall. *Marſage*. Ch. Mſ. a. 1210. V. *Marceſchia.*

MARCANDAE VILLAE, emporia, nundinae publicae. Liber niger Scacarii pag. 362. Ibid. *Marcardae, Mercandae*, eadem notione.

MARCANDISIAM FACERE, mercaturam facere, negotiari, Gall. *Trafiquer*. Charta anni 1218. to. 4. Hiſt. Harcur. p. 2174.

MARCANDIZAE, quaeuis ſuppellex, ſeu inſtrumenta quae ad agriculturam pertinent. Charta apud Madox, Formul. Angl. p. 90.

MARCAPETVM, ſuppedaneum, Gall. *Marchepied*. Inuentar. ann. 1339. *Item vnum Marcapetum debile.*

MARCARE. (1) A Gall. *Marquer*, notare, ſignare. Arreſtum Parlamenti ann. 1415. in Tabul. Latiniac. V. alia notione in *Marcha 1.* (2) Pignori capere, *Saiſir, Prendre par droit de Marque.* Libertates conceſſae Barcinonenſibus, a Petro Rege Arag. ann. 1283. MSS. *Victualia quae apportantur in Barcinona per mare vel per terram, de pane, vino, carnibus et piſcibus non Marcentur, nec pignorentur, . . . tam pro alienis debitis, quam pro propriis.* Concilium Marciacenſe anni 1326. can. 44. *Perſonae Eccleſiaſticae vel eorum bona pro aliis non Marchientur vel pignorentur, etc.* (3) † Ius paſcendi ratione limitis contermini, ſeu *marcae*, vt viderur. Ch. a. 1288. t. 1. Prob. Hiſt. Brit. p. 1086.

MARCASIOLVM, diminut. a *Marcaſium*. Tabular. Kemperleg. *Et paulo poſt recuruat* (foſſa) *ad vnum Marcaſiolum.*

MARCASIVM, palus, ſtragulum, vel locus paluſtris, Gall. *Marais*. Charta anni 1226. ex Tabular. Corbeienſi. V. *Mariſcus.*

MARCASIVS. Vita S. Agili, Abb. *in eodem loco, qui priſco vocabulo propter geminum lacumar, Gemellus Marcaſius nuncupabatur.* Editio Mabillonii ſaeculo 2. Benedict. habet *Mercaſius*, ſed legendum *propter geminum lacum*, atque adeo retinendum *Marcaſius*, eadem notione qua *Marcaſium* ſupra.

MARCATA, reditus vnius marcae auri ſeu argenti. Monaſt. Angl. t. 1. p. 341.

† MARCATIO, nota, inuſtio, ſtigma, Ital. *Marchio*. Stat. crimin. Saonae.

MARCATVM, forum, Gall. *Marché*. Charta Lotharii Imp. ann. 845. apud Laguille inter Inſtrum. Hiſt. Alſat. p. 5. V. *Marchetum*.

MARCAZANA LIBRA, V. *Libra*.

MARCELLVM, pro *macellum*, forum, nundinae. Capitul. gener. S. Victoris Maſſil. MSS. *Emantur carnes praedictae de melioribus quae in Marcello reperiri poterunt.*

MARCEMENTVM, lignea materia, materiatio, Gall. *Charpente*. Leges Norman. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. p. 201. V. *Materia*.

MARCESCA, MARCESCHA, V. *Marceſchia*.

MARCESCHIA, martium ſeu trimeſtre frumentum, quod Martio menſe ſeritur. Gallis *Mars, Marſes, Marſois, blé Marſois: Grains de Mars*, in Conſuetud. Bononienſi art. 140. Charta Philippi Auguſti ann. 1215. pro Aurelianenſibus: *De ſingulis modiis bladi et vini, quod habuit tam de hibernagio quam de Marceſchia quaecunque illa ſit, nobis dabit*, in Regeſto Philippi Aug. fol. 73. Charta ann. 1276. ex Tabul. Foſſatenſi f. 119. 122. *De ybernagio, Marceſchia, fabis, piſis, veciis, gueda, leguminibus*, etc. Ita ſic ſemper. *Annona Marcialis*, in Charta anni 1065. in Tabulario Eccleſiae Carnotenſ. num. 57. MARCESCA et MARCESCHA, idem. Chartular. Aurelienſe in Lemouic. MARCESSA, in eod. Tabulario Voſienſi fol. 49. MARESCHIA, eadem notione. Charta Petri Epiſc. Pariſ. ann. 1208. in M. Paſtorali lib. 20. charta 10.

MARCISCA, eadem notione. Tabul. Monaſt. Hederae fol. 18. ann 1173. alibi *Marceſchia*, f. 8. uerni *Marſinge* dicunt.

MARCESSA, V. *Marceſchia*.

MARCH, equus. V. *Marach*.

MARCHA. (1) MARCHA, MARCHIA, terminus, limes, fines cuiusque regionis, Germ. Mark. Capitula ad Legem Alem. nor. c. 34. *Si quis alterum ligat, foris Marcha eum vendit, ipſum locum reuocet, etc. 40. ſolidos componat.* Charta diuiſionis Imperii Caroli M. c. 1. *Vt nullus eorum fratris ſui terminos, vel regni limites inuadere, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum regnum eius, vel Marcas minuendas, etc.* Adde Diuiſionem Imperii Ludouici Pii c. 2. *Marca Toloſana*, in Charta alia Diuiſionis Imperii eiusdem Ludouici, edita a Stephano Baluzio cap. 1. *Marca Hiſpanica*, apud Eginhard. ann. 827. 828. Regino: *Carolus Ratisbonam venit, ibique Marchas et fines Baioariorum diſpoſuit.* MARCHIA, eadem notione. Charta anni 1044. in Append. ad Capitul. col. 1550. *Infra territorium Pinnenſe in loco qui nominatur Salaiano, aut infra iſtam Marchiam Firmanam, aut infra totum Regnum Longobardorum.* (2) Marchionis territorium, Marchionatus. Ditmarus lib. 6. de Lothario Marchione: *Filio ſuimet Wirinhario beneficium patris et Marcam cum ducentorum pretio talentorum acquiſiuit.* Vtitur etiam Lamberrus Schaffnaburg. MARCHIA, eadem notione apud eumd. Schaffnaburg. ann. 1068. (3) Modus agri, vel certe territorium. Notitia Alamannica Goldaſti 91. *Teſtificati ſunt, quod ex traditione Perahtoldi Comitis medietas omnis Marchae, quae ad villam Filiſininga nuncupatam aſpicit tam in ſiluis quam in aquis, ſive paſcuis, vel aliis quibuslibet rebus, ad Monaſterium S. Galli iuſte et legaliter pertinere debet.* Et Charta 18. *Et caſas cum curtis caeterisque aedificiis, atque cum ſiluaticis Marchis ad eosdem pertinentibus, etc.* Charta Dagoberti Franc. Reg. ann. 2. Regni

Digitized by Google

inter Vindem. litter. Schannati 5. *Visi fuimus concessisse cum omnibus, etiam cum ipsa Marca ad ipsas Balneas pertinente quae venit de amplibus lateribus vsque ad fluuium Murcia, et de vno fronte ad partem Occidentalem rasta vna, etc.* Charta Ottonis Imper. ibid. p. 7. qua omnibus qui monachis seruiunt concedit vt *qui habitent in Abbatia id est, in Marchia, aut alias vbicunque, non possunt cogi ad muniendum castellum.* MARCHIA. Sugerius in Ludouico VI. *Sicut eiusdem Normanniae Ducatus se porrigit, Marchiis regni collimitans. Marchia censualis*, in Charta anni 1180. apud Guichenonum, in Bibl. Sebus. ex Tabular. Cluniacensi. (4) MARCHA vel MARCA, facultas a Principe subdito data, qui iniuria affectum se vel spoliatum ab alterius Principis subdito queritur, de qua ius vel rectum ei denegatur, in eiusdem Principis *Marchas* seu limites transeundi, sibique ius faciendi, vt habet Bretius lib. 2. de Superioritate Reg. cap. 17. vulgo *droit de Marque et de represailles. Ius Marchium*, Andreae de Ysernia, in Commentar. iuris vtriusque. *Marcha vel repraesalia*, in Charta Iacobi Regis Aragon. anni 1326. tom. 8. Spicilegii Acheriani p. 280. Charta anni 1381. in Regesto Peiresciano, 73. vol. 2. apud Praesid. de *Mazaugues; Nam de iure secundum multorum Doctorum sententiam, represaliae seu Marchae, vel gaiariae, quae secundum diuersorum locorum morem, diuersa nomina assumpserunt, sunt omnino prohibitae.* Infra: *Nam cum Marchae laxatio sit quaedam belli indictio, vt dicunt doctores, tale bellum indici non potest, nisi per illum, qui habet supremam potestatem.* CONTRAMARCA, facultas a Principe concessa, vt quis contra alterius Principis subditum, qui iure *Marcae* aduersus eum vtitur, eodem iure sese defendat. *Contre-Marque.* Charta anni 1492. apud Godefredum in Obseruat. ad Vitam Caroli VIII. Reg. Franc. p. 632. *Quod omnes et singuli vtriusque dictorum Principum* (Franc. et Angl.) . . . , *vasalli et subditi* . . . *possint* . . . *emere et vendere*, . . . *absque vllo impedimento, offensa, arrestatione ob causam Marcae, Contramarcae, represaligrum aut alia distractione quacumque, etc.* (5) MARCHIA, a Gall. *Marque*, nota, signum. Epitome Constit. Eccles. Valent. tom. 4. Concil. Hispan. p. 174. (6) Pondus, V. in *Marca 1.* (7) † Vectigalis species, illud nempe, quod praestatur pro mercibus, quae in *marchas* inferuntur, vel ex eis efferuntur. Ch. Ms. a. 1406.

MARCHABILIS, genuinus, legitimus, Gallis *Loial* et *Marchand.* Charta anni 1380.

MARCHAGIVM, *Droit de Marchage*, in Consuetud. Aruern. c. 28. art. 2. Briuatensi, Pinholensi, et Pradensi, quo pagani iure limitis contermini, seu *Marcae*, quam Galli *Marche* vocant, in alterius iurisdictionem seu dominium pascua sua immittere possunt, quo in eo pascantur. Perperam porro a *Marcher*, ire, vocem quidam deducunt. V. *Marcare 2.*

MARCHALCHVS, V. *Marescalcus.*

† MARCHALIS, ad *marcam* legalem. Ch. Ms. a. 1216. V. *Marca 1.*

MARCHALLVM, Armoricis *Marchallach*, mercati platea, forum, in Chartulario Abbatiae de Daoulas, apud Armoricos saepius occurrit.

MARCHALSIA, V. *Mareschalcia.*

MARCHAMENTVM, idem videtur, quod *Marcha*, ius *represaliae.* Charta anni 1381. in Regest. Peiresc. 73. vol. 2. apud Praesid. de Mazaugues: *Quaestio vertebatur, vtrum ciues Arelatenses possent Marcham siue represalias, seu gaiaria contra Massilienses facere, vel imponere per eorum Officiales . . . Possunt laxari seu concedi Marchamenta seu gaiamenta.* Charta anni 1430. in Tabul. Communis Massil. *Vt Massilienses possint et valeant Marchare et Marchamenta et etiam gaierias facere*, nisi sit vectigal quod praestatur pro mercibus quae in *marchas* regni vel prouinciae inferuntur, aut ex iis efferuntur, Gallis *Traite foraine*; ea certe notione occurrit in Charta ann. 1328. in Tabul. Massiliens. *Quod lignum* (nauigium) *quod veniet Massiliam causa cari-*

Digitized by Google

caritandi vinum sit quitum ab omni Marchamento.

MARCHANDA, quae mercaturam facit, Gall. *Marchande.* Charta anni 1309 to. 1. Hist. Dalphin. p. 91.

MARCHANDARI, mercari, negotiari, Gallis *Trafiquer.* Charta anni 1306. to. 2. Hist. Dalphin. p. 126.

† MARCHANDARIA, merx, t. 2. Hist. Nem. Prob. p. 18.

MARCHANDIA. (1) Mercatura, Gall. *Trafic.* Charta anni 1251. apud Thomasserium: Consuet. Bituric. p. 91. (2) Merces, *Marchandise.* Genealogia Comit. Flandr. apud Marren. to. 3. Anecdot. col. 427. V. *Marcadantia.*

MARCHANDISA, merces, ex Gall. *Marchandise.* Matth. Paris.

MARCHANDISIA, mercatura, *Trafic.* Litterae Philippi Pulcri anni 1309. to. 2. Ordinat. Reg. Franc. p. 159.

† MARCHANS, vendibilis, in Codicil. a. 1434. MARCHANDVS, in Ch. Ms. a. 1322.

MARCHANVS, Marchiae seu Prouinciae limitaniae incola. Capitulare Radelchisi Principis Beneuentani cap. 17. de seruis fugacibus: *Quod si suspicio fuerit, vt per consensum Marchanorum nostrorum per nostras marchas extra terram nostram exiuerint, satisfiat, ab his Marchanis.* V. *Marcha 1.*

MARCHARE. (1) Notare, signo aliquo distinguere, Gall. *Marquer.* Charta ann. 1372. tom. 1. Annal. Tolos. inter Instr. p. 96. (2) Pignori capere, V. in *Marcare 2.*

MARCHATA TERRAE, fundus reditus vnius Marcae auri vel argenti. Tabular. Castri Blein. V. *Marcata* in *Marca 1.*

† MARCHATIO, i. q. *Marca* 4, in Ch. Ms. a. 1310.

MARCHATVM. (1) Mercatus, forum, Gall. *Marché.* Charta apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. p. 22. (2) † MARCHATVM BESTIARVM, earum pignus, in Sent. Ms. a. 1390.

MARCHATVS, pro *Marchionatus,* apud H. de Knyghton, ann. 1339. Gallis *Marquisat.*

† MARCHEARE, negotiari, in Arest. Ms. a. 1290.

MARCHEHELAGE, VOX [illegible] Sic Legem Martianam, qu[illegible] ciorum vocant. V. in *Lex i.*

MARCHENSIS vt *Marchio,* [illegible] hac voce.

MARCHERIAE, gradus, *Marches.* Bernardi Monachi Cluniac. part. 1. cap. 33. *Q[illegible] processioni inseruiunt, ordine[illegible] ante altare Crucifixi extra M[illegible] as versis vultibus ad Conuen[illegible] Marchia 2.*

† MARCHERVM, perperam e[illegible] pro *Marchetum,* t. 4. Ordin[illegible] Franc. p. 641.

MARCHESATICVS, Marchionatus, Ital. *Marscheſato,* Gall. *Marquisat.* Chron. Parmense ad ann. 1307. apud Murator. to. 9. col. 865. V. *Marchio.*

† MARCHESCHIA, martium, trimestre frumentum, in Ch. Ms. a. 1217. V. *Marceschia.*

† MARCHESIVM, i. q. *Marchesium,* in Ch. Ms. a. 1236.

MARCHESVM, palus, locus palustris, Gallis *Marais.* Tabular. S. Sergii Andegau.

MARCHETA, MARCHETVM. Regiam Maiestatem, lib. 4. cap. 31. *Sciendum est, quod secundum assisam terrae Scotiae, quaecunque mulier fuerit siue nobilis, siue serua, siue mercenaria, Marcheta sua erit vna iuuenca, vel 3 solidi et rectum seruientis 3. denarii. Et si filia liberi sit, et non domini villae, Marchata sua erit vna vacca, vel 6. solidi et rectum seruientis 6. denarii. Item Marcheta filiae Thani, vel Ogetharii, 2. vaccae vel 12. solidi. Item Marcheta filiae Comitis, est Reginae 12. vaccae etc.* In quem locum sic Skenaeus: *Marchequum significat prisca Scotorum lingua. Hinc deducta metaphora ab equitando, Marcheta mulieris, dicitur virginalis pudicitiae prima violatio, et delibatio, quae ab Eueno Rege, dominis capitalibus fuit impie permissa, de omnibus nouis nuptis prima nuptiarum nocte. Sed et pie a Malcolmo III. sublata fuit, et in hoc capite certo vaccarum numero et quasi pretio redimitur.* Id hausit ex Hectore Boëthio lib. 3. et 12. Histor. Scotor. p. 260. *Consuetudo olim ab Eueno tyran-*

*anno inducta, vt domini praefe-
re in suo territorio sponsarum
nium virginitatem praeliharent,
midiata argenti marca vnam noctem
praefectorum vxoribus redimente
nsa; quod etiamnum pendere co-
tur, vocantque vulgo Marckettam
ierum.* Alii a *Marca* vocem de-
cunt, quod, vt ait Buchananus
. 7. eumdem Malcolmum (ann.
citer 1090.) vxoris suae preci-
us concessisse ferunt, vt primam
ouae nuptae noctem, quae Proce-
ibus per gradus quosdam ex lege
ueni debebatur, sponsus dimidia
argenti marca redimere posset, at-
que inde eiusmodi Pensionem *Mar-
chetam* appellatam. At *Marchetum* in Anglia, spectauit tantum eos, qui obnoxiae conditionis erant, non vero liberos. Bracton. lib. 2. cap. 8. §. 2. *Merchetum vero pro filia dare non competit libero homini, inter alia propter liberi sanguinis priuilegium, etc.* Vetus Scheda apud Spelmannum: *Merchetum, hoc est, quod Sokemanni et natiui debent soluere pro filiabus suis corruptis siue defloratis, 5. solid. 4. den.* id est, ni fallor, ne corrumpantur aut deflorentur a suis dominis in prima nuptiarum suarum nocte. Nam apud Anglos obtinuit, vt *Merchetum* diceretur ea praestatio, quae pro *licentia nubendi* dabatur. Ex tenta manerii de *Wiuenho* sub Edw. III. MERCHETVM SANGVINIS, in Fleta lib. 3. c. 13. §. 1. inter viliſſima seruitia recenſetur. V. *Maritagium.*

MARCHESTA, vt supra *Marceschia*, martium, seu trimestre frumentum. Charta Ioannis Regis Fr. an. 1362. in Reg. 91. Tabular. regii Ch. 390.

MARCHET-FVDER, pabulum equorum, stramentum, palea a Germanico *March* equus, et *Futter*, pabulum; eadem notione qua *Fodrum*, quod vide. Charta Friderici II. Imp. in Metrop. Salisburg. t. 1. p. 380. MARCH-FVTTER eadem notione. Litterae Friderici Ducis Austriae et Styriae, anni 1243. apud Ludewig. to. 4. Reliq. MSS. p. 222. Chron. Mellicens. p. 144.

MARCHETVM. (1) Mercatum, forum, nundinae, Gall. *Marché*, German. **Markt.** Charta Rogeri de Buliaco in Monastico Anglico to. 1. pag. 553. (2) Alia notione, V. *Marcheta.*

MARCHEVS, Marchio, custos limitum. Ioann. Abbas, in Chronico Casinensi. *Marcheos tamen ad incolarum tutamina dimisit.*

MARCHEXATVS, Marchionatus, Gall. *Marquisat.* Rolandinus Patauinus de factis in Marchia Taruis. lib. 12. cap. 8. apud Murator. to. 8. col. 351.

† MARCHEYVM, mercatum, forum, in Feud. Normann. Ms.

MARCHFALLI, ab equo depositio, ex *march*, equus, et *fall*, casus. Lex Bajw. tit. 3. c. 3. *Si quis aliquem de equo suo deposuerit, quod Marchfallî vocant, etc.* Vbi Editio Heroldi tit. 18. *Marachfalli.*

MARCHFVRT, praestatio martii seu trimestris frumenti, († seu potius i. q. *Marchet-Fuder.*) Charta Friderici Ducis Austriae et Styriae anni 1243. apud Ludewig. tom. 4. Reliqu. MSS. p. 228. V. *Marceschia.*

MARCH-FVTER, V. *Marchet-fuder.*

MARCHIA, (1) Nota, sigillum. Chron. Cremon. apud Murator. to. 7. col. 640. V. *Marcha 5.* (2) Gradus, a Gall. *Marché. Bassae marchiae*, ordo inferior dictus, quod publicis comitiis infimas sedes teneat. Homagium Iohannis IV. Ducis Britan. apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. p. 526. *Licet in bassis Marchiis dicatur, quod ipse vobis tenetur ad homagium fidelitatis ratione sui Ducatus et Pareriae Franciae duntaxat, attamen etc.* V. *Marcheriae.* (3) Marchionatus. Speculum Saxonic. L. 2. art. 12. §. 5. Adde Wichbild. Magdeburgense art. 10. §. 1. (4) † Idem quod *Marescalcia*, ap. Pez. t. 6. Anecd. part. 1. p. 346. (5) Limes, V. *Marcha.*

MARCHIABILIS, modus agri certis limitibus seu *Marchis* definitus. Charta anni 1375. apud Baluz. to. 2. Histor. Aruern. pag. 208. Et p. 209. *Marcialibus, decimis, parceriis etc.* V. *Bonnarium.*

Digitized by Google

† MARCHIAGIVM, i. q. *Marciagium* 2. in Ch. Mſ. a. 1406.

MARCHIALIS ANNONA, Martium, trimeſtre frumentum. Gall. *Blé Marſois*. Litterae Roberti Carnot. Epiſcopi e Tabular. S. German. a pratis: *Decimam de Cardonello monachi propriam habuerint, ſed tamen annuatim inde dederint Presbytero duo ſextaria annonae Marchialis.* V. *Marceſchia.*

MARCHIANI, Marcae Anconitanae incolae, quae et *Marchia* dicitur, in Actis Innocentii III. PP. p. 4. n. 12. *Marchiare* dicitur de eo, qui vicinus eſt, et conterminus. Charta anni 1380. apud Rymer. to. 7. p. 246. *In Comitatibus praedictis, qui eidem terrae Walliae immediate adiacent, et Marchiant.* Alia anni 1421. apud eumd. to. 10. p. 132. *Adeo plene et libere, ſicut aliqui dominorum Marchiantium in dominiis et Marchiis ſuis Walliae habent, et vtuntur.*

MARCHIARE, V. in *Marchiani.*

MARCHICOMES, Marchio et Comes, in Vita S. Wolfgangi Epiſcopi Ratispon. c. 14. (et in Vita S. Ramuoldi Abb. num. 1. et 22. ſaec. 6. Bened. part. 1.)

MARCHILEIVM, mercatum, forum, Gall. *Marché.* Armoricis *Marchallach.* Charta anni 1206. to. 2. Hiſt. Britan. p. 329.

† MARCHILIVM, palus, locus paluſtris, in Ch. Mſ. a. 1218. V. *Marcheſium.*

MARCHIMVOTTA. Vetus Charta in Metropoli Salisburgenſi to. 3. pag. 497. *De Duce Bauariae habet Cometiam in Luitchental. a Duce Orientalis Prouinciae, de praediis ipſis Comitis, in terra ipſa poſitis, habet modios qui vocantur Marchimuottae, et iuſtitiam operum, quae in vrbibus Ducis fieri debent, etc.*

MARCHIO. (1) MARCHIO, MARCHISVS, MARCHIENSIS, etc. Marcae vel Marchae ſeu Prouinciae limitaneae Praefectus, Comes Marcae Praepoſitus. Papias. *Marca dicitur Comitatus terrae alicuius, vnde ipſe Comes Marchio dicitur.* Ioan. VIII. PP. Epiſt. 21. *Quidam videlicet ex vicinis noſtris, quos Marchionet ſolito nuncupatis, etc.* V. Capitul. 4. Caroli M. incerti anni cap. 5. MARCHENSIS, in Annalibus Francor. Fuldenſibus ann. 886. 891. 895. MARCHISVS, Hincmaro. Epiſtola de Ordine Palatii c. 30. *inter Marchiſos in qualibet regni parte ad aliud tempus dextrae datae fuiſſent, etc.* MARCHISANVS, in Bulla Nicolai V. PP. an. 1451. in Bullario Carmelit. pag. 225. *Inter alia voluit et ordinauit, quod de tribus millibus librarum monetae Marchiſanorum, etc.* MARCHISARIVS, in Charta anni 1371. *Ludouicus Marchiſarius de Salerno miles, etc.* MARCHISINVS *de Bonelda*, in Annal. Caeſenat. ad. 1316. apud Murator. to. 14. col. 1135. MARCHISIVS, Tabular. S. Florentii. MARCHIO PALATINVS, cui adnexa erat Palatini Comitis dignitas, in ea *marchia*, quam regebat: occurrit apud Petr. de Vineis lib. 2. Epiſt. 48. lib. 3. Epiſt. 79. MARKISVS, in Vita MS. S. Folquini Taruan. Epiſc. ex Bibl. Bertiniana. MARQVESIVS. Charta anni 1366. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 343. MARQVISIVS, in Hiſt. Tullenſi pag. 511. MARQVISVS, in Charta anni 965. ex Tabul. Montis S. Michaëlis. MARQVISIA, Marchioniſſa, Gall. *Marquiſe.* Regeſt. Parlamenti ann. 1403. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 342. MARCIONISSA, eadem notione, in Charta anni 1124. apud Calmet. to. 2. Hiſt. Lotharing. col. 275. (2) MARCHIONES, Marchiae incolae, ſeu Marchiani milites. Eſt autem *Marchia*, limes Angliae proxime Walliam, hodie *The Marches.* Radulphus de Diceto in Imag. Hiſt. ann. 1173. *Receptus eſt intra burgum Marchionum caeteruis Brebantinorum cohortibus, faciem ſuam praecedentibus.* Et mox: *Brebantinis et Marchionibus in direptionem ceſſerunt.* (3) MARCHIO, moneta comitum Marchiae, paſſim in veteribus diplomatis.

MARCHIONALIS DIGNITAS, V. *Bannerialis.*

MARCHIONATVS, Gall. *Marquiſat.* Chart. anni 1122. apud Miraeum tom.

Digitized by Google

tom. 1. pag. 84. *Danense Karolo Marchionatum administrante in Flandria.* Et alibi passim.

† MARCHIONITA, *Marchiae* seu prouinciae limitaneae iudex. Ch. a. 1166. in Prob. Annal. Praemonstr. p. 698.

† MARCHIPEDIVM, i. q. *Marchipes*, in Chartul. eccles. Carnol.

† MARCHIPES, tapes quo tabulatum insternitur. Inuent. Ms. a. 1335.

† MARCHIPIS, tabulatum, Gall. *Marchepied.* Inuent. Ms. a. 1476.

† MARCHISANA, marchionissa, Ital. *Marchesana.* Ch. a. 1224.

MARCHISINVS, MARCHISIVS, etc. V. *Marchio.*

MARCHITIMVS, limitaneus. Gauterius Cancellarius de Bellis Antioch.

† MARCHIVS, pro marca, pondus. Stat. ant. Florent. V. *Marca 1.*

MARCHIXAGA, monetae species, forte sic dicta, quod in districtu Marchionis in vsu esset. Chron. Estense ad annum 1393. apud Murator. to. 15. col. 529. *Dominus* (Albertus Estensis) *Marchio dictam capellam, dotauit insignibus introitibus annuatim librarum mille Marchixagarum summam capientibus.*

MARCHOCIA, MARCHORIA, equile, stabulum equorum, Gall. *Ecurie.* Armoricis *Marchaucy.* Charta anni circiter 1297. to. 2. nouae Gall. Christ. inter Instr. col. 453. V. *Mareschalcia.*

MARCHONATICVS, pabulum equorum, ius exigendi *fodrum.* Charta anni circ. 813. to. 1. nouae Hist. Occitan. inter Instr. col. 37. V. *Marches-fuder.*

MARCHVM, idem quod *Marca*, pondus. Charta anni 1147. apud Rymer. to. 5. pag. 571.

MARCHVS. (1) Scopus vuarum, racemarum, Gall. *Marc de vin.* In Statutis Synodalibus Odonis Episcopi Parisiensis caueatur, *ne aliquis Christianus retineat apud se Marchum vindemiarum, quem Iudaei calcant aliquo modo, etc.* Tabular. Eccles. Carnotensis, a. 1218. Charta 145. *Et ad vindemiatores conducendos et racemos colligendos et folandos, et Marcum in torcular premendum, etc.* (2) Idem ac mox *Marchum*, in Annal. Mediolan. ann. 1389. apud Murator. tom. 16. col. 809.

MARCHZAN. Lex Alemann. tit. 63. §. 5. *Si quis dentem abscinderit, quem Alemanni Marchzan vocant, etc.* Lex Bajwar. tit. 3. cap. 1. §. 24. *Si quis alicui dentem maxillarem, quem Marchzan vocant, eucusserit etc.* Edit. Heroldi tit. 16. *Marchzant.* Vbi Lindenbrog. dentes terminales ita appellari posse putat, id est, qui caninos a maxillaribus dentibus separant, quos nunc Germ. *Scheidelzanen* appellant.

MARCIA, vox Italica, rei cuiusuis sex, Gallis *Marc.* Statuta Vercel. lib. 7. p. 150. vo. *Item statutum est, quod si homo, vel aliquis de familia sua aliquas scripturas, . . . compostam Marciam in rugiis vel plateis, vel viis proiecerit, etc.*

MARCIABILIS, V. *Marchiabilis.*

MARCIAGIVM. (1) Martium seu trimestre frumentum. Gall. *Blé Marsois.* Charta anni 1225. in Tabul. Eccles. Carnot. n. 203. V. *Marcesschia.* (2) Ius, quod domino censuali et directo competit, percipiendi fructus vnius ex tribus annis, aut medietatem eiusdem anni ratione fructuum ex industria procreatorum. *Droit de Marciaige*, vel *Marciage, Marcier*, ad calcem Consuetud. Burbonensis. Charta anni 1308, in Tabul. Medii Monasterii Bituric.

MARCIALIS ANNONA, V. *Marcesschia.*

† MARCIATON, vnguenti genus, t. 2. Monum. sacr. antiq. p. 322.

MARCIDARE, *turpare, dissipare*, in Gloss. Arabico-Latinis.

† MARCIDITAS, *marcor, flaccor.* in Glossar. Prou. Lat. God. 7657. V. *Marcor.*

MARCILIS. Chronicon Andegauense anni 1163. to. 1. Bibl. Labbei: *Hoc anno Rodulfus Senescallus tum temporis in Santonia extorsit a Pagano Priore S. Georgii de Olerone, 150. nummos, inscio Abbate Gerardo, et 12 scyphos argenteos Marciles.* Forte qui vnam marcam appendebant.

MARCIO, latomus, V. *Macio.*

MARCIONISSA, V. *Marchio.*

MARCISCA, vt *Marceſchia*, V. in hac voce.

MARCIVM, V. *Mareium.*

† MARCOCIA, ius herbam inmaturam depaſcendi. Tabul. Priorat. Longipont. V. *Marcouceia.*

† MARCONES, mendoſe, vt videtur, pro *Martures*, ap. Pez. t. 6. Anecd. part. 1. p. 285.

MARCOR, ſopor, Gall. *Aſſoipiſſement.* Regula monaſt. S. Caeſariae to. 1. Ian. p. 731. Eadem notione Celſus lib. 3. cap. 20. *In hoc* (lethargo) *Marcor et inexpugnabilis perdormiendi neceſſitas.*

† MARCOROSVS, ſurculis abundans, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ. V. *Malholhus.*

MARCOSI SOLIDI, V. in *Solidus.*

MARCOVCEIA. Charta Roberti Comitis Drocarum anni 1205. ex Tabulario Foſſatenſi fol. 21. *Illam pratorum depaſtionem, quam in pratis ſubtus Torciacum ſitis a medio Martio vsque ad 1. diem menſis Maii ſingulis annis habebamus, quae pratorum depaſtio vulgariter Marcouceia vocabatur etc.*

MARCVLVS. (1) *Malleus puſillus*, Iſidoro lib. 19. Orig. c. 17. *Marculus, petit mail, maillet* in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. Martialis Epigr. 57. lib. 12.

> . . . . . *negant vitam*
> *Ludimagiſtri mane, nocte piſtores,*
> *Aerariorum Marculi die toto.*

Martulum ſcripſit Plinius lib. 7. Hiſt. Natur. Eſt autem *Marculus* diminutiuum a ſequente v. *Marcus.* (2) † Diminut. ab Ital. *Marco*, monetae minutioris ſpecies, ap. Barel. in Serm.

† MARCVM. (1) Scopus vuarum, racemorum, Gall. *Marc de vin.* Ch. Mſ. a. 1217. V. *Marchus 1.* (2) Signum, nota, ſtigma, Ital. *Marco.* Stat. crimin. Saon.

MARCVS. (1) *Malleus maior dictus quod maior ſit ad caedendum.* Papias. (2) *Excelſus*, in Gloſſ. Arabico-Lat. (3) Pro Marcha et limite, ſaepe occurrit in Tradit. Fuld. p. 449. (4) Pondus, V. *Marca 1.*

MARDANVM, pro *Maidanum*, V. in hac voce.

MARDANVS, *mas ouium*, in Aragonenſibus apud Michaël. Molino in Repertorio, in voc. *nata: Marcem ouium, qui alii tur Mardanus, ſi aliquis eum puerit, etc.*

MARDARA SCVBA, toga pe muſtellarum inſtructa. Epiſtola ſcurorum virorum. V. *Martur*

MARDARINA PELLIS, V. in *tures.*

MARDEGENA, vuae ſpecies, de Petrus de Creſcentiis lib. 4. c. 4.

MARDERELLVM. Ch. a. 1282. ex Chartul. S. Vandregiſ. t. 1. p. 1029. *Tradidimus et conceſſimus in Feodum et haereditagium perpetuum Radulfo dicto, le Vilain, . . . vnam pechiam terrae, . . . ſitam iuxta domum Roberti Creſpin. . . . et aboudat ad vicum ad vicum pro ante et Marderellum pro retro.* Forte nomen proprium loci alicuius, vt MERDERELLVM apud Senonas, locus quidam ſuburbanus, vulgo *Merderet* vel *Merdat.* Charta Officialis Senon. an. 1275. *Recognouit conceſſiſſe quasdam cameras . . . ſitas ſuper Merderellum ſubtus muros Senonenſes, etc.* † Eſt locus vbi latrinae publicae, Prouinc. *Lou Mardaric.*

MARDRINVS, pelles muſtelarum. Albertus Aquenſis lib. 2. cap. 16. V. *Martures. Mardrinus*, alia notione, occurrit in *Mazer.*

MARDRVM, ſ. pro *Maldrum*, menſurae genus. Vetus charta Cantabrig. apud Somnerum in Tractat. de Gauelkind, pag. 135. *Conceſſi etiam eis quietantiam Mardri infra vrbem.* V. *Maltra.*

MARDVRINA PELLIS, V. *Martures.*

MARE, receptus quarumuis aquarum. Iſidor. lib. 13. cap. 14. ex S. Hieronymo in Quaeſt. in Geneſin: *Mare eſt aquarum generalis collectio: omnis enim congregatio aquarum, ſiue ſalſae ſint, ſiue dulces, abuſiue maria nuncupantur, iuxta illud: Et congregationes aquarum vocauit maria.* Monumentum Ancyranum: *Riuos aquarum compluribus locis vetuſtate labentes refeci, et aquam, quae Maria appellatur, duplicaui. etc. Cum mariſco integro qui vocatur Crocwelle moor.*

Digitized by Google

...or. Fundatio Monasterii S. Cru... Burdegalensis: *Cum Oratorio S. ...i genitricis Mariae cum aquis dul... de Mare salissae, vsque ad Mare ...lcia, cum montaneis, cum pineta, ...m piscatione etc.* Vbi *mare salissae* ...detur esse, quod dicunt *Mer ...ée.* MARE AVSTRALE, mare Tyrrhenum, Gall. *Mer de Toscane*, pars Maris Mediterranei. Charta diuisionis regni inter filios Caroli M. MARE GERONDA, fluuius, vulgo *Gironde*, in Ch. Mſ. Henr. V. reg. Angl. MARE GRAECORVM, mediterraneum. Bracton. L. 5. Tract. 2. cap. 2. §. 3. MARE LEONIS, pars maris Mediterranei ad Galliae littora, vulgo *la Mer des Lions.* Gesta S. Ludouici an. 1269. MARE MAGNVM, non modo vereres vocarunt *Mare* illud, quod *Mediterraneum* dicimus, vt obseruauit Turnebus lib. 19. Aduers. cap. 20. lib. 20. cap. 26. Sed etiam Scriptores mediae aetatis, atque in iis Sidon. in Panegyric. Maioriani v. 394. Senator. lib. 4. Ep. 50. lib. 13. c. 16. MARE MAIVS, idem quod *Mare magnum.* Conuentiones Michaelis Palaeologi Imper. et Genuens. a Cangio descriptae in Hist. Franco-Byzant. p. 11. MARE ORIENTALE, pars oceani Septentrionalis seu maris Baltici. Praeceptum Ludouici Pii to. 1. Capitul. col. 683. MARE PETROSVM, mare Adriaticum. Breuiloq. *Adria est mare petrosum, et dicitur ab Adros Graece, id est, Petra, eo quod magis est petrosum quam alia maria.* MARE SCOTIAE, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiae cap. 8. §. 1. appellari ait Skenaeus amnem seu fluuium, cui nomen est *Fortha:* cuius aestuarium *Lothianam* et *Tesam* prouincias separat, et reliqua omnia aestuaria in hoc regno magnitudine superat, ideoque *Mare Scoticum* dicitur. Ita Bracton. lib. 1. *Forthaen*, mare Scoticum vocat p. 14. MARIA QVATVOR. Statutum de Religiosis ann. 7. Edw. I. Regis Angliae: *Et si omnes huiusmodi capitales domini huiusmodi feodi, qui plenae aetatis fuerint, infra quatuor Maria, et extra prisonam, per vnum annum et dimidium negligentes fuerint, vel remissi in hac parte etc.* MARE VITREVM, vasis species. Charta Hugonis Ducis Burgund. to. 6. Spicilegii Acher. pag. 456. *Capsae argenteae, . . . vrceolum, Mare vitreum vnum, corona argentea vna, etc.* MARE incerta notione, nisi *paludem* sonet. Vetus pactum nuptiale MS. anni 1129. *Excepto vsufructu feudi Guillelmi Montispessulani et drudaria Pontii Raimundi, et vnius Maris.*

† MAREA, marinus piscis, Gall. *Marée*, t. 6. Ordin. reg. Fr. p. 407.

MAREARCHVS, MARISARCHVS, Amiralius, Thalassiarcha, vel Praefectus maris; vox ex Latina et Graeca compacta, apud Henricum Knyghtonem, in Edw. III. et Ricardo II.

MAREARE, mare nauigare, Hispanis *Marear*, Ital. *Mareggiare.* Charta anni 1231. ex Archiu. Castri Nannet. *Salui conductus et victualium pro nauigantibus seu Mareantibus per Mare Britannicum.*

MARECALCIA, V. in *Mareschalcus.*

MARECLA, partes maritimi dici videntur in Annal. Caesenat. ad an. 1297. apud Murator. to. 14. col. 1115. *Caesenates cum Romagnolis . . . et Imolensibus cremauerunt citra Mareclam quasi totum Comitatum Arimini et Lonzanum.*

MAREDES. Charta Hispan. ann. 955. apud Sandouallium: *Offero et concedo Ecclesiam sanctae Mariae de Flebenia, quae est sita in Alfoz, de Celorico, cum Ecclesia S. Romani et cum haereditatibus, et collatus, et cum quantum ibi ad me pertinet, et illam meam Maredes, quae est in Alfoz de Ceroceda etc.*

MAREDVS, *madidus, vdus.* Papias.

MAREIVM, mercatum, forum, Gall. *Marché*, (vel pro *Martreium.*) Charta Philippi Augusti. Franc. Reg. ann. 1201. apud Stephanot. to. 13. Fragm. Hist. MSS. p. 176. Eadem habentur in Charta eiusd. Regis ann. 1186. to. 4. Ordin. p. 67. vbi pro *Mareio* editum *marcio*, vnde suspicor id intelligendum de feriis quae Mense Martio Aureliae habebantur.

MARELARIVS, V. *Marrelarius* 2.

† MARELIVM, palus, locus paluſtris. Tabul. vallis B. M. V. *Marchilium.*

MARELLA. *Ludere ad Marellas, Jouer aux Marolles vel Marelles*, ludi genus notiſſimum, in Statutis Montis Regal. p. 178. V. Menag. in Originib. Gallic. V. *Merelle*, et infra *Marrella.*

MARELLVS, V. *Merallus.*

MAREMIVM, V. *Materia.*

MAREMMA. (1) Vox Italica, regio maritima, ora. Chron. Aſtenſe, ad ann. 1312. apud Murator. to. 11. col. 236. V. *Maritimae.* (2) † Caplus, vt videtur, Gall. *Flotte marchande*, ap. Murat. t. 4. Antiq. pag. 398. V. *Mareare.*

MARENA, Dalmatis dictum videtur triburum de mercibus, quae ex mari importantur, perſolui ſolitum. Charta Gregorii II. Comitis ciuitatum Dalmatiae anni 1315. apud Ioh. Lucium lib. 4. de Regno Dalmat. cap. 13. *Item quod de tributo ciuitatis et Marena cum nos Medietatem habemus, et aliam mediet Almiſſ. etc.*

† MARENCIA, mulcta pro leuioribus delictis, in Stat. Mſ. eccl. Tull. V. *Marancia.*

† MARENNVM, MARENVM, materia lignea, in Ch. a. 1208. et 1261. V. *Materia.*

† MARENSALIX, ſalicis ſpecies, Gall. *La ſaule mâle*, in Ch. Mſ. a. 1217. V. *Marſalix.*

MAREPAHIS, *Marepalis, Marepaxis*, V. *Marpahis.*

MARES, Palus, ſtagnum. Charta Ludouici Pii, anni 832. apud Felibian. in Hiſt. S. Dionyſii p. 111.

MARESCAGIVM. (1) V. infra *Mariſcus.* (2) † Ius *marcandi* ſeu ſignandi ligna, in Areſt. Mſ. a. 1351.

MARESCALCIA. (1) Vexatio et praedatio *Mareſcallorum*, V. *Mareſcalcus 4.* Charta Odonis Duc. Burgund. anni 1102. ex Tabul. S. Benigni. *Relaxaui . . . Monachis Diuionenſibus . . . percurſus, Mareſcalcias, brennarias, arbergarias, cautiones et ſuperprifias.* Tabul. Cellianenſe: *Et 1. agnum et 6. den. pro eo, et 1. gallinam et Mareſcalciam, diurnalem, et medietatem vnius molendini.* V. Chartam Luxouienſem in bus S. Columbani p. 333. anni 1293. in Tabulario Eccleſ tilliodorenſis, fol. 44. *Mareſc quas acquiſierunt, a Conſta Franciae apud Apoigniacum*, iura Mareſcallorum, ſeu qua reſcallis competunt. Erat autem *reſcalliae* praeſtatio in Prouincia benſi duorum bichetorum ſili quae ab iis potiſſimum exige qui animalia aratoria habebant. *reſcallia* vero dicta haec praeſta *March*, equus, quod foeno, ſtipula, ſtramine, aliaque ad equos pertinente, annona praecipue exſolueretur. MARASCALIA, idem. Spicileg. Acher. to. 9. p. 129. *Dimitto . . . conſuetudinem quam pater meus et ego accipiebamus ritu temerario, in quadam poteſtate eorum Cuſſiacus ad equos noſtros ſiue ad canes, quam vulgo Marraſcaliam et canariam appellant.* Hinc patet vocis etymon. MARECALCIA, eadem notione. Tabul. S. Iuliani Cenoman. MARESCALCIATA. Charta Gaufridi Vicecomitis Caſtriduni, anni 1232. pro Monaſt. Bonae vallis ex Tabul. eiusd. MARESCALLIA. Charta ann. 1193. MARESCHAVCIA, eadem notione, qua *Mareſcalcia*, Charta Philippi VI. Regis Fr. anni 1331. ex Tabul. Bonaeuallis Monaſt. MARESCISCALCIA. Index MS. redituum Monaſt. Corbeienſ. MARISCHACHIA. Charta anni 1140. to. 4. Gall. Chriſt. inter Inſtr. col. 172. (2) Carcer Londinenſis, V. *Mareſcalcus* 2. et *Mareſchalcia.*

MARESCALCIALIS, ad officium et dignitatem *Mareſcalli* pertinens. Charta anni 1559. apud Rymer. to. 15. p. 536.

MARESCALCIATA, V. *Mareſcalcia.*

MARESCALCVS, MARSCALCVS, etc. (1) Equiſo, Curator vel Praefectus equorum, ex Germ. *march* vel *marach*, equus, et *ſchalch*, potens, magiſter, vt eſt apud Rhenan. lib. 2. Rer. Germ. vel famulus, miniſter, vt apud Cluuer. in German. antiqu. lib. 1. c. 8. Lex Salica: *Si quis Maiorem Infertorem, Scancionem, Mariſcalcum ſtratorem . . . occiderit,*

Digitized by Google

etc. Lex Alemann. tit. 79. *Si Marifcalcus, qui ſuper 12. eſt, occidatur, 11. ſolid. com-*. MARASCALCVS, ex , equus, de qua voce ſupra. ul. Caroli C. tit. 1. cap. 13. *ndo Maraſcalcos ſuos ad fodrum ignunt.* V. mox in *Mareſcalcia.* RCHALCHVS, in Charta anni 5. apud Schannat. Vindem. litter. 35. MARESCALCHVS, in An- Mediolan. apud Murator. to. 16. 828. MARESCALLVS, in Le- us Palat. Iacobi II. Reg. Maioric. 3. SS. Iunii p. XXIII. MARES- ALVS. Anecdota Murator. to. 3. 219. MARESQVALQVVS. Char- ann. 1220. to. 1. Hiſt. Dalphin. pag. 93. MARISCALCVS. Charta anni 1077. to. 2. Gall. Chriſt. inter Inſtr. col. 351. MARSCALLVS, in Charta ann. 1233. inter Inſtr. Hiſt. Alſatiae p. 37. MARESCALLI, ſeu Equiſonis officium, fuſe explicatur in Ordinat. domus Humberti II. Dalphin. an. 1340. quam conſulas licet, to. 2. Hiſt. Dalph. p. 394. MARSCALCVS, in Capitul. 2. anni 813. cap. 10. MARSCHALCVS. Conſtituio Caroli Craſſi Imp. de Expedit. Romana §. 6. MARESCAVLVS, in Chartul. Campan. (2) MARESCALLI, poſtea dicti, qui exercitibus et copiis militaribus praeerant. Ducibus interdum dignitate et imperio inferiores, vt qui Conſtabulo ſuberant. Vnde Budaeus *Mareſcallos* eſſe apud Gallos opinatus eſt, qui Graecis πολέμαρχοι dicti. Matth. Pariſ. ann. 1214. *Rex autem Ioannes conſtituerat Mareſcalcum illius Exercitus Willelmum Comitem Sarisberiae, cum militia Regni Anglorum.* Frideric. in Conſtit. Sicul. lib. 2. tit. 20. *Quae omnia per Mareſcalcum noſtrum, vel per alium qui exercitui de mandato noſtro pro tempore praeerit, probari debebunt. Mareſcalli*, qui apud Gallos ſecundus a Comite ſtabuli, praecipua haec ſuit praerogatiua, vt primae ſcilicet exercitus fronti praeeſſet: quae tandem dignitas eo peruenit, vt a Regibus exinde cautum fuerit, ne haereditario iure in eadem familia permaneret. Charta anni 1223. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1175. *Ego Iohannes Mareſcallus D. Ludouici Regis illuſtris, notum facio vniuerſis . . . me ſuper ſacroſancta iuraſſe ipſi D. Regi quod non retinebo equos nec palefridos, nec roncinos, redditos ad opus meum, ratione miniſterii mei, quod habeo de dono ipſius D. Regis. Nec ego, nec haeredes mei reclamabimus Mareſcalliam, inre haereditario tenendam et habendam.* MAGNVS MARESCALLVS, apud Anglos, qui *Comes Mareſcallus*, interdum dicitur, vt in voce Comes adnotauimus. V. Matth. Pariſ. an. 1233. pag. 263. MARESCALLVS AVLAE, et *Mareſcallus intrinſecus*, apud Anglos, cuius officium eſt, *menſis praeparatis, mappis ſtratis, intrinſecos et extrinſecos ſecundum facultates ſuas euocare, et decenter et curioſe collocare, et indignos eiicere, non permittere canes aulam ingredi, et toti familiae Regis, ipſo monente hoſpitia liberare*, in Fleta lib. 2. cap. 15. *Intrinſecus* dicitur eidem Scriptori eodem lib. c. 5. §. 2. Liber rubeus Scacarii Anglici fol. 30. MARESCALLVS REGIS DE FEODO, dicitur in Statuto 2. Weſtmonaſt. c. 46: vbi eadem de hominiis Baronum habentur. Hinc *Mareſcalliam* teneri a Rege legimus in Charta Edw. I. Regis Angl. anni 1287. apud Rymer. to. 2. p. 353. MARESCALLVS CVRIAE, in Bulla aurea Caroli IV. Imper. cap. 27. MARESCALLVS BANCI REGII, apud Anglos *Mareſchal du Banc le Roy*, in Statuto Edwardi III. an. 5. c. 8. cui potiſſimum incarceratorum cura incumbebat. Inde *Mareſchalcia* dictus ipſe carcer Londinenſis. V. Placita Coronae lib. 2. p. 73. † MARESCALLVS CAMPI, qui exercitibus caſtra praeparat, Gall. *Marechal de camp*, in Ch. Mſ. a. 1233. MARESCALLVS FIDEI, dictus Guido de Leuis, Mareſchallus exercitus Cruceſignatorum contra Albigenſes, vt auctor eſt Tillius; ſed idem in Charta, quam ipſemet exarauit anno 1229. in 30. Regeſto Archiui Regii Ch. 75. ſic inſcribitur, *Guido de*

Digitized by Google

de Leuiis Mareſcallus domini Regis Franciae illuſtris, in partibus Albigenſium. Ita vt titulus Mareſcalli Fidei a vulgo ei attributus ſit, quod pro Fide catholica militaret. MARESCALLVS FORINSECVS, ad diſcrimen *Mareſcallae aulae*, qui *intrinſecus* Anglis dicitur, vt eſt in Fleta lib. 2. c. 4. Eiusmodi autem Mareſcalcia (verbis vtor eiusdem Scriptoris) eſt quaedam Magna Sergentia Regis Comiti Norfolcienſi in feodo commiſſa, cui, cum perſonaliter pro Sergentia illa debitum Regi ſeruitium facere non ſemper poſſit, licet loco ſuo quemdam Militem conſtituere, aſſenſu tamen regio interueniente, qui vice dicti Comitis faciat quae fuerint facienda: cui quidem ſeruienti commiſſa eſt, virga coram Rege deferenda, quae ſignificat pacem, vnde *Virgata* appellatur ſpatium 12 leucarum, quae ſequitur Regem, vbicumque fuerit. In omni autem guerra ſeu Bello Regis, eius eſt officium, eſſe in prima acie, et loca aſſignare toti exercitui, et vniuerſis, in quibus erunt moraturi, etc. MARESCALLVS INTRINSECVS, V. ſupra *Mareſcallus aulae.* MARESCALLI TEMPLI *S. Ioannis* Hieroſol. apud Iacob. de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Hieroſol. p. 1138. 1139. Statuta Ordin. S. Ioannis Hieroſ. tit. 19. *Mareſcallus Baiuliuus conuentualis venerandae linguae Aluerniae vocabulum eſt militare, quod Galli a Germanis acceptum vſurpant, quo nomine Tribunos militum vocant.* V. Chronic. Flandr. c. 32. MARESCALLVS *exercitus Dei et Eccleſiae ſanctae.* V. Matth. Pariſ. ann. 1215. p. 177. (3) Qui hoſpitia Magiſtratibus ac dominis ſuis parant, olim *Manſionarii*, hodie Gallis *Marechaux des logis.* Hugo de Cleriis de Maioratu et Seneſcallia Franciae: *Si Comes perrexerit ad Curiam D. Regis, Seneſcallus praecipit Mareſcallis D. Regis vt praeparent et liberent hoſpitia Comiti.* Charta Friderici I. Imp. anni 1185. apud Puricellum in Ambroſiana Baſilica p. 1030. *Et reſeruato in Modoëtia quod Mareſcalco noſtro, vel Regis liceat ibi hoſpitia aſſignare.* Id porro muneris primitus fuiſſe *Mareſcallorum* militum, quod et ii in exercitibus caſtris loca idonea praepararent, vnde *Proteſtratores* a Graecis appellatos docuimus ad Cinnamum pag. 275. (4) MARESCALLVS, in domibus priuatis nobilium, cuius officium deſcribitur in Fleta, L. 2. cap. 74. Lindwodus in Prouinciali Cantuar. lib. 3. tit. 22. Mareſcallos Epiſcoporum eos eſſe, ait, qui regunt eorum aulas et interiora. In eiusmodi Mareſcallos, ni fallor, inuehitur Petrus Bleſenſis Epiſt. 14. V. *Mareſcalciae.*

† MARESCALIA, equile, ſtabulum equorum, in Obituar. eccleſ. Lingon. V. *Mareſchalcia.*

MARESCALLIA, V. in *Mareſchalcia, Mareſcalcus* 2. et *Mareſcalciae.*

MARESCALLVS, V. *Mareſcalcus.*

† MARESCALSIA, officium *Mareſcalli* nomine feodi poſſeſſum. Reg. Feud. Normann.

MARESCHAGIVM. Tabular. S. Dionyſii anni 1267. *Vendidit Abbati S. Dion. quosdam reditus et vſagia ... apud Argentolium: qui reditus Curſus et Mareſchagium vulgariter nuncupantur, pro quadraginta libris Pariſ. etc.* V. *Mareſcagium* in *Mariſcus.*

MARESCHALCIA. (1) Catholicon Armoricum: *Marchaucy*, Gall. *Eſtable a Chevaux. Lat. Equiſtratium.* Matth. Pariſ. an. 1252. *Vbinam eſt Mariſchalcia ad equos noſtros ſtabulandos.* (2) MARESCHAVCHIAE SERVITIVM, in Charta anni 1284. to. 1. Chartular. S. Vandregeſ. p. 853. *Vendidi conceſſi . . . viris religioſis domino G. Abbati et Conuentui, S. Vandregeſili pro quindecim libris Turon. totum ius et omne illud quod habebamus . . . in Abbatia S. Vandregeſili ratione cuiusdam ſeruitii, quod vocatur ſeruitium, de la Mareſchauchie, et quidquid nobis ratione Mareſchauchiae debetur.* (3) MARESCHALSIA, ſeu *Mareſcallia*, vel *Mareſcalcia*, carcer curae et fidei, *Mariſcalli domus Regiae* apud Anglos commiſſus, qualis ille in ſuburbiis Londinenſibus, vulgo *the Marſhalſi* dictus. Henricus de Knyghton. anni 1330.

MARE-

Digitized by Google

MARESCHALLVS, V. *Mareſcalcus.*

MARESCHAVCHIA, V. *Mareſchalcia.*

MARESCHAVCIA, V. *Mareſcalciae.*

† MARESCHAVSSIA, i. q. *Mareſcalia*, Gall. *Mareſchauſſée*, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1397.

MARESCHEIVS, vt *Mariſcus*, V. in hac voce.

MARESCHIA. (1) Idem quod *Mariſcus.* Tabular. Eccleſiae Gratianopolitanae ſub Hugone Epiſcopo fol. 50. V. *Marcaſium.* (2) V. *Marceſthia.*

MARESCHVS, f. mercatum, forum, Gall. *Marché.* Chartularium S. Vandregeſ. tom. 2. pag. 2032. *Et modium et dimidium bladi quod valeat avenam Mareſchi*, i. pretii quo auena in foro diſtrahitur.

MARESCIALVS, V. *Mareſcalcus.*

MARESCISCALCIA, V. *Mareſcalcia 1.*

MARESCOSVS, MARESCVM, MAREZIVM, etc. V. *Mariſcus.*

MARESQVALCVS, V. *Mareſcalcus.*

MARESMVS. Charta Ludouici VII. Reg. Franc. in Patriarchio Bituricenſi cap. 64. *Quidquid de ligno et ferro, pluma et corio, lana, cannaba, et lino, Mareſmos, et omnia domorum vtenſilia.* Videtur eſſe Gallicum *Marrein*, quoduis lignum aedificandis domibus idoneum. V. *Materia.*

MARESTALLA, MARISTALLA, equile, ſtabulum equorum, Germ. Marſtall. Petrus de Vineis lib. 5. Epiſt. 70.

† MARETEVS, paludoſus, t. 3. Hiſt. Nem. Prob. p. 291.

† MARETINVM, aeſtus marinus, Gall. *Marée.* Ch. a. 1190. ap. Ioſeph. Ignat. in Hiſt. Maior. Abbauil. p. 79.

† MARETVM, a Gall. *Maret*, palus, locus paluſtris, in Ch. Mſ. a. 1153.

† MAREVM, idem, t. 11. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 231.

MARFACA, MVRFACA, ſpecies telae craſſioris. Charta an. 1470. apud Rymer. to. 11. p. 675. *Triginta et ſex arrolios ſiue pecias de Murfaca valoris vnius librae cum dimidia pro qualibet pecia.* Et infra: *Carricauerunt triginta et ſex arolios ſiue pecias de Marfaca, de quo fiunt ſacci valoris vnius librae cum dimidia pro quolibet arrolio ſiue pecia.*

MARGA. (1) Vox Gallica Plinio lib. 17. cap. 6. pro eo, quod *Marlam* dicimus. Idem eod. lib c. 8. *Gliſchromargam genus terrae candidae* vocari apud Gallos et Britannos auctor eſt, ex Anglico *Gliſter*, fulgere, vel Germanico *Glitzeren*, *Glitzen*, et *Gleiſſen*, quod idem ſonat, vt auctor eſt Cluuerius lib. 1. German. antiqu. c. 8. MARGILA, ex *Marga*, vnde Germ. Mergel et Galli *Marle.* Edictum Piſtenſe Caroli Calui §. 29. *Carropera et manopera ex antiqua conſuetudine debent, et Margilam et alia quaeque carricare.* (2) Otho Friſing. l. 2. de Geſtis Frid. cap. 16. *Ferunt quadam die lapidem vi tormenti ex baliſta, quam vulgo Margam dicere ſolent, propulſum.* Verum hoc loco *mangam* legendum pridem monuit Iſaac. Pontanus lib. 6. Orig. Francic. p. 561.

MARGANATICA, eſt tertia vel quarta pars, quae vxori in bonis mariti competit, ex Legibus Longobardorum. V. *Morganegiba.*

MARGARITA. (1) MARGARITA SCIENTIAE, Philoſophia dici videtur, in Litteris Caroli Regentis ann. 1358. to. 3. Ordinat. p. 237. (2) MARGARITAE, dictae Graecis Scriptoribus Eccleſiaſticis ſacrae Euchariſtiae particulae: quippe Sacerdos poſt ſacrificium, dum communicat, hoſtiae quartam partem abſumit, tres reliquas ſummis digitis in particulas, easque minutulas ſuper patena comminuit, quod aptius commodiusque ex pane recenti abſoluitur, cum veteraſcens alias panis, humore abſumpto, in puluerem, vt ita dicam, fatiſcat, quae quidem particulae pro infirmis reſeruantur. Has particulas μερίδας vocat Euchologium, μακρυσίτας Liturgia Chryſoſtomi; *micas*, Paſchaſius lib. de Corpore et Sanguine Domini, *Margaritunt*, Fortunatus l. 3. Carm. 23. ad Felicem Bitur. Epiſc. MARGARITVM, vocatur quaedam crucicula, quae Sanguinem et Crucis Chriſti particulam continebat, in libello de ſanguine Chriſti Augiae aſſeruato, apud Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. p. 704. *Agillimus erga domi-*

Digitized by Google

dominam suam interuentor existebat (Tougolfus) *quatenus . . . . fulgidissimum Margaritum ad Monasterium condonare dignaretur . . . Postquam praedicta Dei cultrix saepe nominatam cruciculam ad monasterium magna sub deuotione transmisit.* (3) Apostata, V. *Magarita.*

MARGARITARII, concharum margaritariarum inuestigatores, qui vrinando se in profundum mittunt, apud Firmicum lib. 8. Matth. c. 16.

MARGARITION, margarita. Vox interdum vsurpata in epitaphiis, vt obseruat D. de Montfaucon Antiquit. expl. to. 9. p. 55. qua laudis vel amoris affectus exprimitur.

MARGARITVM, V. *Margarita.*

MARGARIZARE, pro *Magarizare*, eiurata Christi fide Mahometismum profiteri. Acta S. Raynerii to. 3. Iunii p. 447. V. *Magarizare.*

† MARGASSIVM, hara cunicularia. Ch. Ms. a. 1343. *Ad pedem cuiusdam Margassii seu claperii.*

MARGELLA, corallium., κοραλλιον, in Gloss. Graec. Lat. V. Meursium in μαργέλλα, et Salmasium ad Vopiscum.

† MARGERIVS, aceruus, congeries. Inquisit. Ms. a. 1480.

MARGGRAVIVS, idem qui *Marchio:* Vox confecta ex Germ. *March*, limes, et *Grave*, comes. Vdalricus Zazius de Feudis part. 5. n. 10. *Margrauius de Brandenburg*, qui alias *Marchio*, in Historia Archiepiscoporum Bremensium et apud Albertum Stadensem an. 1240.

MARGIA, margo, Gall. *Marge.* Charta an. 1482.

MARGIDVS, pro *Marcidus*, Papiae.

MARGILA, V. *Marga 1.*

MARGILLA, margo, ripa. Charta MS. Philippi III. Franc. Reg. an. 1279.

MARGINARI, definiri, terminari, Gall. *Borner*, *limiter.* Homilia S. Auiti de S. Mamerto to. 2. Maii p. 631. V. *Marcha 1.*

MARGO. (1) Terminus, finis. *Negotia ad Marginem perducere*, id est, ad exitum. Libellus de Sanguine Christi Augiae asseruato, apud Mabill. to. 3. Annal. p. 699. V. *Marcha 1.* (2) Gradus scalae, MS. Gemmet. Monast. p. 7[illegible]

MARGRAPHIVS, MARGR[illegible] V. *Maggrauius.*

MARGVELLARIVS, aeditu[illegible] Gall. *Marguellier.* Acta S. A[illegible] Episc. to. 1. Maii p. 67. V. *M[illegible]rius.*

MARGVILLVM. Charta anni [illegible] in Regesto Tolosano fol. 14. *[illegible]riam illam et Marguillum, qu[illegible] quod habemus in flumine Tarni, [illegible]rappis, abardillis, piscariis, et [illegible]bus aliis iuribus et pertinentiis [illegible] etc.* † Locus in fluuio vbi coenum abundat, Gall. *Margouillis*, capiendis piscibus et maxime anguillis commodus.

MARGVLVS. Adrenaldus Floriacensis lib. 1. de Miracul. S. Benedicti c. 24. *Cum neque fubulas maiores, neque malleos, Margulos, nec aliquid officinae fabrilis secum haberent, quo tamen fabrefactum destruerent opus.* Videtur legendum *Marculos.* Gloss. Lat. Gr. *Marculus, malleolus, et malleus*, σφύρα, σιδηρᾶ, καὶ κόπανον. V. *Marculus.*

MARGVS, Τραπέζιον τῶν νεκυῶν, *mortuorum mensula.* Supplem. Antiquarii.

† MARHA, pro *Marcha*, moneta aurea, in Bulla Alex. III. a. 1179. V. *Marca 1.*

† MARIA, *aera, mella, ordea, vina.* Gloss. vet. Cod. 7613.

MARIAGIVM. (1) Dos mulieris, *Mariage.* Ordericus Vitalis lib. 3. p. 468. *Subripuit Mariagium suum, hoc est, Noër Menardi, etc.* Infra p. 479. *Ecclesiam S. Nicolai cum adiacenti fundo in Mariagio concessit.* Adde lib. 5. p. 582. 589. V. *Maritagium.* (2) † Matrimonium, Gall. *Mariage.* Ch. a. 1204.

MARIALE, Graeculis recentioribus Μαριάλε, *βιβλίον ἔχων τῆς Θεοτόκου ἐγκώμιον.* Ita Theodosius Zygomalas apud Martinum Crusium in Turco-Graecia p. 243. Ita porro librum suum de Miraculis B. Mariae Suession. non ita pridem editum cum Historia eiusdem Monasterii, a Michaële Germano Benedictino, inscribere Hugonem Farsitum obseruat Sanderus in Bibl. MSS. Belgii p. 358. 360.

MARIA-

Digitized by Google

MARIARE, mare nauigare. Literae Eduardi Regis Angl. an. 1315. apud Rymer. to. 3. p. 509. V. *Mareare.*

† MARICADIVM, palus, ſtagnum, t. 10. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 324. V. *Maricinum.*

† MARICINIA, *loca mari vicina*, in vet. Gloſſ. Cod. 521.

MARICIVM, palus, ſtagnum, Charta Richardi Reg. Angl. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 990. V. *Mariſcus.*

† MARICVS, idem qui alibi *Maior* vel *Syndicus*, ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 177.

MARIDATGE, *mariagium*, dos mulieris. Chartular. Aurelienſe in Lemouicibus. V. *Maritagium.*

† MARIDATGIVM, quod fauore et intuitu matrimonii datur. Ch. Mſ. a. 1372.

MARIENVM, vt *Materia*, V. in hac voce.

† MARIGLERIVS, cuſtos eccleſiae, cuius officium *Marigleria*, Gall. *Marglerie.* Chartul. S. Mart. Auguſtodun. V. *Marrelarius.*

MARILA, a Graeco μαρίλα ſeu μαρίλη, puluis carbonum, fauilla. Pollux Cael. Rhodig. 14. 16. *Faber fumo oppletus et Marila.*

MARIMENTVM, quoduis lignum aedibus conſtruendis aptum. Charta an. 1216. tom. 4. Gall. Chriſt. inter Inſtrum. col. 202. V. *Materia.*

MARINA, aeſtus maris turgidior. Vita S. Wlframmi Epiſc. Senon. ſaec. 3. Bened. part. 1. p. 361. *Cumque rheuma maris tempore Marinae praeditum impleret locum, etc.* V. *Malina.*

MARINA VASA, naues cuiuuis generis. Eſt etiam *Marina*, nude maritima ora, Gall. *La côte.* Memoriale Poteſtatum Regienſ. ad ann. 1284. apud Murator. to. 8. col. 1161. V. *Maritimae. Marina*, faſcis, δέσμη, in Gloſſ. Lat. Graec. mendoſe pro *Manua*, quod vide.

MARINALIS LEX, V. in *Lex.*

MARINARICIA, Italis *Marinareza*, merces, quae *marinariis*, ſeu nautis exſoluitur a Patrono, in Statutis Venetorum lib. 6. c. 71. et in libro Promiſſionis maleficii, in eodem Codice, c. 32.

MARINARIVS. (1) Nauicularius, nauta, *Mariuier.* Vſatici Barcinonenſes MSS. c 56. *Homines nobiles et ignobiles, Magnates et Milites, et pedites, Marinarii, et curſarii, et monetarii in illorum terra ſtantes.* MARINERIVS, in Libertatibus Barcinonenſib. anni 1283. Statuta Arelat. MSS. art. 144. (2) Viator, Gallis *Paſſager.* Charta an. 1390. e Tabular. Maſſil. *Quilibet Marinarius ſoluat pro viagio ſuo, etc.* Statuta Maſſil. lib. 4. c. 15.

MARINELLVS, idem, qui *Marinarius*, apud Matth. Pariſ. p. 162. 166. et S. Bernardum lib. de Modo bene viuendi c. 57.

MARINERIVS, V. *Marinarius.*

† MARINIARIVS, nauta, in Tabul. Maſſil. V. *Marinarius.*

MARINOLA. Gloſſ. MS. Eccleſ. Pariſienſ. *Encetecia, Marinola lignea, qua amphora ſuſtinetur.* Papias habet: *Encetegna, macinola, qua, etc.* Leg. *Machinola*, parua machina. V. *Enceteria.*

MARINOSVS, marinus, maritimus. Epiſt. Manaſſes Camerac. Epiſc. apud Baluz. to. 5. Miſcell. pag. 319.

MARINVS. (1) Prouincialibus, auſter, vulgo *Lou Marin*, quia a mari flat. Charta an. 1473. ex Schedis Pr. de Mazaugues: *Et alio latere dictus terminus reſpicit verſus Marinum.* (2) V. *Marina vaſa.* (3) † Piſcator, in Ch. Mſ. a. 1165.

MARIOLA. (1) Imago S. Mariae virginis. Vitae Abbatum S. Albani. (2) † MARIOLAE dicebantur Sacerdotes vel Clerici qui die Paſchae trium Mariarum perſonas agebant. Ordinar. eccl. Camer.

† MARIOTH, *el brazo ſopra el cubito.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. V. *Maheria.*

MARIOTIO, perperam pro *Marritio*, detrimentum, iactura rei. Placitum an. 821. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 373.

MARIS, *menſura ſex capiens hemiuas.* Vocabular. Suſſannaei.

MARISARCHVS, V. *Mareſarchus.*

MARISCALCVS, V. *Mareſcalcus.*

MARISCVS, palus, Gallis *Marés.* vel *Marais*, quam vocem a *Mare*, id eſt, collectione aquarum deducit Salma-

Digitized by Google

Salmasius: Somnerus a Saxonico *Merse*, *palus*. Charta apud Mabill. to. 2. Annal. Bened. p. 697. MARESCIVM, eadem notione, in Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 118. MARESCVM. Charta an. 1030. ex Tabulario Montis S. Michaëlis. MARESCVM, in Chartular. S. Vandreg. tom. 1. p. 10. MARESIVM, eadem notione. Charta Philippae Comitissae Pictauiensis, vxoris Guillelmi VIII. MARESCAGIVM. Charta an. 1267. MARESCHEIVS. Charta Gilonis de Aciaco Militis an. 1227. in Tabulario Ecclesiae Meldensis f. 30. MARISCVLVM, diminut. *a Mariscus*. Lambertus Ardensis apud Ludewig. to. 8. Reliq. MSS. p. 517. MARESCOSVS, locus paluſtris. Willelmus Brito lib. 2. Philipp. MARISIACVS, idem quod *Mariscus*, palus, *Marais*. Bulla Iohannis VIII. PP. an. 877. to. 3. Annal. Bened. p. 679.

MARISCHACHIA, V. *Mareschalcia*.

MARISCVLVM, MARISIACVS, V. *Mariscus*.

✝ MARISMARE, materiam ligneam exscindere, in Ch. Mſ. a. 1276. V. *Marrimare*.

MARISTALLA, V. *Marestalla*.

MARISTVS, pro *Mariscus*, palus, Germ. Morast. Charta Henrici Reg. Ang. ann. 1285. in Tabul. regio Reg. 92.

MARITA, vxor. Vetus Inscriptio Barcinone: *Cornelius L. T. Secundinae L. Valer. Rufus Maritae optim. etc.* Alia Romae: *D. M. Iuliae Pietati Maritae optimae C. Iulius Symfor. fecit.*

MARITAGIVM, donatio, quae a parente filiae fit propter nuptias, seu intuitu matrimonii. Regiam Maiestatem lib. 2. c. 18. §. 1. et Glanuilla l. 7. c. 1. *In alia acceptione accipitur dos secundum Leges Romanas, secundum quas proprie appellatur dos, id quod cum muliere datur viro, quod vulgariter dicitur maritagium. Potest itaque quilibet liber homo terram habens, quandam partem terrae suae dari cum filia sua, vel cum qualibet alia muliere in Maritagium, etc.* Et c. 48. §. 12. ab *hereditate* distinguitur. Hinc *possidere ex M* apud Ordericum Vitalem li 590. *Dare in Maritagium*, a dulfum de Diceto an. 1199. fauore matrimonii. Leges E Confess. c. 19. *Remaneant cum dotis suis et Maritagiis.* Henrici Regis Angliae apud Paris. an. 1213. *Et si mortu vxor eius remanserit, et sine fuerit, dotem suam et Maritagi habebit.* MARITAGIVM LIBE Gallicis Practicis, *Franc m* dicitur, inquit Bracton l. 2. c. 7. *vbi donator vult, quod terra sic data quieta sit et libera ab omni saeculari seruitio, quod ad dominum feodi possit pertinere; et ita quod ille, cui sic data fuerit, nullum omnino faciat inde seruitium vsque ad tertium haeredem, et vsque ad quartum gradum, ita quod tertius haeres sit inclusivus.* Et infra: *Gradus autem computandi sunt a primo donatario vsque ad tertium haeredem inclusivum, vt donatarius faciat primum gradum, et haeres suus faciat secundum, et haeres haeredis tertium, et haeres secundi haeredis quartum, qui quidem tenebitur ad seruitium, etc.* MARITAGIVM autem *seruitio obnoxium* illud est quod datur cum speciali reseruatione seruitii debiti domino capitali: et qui huiusmodi terras accipit nomine maritagii, ipse et omnes eius haeredes tenentur facere seruitia domino. Sed neque ipse, neque duo eius haeredes facient homagium domino; verum tertius haeres omnia seruitia et homagium facere tenebitur. Ita Regiam Maiestat. lib. 12. c. 57. §. 7. 8. 9. et Bracton. d. cap. §. 4. IN LIBERO MARITAGIO, hoc est, soluto matrimonio, atque, vt habent alia instrumenta, *in pura viduitate, in libera viduitate et in ligia potestate*; cum scilicet vxor defuncto marito tota sui iuris est. Kennetus sub an. 1129. Antiquit. Ambrosden. p. 90. MARITAGIVM HABERE, formula vsitata apud Anglos in Literis, quibus rex alicui concedebat in vxorem ducere filiam, quae, dum minor aetate esset, sub eius tutela existebat. Litterae ann. 1215. apud Kennett.

Digitized by Google

Blunett. Antiq. Ambrosden. p. 182.

MARITAGIVM, Littletoni sect. 103. *Mariage*; nude, dicitur ius quod domino feudi competit maritandi filias vassalli sui defuncti: seu vt definitur a Cowello l. 2. tit. 3. §. 20. *est commodum illud, quod domino feudi e nuptiis minoris de se per seruitium Militare tenentis conficere potest.* Statutum Mertonense c. 7. *Maritagium eius qui infra aetatem est, de vero iure pertinet ad dominum feodi.* MARITAGII SERVITIVM domino feudi debere dicebantur feminae, quae feuda militaribus seruitiis obnoxia possidebant; eas quippe, ne consuetum seruitium periret, ad nuptias cogebat dominus feudi, modo sexagesimum annum non attigissent. Qua ratione id fiebat discere est ex Assisiis Hierosol. c. 242. MARITAGIVM RATIONABILE, quod dominus haeredi offert, *vbi non disparagetur*, in Statuto Mertonensi ann. 20. Henrici III. quod *Mariage advenant* vocat Consuetudo Normannica vetus c. 26. MARITAGIA RECALEFACTA, Gall. *Mariages réchaufés*, secundae nuptiae. Boërius Consil. 40. MARITAGIVM, seu licentia maritalis, maritandi, matrimonium, dicitur de seruis, conditionalibus, et glebae adscriptis, quibus matrimonium contrahere absque *licentia* et consensu domini non licebat. MARITAGIVM nude dicitur, in Constit. Iacobi Reg. Siciliae to. 1. c. 7. V. *Maritdtio.* MARITAGIVM nude, matrimonium. Litterae an. 1402. apud Rymer. to. 8. p. 249.

MARITALIS FILIVS, ex legitimo matrimonio procreatus. Testamentum Armandi *d'Alegre* an. 1263. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1115.

MARITAMENTVM, pro *Maritagium*, i. dos. Tabularium Monasterii S. Andreae Viennensis: *Quae terra erat ius et Maritamentum eiusdem Galburgis, etc.*

MARITANAE PARTES, pro maritimae. Litterae an. 1305. apud Rymer. to. 2. p. 964.

MARITARE, *foetare*, Papias. † Neutro sensu sumitur, t. 2. Hist. Occit. Prob. p. 416.

† MARITATICVM, dos mulieris, in Ch. Ms. a. 1062.

MARITATIO. (1) Idem quod *Maritagium*, dos. Charta Henrici I. Regis Angl. apud Ricardum. Hagulstad. Matth. Paris, Bromptonum et alios. (2) Tributum, quod dominus, nomine *Auxilii*, a vassallis et subditis, pro maritanda primogenita filia sua, ex Lege et Consuetudine, exigere poterat. Charta an. 1153. apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. p. 157. (3) † Matrimonii celebratio, t. 4. Hist. Occit. Prob. p. 11.

MARITATVS, matrimonium. Pactum matrimonii an. 1268. apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. col. 1361.

MARITELLVS, maritus. Berberius in Viatorio vtriusque iuris part. 1. Rubr. de Adulteris.

MARITENVS, pro *mare-tenus*. Vita S. Guthlaci to. 2. Aprilis p. 41.

† MARITI, *nunc porci*, in vet. Gloss. Cod. 7641.

MARITIMA. (1) Mare. Ogerii Panis Annal. Genuens. ad an. 1202. apud Murator. to. 6. col. 385. (2) MARITIMAE, agri et praedia ad maris littora. Charta an. 1068. apud Sammarthanos in Archiepisc. Burdegalens. *Causa igitur incoepta, cum ad id ventum esset, vt iam dictus Praepositus hanc in Maritimis nostris esse consuetudinem affirmaret, vt quamdiu Comitis seruientes salem iusto pretio vellent emere, etc.* Etiamnum hodie in Pictonibus *les Marennes* dicuntur agri ad Oceani littora, in quibus extant salinae: *Maremma*, Itali, *Maresme* Catalanii dicunt. Charta Caroli Maioris domus, apud Willelmum Hedam in Hist. Episcopor. Traiectens. pag. 217. 1. Edit. *Idcirco trado . . . in loco nuncupato Marithime, vbi castrum fuit, etc.*

MARITIMALIS, maritimus. Gesta Ioan. VIII. PP. apud Baluz. to. 7. Miscell. p. 349.

MARKA. (1) Regio. Acta S. Isidori Episc. Hispal. to. 1. Aprilis p. 338. V. *Marcha.* (2) † Terminus, limes,

Digitized by Google

ora, t. 2. Annal. Praemonſtr. Prob. p. 277.

MARKATA, V. in *Marca.*

MARKET-FVTER, V. *Marchet-fuder.*

MARKETTA, vt *Marcheta*, V. in hac voce.

MARKISVS, V. *Marchio.*

MARLA, marga, Germ. Mürgel, de qua Plinius lib. 18. c. 6. qua agri impinguantur, Gallis *Marle* et *Marne.* Obſeruat Cluuerius l. 1. Germaniae antiquae cap. 8. in antiquiſſimis MSS. Plinii Codicibus Bibliothecae Regis Angliae Londinenſis, l. 17. c. 6. pro *marga*, quod ter ibi habetur, vbique ſcriptum *Marla.* Bracton. l 4. tract. 1. c. 34. §. 7. *Et ita quod deficiat melioratio in Marla, vel in ſtercoratione.* TERMINVS MARLAE, tempus, quo agros *Marla* impinguare ſolent, ſpatium ſcilicet quindecim annorum. Charta an. 1166. ex Chartul. S. Vandreg. to. 2. p. 2036.

MARLARE, marla ſeu marga agros ſtercorare, pinguefacere. *Marler* vel *Marner une terre.* Chronicon Andrenſe: *Ipſam terram Marlare fecit.* MARLIARE, eadem notione. *Marliatio*, ipſa agrorum ſtercoratio. V. paulo ſupra in *Terminus marlae.*

MARLARIAE, foſſae, vnde eruitur *Marla*, ſeu *marga*, Gallis *Marlieres*, et *Marnieres.* Aegidius Aureae-Vallis-Monachus in Epiſc. Leodienſib. c. III. MARLERAE, eadem notione. Charta Ioannis Regis Angl. de Foreſtis an. 1215. MARLERIAE, in Inquiſitionibus de forisfacturis foreſtarum §. 15. *Foſſa marleria*, to. 2. Monaſtici Anglic. p. 1011.

MARLATORIAE BIGAE, V. *Maratoriae.*

MARLEICIAE, agri marga, ſeu *marla* inpinguati. Charta Philippi Aug. Regis Franc. an. 1220.

MARLETVM, eadem notione. Vetus Charta apud Spelmannum.

MARLIARE, V. *Marlare.*

MARLOTA, veſtis ſpecies, Bigerris et Beneharnenſibus etiamnum in vſu, quaſi *Melota*, quia villoſa et hiſpida, ex craſſiori lana confecta. Huius meminit Rabelaiſius 1. 56. atque eam interdum per aeſtatem deferri poſſe res ibid. ſcribit. V. *Bigeria.*

MARLVCIVS, aſellus minor, Gallis *Merlan*, († vel potius *Merlus*, qui maris lucius.) Charta pro *Aquaeductu* de Talemondo.

MARMARITIS, *herba quae in deſertis petris et ſaxis praeruptiſſimis naſcitur.* Vocabul. Suſſannaei.

MARMESSOR, perperam pro *Meſſor*, executor teſtamenti. Conc. Tarracon. an. 1591. inter Hiſpan. to. 4. p. 535.

MARMITA ECCLESIAE, dicitur quidam diaconus in Inquiſitione de Vita et moribus B. Ioannis Epiſcopi Vicentini. Sed verentur viri docti, ne mendum inſit. V. *Marotinus.*

MARMITO, a Gall. *Marmiton*, qui vilioribus culinae miniſteriis inſeruit. Inſtrum. an. 1599. apud Lobinell. to. 5. Hiſt. Pariſ. p. 801.

MARMO, V. *Mormylus.*

MARMOR. (1) Morbi equorum ſpecies in genibus vel articulis. Vegetius l. 2. artis veterin. c. 48. *Marmor duritiam oſtendit ex nomine*, etc. (2) Tabellula marmorea *imaginata*, quae in quibusdam Eccleſiis defertur oſculanda ad *Pacem* in ſacra Liturgia. Synodus Baiocenſis an. 1300. c. 10. V. *Lapis pacis*, et *Oſculum pacis.*

MARMORARE, marmoribus ornare. Acta S. Leonis III. PP. to. 2. Iunii p. 589.

MARMORARIVS, *μαρμαροκοπος, ἀγαλματογλύφος*, qui ſtatuas e marmore facit. Gloſſ. Lat. Graec. Sangerm.

† MARMORATA, ora maritima; *marmor* enim mare dixerunt Latini. Ch. a. 1158. ap. Cenc. inter Cenſ. eccl. Rom.

MARMORATIO PAVIMENTI, ſolum marmore ornatum, interſtratum. Apul. florid. n. 18.

MARMORATVM, apud Vitruvium, eſt marmor tuſum calce admixta, quo vtebantur veteres in teſtaciis.

MARMOREVS PANNVS. Viſitatio Theſaurariae S. Pauli Londinenſis an. 1295. *Tunica de quodam panno Marmoreo ſpiſſo cum rosis et griffonibus*, etc. Alibi: *Caſula Marmorei coloris. Marbré* appellant, quod variis

Digitized by Google

is coloribus interdistinguitur. V. ra *Marbrinus*.

MOTINVS, V. supra *Marabotinus*.

MA, idem quod *Marla*, Gall. *rne*. Processus de vita S. Yuonis 4. Maii p. 566.

NARIVS, pro *Marinarius*, nauc, nauicularius. Computum an. 34. to. 2. Hist. Dalphin. p. 278.

ARNATVRA, agrorum cum *mar*stercoratio, in Ch. Mf. a. 1253.

RNERIA, fossa, vnde eruitur *Marna*, Gall. *Marniere*. Charta an. 1283. to. 2. Chartul. S. Vandreg. p. 1471. V. *Marla*.

MAROCHINVS, hircinum corium, Gallis *Marroquin*, in Statut. ciuit. Saluciar. c. 146.

MARONES, V. *Marrones*.

MARONITAE, haeretici ad Libarsum montem, ita dicti a Marone quodam Haeresiarcha, vti vult Willelmus Tyrius l. 22. c. 8. Iacobus de Vitriaco in Hist. Orientali c. 79. vel vt Timotheus Presbyter de Haeresibus: ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου αὐτῶν Μαρῶ καλουμένου ἐν Συρίᾳ. De eorum haeresi iidem consulendi, et Gabriel Sionita et Hesronita in libro de Nonnullis Orientalium vrbibus c. 6. post Geographiam Nubiensem.

MAROSSERIVS, proxeneta. Statuta Mediolanensia 2. part. c. 420. *Nullus Marosserius vel mediator alicuius mercati, cuiuscumque generis et maneriei, vel matrimonii, possit habere nec habere aliqualiter pro marosso, vel eius mercede alicuius marossi, vt supra, vltra soldos 10. imperialium.* Adde c. 421. 422. et 1. part. c. 89. *Marosserius*, in Statutis Astens. c. 6.

MAROSSVM, proxeneticum, V. *Marosserius*.

MAROTIMVS. Charta Theotolonis Archiepiscopi Turonensis an. 933. apud Sammarthanos: *De valentioribus igitur ac potentioribus rebus, sigillis Regum insignita testamenta feci: de quibusdam vero meae ditioni subactis* chartas *edidi atque firmani, et Marotimo ipsius Ecclesiae tradidi.* Eadem dignitas quae *Marmita ecclesiae* dicitur in Inquisitione de Vita et Moribus B. Iohannis Episcopi Vicentini: sed qualis illa, fateor me ignorare, tametsi idem videatur, qui archiui custos.

MAROTVA, locus, vel piscina cum claustro, in Iure Hungarico.

MARPAHIS, strator, apud Longobardos. Vgutio: *Marphais, Strator.* Perperam *structor* in MS. Paulus Warnefridus lib. 2. de Gestis Longob. c. 9. *Qui eidem strator erat, quem lingua propria Marpahis appellant.* Lib. 6. cap. 6. Rex vero *Cunibert, dum post haec cum Stratore suo, quem lingua propria Marpahis dicunt, etc. Marepahis* apud Erchempertum c. 21. perperam *Marepazis*, in Charta Longobardica anni 774. apud Vghellum to. 8. Italiae sacrae pag. 34. *Qui fuerunt de iudiciaria Foroaldi Maropazis nostro.* Adde Chron. S. Sophiae Beneu. p. 629. 632. 637. 738. vbi male etiam *Marepalis* editum, pro *Marepahis*, vel *Marpais*, aut *Marpaige*, quasi *puer equi*, qui equum curat.

MARQVA, ius repraesaliae. Charta Iohannis Reg. Franc. ann. 1360. to. 3. Ordinat. p. 475. *Volumus, et eisdem* (Iudaeis) *concedimus, quod in regno nostro intrare, venire et in eodem morari, absque eo, quod virtute cuiusdam Marque, vel gagiamenti Marque, priuilegii vel aliis quibuscumque valeant arrestari. etc.* Litterae vero de *Marqua*, vocantur eae quibus haec facultas a Principe conceditur, in Litteris Ricardi II. Regis Angl. ann. 1399. apud Rymer. to. 8. p. 97. V. *Marcha* 1.

† MARQVARE, signare, Gall. *Marquer*. Ch. a. 1489.

MARQVEZIVS, MARQVISIVS, MARQVISVS, MARQVISIA, V. *Marchio*.

MARRA, Italis *Marra*, ferreum instrumentum, ad exscindendas herbas accommodatum, *Marre de Vignerons*. Gloss. Lat. Gr. MSS. *Marra*, χειροκράνιον. Papias: *Marrae, suppae, instrumenta rusticorum.* Idem: *Marra, terebrum, idem verrubius.* Vocab. Willel. Britt. *Ligo, instrumentum rusticanum, Marra, vt dicit Vgutio, Gallici appellant Picois.* Columella de Cultu hortorum:

Mox bene cum plebis viuacem cespitis herbam,
Contundat Marra.

† Mendose *Marta*, in Act. SS. t. 3. Iul. p. 432.

MARRAMAS, V. *Mattabas.*

MARRAMENTVM, V. *Materia.*

MARRANCIA, pro *Marancia.* Charta anni 1227. ex Tabul. Eccles. Audomar.

MARRANI, iidem qui *Marani.* Tractat. Vincent. Ciglatii de Bello Italico.

MARRARE. (1) *Appropriare*, rem quampiam alicui asserere, in illius vsus et commoda conuertere. Chron. Andrense ad ann. 1224. to. 9. Spicileg. Acher. p. 648. *Eodem pretio praefatam decimam redimendam ad opus nostrum Marranit.* Et infra: *Herceditatem ipsius decimae ad opus Andrensis Ecclesiae approprians, etc.* (2) Vgutio: *Ligo, marra; Ligonizare, Marrare, terram ligone vertere.* V. *Marrire.*

MARRELARIVS. (1) Aedituus, custos aedis sacrae, Gallis *Marguillier.* Charta Eccles. Anicien sis ann. 1312. V. *Matricularii*, et *Marcaclarius.* (2) † Qui *marellos* seu tesseras in praesentiae signum canonicis, capellanisue distribuebat. V. *Merallus.* Ch. Mss. a. 1411. Infra MARELARIVS.

MARRELLA, ludi genus, Madrellum. V. supra *Marella.* Statuta Eccles. Lingonens. anni 1404. *Non ludant etiam* (Clerici) *ad Marellas, ad volas, ad cursum vel currendum in campo pro lucro vel pro vino.* Qui ludus ab Ouidio lib. 2. Triftium v. 481. sic describitur:

Parua sed et ternis instructa lapillis;
In qua viciſſe est, continuasse suos.

MARRELLVS, V. *Bouquetus.*

MARRENTIA, mulcta pecuniaria pro leuioribus delictis. Statuta Capituli Autisiodor. V. *Marancia.*

MARRENVM, V. *Materia.*

MARRHEA, pro *Marchia*, terminus, limes. Charta anni 1377. apud Rymer. to. 7. p. 175. V. *Marcha 1.*

† MARRIANVM, MARRIENVM, materia lignea aedibus aedificandis idonea, Gall. *Mairain.* Ch. an. 1342. V. *Marennum.*

MARRIMARE, ligna aedibus aedificandis aut reparandis apta [illegible] elaborare. Charta anni 1157 [illegible] D. Calmet. tom. 2. Hist. Loth. col. 353. *Per totum vero bannum Mortensne et Lunaris villae de[illegible] pasturas, piscaturas, vias et [illegible] ligna ad Marrimandum et ignes [illegible] batiae et grangiarum, et haec [illegible] concesserunt per totum alodium [illegible] et feodum.* V. *Materia.*

MARRIRE. Capitul. I. Caroli M. anni 802. cap. 1. *Et nemo per ingenium suum et astutiam praescriptam legem, vt multi solent, vel suam sibi iustitiam Marrire audeat, vel praeualeat, etc.* id est, *marrisionem* inferre, seu contra legem quicquam agere, legem labefactare. Et cap. 8. *Vt nullus bannum vel praeceptum domni Imperatoris nullus omnino in nullo Marrire praesumat, neque opus eius striare, vel minuere, vel impedire, etc.* Mox: *Et vt nemo debitum suum vel censum Marrire ausus sit.* Adde c. 9. Est autem

MARRITIO, detrimentum, aut iactura rei, vel molestia, aut animi dolor, qualis ex damno nasci solet, quo sensu et Galli vulgo *marrisum* nunc quoque dicunt illum, qui de re quapiam dolet: Gallis *Marrison.* Charta Caroli M. apud Chopinum in Conf. Andium: *Absque vlla Marritione vel dilatione reddere faciant.* Capitul. C. Calui tit. 16. c. 13. *Et ipse tranquillo et pacifico animo donas illi commeatum tantum, vt ipse et in suo regno, vel suis fidelibus, aliquod damnum aut aliquam Marritionem non faciat.* Vetus Charta in Actis Episcop. Cenoman. pag. 197. *Quiete et regulariter absque vlla vexatione aut Marritione securiter sancte viuere permittant.* De vocis origine locutus est vir doctissimus in Notis ad Legum Francicae capitula, *marrire* idem valere, quod irrumpere, perfringere legem, metaphora sumpta ab ingerantibus, qui a recta via declinantes *marrire* iter dicuntur etiamnum suis Lemouicensibus. Quod si ita est, *marrire* idem erit, quod viam *obstare,*

Digitized by Google

...e, *contradicere*, fossa scilicet in transuersum ducta ligone, quem ...ram vocabant, vnde *marrare li...isare*, id est, fossam ligone face...; vti supra obseruatum. Sed et ...lis *Smarrito* dicitur, qui a via ab...at, qui rectum iter amisit. V. ...tau. Ferrarium in *Smarrire*.

MARRITVS. *Pro sipo marrito*, in Comput. Ms. a. 1295. F. liquefactus.

MARRONES, MARONES, MARRVCI. Vita S. Odonis Cluniac. Abbatis: *Dum patriam reuerteretur, inter Burdonum Alpes, etc. Secus locum autem illum habitat quoddam genus hominum, qui Marrones vocantur, et arbitror ex Marronea Aquilonari prouincia illud nomen traxisse originem.* Iidem, qui *Marruci* appellantur, ab eodem Odone in V. S. Geraldi L. 2. cap. 17. *Ipsi quidem Marruci, rigentes videlicet Alpium incolae, nihil quaestuosius aestimabant, quam vt suppellectilem Geraldi per iugo montis Iouina transueherent.* Chron. S. Trudonis lib. 12. vbi de Monte Iouis, in Alpibus: *Et post aliquot dies permonstrata eis a praeducibus Maronibus difficillima via: Marones enim appellantur viarum praemonstratores, etc.* Sic vero appellatae circa Alpium iuga Saracenicae gentis reliquiae quaedam. Saraceni enim Afri, cum a tempestate valida in Prouinciae oras eiecti fuissent, Leone Philosophico imperante, illam potissimum regionem insederunt, tenueruntque annis aliquot, quae circa *Maurum montem* in Italiae et Galliae confiniis adiacet, castroque Fraxineti expugnato, quod eorum latrociniis et excursionibus opportunissimum fuit, propter adiacentes siluas, quas *Fraxinidos saltus* vocat Flodoardus in Chron. anni 931. vicinas prouincias vastarunt, occuparunt vrbes et castra, tandemque Alpium claustra et iuga insederunt, vnde in Burgundiam et Italiam saepius excurrerunt, vti pluribus commemorant Witikindus lib. 3. extremo, Luithprandus lib. 1. c. 1. L. 2. c. 12. L. 5. c. 4. et alii.

MARRVCI, V. *Marrones*.

MARSA. (1) Paschasius Radbertus in Epitaphio Vnalae, lib. 1. c. 2. *Et quod callidi dissertorum loca tenerent, et infimi notissimos populo atque amicissimos Marsa manu prostrarent.* An *sparsa* pro *larga*, seu forte *Mersa*? (2) *Marsa*, ἀσπιδοτήρας, *Marsio*, ἀφιοδιώκτης, *Qui venatur serpentes*, in Supplemento Antiquarii.

MARSALIX, salicis genus, Gall. *La saule male*, alias *Marsaus*. V. *Marensalix*. Charta anni 1221. ex Tabular. Sangerm. *Compositum est, quod dicti homines in praedicto nemore capiens genestam, spinam nigram et albam, salices et Marsalices, etc.*

MARSALLA, MARSALLVS, f. Mercatum, forum, Gall. *Marché*. Charta Lotharii Imp. ann. 844. apud Marten. to. 1. Anecdot. col. 35. *Nulla telonea de illa eorum patella, quae est in Mediano vico, hoc est Marsalle dare, nec soluere debeant, . . . omnique tempore ipse thelonius de ipsa patella in Mediano vico seu Marsella. etc.* Chron. Monast. S. Michaelis in pago Virdun. apud Calmet. to. 1. Histor. Lotharing. col. 555. *Nihil soluant, nec teloneum, nec tranaticum, . . . nec de patellis eorum in vico et in Marsallo aliquid requiratur.* † Est nomen castelli ad Saliam flumen, vulgo *Marsal*.

† MARSAMVTINVS, monetae species, eadem quae *Masmodina*. Lib. Ms. cens. eccl. Rom. MASSAMVTINVS, ibidem.

† MARSCALCIA. (1) Equile, stabulum equorum, t. 2. Hist. Occit. Prob. p. 189. (2) Quod ad victum diurnum equo praeberi solet, in Chartul. Celsin. (3) V. *Mareschalcia* et *Marescalcia*.

MARSCALCVS, MARSCALLVS, V. *Marescalcus*.

MARSCHALSIA, V. *Mareschalcia*.

† MARSENGHA, martium, seu trimestre frumentum, Ital. *Marzuolo*, Stat. Taurin. a. 1360. V. *Marceschia*.

MARSICVLVS, *qui cito mouetur ad iram. Plautus: Quid ais homo Marsicule?* Gloss. Isidori. Haec pessime corrupta, restaurata vide in *Moniar*.

Digitized by Google

MARSIPPA. Gloss. Saxon. Aelfrici: *Marsupium* vel *Marsippa*, Leod, i. crumena.

MARSVM, in Gloss. Saxon. Cotton. *Thystimgalere.*

MARSVPA, piscis species, de qua mentio est in Vita S. Filiberti, Abbat. Gemet. c. 31. Gall. *Marsouin.* Tabul. Rothon. *Dedit locum ad exclusam faciendam in mare iuxta Bronarii in monachia sempiterna, et dedit ei . . . Praepositus tertiam partem in illa ad opus suum, exceptis Marsupis et sepiis et aliis ad luminaria Ecclesiae pertinentibus.*

MARTA. Statuta Dauidis II. Regis Scotiae cap. 52. *Ordinatum est, quod certae summae victualium, quae abundant in partibus illis superioribus, vt Martae, hordeum, et huiusmodi leuentur per annum ad expensas domus Domini nostri Regis, etc. Mart,* Anglis, nundinae, Gall. *Foires.* Sed quid haec ad vocem hanc? videtur esse miscellum frumentum, V. infra *Martellis.*

† MARTALOGIVM, necrologium, seu obituarium, pro *Martyrologium*, t. 3. Hist. Nem. Prob. p. 197.

† MARTALVS, mustelae species, in Gloss. Ms. super III. libr. Salom. V. *Martures.*

† MARTARVS, ad *martures* pertinens, ap. Pez. t. 1. Script. p. 1254.

MARTELARE, molam malleo tundere, Italis *Martellare*, Gall. *Marteler.* Statuta ciuit. Saluciar. Collat. 5. c. 128.

MARTELLAGIVM, ius quoddam, sic appellatum, quod Cenomanensi Comiti competebat in vniuersis mercibus, quae vel ab artificibus, vel ab ipsis mercatoribus, in officinis propriis, vel in nundinis venum exponebantur, ita vt ex quacunque mercium specie, postquam artifex vel mercator *caput* vnum selegisset, *Martellagii* redemtor seu firmarius meliorem sibi adscribere liceret. Vox, vt videtur, nata a *Martello*, quod primitus id iuris in mercibus duntaxat, quae malleo conficerentur, exigi soleret; sed postea ad alias quasuis traductum est, vt colligitur ex Regesto Ludouici Regis Siciliae, quod in Camera Computorum Paris. tur, fol. 30. 31.

† MARTELLARIVS, faber fe in Arest. Ms. a. 1380.

† MARTELLERIA, cataracta, continetur aqua, t. 2. Hist. Prob. p. 207.

MARTELLINVS PVLSVS, apu dicos, qui in dilatione sua, quam ad centum regrediatur, percussione spiritus, et organi tie bis digitos percutere videtur, fiunt quasi dilationes duae; sed praecedens est maior, secunda minor, etc. Ita Gentilis de Fulgineo ad Egidii lib. de Pulsibus.

MARTELLIS, miscellum frumentum, Gallis *Bled méteil.* Charta an. 1264. Histor. Comitat. Ebroic. inter Instrum. p. 9. *Percipiet singulis annis vnum modium bladi, scilicet sex sextarios frumenti, et sex sextarios Martellis in granchia de Alboë.* Vbi legendum puto *Maitelli* vel *Mastellis*; est enim *Mastilio* vel *Mestilio* eiusdem significationis. V. *Mestallum* 2. et *Mixtum* 2.

MARTELLVS. (1) V. *Martus.* (2) † Idem quod *Martelleria*, in Ch. Ms. a. 1435.

† MARTELVS, malleus, Gall. *Marteau*, in Reg. Cam. Comp. Paris. V. *Martus* 1.

MARTERINAE PELLES, V. *Martures.*

MARTEROR et MARTROR, Occitanis, vulgo *Martrou.* A voce *Martyrium*; sic vocant Festum O. SS. quod primo B. virgini solisque Martyribus sacratum esset, vt testatur Vsuardus ad Kal. Nouembris.

MARTHA, mustelae genus, seu vestis mustelarum pellibus munita. Statuta Arelat. MSS. art. 53. *Et si dominus voluerit facere bastari sa Martham, habeat sartor 11. den. et super totis cum chioto XVIII. den.* Concil. Dertus. inter Hispan. to. 3. p. 663. *Neque* (Clericus) *folleratus deferat pellitam de Marthis.* V. *Martures.*

MARTHIMONIVS, pro Mathematicus. Iacobi de Vitriaco Hist. Oriental. L. 3. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 276.

MAR-

Digitized by Google

MARTIANA LEX, seu Merciorum, *Lex.*

MARTIATICVM, martium, trimetum frumentum. Radulphus de Gestis Friderici I. Imper. apud Muratorium. to. 6. col. 1190. V. *Marcescia.*

MARTICVLARIVS, pro *Matricularius*, in Charta anni 1353. Tabular. Philippii Reg. 81. fol. 599. V. in hac voce.

MARTILAGIVM et MARTILOGIVM, pro *Martyrologium*, habetur in Monastico Anglic. tom. 2. p. 322. 323. 370. 657. to. 3. p. 244.

MARTILEGIVM, V. *Martyrologium.*

MARTINELLVS, V. *Passionalis.*

MARTINETAE, auiculae merulis minores, Gallis *Martinets.* De iis Silvester Giraldus in Topograph. Hibern. dist. 1. cap. 13.

MARTINETVS. (1) *Martineti* dicti scholares in vniuersitate Paris. Bulaeus tom. 5. Hist. eiusd. Vniversit. p. 658. *Die* 7. Octobris 1463. *Facultas Artium decernit aduersus vagos scholares, vulgo Martinetos, qui de collegio in collegium discurrebant, etc.* (2) Vitrina, Gallis *Forge*, a *Martellis* seu malleis sic dicta. († Proprie moletrina ferraria, German. Hammerwerk.) Charta anni 1340. to. 2. Hist. Dalphin. p. 411. † MARTINETVM, in Ch. Ms. a. 1500.

† MARTINIANA, Chronicon Martini Poloni, idem qui *Martinulus* dicitur in Ind. libror. Ms. et *Martinellus* in Necrol. Ms. Paris.

MARTINIEGA, tributi species apud Hispanos, quod forte ad festum S. Martini soluebatur, sic dicta. Ioannes Diacon. in Actis S. Agricolae, num. 15. *Accidit quendam virum ex eius curia ad colligendam exactionem regiam, quae vulgariter dicitur Martiniega, in tempore hiemis, sub Mense Decembri Maiorinum certissime aduenisse.*

MARTINVS, qui suam actius, quam par est, et obstinatius opinionem tuetur, cuiusmodi fuit Martinus Iurisconsultus celebris, sub Friderico I. a quo, inquit Baronius ann. 1130. in vulgare prouerbium eius duriries apud IC. in hanc vsque diem pertransiit, vt *Martinum* appellent, qui suae ipsius sententiae singulari pertinaci studio inhaerescat. Fuit is Martinus Grosia, vna cum Bulgaro, Legum Professor in Academia Bononiensi, de quo pluribus Otto Morena, in Histor. Rer. Laudens. p. 38. De alio *Magistro Martino* vid. Matth. Paris. anni 1244. pag. 434. MARTINVS BVLLIANS, vulgo *S. Martin d'este*, V. in *Festum.*

MARTIOBARBVLI. Sic legendum pro *Mattiobarbuli*, apud Vegetium lib. 1. cap. 17. *Plumbatarum quoque exercitatio, (quos Martiobarbulos vocant) tradenda est iunioribus. Nam in Illyrico dudum duae legiones fuerunt, ... quae, quod his telis scienter vtebantur, et fortiter Martiobarbuli vocantur.* Ex quibus recte colligit Carolus de Aquino in Lex. milit. *Martiobarbulos* non solum armorum genus fuisse, sed etiam appellationem militum, quibus ab eo armorum genere, idem erat inditum nomen. Erant autem *Mattiobarbuli* idem quod plumbatae: vnde idem Carolus suspicatur reponendum esse *Mattibalum*, quod est missile, plane consimile fustibalo; vt sit fustis, seu claua iaculatoria, appensa habens lora coriacea, cum insutis globis plumbeis. Plura vide in laudato Lexico ad hanc vocem. Adde Stewechium ad Vegetii locum allatum, et Turneb. Aduers. lib. 24. c. 12.

MARTIOLINVS, MARTIOLVS, Italis idem, quod Gallis *Marcescia*, *Bled Marsois*, V. *Tremisium.*

MARTIOLVS, V. *Martus.*

MARTIRA, MARTIRINVS, V. *Martures.*

MARTIRIZIARE, V. *Martyricare.*

MARTISIA. Glossar. Saxon. Aelfrici: *Martisia vel Baptitura: Gebeaten Flaesc.* Sommero *ge-beaten*, est *percussus, caesus, tusus*; *Flaesc*, *caro.* Isid. lib. 20. c. 2. *Martisia in Mortario ex pisce fiunt, vnde nominata.* † MARTISIVM, *el cibo posto in mortario*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

MARTIVS. (1) *Martium suum* habere dicebatur, cui agrum colere Mense Martio, vel serere, licebat. Id autem concedebatur vrbium incolis,

lis, quibus caeteroquin, et aliis anni temporibus in vrbe *stare* necesse erat; quae obligatio *resseandista* et *stagium* dicebatur. Charta Communiae Increnſis anni 1158. *Conceſſum eſt, vt omnes homines de Communia ſuum habeant Martium apud villam a Purificatione, S. Mariae Candel. vsque ad medium Aprilem et a feſtiuitate S. Iohannis Baptiſtae ſuum ſimilem habeat Auguſtum vsque ad feſtiuitatem omnium Sanctorum: et ſi in Communia redire voluerint, ipſi et ſua ſalua erunt.* (2) Praeſtatio, ſeu cenſus, qui exigi ſolet in annona, vel denariis menſe Martio, de quo paſſim in Tabulario Voſienſi, ac praeſertim fol. 56. (3) MARTIVS CAMPVS, V. *Campus* 3. (4) † Pro *Medardus*, a Gall. *Mard*, in Ch. a. 1357.

MARTORES, idem, quod *Martures*. Petrus Damiani lib. 2. Epiſt. 1.

MARTORETVM, V. *Martretum*.

MARTRAE, eadem notione. Charta anni 1406. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. p. 827.

† MARTREIVM, forum publicum, vbi rei torquentur et morte multantur, ſ. *martyrizantur*, Gall. *Martroi*. Ch. Mſ. a. 1317. MARIONETVM, in Ordinat. eccleſ. Pariſ.

MARTRICES, Martes, Gallis *Martes*. Silueſter Giraldus in Topograph. Hibern. diſt. 1. c. 19.

MARTRINVS, V. *Martures*.

MARTROR, V. *Marteror*.

MARTVLA. Chronicon Magnum Belgicum, anni 1042. *Saxeo ſedili pro lecto, Martula vteus pro lectiſternio.* Sed legendum *Mattula*. V. *Matta*.

MARTVLVS, V. *Martus*.

MARTVRES, *Martes*, et *Pannonicae cattae*, Martiali lib. 10. ferae exiguae ex genere muſtelarum, quarum pelles habentur in pretio. Germ. Marder. Helmodus lib. 1. cap. 1. et ex eo Adam Bremenſis c. 227. *Ad Marturinam veſtem anhelamus, quaſi ad ſummam beatitudinem.* Idem Bremenſis c. 229. *Omnia enim inſtrumenta vanae gloriae, hoc eſt aurum, argentum, ſandapedes regios, pelles Caſtrorum et Martorum, quae nos admiratione ſui demontes faciunt, illi pro nihilo ducunt. Roccus Ma... Lutrinus*, in Capitulari tr... roli M. anni 808. c. 5. *Coop... Martrinum*, in Teſtamento ... Epiſcopi Toloſani. *Marterinae* in Synodo Londinenſi anni 1... 15. Hugo Metellus Epiſc. 11. ... *ui mentem, mutaui veſtem, et ... pellicula peregrini muris redolent... uolutus ſum ouina pelle: pro pelli... dariua, veſtitus ſum pelle ca...* Ita *Mardurinae pelles*, in C... apud Bohuſlaum Balbinum, in... ſtor. Bohemiae pag. 191. adde ... 299. MARTVRINARVM FRAE... STATIO, apud Hungaros, in Regno Sclauoniae. Decreta Alberti Regis Hungariae p. 62. V. *Banſolmara*. MARTVRES ALBI, in Normannia Septentrionali, apud Adam. Bremenſem, cap. 239. MARTIRA, apud Eadmerum, lib. 2. Vitae S. Anſelmi n. 65. MARTHERINAE PELLES, in Vita S. Meinwerci Epiſc. to. 1. Iunii p. 543. MARTARINAE, in Epiſt. anonymi Monachi, to. 4. Annal. Bened. p. 574. MARTRINAE. Charta Philippi Reg. Franc. anni 1207. apud Duchesnium Hiſt. Norman. pag. 1063.

MARTVRIARE, idem, quod *Martyrizare*. Radulphus de Geſtis Friderici I. Imper. apud Murator. to. 6. col. 1183.

MARTVS. (1) Malleus, Gallis *Marteau*. Conradus de Fabaria de Caſib. S. Galli, cap. 14.

Ex incude mala Martis quaſſatur vt aula.

MARTVLVS, in Vita S. Genulfi, lib. 2. c. 5. MARTIOLVS, apud Iohannem Sarisber. lib. 4. Policr. cap. 5. *Martiolum de ſinu proferus vitrum correxit aptiſſime.* MARTELLVS, Papiae, *Mediocris malleus*. Gloſſae S. Benedicti: *Martellus, σφυρί*. Sic potiſſimum appellatus Carolus Maior domus Regni Franciae, Pipini Regis pater, Caroli M. Imper. auus, ob eximiam in bellis et praelis fortitudinem. Vita S. Rigoberti Archiep. Remenſis n. 10. de Carolo: *Et quia ab ineunte aetate fuerit vir bellicoſus, et robore fortiſſimus, poſ-*

modum

Digitized by Google

Martellus est cognominatus. de Diuersis Casibus Deruensis sterii, de eodem Carolo: *Qui miam et Christianis temporibus inuisam inquietudinem, Martel-ocitatus est.* A malleo scilicet seu e, quo fabri vtuntur, quod vt dire ferrum, ita hostes in prae-ense ille contunderet ac prosterneret. Adrevaldus lib. 1. de Miracul. Benedicti, c. 14. et Hariulfus L. cap. 1. Tudes autem vel *Tudites* pellatus Carolus, quod *contundi* stes a victoribus victi et superati erentur, quod proprium est mal-i seu tuditis. Willelmus Malmes-burienſis lib. 1. de Gestis Regum Anglor. cap. 3. *Carolus Tudites, quem illi Martellum vocant, quod tyrannos per totam Franciam emergentes contuderit, Saracenos, Gallias infestantes egregie depulerit.* Atque inde viri fortes, et qui crebris praeliis hostes atterebant, *mallei* saepe appellati. Ita Nabuchodonosor, Hieremiae cap. 50. *Malleus vniuersae terrae* dicitur, quomodo etiam Belphetum Turcicum Sultanum Will. Tyr. lib. 1. cap. 9. vocat Saladinum. *Malleum Christiani nominis.* AD MARTELLVM *campanam pulsare*, quod iteratis pulsationibus fit, Gall. *Sonner le tocsin.* Charta anni 1328. ex Archiuis S. Victoris Massil. *Quando audiet pulsare campanam ad Martellum.* (2) † Pro *Martius*, opera quae mense Martio debetur. Reg. S. Iusti Cam. Comput. Paris.

MARTYR, qui mortem pro Christo et fide christiana oppetiit. Ita Ecclesia hodie hoc nomen vsurpat. Isidor. lib. 7. cap. 11. *Martyres seu testes ideo vocati sunt, quia propter testimonium Christi passiones sustinuerunt, et vsque ad mortem pro veritate certauerunt.* S. Augustin. lib. 22. contra Faustum cap. 76. *Per quorum confessiones, passiones et mortes hoc Deo placuit astestari; Martyres appellantur, qui latine testes interpretantur.* At primitus et sub ipsius Ecclesiae incunabulis non eadem videtur fuisse ratio. Constat enim S. Cyprianum superstitibus Martyrum appellationem tribuisse, vti Epist. 9. quae inscribitur *Martyribus et Confessoribus Iesu Christi.* Et Epist. 12. *De hoc et ad Clerum, et ad Martyras, et Confessores literas feci.* Epist. 15. *Literas feci, quibus Martyres et Confessores consilio meo, quantum possem, ad Dominica praecepta renocarem.* Sic et Epist. 20. 23. 52. et 69. In Concilio Carthaginensi, quidam *Confessorum*, quidam *Martyrum* titulis donantur. Sed et aliis locis Martyres a Confessoribus distinguit Cyprianus, videturque innuere Martyres vocari, qui vsque ad effusionem sanguinis pro Christo passi erant, licet superstites, nec consummato martyrio, cum *Confessores* dicerentur, qui sola voce constanter Christum confessi essent, de quibus agit Epist. 30. *Martyrum* appellatione donat etiam interdum Ecclesia viros sanctitate illustres, qui non pro Confessione nominis Christi, sed alia quauis ratione mortem perpessi sunt, verbi gratia a latronibus, aut viris impiis caesi. Eiusmodi sunt S. Geruas. Cenomanensis Diac. in eius Vita MS. cuius Festum agitur pridie Non. Iulii, S. Landoaldus in eius Vita n. 6.

MARTYRA, quae pro Christo sanguinem fudit. Missale Gothicum, apud Mabill. de Liturg. Gallic. p. 215.

† MARTYRALIS PASSIO, martyrium, in Act. SS. t. 7. Sept. p. 510.

MARTYRARIVS, idem qui *Mansionarius, custos Ecclesiae*, qui sacras Ecclesiae reliquias custodit, seruat. Formula 48. ex Andegauensibus: *Ideo conuenit nobis vnanimiter consentientes, et per voluntatem Martyrario nomen illi Presbytero, vt ipso infantulo ad hominem, nomen illo, venumdare deberemus, etc.* Gregor. Turon. lib. 2. de Miracul. cap. 46. *Post obitum Proserii Martyrarii.*

MARTYRIA, *in mortario ex pisce fiunt, unde et dicuntur sciola parua.* Papias MS. in Edito *ex pice* Leg. *Martisia.* V. in hac voce.

MARTYRIALIS, ad martyrium spectans, to. 3. Concil. Hispan. p. 145.

MARTYRIANI, haeretici, de quibus Epiphanius haeresi 80. et alii.

Digitized by Google

MARTYRISATIO, martyrium, ap. Marten. to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 823.

MARTYRIVM, aedes ſacra, Deo ſub Martyrum inuocatione dicata. Iſidorus lib. 15. c. 9. *Martyrium, locus Martyrum, Graeca derivatione, eo quod in memoriam Martyris ſit conſtructum, vel quod ſepulcra ſanctorum ibi ſint Martyrum.* Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccleſ. c. 6. *Martyria vocabantur Eccleſiae, quae in honore aliquorum Martyrum fiebant: quorum ſepulcris et Eccleſiis honor congruus exhibendus in Canonibus decernitur.* Lex. 7. Cod. Theod. de Sepulcris violat. *Habeat in poteſtate, ſi quilibet in loco Sanctorum eſt aliquis conditus, pro eius veneratione, quod Martyrium vocandum ſit, addant, quod voluerint fabricarum.* MARTYRIA, proprie etiam ipſa Martyrum ſepulcra, memoriae, confeſſiones, quibus ſuperaedificantur altaria. Liber Pontificalis Damaſi in Felice I. *Hic conſtituit ſupra ſepulcra aut memorias Martyrum Miſſas celebrari.* MARTYRVM CONCILIA etiam dicuntur eiusmodi aedes, Martyribus dicatae, in Martyrol. 23. Ian. Liber Pontificalis, de Damaſo: *Qui Martyrum Concilia atque ſepulcra verſibus declarauit.* † MARTYRIA, martyrum oſſa, reliquae. in Act. SS. t. 7. Sept. p. 426.

MARTYRIZARE. (1) Martyrem facere, cruciare. Rogerus Houedenus, in Willelmo I. MARTYRIZIARE. Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratae Toloſ. (2) Neutro ſenſu. Mortem Chriſti cauſa perpeti. Acta SS. to. 2. Martii p. 377. (3) Angere, torquere interficere. Miracula S. Welarici to. 1. Aprilis, p. 26. *Cur me tamdiu Martyrizas, qui Chriſti dona euangelizas?*

MARTYRIZATOR, qui cruciatibus afficit. Hariulphus in Chron.

MARTYROLOGIVM, faſti Sanctorum. Gregor. M. L. 7. Ind. I. Ep. 29. *Nos autem paene omnium Martyrum diſtinctis per dies ſingulos paſſionibus collecta in vno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione, Miſſarum ſolennia agimus, non tamen in eodem volum[illegible] qualiter ſit paſſus, indicatur tunmodo nomen, locus, et di[illegible] nis ponitur.* V. quae notau[illegible] nius in Praefat. ad Martyrol[illegible] man. Sequioribus ſaeculis, m[illegible] apud Monachos, *Martyrologi[illegible]* xius ſumptum pro *Necrologio* [illegible] Obituario et Regula, quod fer[illegible] per in eodem volumine, Mat[illegible] logium, Obituarium, et Regu[illegible] dinis deſcripti legerentur. [illegible] Aquisgran. an. 817. num. 69. *Vide Capitulum primitus Martyrologium legatur, et dicatur verſus, deinde Regula, aut homelia quaelibet legatur.* Vide *Martyrologio inſcribi* dicitur, cuius obitus dies ibi annotatur, vt ſcilicet ex ea congregatione, ſeu fraternitate, cui quis adſcriptus eſt. Ingulphus p. 907. MARTILEGIVM, obituarium, Necrologium. Charta anni 1438. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 626.

† MARTYRÓR, i. q. *Marteror*, in Ch. a. 1114. t. 2. Hiſt. Occit. Prob. p. 389.

MARVS Scotis, idem qui vulgo ſubmonitor; vnde *Sergandus* dicitur, non ſemel in Regiam Maieſtat. L. 1. c. 6. §. 7. lib. 4. c. 8. §. 3. in Statutis Alexandri II. Regis c. 15. §. 4. in Statutis Dauidis II. c. 51. et in Statutis Roberti II. c. 2.

† MARVSIA, *la cima delli cipreſſi*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

MARZARIA, minutae merces, vt videtur, Gallis *Mercerie*, Ital. *Merzaria* et *Merceria*. Statuta Vercell. lib. 3. p. 104. vo. *Liceat tamen cuilibet ducere vel duci facere, mittere vel mitti facere, beſtias . . . cathenas, patinos, Marzarias, ferramenta, ſpeciarias etc.* V. *Merzaria.*

MARZARIVS, harum mercium propola, Ital. *Merciaio.* Statuta Aſten. Collat. 7. c. 12. f. 24. vo.

† MARZATICVM, martium, militare frumentum, in Stat. Placent. V. *Martiaticum.*

† MARZOCHVS, vox Italica, martius, animoſus, ap. Barel. in ſerm.

MAS, *Malis*, pro *Mas*, *maris*, miſi mendum fuerit. Charta ann. 1348. ex Schedis Pr. de Mazaugues: *Quod poſſint*

Digitized by Google

dictos homines suos, . . . fa-
condemnari pecuniariter, de a-
riis voluntariis, seu sine violentia
etratis tam in Malem quam in
inam cuiuscumque sexus.

MA, MASADA, V. *Massa 5.*

MA CRIVM, V. *Mazacrium.*

† SAGARA, lucanica, botulus, Gloss. Lat. Gall. Cod. 7692.

MA GIVM, V. *Massa 6.*

MA AMVTINVS, V. *Masmodina.*

MASANA, V. *Maçana.*

MASARA, Saracenis Siculis, dictum *Molendinum ad molendas cannas mellis*, in Charta Guillel. Reg. Siciliae ann. 1176. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Montis Reg. et in Bullario Casin. to. 2. p. 191. vbi edit. *Massara*, quod in Sicilia ex Graeco, vt monet Macer in Hierolex. *Trapeto* vocatur.

MASARIVS. (1) *Masarii, qui praesunt victui vel scribanis*, in Nauibus, apud Sanutum lib. 2. part. 4. c. 21. (2) Alicuius operis conductor. Statuta Astens. Collat. 20. cap. 35. p. 69. (3) V. alia notione in *Massarius.*

MASARVM, mansus, V. *Massarium.*

MASATA, V. *Massa 5.* † *Masata de Salinas*, t. 2. Hist. Occit. Prob. p. 192. Locus esse videtur, vbi sal confici potest.

MASBVTINA, vt *Masmodina*, V. in hac voce.

MASCA, MASCHA. Vgutio: *Masca, stria.* Lex Longob. lib. 1. tit. 11. §. 9. *Nullus praesumat aldiam alienam, aut ancillam; quasi strigam, quae dicitur Masca, occidere.* Lib. 2. tit. 11. §. 2. et Edictum Rotharis tit. 77. *Si quis eam strigam, quod est Masca, clamauerit, etc.* Geruasius Tilleberiensis MS. de Otiis Imper. decisione 3. cap. 88. *Lamias, quas vulgo Mascas, aut in Gallica lingua strias, Physici dicunt nocturnas esse imagines, quae ex grossitie humorum animas dormientium perturbant et pondus faciunt.* Aruerni etiamnum *Masques* scorta vocant. In Glossario Saxonico Gottoniano; *Eges-grimma*, exponitur *masca:* vox composita ex *Egesa*, horror, terror, et *grimma*, foeda oris species, siquidem vox *Grimace*, apud Gallos hac notione inde orta sit, quod prorsus reor. *Masco* Prouincialibus etiamnum sagam, veneficam sonat. Hinc Gallicum *Masque*, larua, natum arbitror, quod primum deformes essent eiusmodi laruae, atque turpes, quales vulgo finguntur mulierculae illae veneficae. V. Menagium in Orig. Gallic. voce *Masque.*

MASCHA, eidem Vgutioni, larua, *Simulacrum, quod terret, quod vulgo dicitur Mascarel, quod opponitur faciei ad terrendos paruos.* Iohannes de Ianua habet *Mascara.* V. *Talamasca.*

† MASCARA, i. q. *Mascarata*, ap. Steph. de Infestura Ms.

MASCARATA, vox Italica, laruatorum pompa, Gallis vulgo *Mascarade.* Miracula S. Angeli Mart. to. 2. Maii p. 73.

MASCARATI et MASCHERATI, ab Italico *Maschera*, Gall. *Masque*, appellati apud Ianuenses, qui Gibellinorum factioni notissimae adhaerebant. Charta anni 1231. Hist. Massil. p. 257. *Vos iurabitis ad sancta Dei Euangelia, quod nunquam inimicos praedicta ciuitatis Mascaratos et suos recipietis.* Statuta Massil. lib. 3. c. 36.

MASCAREL, V. *Masca.*

MASCAVDA, genus vasis, cacabus. V. *Bascaudae.*

MASCELLARE, Rainerius de Inuent. Reliquiarum SS. Eutychetis, et Acutii: *Fecit et paria duo Mascellarium ex auro mira arte sculpta, in quibus Euangelia in solennibus festiuitatibus legerentur.* Forte *manuellarium* quis legat, id est, pulpitorum: nam *manualia*, analogia dicta supra obseruatum.

MASCHA, V. *Masca.*

MASCHALAM TOLLERE, prouerbii genus. De bibonibus dicitur, qui dum calices ebibunt, altius erigunt cubitos; sumta metaphora a machina quadam eiusdem nominis, qua sarcinae deponuntur in naues, aut ex iis extrahuntur. V. Erasmum in Adagiis.

† MASCHARA, galeae species, Ital. *Maschera.* Stat. Mant. l. 1. c. 3.

MASCHARATIVM CORIVM, idem, vt videtur, quod *Masegaticum*, infra. Statuta Astens. vbi de intratis porta-

Digitized by Google

portarum: *Coria Mascharatia soluant pro qualibet dozena, lib. 6.*

† MASCHARITIVM, idem in Stat. datiar. Riper.

† MASCHOTVM, i. q. *Machale*, horreum sine tecto, in Ch. Ms. a. 1373.

† MASCIA, mansio, domus cum agri portione, in Ch. a. 1233. V. *Massa 6.*

MASCLA. (1) Morbi species. Ioan. de Burnino Archiep. Viennensis, de Miracul. Stephani Episc. Diensis: *Altera aegritudine, quae Morbus Masclae dicitur vulgariter, nimis grauiter laborabat.* (2) MASCLA, vel MASCLVS, apud Tideric. Lengenium in Saxonia, vbi *masclis ornatos*, et *masclos*, loricatos interpretor, V. *Macula 2.*

MASCVLI PICTAVENSES, *Masculina pecunia*, monetae species. Gofridus Vindocin. lib. 1. Epist. 20. *Quod si trecentos solidos Pictauensium Masculorum vobis daret, etc.* Charta anni 1081. ex Tabulariis Angeriacensi et S. Stephani Lemouicensi: *Solidi eiusdem monetae Masculinae.* Paulo ante: *Solidi nummorum Pictauinorum.* Vbi *Masculi Pictauenses*, sunt eae minusculae monetae, quas vulgo *Mailles* vocant, crebrius *Mailles Poitevines*, *Pitas Pictauinas.*

† MASCVLINITAS, sexus masculini, ap. S. Thom. in 1. Sentent.

MASCVLO-FEMINA, hermaphroditus, apud Philastrium, in Catalogo Haereseon. p. 26. 1. Edit.

MASCVLORVM CONCVBITORES, in Leg. Wisigoth. L. 3. tit. 5. §. 5. in Capit. Caroli M. L. 1. c. 273. in Addit. 2. Ludouici Pii cap. 18. Addit. 4. c. 102. παιδεραστὰι, ἀρσενοκοῖται. V. *Molles.*

MASCVS. (1) Larua, Gall. *Masque.* Chart. Henrici VIII. Reg. Angl. ann. 1545. ap. Rymer. to. 15. p. 62. (2) Idem, quod *Mansus.* Charta anni 993. apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. col. 347.

† MASDANERIVS, miles in *masnadam* seu familiam cooptatus, in Stat. ant. Florent. MASNARDERIVS, ibidem. V. *Maisnadarius.*

MASDRINVM, V. *Mazer.*

MASEGATICVM CORIVM, [illegible] alutarium, Gall. *Passe en [illegible]* Charta anni 1141. apud Catell. in Comitibus Tolosan. pag. 192. V. *Mascharatium corium.*

MASELAGRIA, marcellum, locus vbi carnes distrahuntur, Occitanis etiamnum *Masel.* († Vel forte *Masellaria*, domus leprosorum.) Statuta Montis oliui dioecesis Carcassonensis anni 1231. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 967.

MASELLVM, pro Macellum, in Litteris Iohannis Reg. Fr. anni 1363. to. 3. Ordinat. p. 625.

† MASELLVS, diminut. a *Masus*, habitatio, domus. Ch. Ms. a. 1319. V. *Massa 6.*

MASEMVTVS, V. *Masmodina.*

† MASENATA, i. q. *Macinata 2*, familia, ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 809.

MASERARE, ab Italico, vt videtur, *Mazzerare*, tundere, Gall. *Battre.* Statuta Vercell. lib. 4. pag. 82. vo. *Item quod fornasarius faciat seu fieri faciat lapides, cupas . . . bene coctos, Maseratos, etc.*

MASERIA, vt infra *Masura.* Charta anni 1232. apud Lobinell. to. 3. Histor. Paris. p. 116.

MASERICA, MASERIVS, V. *Mazer.*

† MASEVVM, pro *Mazerum*, in Monum. eccl. Aquileg. c. 97. V. *Mazer.*

MASGNELLVM, idem, quod *Mansionile*, agri portiuncula, cum *mansione* seu aede, Gall. *Maisnil*, vel *Ménil.* Charta anni 1211. apud Stephanot. Antiquit. Bened. Pictau. MSS. to. 3. p. 792.

MASHAV, († idem f. quod *Maschotum* et *Machale.*) Capitulare 3. ann. 813. cap. 25. *Et quicquid in Mashau furauerit, duos geldos componere faciat, in Wirdira vncias duas, etc.*

MASHFATVM, cupa in qua temperantur quae cereuisiae conficiendae inseruiunt, in Charta Feodi p. 162. Germ. Maischfaß, ab Angl. *Mash*, mixtura et *Fat*, cupa.

† MASIA, mansio, domus cum agri portione, i. q. *Massa 6.* Murat. t. 3. Antiq. p. 1135.

MASIGNVM SAXVM, f. saxum viuum. Translatio SS. Prosperi et Venerii.

Digitized by Google

nerii. to. 5. Iunii p. 64. *Et capita ligaminum sunt magno artificio inserata, et inplumbata in dicto saxo Masigno.*

MASILINVM, *Mansus*, domus. Martyrologia antiqua apud Marten. to. 6. Ampliss. Collect. col. 699.

MASINATA, familia, militaris caterua, idem quod *Maisnada*. Annal. Caesenat. ad ann. 1324. apud Murat. to. 14. col. 1142.

MASINATVRA, eadem, vt videtur, notione, in Chron. Andr. Danduli, ap. eumd. to. 12. col. 324. *Quo tempore fama in populo diuulgata est, quod de duplicanda solutione Masinaturae consilium ageretur.*

MASINILE, agri portiuncula cum *mansione*, seu domo, Gall. *Ménil*. Martyrologia antiqua apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 724. V. *Mansionile*.

MASIO, *mansio*, domus, Gall. *Maison*. Charta apud Madox. Formul. Anglic. p. 50.

MASIVM, domus, Gall. *Maison*. Lambertus Ardensis p. 155.

MASILINGVA, *genus auis, Parieth dicitur*. Papias.

MASMODINA, moneta Saracenor. Aegyptiorum, quos *Masmudos* et *Masemutos* perpetuo vocant Hugo Falcandus, in Hist. de Calamit. Sicil. pag. 649. 675. et alibi, et Anonymus Casinensis sub anno 1160. Andreas Boschus in sua Catalania p. 490. *Maymondius de or valian dos Reals Castelans, y dos diners Valencians, dits per altre nom Maimondines los espines*. V. Beuterum lib. 2. cap. 20. Tabul. S. Victoris Massiliensis fol. 166. *Et recipimus nomine accapiti a vobis vnam Masmodinam auri nouam*. Dicitur *Moneta Masemutorum*, in quodam Diplomate Petri Regis Aragon. apud Baron. ann. 1097. n. 92. Vbi Gariellus obseruat, nescio quo auctore, *Masumatinos* nummos aureos vel argenteos singulos senis regalium aestimatos, ab Aben-Iosepho Mahosumeto Miramulmino, illo forte, de quo Rodericus Toletanus, in Histor. Arabum c. vlt. traxisse nomen, qui supremum in Mauros Hispanos imperium habuerat. Gariello assentit Ruffius to. 2. Hist. Massil. edit. 1696. p. 325. vbi editum *Masbutina* et *Macemutina*. MAZMVTINA, ap. Baron. a. 1097. n. 92. MAIMODINA. Testamentum Nunonis Sancii Comitis Ruscinon. 16. Kal. Decembris 1241. MASMVTINA, in Charta, ann. 1225. ex Tabul. Arelat. MASSARITINI OBOLI, in Charta ann. 1211. in Regesto Philipp. Augusti. Herouualliano fol. 109. MASVMATINI, in Epist. III. PP. apud Gariell. in Episcop. Magalonens. pag. 227. V. *Marabotinus*.

MASMORRA, carcer, apud Mauros. Acta S. Ferdinandi Principis Lusitan. to. 1. Iunii pag. 572.

MASMVTINA, V. *Masmodina*.

MASNADA, V. *Maisnada*.

MASNAGIVM. (1) Mansio, domus, interdum cum agri portiuncula. Charta Hugonis Comitis Regitest. anni 1199. ex Tabular. S. Remigii Remens. V. *Mansionile*. (2) Familia, quae in *Masnagio* seu domo est. Charta Ludouici Comit. Blesens. ann. 1198. in Tabular. Bonaeuall.

MASNARDERIVS, V. *Masdanerius*.

MASNATA, V. *Maisnada*.

MASNENGA, vt *Maisnada*, familia. Statuta Astens. collat. 4. c. 1. p. 16. Hinc

MASNENGONVS, vel MASNENGVS, familiaris, domesticus, in Statutis Vercell. lib. 5. fol. 122. vo. *Masnenghus*, in Stat. Mont. Reg. p. 166. vbi et *Masnengha* occurrit pro domestica.

† MASNIGILVS, i. q. *Mansionile*, in Ch. Mss. a. 24. Lothar.

MASNILE, MASNILVS. V. *Mansionile*.

MASOERIVS, V. *Mansionarius*.

MASORICVS. Anastasius in Leone IV. p. 196. *Obtulit Masoricas oleas tres serico textas, coloreque depictas, quae in circuitu altaris dependerent*. Dominicus Magrus vocem Arabicam putat, Aegyptiamque interpretatur, nescio, quo auctore. Sed videtur idem valere, quod *Maserica*, adeo vt *olea*, quae non fuit oliua praegrandis, vti opinatur, sed species gemmae aut putlae grandioris ex *mazaro*, seu murrhi-

Digitized by Google

murrhina materia confecta fuerit. V. *Mazer*, *olea*.

MASOVERIVS, V. *Mansionarii*.

MASPILVS. Synodus Pergam. anni 1311. apud Murat. to. 9. col. 547. *Vestes virgulatas seu de catabriato, de medietate, vel listatas, vel frixis aut Maspilis argenteis, vel de metallo aliquo . . . minime deferentes.* Forte *Maspilus* pro *Mespilus*, Gall. *Nefflier*, mespilum, *Neffle*, qua quidem voce globulos vestium, Gall. *Boutons*, significatos existimo, qui ideo *Maspili* dicuntur, quod mespili formam referrent. † Vid. Monum. eccles. Aquileg. c. 90. p. 903.

MASPINA. Gloss. Graec. Lat. ἰερὸν ὀστοῦν, *Coxendix*, *Maspina*.

† MASPITER, *lo padre della madre*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

† MASQVARATA, i. q. *Mascara*, t. 4. Hist. Occit. Prob. p. 87.

MASRA. Charta anni 811. in Hist. Monast. S. Mariae Suession. p. 432. *Masras etiam piscinas super mare. etc.* V. *Mara* 1.

MASSA. (1) Claua, Gallis *Masse*. Ioan. de Ianua: *Claua quae vulgariter dicitur Massa.* Leges Palat. Iacobi II. Regis Maioric. to. 3. SS. Iunii p. XXXIV. *Pacis vero tempore ensem et Massam deferre habeant, etiam et arma completa.* V. *Maxuca*. (2) Malleus ligneus. Vetus Ceremoniale, MS. B. M. Deauratae Tolos. V. *Massare*. (3) Globus armatorum. Galli dicunt, *Peloton de gens de guerre.* Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1275. apud Murator. to. 8. col. 1138. *Reduxit se dictus Guido comes contra populum, qui erant sine numero, vltra quatuor millia, qui erant adhuc in campo in vna Massa, ad vexillum carrocii.* (4) Non multum diuersa notione quaeuis moles *Massa* dicitur. Hinc *Massa* vocatur aurum infectum, Gall. *Lingot d'or*, in Charta Henrici IV. Reg. Angliae ann. 1406. apud Rymer. to. 8. p. 441. Sic etiam *Massa ferri*, in Charta ann. 1312. apud Ludewig. to. 4. Reliqu. MSS. p. 188. *Massae murales* in Instrum. 1270. apud Menesterium Histor. Lugdun. p. 13. (5) Matricula, apud Bollandistas, to. 7. Maii, pag. 543. vbi de S. Valen[illegible] *venerendos D. Franciscum d[illegible] et D. Seguranum Mercad[illegible] nos Massae praedictae, Eccles[illegible] ris Genuae, etc.* (6) MASSA, MASSVM, MASA, MASADA, vocc. eiusd. notionis et originis ac *Mans* et *Mansus*, certus agrorum modus seu vt quidam volunt conglobatio collectio quaedam possessionum praediorum, quam Graeci συνάγειν vocant. Gloss. Lat. Graec. *Massam*, σύνκτησιν. Ita enim legendum Will. Brito in Vocabul. *Massa, villa vel casula.* Senator. L. 5. Epist. 12. *Palentinam Massam, quam eis pro compensatione largitas nostra transfuderat.* Adde aliam Henrici III. Imp. anni 1040. ibid. pag. 39. Chronicon paruum Ferrariense, apud Murator. to. 8. col. 473. *Superanxerunt quidam ex Augustis successoribus ipsi Ecclesiae Romanae iurisdictiones et dona. Inter quae dona XII. Massas et plures fundos, ex quibus ciuitas Ferrariae . . . Massae XII. sunt inuentae, quarum prima dicta est vicus Auentinus. etc.* Vbi perspicuum est *Massam* pro collectione praediorum vsurpari. MASSALICAE CASAE, id est, simul collectae. Charta anni 993. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 347. MASSA, interdum strictius sumitur pro domo, mansione. Charta apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. p. 341. *Donauit Massam meam in Landegon, et vineam meam, et quatuor mansentes, etc.* MASSVS, in Tabulario Angeriacensi. *Massos de terra arabili*, Gallis *Mas de terre.* MASSVS MEITAERIVS, et TERTIARIVS, qui mediam vel tertiam redituum partem reddit. Chartular. Prioratus S. Petri de Domina, fol. 60. *Massus Tertiarius* (debet) 11. *lib. de porco, 5. sol. de multone, et 5. spallas, . . . Massus Meitaerius 8. libras de porco et 6. den. deublias et 4 spallas.* MASSVS, eadem notione qua *Mans*. Testament. Marfredi Vicecom. ann. 966. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 85. Occurrit alibi. MASSVM, neutro genere. Charta Roberti Regis Franciae an. 20. Regni: *In villa quae*

Digitized by Google

quae nuncupatur Cauannas, tria Maſſa cum vna manſura. MASA, Vgutio: *Maſa, villa vel caſale.* Epiſtola Adriani PP. to. 3. Hiſt. Franc. p. 769.

MASADA. Tabular. Bellilocenſe in Lemouicibus, n. 83. *Dimitto ad filias meas . . . quatuor Maſadas.*

MASAGIVM, Manſio, domus, habitatio, *Maſure*, caſa villici, coloni. Monaſticum Anglican. to. 1. p. 862. *Confirmaui vnam acram terrae in Wenet, cum Maſagiis ſuper eandem acram factis.*

MASSAGIVM, domus itidem, manſio. Tabular. Prioratus S. Himerii.

MASVCAGIVM, eadem notione crebro in Tabulario S. Egidii Pontis Audomari in Normannia.

MASATA, manſio, domus, *manſura*, Gallis *Maſure*. Curia Generalis Catalaniae Barcinone acta ſub Petro II. Rege Arag. anni 1283. MS. cap. 23. (7) MASSA CANDIDA, locus ita dictus apud Carthaginem, in quo ſub Imperatoribus gentilibus, et in Chriſtianos ſaeuientibus, fouea erat calce plena, in quam Chriſtiani, gentilium diis ſacrificare renuentes, praecipitabantur. Prudentius Periſteph. Hymn. 4. Vincentius Beluac. lib. 12. c. 130. de Paſſione 18 Martyrum, qui dicuntur *Maſſa Candida: Hi prae innumera multitudine Maſſa ſancta, vel Candida appellantur.* V. Sauaron. ad Sidon. lib. 6. Epiſt. 1. et Leonardum Fuchſium, ad Myrepſum Sect. 3. c. 89.

MASSABITINVS, V. *Maſmodina.*

MASSACONICI, V. *Maceconici.*

MASSACVMA. Matth. Siluaticus: *Petamum, eſt quaedam aqua, cum qua alkeantur, vel inuitreantur vaſa: et fit ex plumbo et limatura aeris, et lapide focali, et vocatur ab aliquibus Maſſacuma, vel aqua vitri, vel aqua vaſorum, quia ex ipſa inuitreantur viridi inuitreatione vaſa terrea.*

† MASSADITIVM, territorium, diſtrictus alicuius *maſſae*. Stat. Mutin.

MASSAGIVM, V. *Maſſa 6.*

MASSAIARIA, legatio. Charta ann. 1251. apud Sebaſt. Fanton. tom. 2. Hiſt. Auenion. p. 110.

MASSAIGIVM, agri portiuncula cum manſione. Charta anni 1375. apud Baluzium, to. 2. Hiſt. Aruern. p. 209. V. *Maiſagium.*

MASSALIANI, haeretici, qui et ἐυχῆται dicti, quod paene aſſidue orarent, quorum meminit Facundus Hermianenſis lib. 8. cap. 7. De iis etiam Epiphanius, Leontius de Sectis, Harmenopulus, Pſellus de Operatione daemonum, et alii.

MASSALICVS, V. in *Maſſa 6.*

MASSALITER, viritim, in commune. Tertullian. de fuga in perſecut. cap. 13. *Maſſaliter totae Eccleſiae, tributum ſibi irrogauerunt.*

MASSAMVTINVS, V. *Maſmodina.*

† MASSANTIVM, moles, congeries, Gall. *Maſſe*, in Stat. Placent. l. 6.

† MASSANVS, *maſſae* incola, ruſticus, in Ch. a. 1158. ap. Cenc. inter cenſ. eccl. Rom. V. *Maſſa 6.*

† MASSANVLI, Saraceni in Chron. Mſ. monachi Ciſterc. V. *Marrones* et *Moabita.*

MASSAPANVM, arcula, Gall. *Petite boëte*, Maſſilienſibus *Maſſepan.* Charta anni 1399. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. *Vnam boyſſiam ſiue Maſſapanum*, in Charta anni 1400. ex eod. Tabular. V. *Macrapanum.*

MASSARA. (1) Vt *Maſara*, V. in hac voce. (2) † Idem quod *Maſſa 6*, ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 823.

MASSARE. (1) Mandere, in Maſſam tundere, Gall. *Maſcher.* Leges Henrici I. Regis Angl. c. 93. *Vltimi* (dentes) *ſunt molares, qui conciſa a prioribus vel confracta a ſequentibus molunt, et inde Maſſant.* (2) *Maſſa*, ſeu malleo ligneo fragorem edere. Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratae Toloſ. V. *Maſſa 2.*

MASSARIA. (1) Collectio quaedam poſſeſſionum ac praediorum. Teſtament. Friderici Imper. anni 1250. apud Murator. to. 9. col. 663. (2) Cura et officium *Maſſarii*, ſeu villici. Vnde MASSARIARVM PROVISOR, ſeu *Magiſter Maſſariarum*, qui Maſſariis praeeſt, iisque inuigilat. Petrus de Vineis, lib. 3. Epiſt. 66. (3) † Officium *maſſarii*, ſeu fiſci publici adminiſtratoris. Correct. Stat. Cadubr. (4) † Ancilla, famula, Ital. *Maſſara*, in Stat. crimin. Riper.

MASSA-

Digitized by Google

MASSARICA, vt *Massaritia*, in Charta anni 1107. apud D. Calmet. Histor. Lotharing. tom. 1. p. 524.

MASSARIOLVS, praediolum, in Charta Berengarii Regis Italiae an. 900. apud Vghellum tom. 5. p. 630. V. *Massarius*.

MASSARITIA, MASSARICIA, MASSARITIVM, Italis *Masseritia*, suppellex, instrumentum *massae* rusticum. Auctor Mamotrecti: *Suppellex, dicitur Massaritium.* Vel etiam mansus ipse hac suppellectile instructus. Ratherius Veronensis in libello de Discordia inter ipsum et Clericos: *Ita inaequaliter et per Massaritias dinidere, vt quidam eorum inde fiant ex panperrimis locupletissimi, etc.* AMASSARICIA, in Chronico Farfensi, pag. 658. MASSARITIAE CASAE, suppellectile et instrumentis rusticis instructa. Chron. Casaur. to. 5. Spicil. Acher. p. 365. V. *Massalicae casae* in *Massa* 5. *Massaritia* opponi videntur *dominicatis*, in Charta anni 1011. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 195. *Et rebus vero ipsis tam dominicatis, quam et Massariciis seu aldionaricis, et tributareis, etc.* Vnde colligitur *Massaricia* fuisse praedia, quae sub annua praestatione excolenda concedebantur villicis, qui ex iis pro dominorum libitu poterant amoueri.

MASSARITICVM, eadem notione, qua *Massaritia*. Statuta Venetor. anni 1242. lib. 4. cap. 16.

MASSARIVS, MASARIVS, villicus, *Massae* custos, colonus. Vgutio et W. Brito, in Vocabul. *Massarius, cui commissa est cura totius familiae. Conductores Massarum*, apud Senatorem L. 12. Epist. 5. *Casa Massarii* in Lege Longobard. lib. 1. tit. 8. §. 29. *Servus, qui sub Massario est*, tit. 11. §. 3. 5. Praeceptum Caroli M. anni 773. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 37. *Villis, mansis, mancipiis, Massariis, aedificiis, etc.* Bulla Honorii III. PP. anni 1217. apud Vghellum, in Episc. Anagn. *Item, mandamus, quod Massarii qui a collectis aliquo tempore sunt exempti, etc.* Vetus Inscriptio in Ecclesia Cathedrali Alexandriae in Italia: *B. Guillelmus Zuccus, Civis [illegible] sarius huius Ecclesiae.* Vbi *Massarium* interpretatur [illegible] suppellectilis, quae *Masse* dicitur. Alia Inscriptio an[illegible] apud Hieronymum *Dalla C[illegible]* 5. extremo Histor. Veronensi. *ri fecit condiuuantibus Salom[illegible] que Rainaldo eiusdem operis M[illegible] aliisque religiosi, etc.* Id est [illegible] ductoribus. Frequentissima e[illegible] vox apud Italos, pro custode [illegible] suppellectilis, machinarum [illegible] bellicarum, aliorumque instr[illegible] torum, ad publica opera, quib[illegible] officio inuigilabat *Massarius.* [illegible]tura Vercell. L. 3. p. 52. vo. [illegible] *quod ille qui fuerit Massarius C[illegible] nis tenens vtensilia Communis,* [illegible] *pro suo feudo medii anni libr[illegible] tuor Papienses.* Adde Stat. M[illegible] Reg. p. 58. MASSARIVS, diuers[illegible] non nihil notione, pro administrator, dispensator, Gall. *Econome*, [illegible] *Massaio.* Synodus Pergam. anni [illegible] apud Murator. to. 9. col. 552. *Et hanc poenam extendimus ad Prelatos et rectores Ecclesiarum non soluentes pro ipsis Ecclesiis in totum, vbi ad ipsos pertinere talium solutio censuit, si ipsos iusta causa, siue impossibilitas non excusat, de qua infra duos menses plenaria fiat fides, et ad illorum Massarios et Canenarios dispensatores reddituum, qui potestatem habuerint plenariam haec soluendi.* MASSARII *Molendinorum*, in Statut. Astens. Collat. 15. cap. 11. p. 44. recto.

MASSARITINVS, V. *Masmodina*.

MASSAROLVS, idem, qui *Massarius*, administrator, ap. Murat. t. 9. p. [illegible]

MASSARVM, MASARVM, mansus, praedium rusticum, ap. Lucium lib. de Reg. Dalmat. c. 2. et 15. V. *Massaritium.*

MASSATIVM, terminus agro[illegible] plumbo stannoque distinctus; [illegible] Agrimensorum. Auctor incert. *Terminus, si aliquid fictum habe[illegible] per se . . . aut plumbum aut stan[illegible] epitecticum, hoc est, Massatium, fa[illegible] catum inter censa Centuriae.* G[illegible] *un Massif de pierres.*

† MAS-

Digitized by Google

† [illegible]MATVM, supellex, instrumentum *massae* rusticum, t. 6. Gall. Hist. Instr. p. 271.

† [illegible]SSEA, clausa, t. 2. Hist. Nem. Prob. p. 181. V. *Massa* 1.

MA[illegible]ELLARIVS, pro *Macellarius*, qui carnes in macello vendit. Litterae Philippi IV. anni 1313. to. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 532.

† [illegible]SSELLVS, tabula, vbi *massellarius* carnes venum exponit, in Ch. ann. a. 1343. V. *Macellus*.

MA[illegible]EMVTINA, V. *Masmodina*.

† MASSERARE, baculo seu clauo percutere, vnde MASSERATIO, eiusmodi percussio, t. 3. Hist. Nem. Prob. p. 75. V. *Massea*.

MASSERE, mercator, vox Anglo-Saxonica, in Capitul. de Weregildis post Concilium Grateleanum anni 928.

† MASSERIA, vox Ital. rerum cuiusuis generis, ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 68.

† MASSERICIA, supellex quaeuis, Ital. *Masserizia*, ap. Murat. t. 3. Antiq. p. 1212. V. *Massaricia*.

MASSERIVS. (1) Qui *massam* seu clausam fert, clauator, seruiens armorum, Gallis olim *Masser* vel *Sergeant à masse*, nunc *Massier*. Commentaria Humbert. Pilati de Humberto II. Dalphin. ad ann. 1345. ex Schedis D. Lancelot. V. *Massa* 1. et *Seruiens*. (2) Idem qui *Massarius*, administrator, ap. Murat. t. 9. pag. 823.

MASSIA. (1) Curia, a *Massa*, seu clausa seruientium, quomodo *barra* dicitur, a *barris*, seu cancellis, quibus septum est auditorium. Charta Iohannis Reg. Angl. apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. col. 1024. (2) Bacillus. Miracula sanctae Zitae, to. 3. Aprilis p. 526. V. *Massiola*.

MASSICOTI, minoris chori ministri, in Cathedralibus, Parisiis *Macicoti*, iidem qui Italis *Maceconclui*. Ordinarium Siluanect. apud Marten. de Antiq. Eccles. discipl. p. 83. *Masscoti vel Clerici clericaliter induti, cappis fericis incipiunt Inuitatorium, Christus*. Hinc eorundem Ordo *Massicosia* dicitur in Instrum. ex Archiuis Eccles. Paris. V. *Maceconicti*.

MASSICVS. Edgarus Rex in Legibus Heydensium Monachorum c. 3. de Adamo: *Non illicito Massicus delectabatur edulio; sed parcitate contentus, licito vtebatur cibario*. Sed legendum *Massucus*, id est, *edax*, vt est apud Papiam. Glossae antiquae MSS. *Massucum, edacem*.

† MASSINA, retis species, in Ch. Mss. a. 1287.

MASSIO, *mallo*, Papias MS. Bituric.

MASSIOLA, bacillus. Miracula B. Zitae, tom. 3. Aprilis pag. 524. V. *Massia* 2.

MASSIPIARIVS, V. *Mancipiarius*.

† MASSODA, MASSODATA, i. q. *Mansoyata*, in Ch. Mss. a. 1529.

† MASSOM, structura ex lapidibus, in Ch. Mss. a. 1225. V. *Massoneria*.

MASSONERIA, structura, Gallis *Maçonnerie*. Bullarium Fontanell. MS. fol. 119.

MASSONERIVS, a Gall. *Maçon*, latomus. Regest. Iohannis Comit. Pictau. in Camera Comput. Paris. anni 1358. fol. 92. *Stephanus Sterlini lathomus seu Massonerius habitator Tholosae, etc.*

† MASSONVS, latomus, Gall. *Maçon*, t. 2. Hist. Nem. Prob. p. 49. V. *Massonerius*.

† MASSONYA, clausa, in Lit. remiss. Mss. a. 1364. MASSVYA, ibidem. V. *Massa* 1.

MASSOTA. (1) MASSATA FOENI, eadem notione qua *Mansoyata*, in Tabular. S. Crucis Sauigniac. (2) † Parua clausa, Gall. *Massuette*, in Lit. remiss. Mss. a. 1409. V. *Massea*.

MASSVBIA, pro *Mastigia*. Concilium Colonienſe, anni 1260. seu Statuta Conradi Archiep. Colonienſ. de Monachis c. 5. *Statuimus inhibendo, ne aliquis Monachorum furcotiis, caligis coloratis, calceis nodatis, cingulis irregularibus, aut Massuriis fericis vtatur, etc.*

MASSVCVS, V. *Massicus*.

† MASSVLTATA, i. q. *Massoda*, in Terriar. Bellioc.

† MASSVLTVS, carri seu plaustri genus, in eodem Terrear. V. *Mansoyata*.

MASSVM. (1) *Ludus ad massa*, Gallis *Jeu de mail*. Breuiarium Hist.

Pisanae ad annum 1264. apud Murator. tom. 6. col. 195. (2) Alia notione, V. in *Massa* 6.

MASSVRA, *mansio*, domus. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 34. V. *Mansura* et *Masura*.

MASSVS, V. *Massa* 6.

MASSVYA, V. *Massonya*.

MASTALO, Bollandistis, inferior lapis, seu limen fenestrae, cui virga immissa plumbo affuso infigitur. Acta S. Raynerii to. 3. Iunii p. 464. *Et trahentes adhuc fracta est inferius et remansit in fenestra Mastalo plumbatus.*

MASTELLVM, Academicis Cruscanis, labellum, Gall. *Cuvette*. Vita B. Henrici Baucens. to. 2. Iunii pag. 374.

MASTIÇARE. (1) Mandere, dentibus conficere, Gall. *Mascher*: pro *Mastacare*, inquit Salmasius ad Spartianum, a μάσαξ, μάσακος, quae ἔνθεσιν significat, et mansum et maxillam: *Mastacare*, *comedere*, Papiae. *Masticare*, *mascher*, *ou manger*, *ou debiliter*, *enquerir*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Italis *Mastugare*, eadem notione. (2) † Perpendere, meditari, Ital. *Masticare*, Gall. *Macher*; vnde MASTIGATIO, consideratio. Elmham in vita Henr. V. c. 63.

MASTICINALIA, *dicta*, *quod colorem masticis habeat. Crocea est.* Papias.

MASTIGATIO, flagellatio. Vita S. Diliae apud Eccardum Origin. Habsburgo-Austr. col. 87. V. *Mastigia*.

MASTIGIA, flagrum, flagellum, ex Graec. μάστιξ. Gloss. MS. Reg. Cod. 1197. *Mastigia*, *flagella vel virga*. Glossae antiquae MSS. et ex iis Papias: *Mastigiae*, *taureae*, *flagella*. Charta Ludouici Pii Imp. apud Doubl. p. 376. *Si vero seruus fuisse comprobatur*, *centum quinquaginta ictibus publice nudatus coram Iudicibus Mastigia feriatur*. Atque inde *Mastigia*, pro sustuaria et flagellaria poena sumitur, in Decretis Sancti Stephani Regis, Hungariae L. 1. in Prooem. qua apud Hungaros serui puniuntur: *Filiusque Salomonis . . . minatus est populo percussiones frameae pro Mastigiis.* MASTIGIA, pro accipitur pro scutica, ex corr. fecta, qua Monachi praecing. Papias: *Mastigia*, *corrigia*, *qua tellum conglutinatur ante*, *et p quoque pro flagello*. in Miract. Agili Abb. lib. 1. c. 5.

MASTIGOPHORVS, *flagell* Vgutioni.

MASTILIO, Gallis *Bled mesteil*, frumentum mistum. Statuta G Scoticae c. 19. V. *Mixtum* 2.

MASTINVS, molossus, Gall. *M* Leges Foresl. Scoticor. c. 13. *Si quis Mastinus inuentus fuerit in Magna foresta*. Assisa forestae Henrici II. Regis Angl. art. 6. *Rex praecipit quod expeditatio Mastinorum fiat, ubicumque ferae suae pacem habent, vel habere consueuerunt.* Perperam *Mastinus* pro *Mastinus*, in Assisa forestae cap. 9. ap. Spelmannum.

MASTIVA, pro *Mestiua*, Praestatio ex frumento. Charta Ludouici VII. anni 1145. to. 1. Ordinat. Reg. Franc. p. 10. *Porro de his Mastiris praeceptum est, vt ad iustam minam praefatae ciuitatis reddantur.* V. *Mastiua*.

MASTIVVS, V. *Mastinus*.

MASTIX, apud Papiam, pro *Mastiche*, resina lentisci, Gall. *Mastic*. *Mastix*, *Vne maniere de gomme profitable aux dens*, *ou de couler*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. ex Iohan. de Ianua.

MASTRA. (1) Arcus, fornix, Gall. *Arche*, *arcade*. Statuta Mediolanens. part. 2. cap. 272. (2) Pro Mactra, Gall. *Mait*; Massilienſibus *Mastre*. Inuentar. anni 1294. ex Tabulis S. Victoris Massil. *Vnam sagoman*, *vnam Mastram*, *etc.* (3) Arca, Gall. *Coffre*. Litterae Iohannis Reg. Franc. anni 1356. to. 3. Ordinat. pag. 159.

MASTRVCA, Sardorum vestis pellita. Isidorus Origin. lib. 19. c. 23. *Mastruca*, *vestis Germanica*, *ex pellibus ferarum*, *de qua Cicero pro Scauro*: *Quem purpura regalis non commouit*, *eum Sardorum Mastruca mutauit.* Sed *illudens Cicero ex industria* hoc vius est peregrino vocabulo, vt monuit Quintilianus Orat. Institut. lib. 1. cap. 5. Acta S. Felicis Presbyt. to. 1. Ianuar. p. 950. *Quid huic*, *quaeso*, *obfuit*

Digitized by Google

uit seni persona, sentinatoris et in utis vilissima, inops habitus et Ma- ca Sardorum.

MASTRVCATVS, *Mastruca* indu- us, vt togatus, qui vestitus toga, pud Ciceronem de Prouerbiis 15. *es in Sardiniae cum Mastrucatis la- trunculis gesta.*

MASTRVGA. (1) Idem, quod *Ma- truca.* Hist. Monast. Chombergen- is, c. 8. apud R. Duellium Miscell. lib. 2. pag. 284. V. *Crusna.* (2) MASTRVGA, in Glossis antiq. MSS. *ortis aut fortissimus.* Papias: *Ma- ruga, fortis valde, lingua Sardorum.*

† MASTRVTA, mendose pro *Mastru- ca*, ap. Pez. t. 1. Script. p. 1254.

MASTVRBARE, *manuturbare*, δεῦειν, i. subigere, mollire. Gloss. Lat. Gr. MS. Sangerm.

MASTVRZVM. Charta anni 1284. ap. Vghellum, tom. 7. Italiae sacrae p. 611. *Corona vna de rame, cruce vna de rame, cum catenis earum, onis duobus de Masturzo, calice vno de staino, etc.* Italis *Masturzo* est na- sturtium.

MASTVS, malus, nauis arbor, Germ. Mast, Gall. *Mas.* Litterae Eduardi III. Reg. Angl. anni 1327. ap. Ry- mer. to. 4. p. 273.

MASTYX, vox Graeca μαστιγεύς, fla- gellator, metaph. pro reprehensor. Christoph. Mulleri Introductio in Hist. Canoniae Sand-Hippolyt. ap. R. Duellium Miscell. lib. 1. p. 301.

MAST Z. Charta Petri de Roteys Vica- rii Tolosan. ann. 1272. ex Cod. MS. Consuet. et priuil. vrbis Tolos. pag. 27. in Bibl. D. Abb. de Crozat: *Item constituimus . . . quod nullus fusteriorum Tholosae sit ausus emere aliquas fustas seu trabes vel perticas de podio . . . . nisi coudram, et mai- rannum, et Mastz, et virgas.*

MASVAGIVM, domus habitationi idonea, praedium rusticum, Co- wello. Charta ann. 1225. ex Tabu- lar. S. Remigii Remens. V. *Messua- gium, Masagium* et *Massa,*

MASVALE, idem quod *Mansus*, vel certe quod *Mansionile*; vide vtrum- que. Tabul. S. Nicolai Andegau. *Barbotinus dominus Prugniaci et Gu- essius frater eius dederunt S. Nicholao landiam de Alta perchia et terram omnem et masuale suum atque pisca- turam aliam in illa terra.* Charta Mi- lonis Abb. S. Medardi Suession. *As- signat autem praedictum censum super idem Masuale.*

MASVCAGIVM, V. *Massa 6.*

† MASVCHVS, mallei seu clauae spe- cies, Ital. *Mazzuolo*, in Stat. Vallis- Ser.

MASVELLA, species armorum, mi- nor claua. Charta an. 1319. apud Rymer. to. 3. p. 790. V. *Massa.*

MASVMATINVS, V. *Masmodina.*

MASVRA, pro *Mansura*, mansio, do- mus; interdum cum aliqua agri portione. Charta an. 1095. apud Lo- binell. to. 2. Britan. p. 182. *Apud eamdem autem villam donauit Deo et S. Nicholao Gosbertus Bornus vnam Masuram terrae cum examplis quae ibi erant vnde Robinus suus maeterius erat.* Charta apud Madox Formul. Angl. p. 302. *Dedi . . . in perpe- tuam eleemosinam quandam Mansuram terrae . . . . Hanc igitur donationem meam de praedicta Masura cum tota terra ad eam pertinente, et caetera, quae hic dicta sunt, concesserunt filii mei.* V. *Maseria.*

† MASVRAGIVM, census ex *masuris* seu domibus, Gall. *Masurage.* Ch. Mf. a. 1317.

MASVS, V. *Massa 6.* et *Mansus.*

MATA, modus agri; († vox Hispan. frutex, virgultum, dumus.) Charta Hispanica, seu Iudicatum an. 876. in Appendice Stephani Baluzii ad Ca- pitul. n. 104. *De ipso poio vbi est ipsa Mata, erecte descendit, etc.* Charta an. 1063. apud eumdem n. 109. *Donamus namque pro haeredi- tate paterna vel materna ipsum foresi, vel ipsam Matam, quae dicitur silua S. Romani, sicut terminat de parte Circi in malliolo S. Petri praescripti, et descendit per ipsam serram, et peruadit vsque ad ipsam Guardiolam.*

MATHA, eodem significatu. Charta an. 1030. Append. Marcae Hisp. col. 1043.

† MATABVLVM, METABVLVM, campanae tudicula, Occit. *Matable.* Hist. Nem. t. 2. Prob. p. 151. t. 3. p. 332.

Digitized by Google

MATAFVNDA, machina bellica, qua lapides in hostes eiaculabantur. Monachus Vallis Sarnai in Hist. Albigensi c. 86. *Iaciebant siquidem hostes super nostros creberrimos lapides cum duobus trabuchetis, mangonello et pluribus Matafundis.* Vox deducenda, vt videtur Carolo de Aquino in Lex milit. a funda, et mactare. V. infra *Matare.*

MATALACIVM, MATALASSIVM, a Gallico *Matelas*, culcitra. Capitulum gener. S. Victoris Massil. an. 1294. ex Archiuis eiusd. Monast. MATALLASCVM, apud Amelium in Ord. Rom. to. 2. Musei Ital. Mabill. p. 527. MATALITIVM, in Statutis MSS. monialium S. Saluat. Massil. ann. 1400.

MATALHVS, idem quod *Martellus.* Charta an. 1344. ex Schedis D. Lancelot. ✝ Leg. forte *Matabulum.*

✝ MATALVTVM, pro *Maletoltum*, tributum quoduis, in Ch. a. 1214. ap. Lam. in Delic. erud. V. *Tolta.*

MATAPANVS, monetae Veneticae species. Chronicon MS. Andreae Danduli an. 1193. *Subsequenter Dux argenteam monetam, vulgariter dictam, Grossi Venetiani, vel Matapani, cum Imagine Iesu Christi in throno ab vno latere, et ab alio figura S. Marci et Ducis, valoris 26. paruulorum, primo fieri decreuit* . . . . Henricus Dandulo Dux Venetiarum.

MATAPONTVM, *metabula matris.* Gloss. Isid. Leg. diuisis vocibus *meta pontum* putat Graeuius; quasi pro μετὰ πόντον, μεταβολὴ maris.

MATAPVTENA, V. *Matare.*

MATARA, vt *Matarus*, V. in hac voce.

MATARATIVM, vt supra *Matalacium*, Gallis olim *Materas*, Ital. *Matarraccio.* Constit. Freder. Reg. Sicil. c. 58.

MATARE. (1) Quasi *mataro* configere, vt quibusdam placet. Alii a *mactare*, quomodo etiam scribitur in Charta Adelfonsi Regis Hispaniae apud Antonium de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti to. 6. p. 467. et in Foris Aragonensibus fere semper. Auctor Mamotrecti ad 1. Esdrae c. 4. *Mactat, secat, necat,* . . . . *quidam sine c. dicunt, Mata*[illegible]*id est, quasi ad scacos vicit: vn*[illegible]*, as, verbum ludentium ad scac*[illegible]lii denique *Mat*, vocem esse P[illegible]m contendunt, vt et *Schacht-ma*[illegible]nde Galli *Eschet-mat* effinxerun[illegible]li *Scacco matto*, idemque sonar[illegible]od *Rex mortuus est, periit, cae*[illegible]. Chronicon Senoniense Riche[illegible]3. c. 14. *Pro ludo scacorum,* [illegible] *ipsa vxor saepius Matauerat,* [illegible] *verberauerat.* V. Ducae Hist[illegible]n Byzantinam c. 16. p. 37. Ord[illegible]us Vitalis l. 12. *Castrum condere* [illegible]*it, quod Mataputenam, id est, de*[illegible]*ns meretricem pro despectu Hadui*[illegible]*Comitissae nuncupauit.* Salmasius in [illegible]ist. Augusti p. 461. *Mattus,* [illegible]*a vox et Latina, quae emollitum, subactum, maceratum significat. Inde verbum Matare pro domitare, subigere et macerare.* (2) Occidere, Hispanis *Matar*, Germ. Metzeln. Charta Lorbansis in Lusitania an. 734. apud Sandouallium in Fauila. Hinc *Mathe* pro sepulcro, in veteri inscriptione in ecclesia Pompei ad Murtam fluuium, vbi de S. Eucharia Martyre et sociis sub Iuliano Apostata occisis: *Monsieur S. Eucaire par Valdres, Sarrazins et Princes étant avec l'Apostat Julien, ving et deux cents par nombre sont icy mis en comble en 362. Le 10, des Calendes de May, furent mis en cette Mathe.*

MATARITATA, V. *Matarus.*

MATARITIVM, lanea culcita, Germ. Matratze. Charta an. 1391. ex Archiuis Massil. V. *Mataratium.*

MATARITVLA, V. *Matarus.*

✝ MATAROSIS, *seu Mulfosis, Paulo est defluxio pilorum palpebrarum.* Glossar. med. Sim. Ianuens.

MATARVS, MATARA, telum vel missile, Gallis proprium. Caesar lib. 1. de Bello Gall. de Heluetiis: *Nonnulli inter carros rotasque Mataras ac tragulas subiiciebant, nostrosque vulnerabant.* Auctor ad Herennium l. 4. *Vt si quis Macedonas appellauit hoc modo: Non tam cito Sarissae Graeciae potitae sunt: aut idem Gallos significans dicat: Nec tam facile ex Italia Materis Transalpina depulsa est.* Μάταρις, apud Strabonem l. 4. πάλτου

τι

Digitized by Google

...δος dicitur, Hesychio μάδαρις ...αῖρις. Agobardus lib. Contra ...cium Dei c. 6. *Contra quem exer...rachio gladium vibrans, aut Ma...m tenens, stas paratus ad caeden...m etc.* Huc etiam pertinet ista ex ...gmento Petronii de Coena Tri...cionis: *Gladium tamen strinxi, ...ataritata vmbras cecidi.* Vbi forte ...endum *matari* aut *matara.* Galli ...e vocem *Matras* retinuere, pro ...o, quae occurrit in Consuetud. ...onens. tit. 26. art. 4.

...ASSA. Acta S. Franciscae Roma... to. 2. Martii p. 103. *Habebat ...m certas Matassas filorum auri pu...mi, ex quibus ipse Angelus facie... globos filorum aureorum.* Vbi Hen...enius obseruat, ita appellari Ita... filamenta in spiram grandiorem collecta ex rhombo super pannum textorium glomeranda in tramam, adminiculo radii per stamina traiiciendam. Tales autem filii super pannum in tramam conuoluti glomos hic auctor globos dicit. V. *Mataxa.*

MATATA, idem quod *Berlia*, quae vox gregem trium millium animalium denotat. V. *Berlia.*

MATAXA, idem quod *Metaxa*, Sericum vel bombyx, seu bombasium. Gloss. Saxon. Aelfrici: *Mataxa, vel corductum, vel stramentum: Strael, vel Bedding*, i. stramentum. Papias: *Mataxa, dicta quasi metaxa a circuitu scilicet filorum .... Instrumentum est texendi.* Leo Ost. l. 3. c. 57. (al. 58.) *Albas de Matassa bambaci octo.* Interdum *Mataxa* est funiculus. Gloss. Lat. Gr. *Mataxa*, σιρά. Hesychio vero σιρὰ dicuntur σπάρται μεγάλαι, καὶ πλεκτὸν ἱμάντωμα ἐν ταῖς ναυσίν. Ita emendant viri docti. Malim σειρὰ, nam *Mataxa*, Vitruuio l. 7. c. 3. est restis seu funiculi species, vt vult Philander. Glossae: *Mataxa*, ἡνία. Octauius Horatianus l. 4. *De capillis ipsius mulieris, qui excidunt, quando se ornat cum Mataxa, facit in medio nodum, etc.* V. *Matassa.*

MATELLA. (1) Gloss. Graec. Lat. Στάμνιον, *Matella.* Στάμνος, *Matella, vrceus, vrna.* (2) Forte diminut. a *Meta*, congeries, vel strues in acutum tendens. Ch. a. 952. l. 9. Collect. Hist. Fr. p. 948. *Peruenit ad ipsam metellam de Gomesinda.* V. *Meda.*

MATELLATA, V. *Matulata.*

MATER. (1) Abbatissa, Monasteriorum Sanctimonialium Praefecta, ap. S. Hieron. in Epist. ad Sabinianum, Gregorium M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 28. et alios, quae crebrius *Mater Monasterii* dicitur, vt apud S. August. Epist 109. MATER ECCLESIA, cathedralis. Histor. MS. Monast. Beccens. p. 146. MATER DE FONTE *et Confirmatione*, quae aliis *Matrina*, Gall. *Marraine*, dicitur. Concilii incerti Decretum, apud Marten. to. 4. Anecd. col. 57. *Mater spiritualis*, apud Aimoin. l. 3. Hist. c. 6. MATER COQVINAE, quae viliora coquinae officia implet. Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratae Tolos. MATER FACVLTATARIA, dicitur *quae habebat ex testamento mariti facultatem aliquid agendi, disponendi, determinandi pro liberis*, in Decis. Rotae ad calcem Fontanellae de Pact. nupt. edit. Lugdun. an. 1719. Decis. 43. et 44. (2) MATER NOCTIVM, nuncupabatur apud veteres Saxones et Danos ea nox, qua Christum natum existimabant, quod ab ea anni exordium ducerent, *quasi illa esset parens et princeps omnium reliquarum noctium, vtpote a qua caput anni ciuilis sumeretur*, inquit Ios. Scaliger. lib. 2. de Emendat. temp. p. 170. quem consule. (3) MATRES CEREBRI, sic dicti panniculi duo, qui circumdant cerebrum, quorum alter crassior, *dura mater* vocatur; alter *pia mater.* V. Constantinum African. lib. 3. Pantechn. cap. 11. (4) † Nude pro nutrix, in Lit. Ms. Caroli IV. a. 1322. (5) † Alueus, Germ. das Bett eines Flusses, in Ch. Ms. a. 1319. V. *Matrix.*

MATERA. (1) Fermentum, V. in *Maeria 4.* (2) Telum, V. *Matarus.*

MATERACIVM, lanea culcita. Charta an. 1347. to. 2. Hist. Dalphin. p. 567. V. *Mataritium.*

Digitized by Google

MATERATIVM, grabatus. Miracula B. Ambrosii Senens. to. 3. Martii p. 239.

MATERCVLARIA, ecclesia, cui adiuncta *matricula*; quo sensu etiam *matricula* nude dicitur. († Vel potius redit. officio *Matricularii* assignatus.) Statura reformat. S. Claudii an. 1443. *Item Matercularia villae de Poncino Lugdunensis dioecesis debetur sacristae monasterii.* Hinc MATERCVLARIVS, qui *Matercularia* donatus, in iisdem Statutis p. 56.

MATERIA. (1) MATERIA, MATERIES, *Materiatura, Materiamen, Maeremium, etc.* voces, quae vnum idemque significant, materiam scilicet ligneam aedibus aedificandis idoneam: quomodo ὕλην dicunt. MATERIA, in Gloss. Lat. MS. exponitur *trabes*. Cornelius Fronto: *Materies, animi est; materia, arboris: et materies qualitas ingenii, Materia fabris apta.* Vegetius lib. 2. cap. 25. *Secures, ascias, serras, quibus Materia ac pali dedolantur. Materiam dedolare*, lib. 3. cap. 4. Adde l. 4. c. 14. Pactus Legis Salicae tit. 27. *Si quis in silua Materiam, aut ligna furauerit, etc.* Vbi *aut*, nihil aliud sonat quam *et*, ita vt idem sit *materia* cum ligno, quidquid dicat Wendelinus. Lex Salica tit. 8. habet nude *materiamen*. Capitulare de Villis c. 3. *Non coruadas, non Materiam caedere.* MATERIES, eidem Vegetio l. 2. c. 10. Monasticum Anglic. to. 2. p. 148. MATERIAMEN. Lex Salica tit. 8. §. 4. *Si quis in silua alterius Materiam furatus fuerit, aut incenderit, etc.* Lex Ripuar. tit. 76. *Si quis Ripuarius in silua communi . . . Materiamen vel ligna falsa abstulerit, etc.* MAEREMIVM, MAREMIVM, et MEREMIVM, quaeuis materia lignea, aedificandis domibus apta, seu quoduis *materiamen*, vnde vocabuli origo; Gallis *Merrien*, vt in Consuetud. Comitatus sancti Pauli art. 21. vel *Marrian*, vt in Ambian. art. 210. *Mairan*, Occitanis: *Marren* in Charta Godofredi Lingonensis Episcopi apud Chiffletium in S. Bernardo, vbi Perardus p. 256. habet MARREMVM. Charta in Monastico Anglic. tom. 2. p. 324. MAERENNVM, in Charta an. 1338. apud Rymer. to. p. 6. MAIRANNVM, V. *Mastx.* MAREMIVM, apud Thomam Walsinghamum p. 104. MAREIMVM, to. 2. Monastici Angl. p. 286. MARIENVM, Charta an. 1237. ex Chartular. S. Quintini in insula p. 156. MEREMIVM, Ingulfus. MAHEREMIVM, in Fleta lib. 2. c. 41. §. 9. MAHEREMIVM, in Litteris Henrici VIII. Regis Angl. an. 1530. apud Rymer. to. 14. p. 369. MARRENVM, in Chronico Roromag. a Labbeo edito an. 1227. MEREMVM. Charta an. 1215. ex Tabul. Calensi p. 170. MERRENVM, in Charta Philippi Augusti an. 1209. lib. 2. Hist. Parisiensis. MERRAMENTVM, in Charta an. 1260. MERREAMENTVM. Vita S. Yvonis to. 4. Maii p. 595. MERREMENTVM. Statuta Eccles. Niuern. an. 1246. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1071. † MARRAMENTVM, in Inuent. a. 1482. MERREMIVM *operatum et non operatum*, in Charta Roberti Comitis Drocensis et Yolendis vxoris. MVREMIVM, perperam pro *Maremium*, in Quoniam Attachiamenta c. 30. MERANNVM, eodem significatu. Charta an. 1261. apud Perardum in Burgundicis. † MERENIVM, in Chron. Io. Whethamst. MERENNVM. Computus an. 1425. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. p. 575. (2) † Surculus, in re agraria, ap. Pallad. de re rust. l. 6. tit. 2. Vtitur etiam Columella. (3) † *Sine franca materia constructa domus*, in Consuet. Normann. Gallice redditur ibdem: *sans carrel et sans mortier.* (4) † *Materia grossa*, stercus humanum, in Lit. remiss. Ms. a. 1354. (5) † Fermentum, V. in *Maeria 4.*

† MATERIALIS, nothus, spurius, illegitimus, in Stat. ant. Florent. l. 5. MATERIALIA THEMATA, propositiones illustrandae, discutiendae. Libellus Episcoporum Italiae contra Elipandum to. 3. Concil. Hispan. p. 100.

MATERIAMEN, V. *Materia.*

MATE-

Digitized by Google

ERIARE, ex ligno conficere, ud Vitruuium lib. 5. c. 12. *Eaque ificia minime Materianda sunt proer incendia.* V. *Materia.*

ERIARIVS. (1) Faber lignari, in vet. Inscript. 460. 7. et apud autum in milite glorioso. († Pro idae merces propola occurrere vitur in Diar. Ital. Montisfalc. p. 1.) MATERIARIA MANSIO, *materia* seu ligno confecta. Will. Tyrius lib. 12. c. 25. V. *Mater.* (2) MATERIARII HAERECI, qui materiam natam aut factam negant. Tertullianus adu. Hermogenem c. 25.

MATERIATVRA, lignea materia, ap. eundem Vegetium l. 4. c. 2. V. *Materia.*

MATERIATVS. (1) Opus quoduis arte elaboratum. Libellus de Canone mystici Ordinis vulgo Hugoni a S. Victore adscriptus, c. 5. *Ordine naturae flos praecedit fructum, sonus cantum, materia materiatum.* (2) † Constructus, ap. Naldin. in Corogr. eccles. p. 61.

MATERIES, V. *Materia* 1.

MATERINVS, lanea culcitra, ex Gall. *Materas.* Charta Ludouici Regis Franc. an. 1259.

MATERIOLA, προσωποποιΐα, fictio personae. Gloss. Lat. Graec. Sangerm.

MATERIS, V. *Matarus.*

MATERNA, pro *Matrona*, Gall. *la Marne.* Charta MS. an. 1244. V. *Maturna.*

MATERNA LINGVA, vulgaris, vernacula. Charta an. 1503. apud Madox Formul. Anglic. p. 339.

MATERNALITER, vernacule, vulgari sermone. Charta an. 1189. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 356.

† MATERNITAS, dicitur de ecclesia matrici seu cathedrali, in Bulla Calixti II. a. 1122.

MATERIOSVS, πολύϋλος, in Gloss. Graec. Lat.

MATERNICVM, haereditas, quae ex parte matris prouenit, vt *paternicum*, quae ex parte patris. Charta Alamannicae Goldasti n. 50. V. *Matrimonium.*

MATERONES, V. *Macerio.*

MATERTERA, amita. Iohannes Skenaeus de verborum significatione p. 97. *Sed aliquando Matertera sumitur improprie pro patris sorore, Latine amita. In lib. 2. C. deficientibus 34. Post auunculum h. e. patruum eiusque liberos, Matertera eiusque liberi habent ius successionis.*

MATES, hortus. († Nomen loci esse videtur.) Pancarta Abbatiae S. Stephani de Vallibus apud Xantones, Charta 32. *Censum qui est supra ortos qui appellantur Mates.* V. *Mata.*

MATESIS, V. *Mathesis.*

MATESMA. Chron. Bergom. ad an. 1393. apud Murator. to. 16. col. 870. *Facta fuit vna andata per homines partis Gibellinae de Brembilla super territorio Guelphorum Vallis Immaniae, et interfectus fuit vnus Guelphus, vt dicitur, in Matesma.*

MATHA, modus agri, V. *Mata.*

MATHALACIVM, culcitra, *Matelas. Arfit palea et modicum de Mathalacio et de flassana*, in Miracul. MSS. Vrbani V. PP. ex Tabular. S. Victoris Massil. V. *Matalacium.*

† MATHALVM, *la macula*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

MATHEA, V. *Mattea.*

† MATHELINVS, pro Mathurinus, Gall. *Mathelin*, in Ch. Ms. a. 1356.

MATHEMA, doctrina, ex gr. μάθημα, apud Maxentium Ioannem in libello Fidei. Gloss. Graec. Lat. μάθημα, *Mathema, documentum, studium.*

MATHEMATICA, magia. Vita MS. S. Samsonis Confess.

MATHEMATICVS. (1) Magus, Daemonum inuocator. Iudicia Sacerdor. apud Marten. to. 7. Ampliss. Collect. col. 32. (2) Genethliacus, Chaldaeus, *qui*, vt ait Gellius lib. 14. c. 1. *de motu deque positu stellarum dicere posse, quae futura sint, profitentur.* Idem lib. 1. c. 9. *Vulgus, quos gentilitio vocabulo Chaldaeos dicere oportet, Mathematicos dicit.* Vnde colligitur, Gellii aeuo vocem hanc vulgi tantum fuisse ac nouitiam.

MATHERA, MATHERIA. Voces mihi incertae notionis perinde ac *Matherium* infra, nisi sit pro fornix, arcus, aut certe quaedam fornicis pars. Acta S. Lietberdi to. 4. Iunii

Digitized by Google

p. 606. *Cameraci vero decimam monetae et Matheram, et in vico de Paſchierstrau cambant vnant, et in bolengria furnum vnum.* († Hic idem eſt quod *Maeria 4.* fermentum.) Hiſt. Britan. to. 2. p. 88. ex Chron. S. Florentii: *Cum deſtructa S. Ioannis Baptiſtae capella ſuper Yberim ſita, conſenſu monachorum ab omnium inundatione, ab Alberga religioſa muliere reſtauraretur, in ea iuxta Matheriam dextram ſarcophagum aperuerunt, etc.* († Leg. videtur *Maceria*, ſicque apertus eſt ſenſus.)

MATHERIVM. Catalogus Abbatum Floriacenſ. lib. 1. Miſcellan. Baluzii: *Porro in Matherio turris de qua ſigna pendebant, huiuscemodi inſeruit verſus, etc.* Vim vocis non agnoſco, niſi legendum ſit *narthecio.* V. Deſcript. Cangii S. Sophiae, *vbi* de Narthece.

MATHESIS. Ebrardus in Graeciſmo cap. 10.

Scire facit Matheſis: ſed diuinare Matheſis.
Datque Mathematicos comburi Theologia.

Ioan. Sarisberienſis l. 2. Policrat. c. 18. *Matheſim ergo probabilem, quae penultima breui enuntiatur, quam et natura inducit, ratio probat, et vtilitatis experientia approbat, quaſi quoddam doctrinae ſuae iaciunt documentum, vt exinde opinionum ſuarum lubrico, quaſi quadam imagine rationis, in Matheſim reprobam, quae profertur extenſa penultima, perniciosiſſime prolabantur.* Ita μάθεσιν et μάθησιν diſtinguebant philoſophi iſtius aeui, tametſi μάθεσιν nusquam dictum a Graecis conſtet. Ita Sarisberienſis infra, μάθεσιν *doctrinalem* vocat, quae ſcilicet *in quatuor ſpeciebus tota conſiſtit*, Arithmetica ſcilicet, Muſica, Geometria et Aſtrologia. Papias: *Matheſis, ſine aſpiratione dicitur inſtrumentalis ſcientia, vt facere oſtium quod aperiri non poſſit.* (Matheſis) *cum aſpiratione doctrinalis.* De magica vero *Matheſi*, Auctor Queroli: *Matheſim et magicam ſum conſecutus.* V. Iſidor. lib. 3. cap. 70. Luithprand. lib. 1. cap. [illegible] med. Graecit.

† MATHIANA, poma ſylue[illegible] Gloſſ. ad Doctr. Alex. de V[illegible]

MATHIMONIVS, V. *Marthi[illegible]*

MATHITES, Μαθητὴς, di[illegible] Verſus Salamonis Epiſcopi.

MATHLARDVS, perperam pro *Mathardus*, anas maſculus, V. *Mathardus* et *Cercella.*

MATHVRINI, V. *Aſinus.*

MATIA. (1) Baculus, officii ſeu dignitatis inſigne. Chron. Parmenſe ad an. 1302. apud Murator. to. 9. col. 844. V. *Maxia.* (2) Papias: *Matia, inteſtina, quae ſordes emittunt, vnde Matiarii dicuntur, qui eadem tractant ac vertunt.* Hinc etiam *Matiarii* nuncupantur latrinarum deſtercoratores.

MATIBERNI, iudices probi et boni; *Mat* enim Britannico idiomate priſco et moderno eſt Bonus; et *Barn*, iudicium, vnde *Barna*, iudicare. Charta an. 1087. apud Argentreum lib. 1. Hiſt. Armoricae.

MATINA. Chron. Domin. de Grauina apud Murator. to. 12. col. 608. *Ordinaueramus ad Matinam Padulis Viuae ſibi tollere praedicta omnia bona atque vitam, tamquam noſtrorum capitalium aemulorum.* An feſtinanter, propere? *Maſtino* ea nomine vtuntur Itali.

† MATINATA, MATTINATA, vox Ital. i. q. *Maitinata.* Correct. Stat. Cadubr.

MATIO, latomus, V. *Macio.*

MATIOLICHVS, *qui parum comedit, aut qui in minimis aſtutum ſe praebet, vel qui ex menſuris lucrum venatur. Matium, minutum lucrum.* Vocabul. Suſſannaei. A Graeco ματιολοιχός.

† MATISSITIVS, ad artem *macionis* ſeu latomi pertinens, in Munit. Peronae Mſ.

MATIVS, veruex, Gall. *Mouton*, ab Italico, vt videtur, *Maſchio*, maſculus. Chron. Farfenſe apud Murator. to. 2. part. 2. col. 437.

† MATMONOCVS, bonus monachus, ex Britann. *Mat*, bonus, et *Monocus*, monachus. Collect. Hiſt. Fr. t. 6. p. 513. V. *Matiberni.*

MATO,

Digitized by Google

...o, vt *Matto*, V. in hac voce.

...OLOGIVM, catalogus, descri...o, index; f. pro *Martyrologium* cui ... raro subiiciebant bonorum ec...siae indicem. Statuta Eccl. Mel...ens. apud Marten. to. 4. Anecd. ...l. 948.

...ONVS, later, ab Ital. *Mattóne*, ...ll. *Brique*. Charta an. 1345. to. ... Hist. Dalphin. p. 504. V. *Matto*.

...TRA, μήτρα, *matrix*. Supplem. Antiquarii.

...TRACIVM, lanea culcita, a Gall. *Matras*, Germ. Matratze. Vita S. Vincentii Ferrerii to. 1. Aprilis p. 511.

MATRASTA, nude in Gl. Arabico-Lat. Nouerca.

MATRATIVM, vt *Matracium*. Regula reform. monast. Mellicensis in Chron. eiusdem pag. 359.

MATRATVM. (1) A Gall. *Matras*, culcitra. Epist. apud Raim. Duellium lib. 1. Miscell. p. 239. (2) Crepitaculum, Gall. *Cresselle*, tabula lignea, quae pluribus malleolis pulsatur, siue ad excitandos fratres in monasteriis, siue ad horas diuini officii indicandas diebus intra hebdomadam sanctam, quibus silent campanae. Missale Mozarabum: *His peractis pulsetur ad vesperas cum Matratis ligneis*.

MATREA, *nouerca*, in Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. pro *Matrinia*. V. infra. Occurrit etiam haec vox in Gloss. Arabico-Lat.

MATRES, pro *Mare*, lacus, aquae receptaculum, Gall. *Reservoir*; si tamen asserta lectio. Charta an. 1196. ex minori Chartul. S. Victoris Massil. p. 188. V. *Mara* et *Matroces*.

MATRICA, vrbs prouinciae caput, Gall. *Capitale*. Expositio compendiosa benefic. fol. 5. V. *Metropolitanus*.

MATRICARII. Scholiastes Iuliani Antecessoris in Const. 23. c. 88. *Matricarii dicuntur illi, quos videmus ad incendia currentes, et portantes spongias cum ferramentis, et alia ferramenta, per quae possint de pariete in parietem transire, et ita incendium extinguere*. Alii *Carpentarios* interpretantur. Glossae laudatae a Pithoeo: Ματρίκιον, τὸ παχὺ ξύλον καὶ πλατύ. Ματρικάριοι, ξηλουργοί. A voce *Materia*, vbi vide, vel a *Matricula*, quod in *Matriculam* Praetoris essent relati, vt monet Brissonius.

† MATRICIANVS, i. q. *Matricida*, minus quidem proprie, cum de eo dicitur, qui filium matri dilectum occidit, in Act. SS. t. 5. Aug. p. 558.

MATRICOLA, V. in *Matricula*.

MATRICVLA, catalogus, descriptio, index: vox nota IC. Codex Canonum Eccles. Afric. can. 86. Ματρίκιον καὶ ἀρχέτυπον τῆς Νουμιδίας, vbi Cod. Lat. c. 53. *Matricula et archiuum Numidiae*. Statuta Eccl. Valent. to. 3. Concil. Hispan. p. 510. *Item aliquis non recipiat ordines, nisi fuerit nomen eius scriptum in Matricula Archidiaconorum*. Dicitur etiam *Matricula*, in qua Clericorum hebdomadariorum in Ecclesiasticis Officiis munus indicatur. Charta Odonis Episcopi Parisiensis an. 1299. V. *Tabulae Officiales*, in *Tabula*. MATRICVLA itidem appellabatur Ordo diuini Officii celebrandi per hebdomadam, qui singulis Sabbatis in Ecclesiis legendus exponebatur. Litterae eiusdem Odonis an. 1203. in Tabul. S. Clodoaldi. MATRICVLA pauperum ea erat, in qua pauperum, qui ecclesiasticis stipendiis alebantur, nomina descripta erant. *Matricula egenorum*, apud Lambertum in Vita S. Heriberti Archiepiscopi Colomensis n. 25. Hinc pauperes ipsi *matriculae* interdum appellati, vt in Concilio Autisiod. an. 578. c. 3. Vita S. Eparchii Abb. Inculismensis c. 9. *Iussit, vt collectis infirmis et Matriculis ad portam ciuitatis rei expectaret euentum*. Nam MATRICVLA saepe vsurpatur pro domo, in qua pauperes alebantur, ad ostia Ecclesiarum vt plurimum extructa. Testamentum S. Remigii Remensis Episcopi: *Martyriis, Diaconiis, Xenodochiis, omnibusque Matriculis sub tua dispositione positis*. Gregor. Turon. lib. 2. de Mirac. c. 37. *Cum ea ad Basilicam properat, celebratisque vigiliis, mane pauperibus, qui ad Matriculam illam erant, cibum potumque protulit*. Annexi autem erant certi reditus Matriculis, qui-

Digitized by Google

quibus pauperes alerentur. Adrevaldus lib. 1. de Mirac. S. Benedicti c. 20. *Cuncta, quae iuri subiacebant Ecclesiae Aurelianensis, excepta Matricula, . . . in propriam molitur redigere potestatem.* Hoc est, reditibus ad *Matriculam* pertinentibus. MATRICVLA, ipsamet Ecclesia, cui adiuncta *Matricula.* Formula inter Andegau. 48. apud Mabill. to. 4. Analect. p. 263. *Cum in Dei nomen nos vero fratris, qui ad Matricolam Sancti illius residere videmur.* PRIMICERII MATRICVLARVM, qui ex ipsis *matricullariis* deligebantur, qui aliorum viuendi rationi inuigilarent, apud Chrodegangum in Regula Canonicor. Metensium cap. vlt. vbi multa de *Matricullariis*, et quomodo ad pietatem ab Episcopo instituerentur. Ex *Matricullariis* pauperibus quidam seligebantur ad viliora Ecclesiarum adiacentium munia, verbi gratia, qui campanas pulsarent, Ecclesiarum custodiae inuigilarent, eas scoparent ac mundarent, et huiusmodi, ita vt deinceps in alimoniae mercedem Ecclesiarum obsequiis totos se darent. Gesta Dagoberti Regis cap. 30. Alcuinus Epist. 7. ex Mabillonianis: *Nos Matriculares pro te orare non cessamus, vt etc.* Vita S. Trudonis c. 26. *Fuit quidam vir, habitans prope Ecclesiam S. Trudonis, propter excubiam sacratissimae aulae, quem nos Matricularium vulgo vocamus, etc.* Hinc Alcuinus in Epist. *Matricularium S. Martini* se inscribit, i. custodem. Atque inde *Matriculariorum*, Gallis *Marguilliers*, in Ecclesiis parochialibus origo, quorum sedes ideo ad Ecclesiae fores assignantur, quod eas obseruarent: vel, vt alii putant, quod *Matricularum*, quae ad ostia Ecclesiae erant, custodes essent, pauperumque alimoniis inuigilarent: quod quidem munus, seu onus ipsis Parochianis postea attributum.

MATRICVLARIA. (1) Officium *Matricularii*, t. 2. Hist. Eccles. Meldens. p. 101. (2) Diaconissa, Presbytera, vidua, quae in matriculam ecclesiae relata beneficiis ecclesiasticis alebatur. Mercat. in Concil. Laod. can. 11.

† MATRICVLARIATVS, *matricularii* officium, in Arest. Mss. a. [illegible].

MATRICVLARII. (1) Pauperes in matriculam relati. Glossae Isidori: *Matricularius, panper, inops.* Charta Dagoberti Regis apud Doubletum pag. 669. 677. *Ad Matricularias domni Dionysii Martyris . . . . quod ipsa Basilica, vel infra eius atria ad matriculas residere videntur.* Quippe pauperes ad Ecclesiae fores stabant, stipem expectantes, vel postulantes. S. Hieronym. Epist. 22. c. 13. (2) Alia est *Matricullariorum* in Ecclesiis parochialibus notio in Conc. Treuir. anni 1310. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 243. vbi caput 19. sic inscribitur. Ibi *Matricularius* idem, qui Magister pagi. Huc etiam spectant Statuta Eccl. Leodiensis ann. 1287. ibid. col. 851. *Item statuimus, quod nequaquam laicus vel clericus vxoratus institutur Matricularius, vbi matricula valet LX. solidos Leodienses, vel amplius, sed clericus honestus, non vxoratus, si haberi possit.* (3) MATRICVLARII, in Ecclesiis Cathedralibus et Collegialibus ex ordine Clericorum et Laicorum erant, quorum munia ita exequitur Historia Episcoporum Autisiodorensium cap. 59. Ex quibus haud obscure colligere licet, *Matricularias* interdum iure beneficii concessas fuisse. MATRICVLATVS, in Bulla Innoc. VIII. in Contin. Bullarii magni Rom. p. 290. (4) MATRICVLARII vero in Monasteriis officium sic describit liber Ordin. S. Victoris Paris. MS. cap. 21. *Sacrista socium et coadiutorem habere debet Matricularium Ecclesiae, ad cuius officium specialiter pertinet horas canonicas, nocte et die ad diuinum Officium celebrandum custodire, signa pulsare, horologium temperare, etc.* (5) MATRICVLARII, nude pro Monachi. Miracula S. Vedasti cap. 9. saec. 4. Bened. part. 1. p. 603. (6) MATRICVLARII NVTRICARII, V. *Nutricarii.*

MATRICVLARIS, V. *Matricula.*

MATRICVLATVS, V. *Matricularius 3.*

MATRICVLVS, clericus matricis Ecclesiae, seu Cathedralis. Acta S. Vdal-

Digitized by Google

Vdalrici to. 2. Iulii pag. 104. V. *Matricularius* 3.

MATRICVM, pro *Matricula*, seu catalogus pauperum. Testamentum Bertichramni apud Mabill. to. 3. Analect. pag. 117. V. *Matricula*.

MATRICVS. Festus: *Matrici vocantur homines Malarum magnarum atque oribus late patentibus.* Vbi Scaliger legendum censet *Mattici*, quod veteres Graeci maxillas vocarent ματτύας.

† MATRIFILIAS, sanctimoniales vocantur, t. 6. Iul. p. 214.

MATRIGOLARIA, pro *Matricula*, in Charta Chlotarii III. Reg. Franc. anni 670. tom. 1. Annal. Benedict. p. 693. Hinc MATRIGOLARIVS ibidem pro *Matricularius*.

MATRILOCVS, ecclesia matrix, a qua aliae dependent. Charta G. Abbatis septem fontium, anni 1200. ex Chartulario S. Nicasii, Rem. *Quia Burys Matrilocus est, et Wimbreis eiusdem Matriloci capella.*

† MATRILOGIVM, necrologium, pro *Martyrologium*. Ch. Mss. a. 1467. V. *Martilogium*.

MATRIMIS, pro *Matrimus*, qui matrem habet adhuc superstitem. S. Gerardus Abb. Siluae Maior. in Vita S. Adalardi, cap. 6. n. 27.

† MATRIMONIALE, matrimonium, in Ch. a. 1178. t. 1. Prob. Hist. Brit. p. 672.

MATRIMONIALIS. (1) Ad matrimonium pertinens, apud Iul. Firmicum, lib. 7. cap. 17. (2) † Ex legitimo matrimonio ortus, ehelich. Chartul. Maior. Monast.

MATRIMONIALITER. (1) Passio S. Eulaliae Virginis MS. *Haec ergo virgo laetissima Sanctimonialis puella, Deo timorata, atque Matrimonialiter edocta annorum circiter tredecim, etc.* An a matre, vel vt liberi e matrimonio nati educati solent? V. Dextrum Biuarii pag. 348. (2) MATRIMONIALITER CONTRAHERE, in vxorem ducere. Charta Henrici III. Reg. Angl. ann. 1254. apud Rymer. to. 1. pag. 520.

MATRIMONIARE, matrimonio iungere, in Lege Longob. L. 2. tit. 1. §. 8. et in Edicto Rotharis Regis tit. 89. §. 1.

MATRIMONIVM. (1) Vxor. Marcellus Empir. c. 13. *Augustam constat hoc vsam Messalinam, deinde aliorum Caesarum Matrimonia hoc dentifricio vsa sunt.* Sulpitius Seuerus L. 1. Hist. *Ac naturae suae originisque degeneres, relictis superioribus, quorum incolae erant, Matrimoniis se mortalibus miscuerunt.* Ita ibidem *Coniugium* eadem notione vsurpat. Vtuntur Suetonius in Caligula c. 25. Florus lib. 1. cap. 1. Iustinus lib. 3. vbi de Lycurgo, et Augustinus Serm. 185. Ammianus lib. 17. (2) MATRIMONIORVM COMMVTATIO, V. *Vxorare*. MATRIMONIVM CONTRADICTVM, interdictum, vetitum. Charta anni 1212. to. 2. Hist. Eccles. Meldens. pag. 102. V. *Contradicere*. MATRIMONIVM PRAESVMTVM, *vocatur, quando cognoscit quis carnaliter sponsam, cum qua sponsalia fecerat de futuro*, in Statutis Eccles. Cadurc. et aliarum, apud Marten. to. 4. Anecd. col. 719. (3) Bona ex successione materna. Vetus Charta apud Will-Hedam, in Bernulpho Episcopo Traiectensi: *Cum omni haereditate patrimonii et Matrimonii sui, etc.* Vsos hac voce eadem notione Suetonium, Valerium Maximum, et Senecam, quidam contendunt, tametsi secus videatur Casaubono ad Suetonium, qui eos ex corrupta codicum lectione deceptos existimat. V. Christoph. Colerum Parerg. cap. 6. (4) † Coniunctio, permissio, ap. Arnauld. in Rosar. Mss.

† MATRIMONIZARE, matrimonio iungere, in Ch. Mss. a. 1356.

MATRINA. (1) Ioh. de Ianua: *Matrina, quae aliquem de sacro fonte leuat, vel in Ecclesiam introducit*, Gallis *Maraine; Matrina spiritalis de Fonte et Confirmatione*, in Synodo Metensi an. 753. cap. 1. et in Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 7. *Mater spiritalis*, apud Aimoinum lib. 3. Hist. c. 6. (2) Nouerca. Ioh. de Ianua. *Matrina, nouerca.* Ital. *Matrigna*, in Leg. Longob. L. 2. tit. 8. §. 3.

MATRI-

MATRINIA, idem quod *Matrina* 2. Capitulare Arechis Principis Beneuent. editum a Camillo Peregrino, cap. 8. Vett. Glossae p. 331. *Materna*, μήτρια. Legendum *Matrina*, μήτρια.

MATRISANIMOLA, Papiae *est genus herbae sic dicta, quod menstrua moueat, quae alio nomine Erpillus dicitur.*

MATRIX. (1) Gloss. Graec. Lat. βρέβιον, *Matrix*. Ita Cod. MS. pro *Oratrix*. *Vaccae Matrices*, in Fleta lib. 2. cap. 76. §. 10. *Oues*, *Bidentes*, *Matrices*, c. 79. §. 4. 8. 12. cap. 80. §. 2. MATRIX ECCLESIA, V. *Ecclesia*. (2) † Alueus, in Ch. Ms. a. 1394. V. in *Mater*.

MATROCES, lacus, stagna, vbi aqua pro conficiendo sale reseruatur. Charta Caroli Simplicis Regis Franc. ann. 898. to. 13. Spicil. Acher. pag. 265. *Cum illorum salinas et Matroces et corzoriis, vel adiacentiis eorum.* V. *Matres*.

MATRONA. (1) Vxor. Glossae antiquae MSS. *Vxor*, *Matrona*, *coniux*. Idatius in Fastis de Cynegio Consule: *Cum magno fletu totius populi ciuitatis deductum est corpus eius ad Apostolos*, 14. *Kal. April. et post annum transtulit eum Matrona eius Achantia ad Hispanias pedestre.* Vsus etiam est Martialis lib. 8. Epigram. 12.

Inferior Matrona suo sit, Prisce, marito
Non aliter fuerint femina virque pares.

V. *Matroneum*. (2) Patrona. Vita B. Columbae Reatinae, to. 5. Maii pag. 360. (3) Pro *Matrix*. Matth. Paris. anni 1248.

MATRONARI. Archithrenius, lib. 8. cap. 6.

Prominet in specie Maiestas, sobrius oris
Matronatur honor.

MATRONATVS, matronalis habitus. Apul. Metamorph. lib. 4. Alii conditionem matronae interpretantur.

MATRONEVM. Anastasius in Symmacho PP. *Apud B. Apostolum Paulum . . . cameram fecit et Matroneum.* Idem in Gregor. IV. [illegible] *rium amplum operosi operis* [illegible] *construxit, cui ex Septentrion*[illegible] *lapidibus circa septum Matron*[illegible] *posuit.* Hinc emendandus ide[illegible] stasius, in Leone III. *Matron*[illegible] *ipsius Lateranensis Patriarchii*, [illegible] *extenditur a campo, et vltra im*[illegible] *Apostolorum, etc.* Vbi leg. *Ma*[illegible] *um.* Eadem Ecclesiae pars vi[illegible] quae *pars Matronarum*. dicitur [illegible] Ordine Rom. *pars mulierum*, [illegible] *feminarum*, ibidem et apud eu[illegible] Anastas. pag. 61. 118. 155. i[illegible] scilicet consistebant matronae et [illegible] lieres. V. notas nostras ad Al[illegible] dem p. 420. 421.

MATRONICARIVS, cui matronarum viduarum, quae ad Ecclesiae ministerium erant adlectae, vel quae Ecclesiae stipendiis alebantur, cura demandata erat. Vita S. Stephani Sabaitae, to. 3. Iulii, p. 572.

MATRVELIS, ex matris fratre natus, in leg. 1. Digest. ad legem Pomp. de paricid. Aurel. Victor. de Orig. Rom. c. 13. *Turnus Matruelis Amatae.*

MATTA. (1) Mensura annonae, quae pretii loco molitoribus exhibetur, Germ. Metze. Charta Alberti Archiep. Magdeb. anni 1219. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 21. *Illi finem imponere volumus quaestioni quam super mensura, molendinaris pretii quae Matta vocatur, burgenses nostri de Hallis aduersus Ecclesiam Noui-operis hactenus habuerunt.* V. *Molta* 2. (2) Rusticis Dumbensibus, est congeries cannabis, quae in aqua ad macerandum ponitur; Gall. *Matte de chanvre*. (3) Lapis Sepulcralis, Gall. *Tombe*. Gall. Christ. to. 3. col. 756. *Bertoldus de Spreng Markensis quiescit in Capitulo sub Matta.* V. *Matare*. (4) Storea, teges. Vetus interpres Iuuenalis Sat. 6. *Teges, vt Matta, suppellex cubilis obscoeni.* Gloss. Graec. Lat. [illegible] *Teges*, *tegestratoria*, *Matta*. Ita Codex MS. sed vocem *tegestratoria* diuidendam puto in *teges*, *stratoria*, vel *storea*; perperam *terratoria* in Editis. Papias: *Matta*, *tapetum*. Idem: *Matta*, *vulgo cella dicitur*

tur Gregorio in dialogo; inde Mattula, pro culcitra. Gallis *Mattes.* Vox vereribus nota. Ouidius lib. 6. Faſtor.

In plauſtro ſcirpea Matta fuit.

MATTA MONACHICA, apud Petrum Cluniac. lib. 2. Epiſt. 1. quae Monachorum propria habita eſt, quod et eas ipſimet texerent, in iis cubarent, orationes funderent, collationes haberent, extremum denique ſpiritum exhalarent.

MATTABAS, ſpecies panni aurei. Computum Stephani de la Fontaine. Argentarii Regis anni 1351. *Pour 50. pieces de drap d'or Mattabas et Marramas acheteés de luy pour les garniſons de l'argenterie, 17. eſcuta piece.*

MATTAFANVS, V. *Matare.*

MATTANA, fatuitas, inſulſitas, ab Ital. *Matto*, fatuus, ineptus. Anonymus apud Murator. to. 8. col. 109. V. *Mattus 2.*

MATTARII, appellati Manichaei, quod ſuper arundines et mattas accumberent, vt auctor eſt Auguſtinus lib. 5. contra Fauſtum cap. 5. et ex eo forte Eckbertus Schonaubienſis Serm. 1. aduerſus Catharos.

MATTEA. (1) Fragm. Petronii: *Hanc humanitatem inſecutae ſunt Matteae, ſingulae enim altiles pro turdis circulatae ſunt et ova anſerina pileata.* Et infra: *Sumptis igitur Matheis, reſpiciens ad familia Trimalcio: Quid vos, inquit, adhuc coenaſtis?* Tertull. de Teſtim. animae cap. 4. *Vocas porro ſecuros, ſi quando extra portam cum obſoniis et Matteis tibi potius parentans ad buſta recedis.* Eſt autem Athenaeo *Mattea* cibus delicatus et pretioſus, Gr. ματτύη. Sueronius *Macteas* dixit in Calig. c. 38. V. ibi Caſaubon. et Torrentium. (2) † Idem quod *Matta* 4. ſtorea, culcita minor, in Tract. Mſ. de re milit.

MATTIARII, in Notitia Imperii, ſub diſpoſitione Magiſtri militum praeſentalis, iunguntur cum *Lanciariis* vel *Lancearii*: vt et apud Zoſimum lib. 3. Ammianum lib. 21. et Senatorem, in Hiſt. tripartita, lib. 6. cap. 37. Ita dictos putant a quodam teli genere, quod *Mattium*, ſeu *Mattiobarbulum*, vocabant, a quo *Mattioharbuli*, appellati milites quidam apud Vegetium lib. 1. c. 17. V. *Martioharbuli.* Nomen eſt vnius ex legionibus ſex Salatinis, quae ſic appellata eſt, vt recte ſcribit Carolus de Aquino in Lex. milit. a Mattio Cattorum oppido, cuius meminit Tacitus lib. 1.

MATTIBALVM, genus miſſilis, V. *Martiobarbuli.*

MATTICI, V. *Matricus.*

MATTINATA, V. *Matinata.*

MATTIO, latomus, V. *Macio.*

MATTIOBARBVLVS, V. *Martiobarbuli.*

MATTO, MATO, later, Gall. *Brique.* De eleuatione corporis S. Secundi, to. 3. Martii p. 808. *Et tunc audiuit laterem ſeu Mattonem a muro cadere.* Statuta Aſtenſ. Collat. 7. c. 6. fol. 24. recto: *Iuro dare vel dari facere pro Communi illis fornaſariis de Aſt. qui hoc anno coquerit. voluerint, et habere fornacem modulos communis, tam ad Cupos, quam ad Matones faciendos.*

MATTONVS, vt *Matto*, V. *Matonus.*

MATTS, vox Anglica, quae idem quod *Matta*, ſtorea, teges, ſonat, a Saxon. *Meatte.* Computus anni 1425. apud Kennet. Antiquit. Ambrosden. p. 574. V. *Mastr 4.*

† MATTOLECTVM, male partum, Ital. *Maltolto*, ap. Murat. t. 3. Script. p. 489. V. *Maletolletum.*

MATTVLA, CVLCITRA, Papiae, vel minor matta. Alibi: *Matura, culcitra*, Hariulfus lib. 4. Chron. Centul. c. 26. *Lecſuli pompa, congeſta, viti Mattula, procul aberat.* Hinc Gallicum *Matelas* vel *Materas*, pro culcitra.

MATTVS. (1) *Triſtis*, in Vett. Gloſſis a Turnebo laudatis. Fragmentum Petronii: *Stamineatas duxi, et plane Matus ſum.* Vbi quidam *matus* idem putant, quod ad anguſtias redactus, Gallis *Maté.* V. in *Matare*, et Salmaſium ad Hiſt. Auguſt. pag. 461. V. *Matare.* (2) Stultus, ex Italico, *Matto*, in Vita B. Aegidii Minoritae num. 4. to. 3. Aprilis p. 221. *Multi vero deridebant eum dicentes, Mattus.* V. *Mattana.* (3) Veſtis groſſioris genus, qua loco cucullae

cullae vtebantur Cafinenenſes. Theodemari Vſus Caſin. in Epiſt. ad Carol. M.

MATVALIS, MAT-VALLIS, V. *Madualis.*

MATVLATA, pro *Matula.* Gloſſ. Graec. Lat. *Matulata, ἀρύτταινα.* Eaedem: *Matellata, ϛαμνίον.* Supplem. Antiquarii: *Matulata, ἀρυτταινα, Anatena, vas aquarium.*

MATVNVS, monetae genus. Hultzingus, in Hiſt. Monaſt. Hilgertal. pag. 385. *Quaedam grangia ſua per Anglicos talliata fuit ad Octingentos Matunos tempore capituli generalis.*

MATVRA, V. *Mattula.*

MATVRALITER, mature, in Ch. a. 1457.

MATVRITAS. (1) Amalarius de Ordine Antiphonarii cap. 69. *Populus enim inuitatur ad vigilias et hora noctis, de qua dicebat Dauid Propheta: Praeueni in Maturitate et clamani.* Vbi *maturitas* accipitur pro media nocte, vt ex S. Auguſtino explicat idem Amalarius. Atque ita ea vox accipi debet apud Eckeardum Iuniorem, de Caſibus S. Galli c. 1. *Progreditur interea praecentor Maturitatis ad ſepulcra cimiterii oraturus.* Cap. 3. *Quadam nocte in Eccleſia praeueniens in Maturitate.* Ibid. *Quem inuenit ſurgentem, vt et ipſe praeueniret in Maturitate.* Vocis vim exponit Iſo de Orthmaro lib. 1. c. 7. *Cum nocturnae celebrationis vigilias conſurgendo praeueniret.* Vbi perperam Goldaſtus *maturitatem, matutinitatem*, et auroram interpretatur. (2) † ludicium, mens, ap. Sidon. Apollin. ep. 1. l. 1. (3) † Modeſtia, grauitas, in Stat. Mſ. eccleſ. Lugdun.

MATVRNA, pro Matrona, Gall. *la Marne.* Charta Iohannis Reg. Franc. apud Rymer. to. 6. p. 422. V. *Materna.*

MATVS, V. *Mattus 1.*

MATVTINALIS. LIBER MATVTINALIS, in quo Officium Eccleſiaſticum matutinum continetur, in Charta Antibarenſis Epiſcopi, apud Iohan. Lucium lib. 2. de Regno Dalmat. cap. 14. et in Chronico Montis-Sereni, anni 1137. † MATVTINALE, nude, ap. Murat. t[illegible] tiq. p. 519. MATVTINALE TARE, dicitur illud minus [illegible] in quo Miſſa Matutinalis cel[illegible] in Eccleſ. Cathedralibus. O[illegible] Canonic. S. Laudi Rotomag. [illegible] cem Iohannis Abrinc. p. 267. TVTINALE DONVM, V. *M[illegible] negiba.* MATVTINALE OFF[illegible] VM, laudes, vt iam diximus. [illegible] S. Iohannis Abb. Gorz. ſaec. 4. [illegible] ned. p. 392. V. *Matutini.*

MATVTINARIVS. (1) Regula [illegible] nachorum S. Caeſarii, ſeu S. T[illegible] dii, §. 21. *Poſt hoc dicant Matutinos directaneum: Exaltabo te, Deus meus, et Rex meus. Deinde in Ordine totus Matutinarius in Antiphonas.* V. *Matutini.* (2) MATVTINARIVS *Curſus B. Mariae.* Hugo Flauiniac. an. 961. p. 133. *Qui tunc forte ſolo proſtratus Matutinarium B. Virginis decantabat Curſum.* Vnde liquet Officium B. V. in Eccleſia perantiquum. (3) MATVTINARII, in Eccleſia Carnotenſi videntur appellati, qui *Matutinis* intererant, quibusque ex eo certa diſtributio aſſignata erat; in Tabul. eiusdem Eccleſ. Ch. 175. 278. 279. 307. † Potius capellani qui ratione beneficiorum ſuorum omnibus tam matutinis quam diurnis officiis intereſſe tenebantur. Gall. *Matiniers.*

MATVTINATVS, *factus mane.* Gaſp. Barthii Gloſſ. apud Ludewig. to. 3. Reliqu. MSS. p. 160. ex Baldrici Hiſt. Palaeſt. *Antequam Matutinatus Lucifer exalbeſceret.*

MATVTINELLVM, ientaculum, cibus, qui mane ſumitur. Cuſtumarium Prioratus *de Lewes* fol. 18.

MATVTINI, vigiliae nocturnae, Aimoino. Concil. Tur. II. can. 18. Ambiguae ſignificationis eſſe, *Matutinum* ſeu *Matutinos*, poſt Mabillonium hic obſeruare iuuat. Apud plerosque veterum, cum eo nomine in plurali vtuntur, illam Eccleſiaſtici Officii partem ſignificat, quam *Laudes* appellant. Ita SS. Benedictus, Aurelianus, et Iſidorus, in Regulis ſuis *Matutinorum* vocem vſurpant. Caſſiano pro *Laudibus* itidem vſurpatur, et lib. 1. Inſtitut. cap.

Digitized by Google

4. in ſingulari pro officio *Pri-*
Alii vero hac voce ſignificant
rnas preces, quae duplicis ge-
diſtinguuntur: aliae *vigiliae* in
nioribus feſtis vſitatae, ſic di-
quod ab incunte, aut certe a
a nocte circiter initium duce-
: aliae *Matutinae* in profeſtis et
inicis, quibus tardius noctur-
preces perſoluebantur. Hoc po-
io ſignificatu *Matutinum* ſumi-
1 Concil. Turon. atque in Ve-
ſi anni 465. can. 14. *Vt clerici*
n ciuitate fuerint Matutinis hy-
interſint.

/CA, claua, Italis *Mazza.* Cu-
. de Offic. CP. in Hierolex.
i. V. *Maxuca.*

CHARIVS. Charta Muncimiri
Croatiae anni 892. ſubſcribi-
um aliis, a *Pruſina Mauechario*
et Zelli Drago Maccechario Co-
ie apud Iohann. Lucium lib. 2.
egno Dalmat. cap. 2. adeo vt
erutro mendum ſubſit, tameſi
carius vtrobique legendum
m; vt haec dignitas eadem
quae *Magni coci* apud nos.
porro Lucius eod. lib. cap. 15.
uarius legiſſe videtur. V. *Ma-*
ii.

GRA SACRAMENTA. Ch. a.
t. 8. Ordin. reg. Fr. p. 126.
ugra ſacramenta facta fuerint,
ea compoſuerint etc. Mendoſe
aiora, V. ibid. p. 408.

ISCVS, maluicius, auis ge-
Gall. *Mauvis.* Lit. remiſſ. Mſ.
57.

ONES, inter ſuperſtitiones pa-
s refert le Beuf, t. 1. Collect.
cript. p. 304.

S, MAVORTE, V. *Mafors.*

TINI, *id eſt*, *Excuſſio equitis*
o. Papias, corrupte omnino
farchfalli, quod vide.

, ſic catenam quamdam, quae
ibus puniendis erat deſtinata,
ant Lemouicenſes. Vita S. Le-
di 6. Nouembr. apud Surium
. n. 9.

BOTINVS, V. *Marabotinus.*

ELLVM, *vocatur a multis*
m et ſtrignum. Gloſſar. med.
nuenſ. V. *Morella 1.*

† MAVRELLVS, ſubfuſcus, t. 4.
Hiſt. Occit. Prob. p. 182. V. *Morellus.*

MAVRI ALBI, appellati per contume-
liam Genuenſes, *Moros blancos*, a
Regibus Aragonenſibus, vt obſeruat
Michael Carbonellus, in Chron. Hi-
ſpan. fol. 100. († rubus, fructum
nigrum ferens. Gall. *Mure ſauvage.*)

MAVRIA, Chartul. S. Petri de Domi-
na fol. 107. *Poſt Calendas 6. denarios*
dublias . . . . et tres trainas de li-
gnis, et decem ſaxos de Mauria, et
50. eſtendolas (debent).

MAVRISCI, equi Arabes. Item Mau-
rorum poſteri, reliquiae, in Elogio
Iohannis de Ribera, to. 4. Concil.
Hiſpan. pag. 135. V. Gloſſar. med.
Graec. in *Μαυρίσμιος.*

MAVRITIENSIS MONETA, mona-
ſterii Agaunenſis, quod ſancto Mau-
ricio dicatum fuit, in veteri Charta
apud Guichenon. in Probat. Hiſt.
Sabaud. p. 40.

MAVRORVFVS, equi color, in vete-
ri Inſcriptione 342. Graecis *μαυρὸς*,
eſt niger, *Μαυροφορεῖν*, nigra veſte
indui, in Hiſtor. Apoll. Tyr. pag.
20. 23. V. Meurſ. in *Μαυρὸς.* Vi
Morellus 1.

† MAVRVS, leproſus, ſ. pro *miſellus.*
Bened. abb. Petroburg. t. 2. p. 460.
V. *Mauri.*

MAVSEOLVM, ſepulcrum vel fere-
trum alicuius Sancti. Vita S. Gode-
bertae to. 2. SS. Aprilis p. 36. V.
Mauſoleum.

MAVSOLE, interius conclaue. Vita
S. Siluerii Papae tom. 4. Iun. p. 16.
Quae ingreſſo Siluerio, cum Vigilio,
ſolis in Mauſole. Vbi forte legendum
Mauſole.

MAVSOLEARE, mauſoleo condere.
Tabular. Brivatenſe. Ch. 43.

MAVSOLEVM. (1) Feretrum Sancti
alicuius, apud Harmerum MS. de
Miracul. S. Maurilii Epiſc. Andega-
uenſ. (2) Pro *Muſino*, V. *Muſinum.*

† MAVSSVS, ſ. agger, moles. Ch.
Mſ. a. 1408. *Molendinum ſitum ad*
mauſſum de brolio de Vitraco.

† MAVSVCA, *Paulo ad diſſolutum ſto-*
machum et imbecillem aloe, mauſuca,
maſtix. Gloſſar. med. Sim. Ianuenſ.

MAVSVRA, pro *Mauſura*, vel *maſura.*
Charta anni 1191. tom. 8. Spicil.
Acher.

Digitized by Google

Acher. pag. 205. *Trado tibi Guillelmo . . . . caſtrum de Omelacio cum omni dominio eius . . . manſis et Mauſuris, appennaciis, toltis, etc.*

MAVTOTA, V. in *Tolta.*

MAVTVRA, V. *Molta* 2.

MAXA, maſſa, moles, Gall. *Maſſe.* Bulla Alexandri VI. PP. anni 1500. pro erectione Academiae Valent. to. 3. Concil. Hiſpan. p. 691.

MAXARIA, miniſter, vel qui vectigalia colligit. Epiſtola Panormit. ad Martin. IV. PP. apud Marten. to. 3. Anecdot. col. 35. Alia omnino notione *Maxaria*, apud Lotharingos vſurpatur; ſic quippe vocant caſas ex lignis abiegnis inter ſe compactis, absque luto aut bitumine fabricatas, quarum habitatores *Maxaros* ide circo appellant. Eiusmodi autem caſis vtuntur ii ab initio veris vsque ad Octobrem, quo tempore armenta ipſis paſcenda ex inito pacto committuntur.

† MAXENADA, familiaris, homo de *Maiſnada* alicuius, ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 221. V. *Macinata* 2.

MAXENARE, molere, ab Italo *Macinare*, Gall. *Moudre.* Memoriale Poteſtat. Regienſ. ad ann. 1280. apud Murator. to. 8. col. 1147. V. *Mazinare.*

† MAXENATVRA, mola molendinaria, ap. Murat. t. 5. Antiq. p. 87. V. *Macinata* 1.

† MAXIBATRVM, *la coda del porco.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

MAXILLARE, Στομοχοπεῖν, in Gloſſis Graec. Lat. V. *Malaxare.*

MAXILLARII DENTES, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 7. §. 6.

MAXIMA, recepta ſententia, regula vulgo Gallis, et Anglis *Maxime.* Forteſcutus de Laude Legum Angliae cap. 8. *Principia autem, quae Commentator dicit eſſe cauſas efficientes, ſunt quaedam vniuerſalia, quae in Legibus Angliae docti ſimiliter et Mathematici Maximas vocant, Rhetorici Paradoxa, et Ciuiliſtae Regulas Iuris denominant.*

MAXIMATES, proceres, Gall. *les Grands.* Bulla Clementis VII. PP. anni 1553. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Pariſ. p. 600.

MAXIMATIM, *cataplato... partem.* Gloſſ. MS. San... 501. legendum *Catapleiſ...* co κατὰ πλεῖονος.

MAXIMITAS. Vtitur Arn... poſt Lucretium lib. 2. N... *cogas immani Maximitate* ... magnitudine.

MAXINA, V. *Macina* 2.

MAXINATA, V. *Macinata* 2.

MAXIVM VEXILLVM, p... mum, ni fallor; vſus en... erat praecipuum totius exe... xillum, in curru imponet... illud magna cura ſeruare... Rer. Laudenſ. apud Leibnit... Scriptor. Brunſuic. p. 830. *pertoriti ſtatim, ſigno date... coeperunt deponere, omnesqu... cum plauſtris et caruolo, ſu... Maxium vexillum album cu... rubea deferebatur, abire coe...* V. *Carrocium.*

MAXNILE, pro *Maſnile*, agri... uncula cum aede, Gall. *Ménil...* dex MS. Irmionis Abb. Sange... fol. 126. V. *Manſionile.*

MAXORIMEN. Ius Vincentin. ... *Coloni tenentur dare fictus de g... bus, ſine de Maxoriminibus in... S. Felicis.*

MAXVCA, claua, Gallis *Maſſue.* ... dericus Vitalis lib. 8. MAZ... eadem notione. Chronic. Caſi... ſe, lib. 3.

MAYA, MEIA, congeries, cum... *in Maya* vel *Meia*, id eſt, in... Conſuetudines Marchiae Dumb... art. 30. *Si aliquis furetur de d... mus ſciſtum exiſtens, inſimul ... Maya, quod in illo caſu ille f... 15. ſ. Vien. bonos ſoluere ten...* Et art. 31. *Si aliquis furetur in... ſeu gerberio etc.*

MAYATA, vt *Maiacta*, V. in hac...

MAYDANVM, V. *Maidanum.*

MAYERA, V. *Maeria* 4.

MAYERIA. (1) Axis craſſior. ... *Madrier.* Item quoduis ligni... fication idoneum. Extractum ... puti anni 1334. to. 2. Hiſt. D... p. 248. V. *Materia.* (2) † Fe... tum, V. *Maeria* 4.

† MAYGNERIA, *maynerii* of... in Ch. Mſ. a. 1338.

† MAY-

Digitized by Google

† MAYMA, ludi qui primo die mensis Maii agebantur, ap. Oliuer. Maillard. in Serm. V. *Maium.*

MAYMO. *Gattus-Maymo*, species simiae, V. in *Gatus 2.*

MAYNADA, vt *Maisnada*, V. in hac voce.

MAYNAGIVM, quicquid ratione officii alicui competit, puta habitatio, victus, vestitus. Charta anni 1311. to. 2. Hist. Dalphin. p. 120.

† MAYNAMENTVM. (1) Mansio, domus, in Ch. Ms. a. 1408. V. *Mainamentum.* (2) Praedium rusticum, i. q. *Mansionile*, in Ch. Ms. a. 1314.

MAYNERIA, MEYNENIA, idem apud Delphinates, quod aliis *Maisnada*, *Mainada*, hoc est, familia; vnde et pro officio *Maynerii* vsurpatur, quod is inter domesticos et familiares censeretur: hinc itaque

MAYNERIVS, MAIGNERIVS, MAINERIVS, et MEYNERIVS, familiaris, domesticus, seruiens, apparitor; rustici Dumbenses etiamnam famulos suos *Meignats* vocant. Iam vero quodnam fuerit *Maynerii* officium, quae eiusdem priuilegia et immunitates, discere licet ex iis quae subiicimus, vnde et varias eiusdem vocis efformationes notionesque accipies. Charta anni 1274. to. 1. Hist. Dalphin. p. 126. *Item de famulis seu Mayneriis Archiepiscopi Viennensis, Abbatis Romanensis, et Ecclesiae de Romanis sic dicimus et ordinamus, quod illi, qui dictas Maynerias ad praesens obtinent, illa gaudeant immunitate, et libertate qua hactenus vsi sunt: quia vero aliquando contigit, quod aliquae Mayneriae ad dictum D. Archiep. vel Ecclesiam de Romanis aliquo casu, vel certa causa denuerunt, et modico pretio accepto, diuitibus hominibus de Romanis concessae fuerunt, vt immunitatem tailliarum et onerum villae ex hoc consequerentur, etc.* Et infra: *Item . . . . quod Archiepiscus nec eius familia spolient sine causae cognitione aliquem Canonicum, clericum, vel aliquem, de eorum familia, vel Mayneria.* Statutum Humberti II. Dalphini anni 1349. ibid. p. 587. *Item voluit, declarauit, et ordinauit ipse D. Dalphinus numerum Maigneriorum, seu Seruientium Curiae . . . Item, quod Maignerii et alii Officiales Dalphinales in domibus Baronum seu aliorum Nobilium Dalphinatus, seu aliarum terrarum suarum pignorare non possint nec debeant infra domos ipsas, quandiu pignora sufficientia ipsorum pignorandorum extra domos eorum poterunt reperiri ad euitandum scandala quae inde possent forsitan euenire.* Charta an. 1361. ibid. to. 1. p. 150. *Constituimus Meynerium et bannerium nomine D. Dalphini, pariter et ordinamus, concedentes eidem Guigoni licentiam et autoritatem infra dictam Castellaniam et eius ressortum citandi, giornandi, multandi, arrestandi, banneyandi, banna leuandi, et alias ipsum officium Meyneriae et banneriae, prout consuetum extitit . . . exercendi.* Charta an. 1339. ibid. p 128. *Et emolumentum prouenient ex delictis Maineriorum delinquentium in suo officio.*

MAYNILE, mansio, domus. Pancarta Abbatiae S. Stephani de Vallibus apud Xanrones in Charta 1. Vide *Maxnile.*

MAYNITIVM. Vox frequens in Bressiae et Dumbarum tractu, eiusdem significationis ac *Mansionile*, de quo supra.

MAYRAMEN, lignum, vnde dolia componunt, Gall. *Mairrin.* Consuetudo Brageriac. art. 76. V. *Materia.*

† MAYRASTRA, nouerca, Gall. *Marastre.* Gloss. Prou. Lat. Cod. 7657.

MAYTA, V. *Maita.*

MAYTALLATA, V. *Mayteriata.*

MAYTERIA, mensura frumentaria. Statuta reformat. S. Claudii an. 1448. V. *Meiteria 2.* Hinc

MAYTERIATA, modus agri, quantum sufficit ad sationem vnius *mayteriae.* Antiq. Recognit Albaeripae in Regesto *Probus* fol. 62. V. *Meiteriata.* MAYTALLATA, eadem notione, in eodem Regesto fol. 62. verso.

MAYVS, medius, dimidius, Gall. *Demi;* Aruernis praesertim Anicensibus *Lou mey*, Gallis *Le milieu*, medium. Charta Guidonis Archiep. Bituric. an. 1279.

MAZA. (1) *Rigidus panis, biscoctum, vt vocant, vel quod ex farina, oleo et aqua conficiebatur, atque etiam ex lacte.* Vocabul. Suſſannaei. Cibus eſt caſtrenſis, ſeu potius polentae genus, peculiare Perſarum militum, quod quidam ex hordeo, melle et ſepa commixtum fuiſſe exiſtimant. V. Lex milit. Caroli de Aquino. (2) Vox Italica, claua, in Chron. Bergom. apud Murator. tom. 16. col. 939. V. *Maſſa* et *Maxuca*.

MAZACCARA, ſalſitia, Μάζης κρέας. Alexander Iatroſophiſta lib. 2. Paſſion. c. 67. *De quadrupedibus autem ſunt offerendi pulmones, inteſtina, vel ex eis cordulae factae, aut Mazaccarae.* Vbi Gloſſae MSS. *Mazaccarae, ſalſutiae factae de tritis carnibus inteſtinorum.*

MAZACRIVM, caedes, ſtrages, vel homicidium dire perpetratum, Gall. *Maſſacre.* Charta an. 1218. in Probat. Hiſt. Monmorenc. p. 84.

† MAZADA, manſio, domus cum agri portione, t. 2. Hiſt. Occit. Prob. p. 485. V. *Maſſa 6.*

† MAZAFVSTVM, MAZZAFRVSTVM, machinae bellicae ſpecies, fuſtibalus, Ital. *Mazzafruſto.* Tract. Mſ. de re milit. Murat. t. 2. Antiq. p. 1206.

MAZAGANIA, curia regia Maurorum. Acta S. Ferdinandi Principis Luſitan. to. 1. Iunii p. 586. *Interim equitabat Rex cum Lazaraquio ſuisque praefectis et tota aula quam Mazaganiam vocant.* V. *Maiſnada.*

† MAZALIS, porcus caſtratus, f. pro *Maialis.* Stat. Placent. l. 5. *Sex porcos a carnes qui mazales vocantur.*

† MAZAREIVS, MAZAREVS, i. q. *Mazerinus* in *Mazer.* Gall. Chriſt. t. 10. Inſtr. p. 72.

MAZARINVS, MAZARVM, V. *Mazer.*

MAZATI NVMMI. Leo Oſt. lib. 1. Chron. Caſin. c. 28. *Rupit ipſum Monaſterii veſtiarium, et inde tulit ſolidos Mazatos 14. millia.*

MAZDRINVS, V. *Mazer.*

MAZEGADICVS. Charta Ildefonſi Comitis Toloſae pro libertatibus vrbis Toloſae an. 1141. *Excepto illo ſale, quod neceſſarium erit coriis Mazegadicis.* V. *Maſegaticum*; vbi ponenda erit lectio, definie[illegible]

MAZELINVS, pro *Manzerinus*, nigena, adulterinus. V. *Mazer.* Alia notione V. in *Maſer.* Alia notione V. in *Ma[illegible]*

† MAZELLATOR, carnifex, in Placent. l. 6. V. *Macelator.*

MAZELVM, f. prò *Macellum*, tum, forum. Memoriale Pote[illegible] Regienſ. ad an. 1287. apud Mu[illegible] to. 8. col. 1169.

MAZENARIVS, qui a calicibus, lis *Mazeres* dictis, erat. Liber Scaccarii pag. 350. *Mazenarius plicem cibum tantum* (habeant). Vbi Editor Hearnius Somneri ſententiam de iis poculis amplectitur.

MAZER, MAZERINVS, MAZARVM, MASDRINVM: ita paſſim appellant ſcriptores pretioſiora pocula; ſed quae eorum fuerit materia, non omnino conſtans eſt opinio. Somnerus lignea fuiſſe dixit, et acerna, quod *Maezer*, Belgis, aceris arboris tuberculum ſonet. Sane ſcribit Ianus Dolmerus in Noris ad ius aulicum Norueigicum antiquum p. 461. pocula ex acere facta olim fuiſſe in pretio apud Nouegios. At Fortunatus in Epiſtola praefixa lib. 1. Poëmat. *pocula acerna* vt viliora recenſet. Genuinam vero, ni fallor, notionem attigit vetus Gloſſarium Lat. Gall. docet quippe eadem fuiſſe vaſa, quae Latini *Murrhina* vocant: *Murrha, Hanap. de madre.* Sed et Matthaeus Paris an. 1181. viderur appellaſſe, *Murrhina*, quae alii *Mazerina:* p. 97. *Tres cuppae Murrinae.* Charta Guillelmi Epiſc. Ambian. an. 1293. in Tabul. Epiſcop. Ambian. fol. 99. v. *Et cuilibet lectum et ſciphum argenteum et Murreum.* Teſtam. Iohannis de Albiniaco Epiſc. Trecenſ. apud Camuſatum pag. 201. *Vna cum omnibus et ſingulis ciphis meis Murreis tam cum pedibus argenteis, quam ſine pedibus, etc.* Eſt autem *Murrha*, vt auctor eſt Plinius lib. 37. c. 2 lapidis pretioſi genus odoris praeſtantia commendabile, et colorum varietate inſigne, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram candoremque, et tertium ex vtroque igneſcentem, veluti per tranſitum

Digitized by Google

situm coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. Nascitur autem in Oriente apud Parthos. Papias: *Murina, gemma, apud Parthos gignitur, vnde dicitur, quia varietas eius in purpuram candoremque et ignem, quasi in caelesti arcu conspicitur.* Notum vero *Murrhea* et *Murrhina pocula* et *vasa* magno olim fuisse in pretio apud Veteres, non modo ex Plinio sed et Seneca l. 7. de Benef. c. 9. Suetonio in Augusto c. 71. MAZER, MAZARVM. Wibertus in Vita S. Leonis IX. PP. c. 6. *Et quendam scyphum pretiosi Mazeris ob sui memoriam obtulerat.* Vbi Codices alii monente Henschenio, praeferunt *pretiosi Marmoris.* Visitatio Thesaurariae S. Pauli Londinensis an. 1295. *Item ciphus de Anserne magnus de Mazero, cum basso pede, et circulo argenteo. Item cupa Magna de Mazero, ornata pede alto, 2. circulis et pomellis argenteis.* Charta Heccardi Comitis Augustodunensis apud Perardum: *Et anapo Corneo maiore, cum illo de Mazaro.* Galli vulgo *Madre* vocant eiusmodi scyphos et pocula. Computum Steph. de la Fontaine Argentarii Regis an. 1350. Etiamnum hodie Angli pateram *Mazer* vocant. MAZERINVS, scyphus ex *mazere.* Radulphus de Diceto in Imag. histor. an. 1182. *Ciff. 9. argentei tres cuppae Mazerinae, 3. salsaria argentea.* Teloneum S. Audomari in Tabulario S. Bertini: *Saccus cordatus cyphorum Mazerinorum 4. den.* MAZDRINVS. Lambertus Ardensis. MADELINVS. Tabular. Compendiense: *Haec sunt nominata vtensilia de Ruminiaco . . . duo mantergia, tria auricularia, duo cifi Madelini cum pedibus argenteis.* MADERINVS, in Ch. Ms. a. 1225. MADRINVS. Testamentum Albonis Canonici Altisiodor. an. 1191. in Tabular. Eccles. Altisiodor. fol. 48. MARDRINVS, in Vita S. Vdalrici saec. 5. Bened. p. 453. MASERIVS. Testam. D. le Scrop an. 1415. apud Rymer. to. 9. p. 276. MAZELINVS. Necrolog. Ecclesiae Parisiensis Non. April. Nolim tamen hisce omnibus Auctorum locis, *murrina* vasa, cuiusmodi antiquorum erant, intelligi, cum doceat Papias sua aetate ita appellata vniuersim vasa vitrea, seu scyphos vitreos: *Murra, genus vasis, pro vase vitreo ponitur.* Edit. habet *pro vitro.* Alibi *Myrrhinum, genus optimi vitri et saphyrini coloris, inde myrrhina vasa dicuntur.* Ita Codex editus: at MS. pro *vitri,* habet *vini.* Sed prior lectio melior; atque ita sumi debere vasa mazerina in Regestis Peagianorum forteam existimandum est. MADRINARIVS, officium Scantionariae, cui *madrinorum* et poculorum cura incumbebat. Computum Hospitii Reg. an. 1313. Nescio an huc spectent Gloss. Gr. Lat. παραχύτης, *Mestrinus, Praefusor.* Vbi Codex MS. S. Germani Paris. habet *Meterinus, Profusor,* vt legendum sit *Meserinus,* vel *Maserinus,* hacque voce intelligatur Pincerna. Sed haec vox non est istius aeui. MADELINARIVS, idem dicitur in Ordinat. Hospitii S. Ludouici Reg. Franc. an. 1261. *Guillelmus Madelinarius . . . tam pro ciphis, quam pro vitris quaerendis et portandis, etc.* V. *Olea, Masoricus.* MASERICA, vox, vt videtur, eiusdem originis. Poëta MS. infimi aeui, ex Bibl. Thuana Cod. 525.

Adsit plena fero Maserica theca liaeo,
Penus et artocopis, et acerna popina ferinis.

Vbi Glossa *Masericam, ollam* interpretatur.

MAZERIVS. (1) Italis *Mazziere,* qui clauam tenet, *Massier:* in Ceremoniali Episc. lib. 1. c. 11. (2) † I. q. *Mazareius,* in Ch. Ms. a. 1121.

MAZETTA, MAZETTVS, vox Italica, († a *Mazzo,* fasciculus, ornamenti genus.) Annal. Mediol. apud Murator. to. 16. col. 807. *Centura vna argenti cum Mazettis duobus et fiquettis XLIII.* Eiusdem significationis videtur MAZIVS, ibid. *Centura vna facta ad rosettas perlarum cum Mazio et fibbia argenti, etc.*

MAZIA, clava, Ital. *Mazza.* Chron. Petri Azarii apud Murator. to. 16. col. 329. V. *Matia.*

Digitized by Google

MAZINARE, molere, Gall. *Moudre*, ab Ital. *Macinare*. Charta an. 1370. V. *Maxenare*.

† MAZIVS, V. *Mazetta*.

MAZMVTINA, V. *Masmodina*.

MAZVCA, V. *Maxuca*.

MAZVRA, pro *Mansura*, domus. Charta an. circ. 1120. ex Archiuis S. Victoris Massil. V. *Masura*.

MAZVRALE, agri portiuncula cum aede. Charta apud Stephanot. to. 3. Antiquit. Bened. Pictau. MSS. p. 749. V. *Mansionile*.

MAZVZAE, schedae erant, inquit Hofmannus, quae periodis e Deuteronomio binis inscriptae, postibus ex lege, apud Hebraeos, affigi solebant. Plura vide apud eumdem in Lexico.

† MAZZA, vox Ital. claua, t. 2. Aug. p. 574. V. *Massa 1*.

MAZZAFRVSTVM, V. *Mazafrustum*.

MAZZERIVS, qui *massam* seu clauam gestat. Vita B. Columbae Reatinae to. 5. Maii p. 354. V. *Mazerius*.

MAZZETTA, vestis Episcopalis pars, quae Gallis *Camail* dicitur. Articuli reformat. Paris. an. 1586. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1194. Sed legendum est *Mozzetta*. V. *Mozetta*.

MEABILIS, genuinus, legitimus, Gall. *Loïal et marchand*. Tabular. Cartusiae de Bello-Larico. V. *Marchabilis*.

MEAGLA, nummus aureus, *medallia*, Italis *Medaglia*. Regimina Paduae ad an. 1274. apud Murator. to. 8. col. 424. V. *Medalla* et *Medalea*.

MEALA. (1) Genus placentae. (2) † Minutioris monetae species, Gall. *Maille*, t. 2. Hist. Occit. Prob. pag. 574. MEALHA, in Gloss. Prou. V. *Maillia*, et *Medalla*.

MEASVS, pro *Mansus*, aedes cui adiuncta certa agri portio. Charta an. 1208. in 30. Regesto Tabular. Regii n. 61. V. *Massa*.

MEATIM, *meo more*, in Glossis Isid. In Glossario veteri Saxonico, *min lice*, *Meatim*. V. Priscian. lib. 12. Donatum, et Grammaticos veteres.

† MEBRETVS, panni species, f. i. q. *Marbretus*. Ch. Ms. n. 1360.

† MECANICVS, pro *mechanicus*, artifex, in Arest. Ms. a. 1416.

MECAPVS, Papiae, *Fatu*[illegible] quasi *mente captus*, aut pr[illegible] *caput*, vt *mefacere*, pro *ma*[illegible]*re*, et *mefactum*, pro *malefactum*.

MECELLVS, messor, V. in *Me*[illegible]*re*.

† MECERIVS, messium custos, [illegible] q. *Messarius 1*. t. 8. Ordin. reg. [illegible] p. 127. V. *Messerius*.

MECHAMIVM, membri mu[illegible], seu fractio. Iohannes Skena[illegible] de verborum significatione. V. [illegible]*mium*.

MECHANEMATA, *vocantur quaedam mirifica humanis artibus facta de Dei creatura, quae qui nesciunt, opinantur esse diuina*. Papias. Sidon. l. 1. Ep. 9. *Deus leone quae ille digitis Mechanementa facit*. V. *Mechanicus*.

MECHANICVM. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 90. *Si homo cadat ab arbore vel quolibet Mechanico super aliquem, etc.* id est, qualibet arte, vel ratione.

MECHANICVS, praestigiator. Hildebertus Episl. Cenomanensis in Vita S. Hugonis Abbat. Cluniacensis n. 16. de quodam Monacho, cuius osculum respuerat idem Hugo: *Respondentem se Mechanicum esse, et nicromantiae praestigiis inquinatum*. Inter μηχανικῆς τέχνης partes, vnam esse, quae θαυματουργικὴ dicitur, obseruat Politianus in Panepistemone: quae scilicet quaedam miranda efficit seu naturae praestigia: atque hinc praestigiatores ipsi μηχανικοὶ forte appellati.

† MECHINA, pulmo alicuius animalis, t. 4. Hist. Nem. Prob. p. 46.

MECHITA, pro *Meschita*, templum Mahumetanorum, Hisp. *Mezquita*, Gallis *Mosquée*. Charta Petri Sancii Aragon. Reg. an. 1101. to. 1. Gall. Christ. inter Instr. p. 54. V. *Meschita*.

MEDA. (1) *Curatio*, *remedium*, Papiae, *medicina*. (2) Est etiam potionis genus, Germ. Meth. Bulla Lucii PP. in Chartul. S. Quintini in insula p. 109. V. *Medo*. (3) † Aceruus segetum in acutum tendens, German. infer. eine Miethe. Stat. Cadubr. l. 3. V. *Meta 1*. (4) † Pro meta, limes, terminus, t. 9. Coll. Hist. Franc. p. 648.

MEDA-

Digitized by Google

CVLA, idem videtur quod *Me-*, Gall. *Maille*. Chartular. Ca-rienſe: *Appendaria de qua fena-ſunt motarelli reddit in Maio III. . et Medaculum et 1. agnum; et in . IV. den. et Medaculum.* V. in *tentes.*

DALA, i. q. *Medalla*, t. 2. Hiſt. it. Prob. p. 464.

DALADA, idem, in Chartul. ſin.

ALEA, idem quod *Medalla*. Re-ina Paduae ad an. 1274. apud rator. to. 8. col. 461.

MEDALHATA, V. *Medallata.*

MEDALIA, i. q. *Medalla*, t. 2. Hiſt. Occit. Prob. p. 445.

MEDALIATA, reditus terrae valoris *medalliae.* Tabular. Eccleſiae Cadurcenſis: *Illas 3. Medalliatas, quae ſubtus vinea Danielis, etc.*

MEDALLA, MEDALLIA. Willelm. Brito in vocabul. et auctor Mamotrecti 27. Leuit. *Obolus dicitur Medalia, id eſt medietas nummi.* Iohanni de Ianua, in *Diobolaris: obolus quod eſt Medalia.* Tabularium Conchenſis Abb. in Ruthenis ch. 418. *Bernardus Odo donauit in Graiſaco vnam mediam appendariam, et medium quartum; et tres Medallas de cenſu.* Datur etiam interdum *Medalliae* nomen nummis aureis. Ogerii Panis Annal. Genuenſ. lib. 4. ad an. 1214. apud Murator. to. 6. col. 406. *Statuerunt inſuper quod collecta ſuper immobile conſtitueretur de denariis ſex per libram, de quibus Medalia pro portu colligeretur.* Additam. ad Chr. Mon. Patauini ad eumdem to. 8. col. 737. *Theſaurus cum Medaleis aureis inuentus fuit in horto domus Dei de Padua.* Hinc nummis veterum Romanorum ſiue Graecorum aureis, argenteis et aereis, *Medalliae* nomen manſit. Scaliger ad Euſebium ab Arabico vocem accerſit: Προτομὴν *nos vulgo Medaliam vocamus, Arabes etiam Methalia: quod neſcio quo commercio ab Arabibus ad Italos et Gallos delatum. Ita enim vocant numiſmata Chriſtianorum, quae expreſſum caput humanum praeferunt.* Verum non eſt cur ad Arabes recurramus, cum ipſae nummorum veterum Francicorum inſcriptiones, originem vocabuli videantur prodidiſſe. Proſtant etiam in libello Petauiano nummi aliquot argentei Ludouici Pii et Caroli Calui, in quibus METALLVM ſcribitur in nummi circulo, interdum etiam in medio nummo, ita vt nummi inde *Metalla* nuncupari potuerint, quod vero admodum ſimile eſt, cum etiamnum Francis *Metail* ſit *Metallum*, vox a *Medail*, vel *Medaille*, non abludens.

† MEDALLATA, MEDALHATA, i. q. *Medaliata*, in Ch. Mſ. a 1326.

MEDARIVS. Charta Alamannica Goldaſti 33. *Confinit . . . . de alium in via, et 2 Medarios, in ipſo loco, in ipſo agro, et 1. feſtairale in roncale confinit in Leones ex alia parte ipſo Magno.*

MEDELA, V. *Medella.*

MEDDAMIVM, pro *Medelanium*, non rectius, apud Bollandiſtas in Vita eiusdem S. Guthlaci to. 2. Aprilis p. 46.

† MEDE, herbae ſpecies, qua vtuntur tinctores. Ch. Mſ. Mechlin. a. 1316. *Herbae tinctoriae quae Weedt et Mede vocantur.*

MEDELANIVM. Vita S. Guthlaci c. 31. *Irruit in quandam ſpinulam ſub incultae telluris herbis latentem, Medelaninm plantae ipſius infigens.* Pro *medium*, ni fallor, aut *medietanum.*

MEDELLA. (1) Lex Alemannor tit. 96. *Si quis Medellam rumpit aut inuolat, ſol. 3. ſoluat, ſi carrucam inuolat, aut rotas, etc.* Editio Heroldi habet *Medelam.* Videtur eſſe modiolus rotae, Gall. *le Moieu.* (2) Menſura liquidorum, eadem quae *Meillerola.* († Seu potius idem ac *Meda*, V. in *Medo*, Germ. Meth.) V. in hac voce. Charta an. 1163. ex Lib. viridi Epiſcopat. Maſſil. p. 11. *Domos autem quas Raymundus de Soleriis Epiſcopus abſtulerat retento ſeruitio Medellam de melle, et campum de carello, aut concambium valens operi Eccleſiae reddi mandauimus.* Eodem ſignificatu occurrit *Medellarii de melle*, in Charta ex Archiuis S. Victoris Maſſil. Eo denique ſenſu accipienda etiam Bulla Anaſtaſii IV. PP. an. 1153. tom. 1. Gall. Chriſt. inter Inſtrum. p. 112.

Digitized by Google

In Ecclesiis S. Zachariae VII sol. et duos Medollalios de melle, etc. V. *Medualia* et *Medollalius*. (3) † Retis macula, Gall. *Maille*. Ch. Mf. a. 1289. V. *Macula* 2.

MEDENA. Charta Ludouici Lotharingiae Regis an. 902. apud Browerum l. 9. Annal. Treuir. pag. 542. 1. et 443. 2. Edit. *Nostrae Mansuetudini suggesserunt . . . . vt Treuericae ciuitatis monetam, telonium, censuales, tributum atque Medenam agrorum cum fiscalibus omnibus . . . eidem Episcopo nostrae maiestatis auctoritas restitueret.* Charta Ricardi I. Regis Anglor. tom. 2. Monastici Anglic. p. 132. *Et quoddam rete liberum Medena in potestate sua liberam, etc.* Germanis *Meden*, est mensura et modus agri, Gallis *Mesure de terre*, ait Browerus: nescio an id sonet in his locis.

MEDERE. (1) Pro *Metere*. Pactus Legis Salicae tit. 27. in lectione variante: *Si quis messem alienam tripauerit, vel Mederit*, hoc est *demessuerit*. (2) † Curare, in Act. SS. Bened. saec. 2. p. 640.

MEDETRARIA, pro *Medietaria*, praedium quod a colono partiario colitur. Charta an. 1210. ex Tabular. Castri Vitreii. V. *Medietarius*.

MEDIA. (1) MEDIA VINI, mensura, quae alterius media est, hemina. Chron. Mellicense ad an. 1451. p. 424. (2) Pro *Medica*, V. in hac voce.

MEDIACI, V. *Mediale* 2.

MEDIACON, *confectio olei omnia comburens*. Papiae.

MEDIALADA, modus agri, idem, ni fallor, qui *Medaliata*. V. *Medalla*. Charta an. circiter 1030. apud Baluz. Histor. Tutel. col. 421. *Ego enim in Dei nomine Deusdet Monachus emo ad opus S. Petri ad locum iam dictum tres Medialadas de vinea de aliqua femina nomine Adalberga.*

MEDIALE. (1) Mensura annonaria, eadem, vt videtur, quae *Medimna*. V. in hac voce. Charta Martini IV. PP. an. 1284. apud Illust. Fontanin. in Antiquit. Hortae p. 411. (2) † Pars intima arboris, in re lignaria, de qua Salmas. in Solin. et Gothofr. in Comment. Cod. Theod. [illegible] vbi pro *Medici* legendum c[illegible] *diaci*, recte vt videtur.

MEDIAMNE, vel MEDIA[illegible] insulae, vel terrae, in medi[illegible] bus emergentes. Priscianus. *A medio amnis, Mediamna.* [illegible] dus in Graecismo c. 10.

Insula sit maris: at si dulcis[illegible] Mediam[illegible]

Ioan. de Garlandia in Synony[illegible]

Dic riuos, latices, puteos, [illegible] gna, palu[illegible]

Amnis iungatur, a quo Media[illegible]is vocitatur.

Siluester Giraldus in Topogr. Hiberniae dist. 1.

MEDIANA. (1) Porta media Basilicae, seu templi, quam *Regiam* alii appellant. Gregorius Tur. lib. 2. de Mirac. c. 48. *Procedens autem psallendo, cum ad Medianam peruenisset, etc.* V. *Hebdomada Mediana* et Ordinarium Praemonstrat. Ord. p. 904. (2) MEDIANA SERRATA, *Mediana vtralis*, Scripturae species. V. *Scriptura. Dominica Mediana*, V. in *Dominica*.

MEDIANETVM, († iudicium vt videtur, quod per *mediatores* seu arbitros fit.) Fori Oscenses an. 1247. fol. 13. *De spondalariis vel cabeçalariis, aut testibus qui eos fecit, siue constituit, qualicumque loco facit eos, ibi habet se iuuare de eis, nisi in Mediancto*, id est, neutro.

MEDIANS. *Mediante certa quantia pecuniaria*, in Litteris Iohannis Franc. Reg. an. 1358. tom. 3. Ordinat. pag. 265. Galli dicerent *Au moyen de, moiennant.*

MEDIANVS. (1) Medius. *Mediana acroteria, Medianae columnae, Mediana vox*, apud Vitruuium. *Medianus arcus, Mediana frons*, apud Paulinum Epist. 12. p. 153. † *Mediana vena*, medicis, vena inter basilicam et cephalicam. (2) Pro *Secundus*. Audoënus in Vita S. Eligii: *Lotharius Medianus*. Pactus Legis Salicae tit. 2. *Si quis porcellum lactantem furauerit de granne prima aut de Mediana*; id est, de secundo coitu. (3) MEDIANVM ALTARE, idem quod *Matutinale*. Translat. B. Bathildis saec.

Digitized by Google

[illegible] 4. Bened. part. 1. p. 452. (4) Compromissarius elector, cui eligendi facultas datur, ad idque deligitur a partibus. Acta Innocentii III. p. 3. *At exclusis iustitiariis Senatoris, qui ei fidelitatem iurauerunt, suos iustitiarios ordinauit, electo per Medianum suum alio Senatore tam in vrbe, quam extra, patrimonium nuper recuperauit amissum.* (5) Mediae magnitudinis. Ita passim in Historia Episcoporum Autissiodor. cap. 25. *Gabata Mediana, etc.* MEDIANVS CABALLVS, medii pretii, in Lege Aleman. tit. 70. §. 3. *Medianus bos*, tit. 78. *Mediana equa, Medianus Alamannus*, mediae sortis ac conditionis, in Capitulis ad eamdem Legem cap. 22. 43. (6) † *Mediana annona*, frumentum miscellum, in Ch. Ms. a. 1185. V. *Mediasticus* et *Mixtum*.

MEDIACRITVS, *in medio statutus et arctatus*. Ioh. de Ianua. Vnde Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Estabilis au milieu par force.*

MEDIARE. (1) Rem tractare, agere, componere, non vt iudex, sed vt intermedius et sequester, German. Vermitteln; quo vocabulo Angli potissimum vsi sunt, cum de constituendis *Attornatis* seu procuratoribus agebatur. Charta Caroli Reg. Franc. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. p. 206. *Sed quod per vnum ipsorum inceptum fuerit, per alium et alios prosequi, Mediari valeat pariter et finiri et ad effectum adduci.* † MEDIARE PLACITVM, dare operam vt veniatur ad colloquium, t. 7. Collect. Hist. Fr. p. 80. (2) Per medium diuidere. Leges Palatinae Iacobi II. Reg. Maioric. to. 3. SS. Iunii p. LVII. (3) Separare, disiicere, Gall. *Diviser, écarter*. Chron. Andreae Danduli apud Murator. to. 12. col. 462. *Ne galeae hostiles Mediarent VI. galeas venturas de Candia, etc.* (4) Medius incedere. Compendium Iu. et Consuet. Vniuers. Paris. per Robert Goulet fol. 13. (5) † Inter duo loca positum esse, ap. Elmham. c. 66. p 186. (6) † Incoeptum prosequi, in Serm. mag. Io. Parui Ms.

† MEDIASTICVS, i. q. *Medianus 6. Bladum mediasticum*, frumentum miscellum, in Ch. a. 1211.

MEDIASTINO, secundo. Ratherii Veron. Episc. Qualitatis coniectura to. 2. Spicileg. Acher. p. 200 *Se primum, se Mediastino, se rodens ipsam postremo: inde omnes suopte more viuentes. Genuinum in eis figere non desinit dentem.*

MEDIASTINVS. (1) Medius. Translatio S. Guthlaci to. 2. Aprilis p. 59. (2) Caminus, focus; sic, vt videtur, dictus, quod in medio cubiculo exstruatur, apud Leibnit. to. 1. Script. Brunsuic. p, 567. (3) † I. q. *Mediasticus*, V. in *Bladum*.

MEDIATERIA, MEDIATERRIA, V. *Medietaria 2.*

† MEDIATIM, ex dimidia parte, in Arest. a. 1372.

MEDIATIO, perperam pro *Modiatio*, in Charta Henrici Reg. Angl. to. 4. Hist. Harcur. p. 1411.

MEDIATOR. (1) Intermedius, Mittelsperson. Chron. Romualdi II. Archiep. Salern. apud Murator. to. 7. col. 226. *Et Hyacynthum diaconum Cardinalem, cum Christiano Cancellario, et aliis Theutonicis, qui pacis Mediatores erant, ad eum direxit.* Ita Graecis Μεσάζοντες dicuntur, qui rebus gerendis in Palatio praesunt, seu quibus veluti sequestris Principes res suas peragunt. (2) MEDIATORES, apud Bauaros dicebantur, quibus, veluti *mediis* bona Laïcorum, quae ab iis comparare ex Legibus non licebat. ad Monasterii vsus, iisdem per imaginariam donationem eadem concedentibus, sibi comparabant Monachi. Vita B. Mariani Abb. Ratisp. n. 16. *Aream vnam . . . ementes per manum Mediatoris Praefecti Ratisponensis, ibidem, . . . Monasterii fundamentum iecerunt.* Ea porro acquirendi ratio per Monasteria, *Delegatio* appellabatur. Charta Luitpoldi Ducis Bauariae in Chronico Reichersperg. an. 1141. *Huec autem traditio ad altare S. Michaëlis in Reichersperg me praesente ac petente facta est per manum Comitis Luitoldi de Bleiera delegatione firma, in cuius manum Delegatio*

Digitized by Google

eadem per manum noſtram prius fuerat facta. Idem Chronicon an. 1157. *Idem Comes Pertholdus . . . . in manum Comitis Pertholdi de Pogen ad finem Delegauit Reicherſpergenſi Eccleſiae per manum eius omnimodis Delegandum ad petitionem eiusdem Eccleſiae Praepoſiti tunc Fratrum.* Trādit. Fuld. l. 3. tradit. 3. *Praedium . . . in vſum fratrum huius Eccleſiae ob memoriam ſui Delegauit.* Tradit. 31. *Idoneos teſtes 6. numero coaequalium ſuorum delegerunt, quibus haereditariae traditionis ius Delegaretur, illis hoc ius delegationis inuicem ſibi manu ad manum tradentibus, etc.* (3) Idem qui *Medietarius*, Gall. *Metaier.* Charta an. 1244. in Tabul. Compend. *Mediatores vero et ille qui carionem ducet . . . . nihil miſcebunt cum carione in praeiudicium dicti Maioris.* Tabular. SS. Trinit. Cadomenſ. fol. 23. *Habemus . . in Amblia terram vnius carrucae . . . et Mediatorem ſex acrarum terrae.* (4) Praes, ſponſor. Charta exarata an. 973. apud Vghellum in Beneuentanis Archiep. V. *Medietates.*

MEDIATORIA, praedium quod a colono partiario colitur. Charta Odonis Militis an. circiter 1050. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 420. V. *Medietarius.*

MEDIATORIVM. S. Hieronym. lib. 2. aduerſus Heluidium c. 9. *Quale illud ieiunium eſt, aut qualis illa refectio poſt ieiunium cum pridianis epulis diſtendimur, et gutiur noſtrum Mediatorium efficitur latrinarum?* hoc eſt, quaſi intermedium.

MEDIATVRA, MEDIETVRA. (1) Eadem notione qua *Mediatoria*, Gall. *Metairie.* Charta an. 1047. apud Stephanot. in Antiquit. Bened. Xanton. MSS. pag. 327. *Donamus . . . . Eccleſiam etiam S. Ioannis de Anglis cum integritate ſua redecimationes de vniuerſis Mediaturis noſtris dominicis.* Alia apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. p. 118. *Ibi donauit per manum eius Gausfredus Comes filius Eudonis Comitis S. Martino Maioris Monaſterii duas Mediaturas cum bubus et agricolis.* V. *Medietarius.* (2) V. in *Modius* 3.

MEDIATVS. (1) Ex parte m[illegible] nus. Acta SS. Philemonis [illegible] lonii to. 1. Martii p. 756. [illegible] Medietas, Gall. *Moitié.* Litt[illegible] roli Iohannis Reg. Fr. pr[illegible] ann. 1363. to. 3. Ordinat. p.

MEDIAVITA. Concilium Col[illegible] an. 1310. can. 21. *Prohibem[illegible] ne in aliqua Eccleſiarum nobi[illegible] ſtarum imprecationes fiant, nec [illegible] ſetur Media vita contra aliqua[illegible] ſonas, niſi de noſtra licentia ſp[illegible] cum noſtra interſit talia di[illegible] quando ſint talia facienda.* Ioan. Mocſemius in Adolpho Epiſcopo Mod. c. 23. *Coeperunt Eccleſiae duces maledicere, et Media vita canere contra ipſum.* Albertus Stadenſis, et Hiſt. Archiepiſc. Bremenſium an. 1234. *Clerus qui eminus aſtans rei exitum expectabat, Media vita, et alia miſerationis carmina cum moerore canebant.* Vbi intelligitur Proſa illa Lamentationis, quam feciſſe Notkerum Balbulum Sangallenſem tradunt, cum in *Martinsdodel* pons in loco praecipiti et periculoſiſſimo aedificaretur. *Media vita in morte ſumus, quem quaerimus adiutorem, niſi te, Domine, qui pro peccatis noſtris iuſte iraſceris.* Exſtat apud Caniſium to. 5. Antiq. let. p. 770. Canitur autem illa Antiphona in Sabbato Dominicae tertiae Quadrageſimae in Completorio. V. Durandum lib. 6. Ration. cap. 52. num. 5. 6. et in voce *Reliquiae.*

MEDICA, obſtetrix, in Gloſſis Iſidori in V. *Maia*, vbi perperam editum *Media.* Eiusmodi *Medicae* non ſemel occurrunt in vett. Inſcript. 312. 4. 635. 9. 636. 1. 2. 3. Vide Gloſſar. med. Graecit. in Ἰατρίνη.

MEDICABVLVM, quod medelam affert. Apuleius Florid. n. 16. *Conſulerimque me ad Perſianas aquas: gratiſſima prorſus et ſanis natabula, et aegris Medicabula.*

MEDICALIS, pro *Medicinalis.* S. Columban. inſtruct. 11.

MEDICAMENTA MALA, pharmaca, venena, incantationes, et omnium veneficiorum noxae. Sextus Platonic. lib. 2. de Medicina animalium c. 2. n. 6.

MEDI-

Digitized by Google

MEDICAMENTARIVS, veneficus, in L. 7. Cod. Iustin. de Repud. in L. 1. eod. tit. Cod. Theod.

† MEDICARE, medicinam profiteri, exercere, in Lit. a. 1462. ap. Lam. in Delic. erud. V. *Medicinare.*

MEDICATA CADAVERA, medicamentis condita, apud Plinium lib. 11. Hist. nat. n. 70. *Medicato melle*, apud eumdem ibid. num. 34. hoc est, venenato.

† MEDICATINVS, medicinalis, t. 1. Aug. p. 258.

MEDICATVRA, pretium quod Chirurgo pro vulneris curatione datur. Pactus Leg. Salicae tit. 19. §. 6.

† MEDICINA, emplastrum, malagma, in Stat. a. 1312.

MEDICINACVLVM, Ἰατρικὸν, in Gloss. Graec. Lat. *Medicinabulum*, in Gloss. Lat. Graec. MSS. Sangerm.

MEDICINALIA, medicorum ars. Pactus Leg. Salicae, in variante lectione, apud Eccardum pag. 178. *De medicinalia, vt infantes hanc discere mittantur.* Vbi editi: *De Medicinali arte.*

† MEDICINALITER, medicorum arte, t. 3. Apr. p. 989.

MEDICINARE. (1) Medicinam profiteri, exercere. Statuta Montis Regal. c. 47. (2) † Medicamenta adhibere, in Lit. remiss. Mf. a. 1355.

† MEDICVS VVLNERARIVS, chirurgus, t. 3. Aug. p. 372.

† MEDIDVRA, tributum quod ea mensuris percipitur, ab Hisp. *Medida*, mensura, t. 6. Iul. p. 55.

MEDIE, pro *Mediocriter*, vsurpasse Lactantium, lib. 6. cap. 15. Vlpianum, Capitolinum, in Albino, etc. obseruatum a Salm. ad Spart. p. 134.

MEDIESTINVS, pro *Mediastinus*, seruus ad viliora seruitia deputatus. Vox Latinis Scriptoribus haud ignota. Tabul. S. Leodegarii Pratellensis, to. 4. Hist. Harcur. p. 7.

MEDIESTRINVS, περιχύτης, ead. notione, pro *Mediastinus*, Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm.

MEDIETANEVS, medius. *Chirographum medietaneum*, signum quod in media Charta apponi solet. Charta anni 1171. † Seu potius charta in duas partes diuisa. V. in *Chirographum.*

MEDIETARIA. (1) Medietas, Gall. *Moitie.* Charta anni 1255. in Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1529. (2) Praedium, quod colitur a *Medietario*, in Bibliotheca Cluniac. p. 545. Vetus Charta Theobaldi. *Chabot; In decimis ac terragiis rupturarum et Medietariarum. Ad Medietariam committere;* in Chartular. S. Vincent. Cenoman. fol. 106. *Tenere ad Medietariam*, quod Galli dicunt *Tenir a moitie.* Tabular. Fiscanense ann. 1218. fol. 68. *Excolere ad Medietariam*, in Arestis Omn. SS. ann. 1262. 1. Regest. Parlament. V. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 299. MEDIATERIA ET MEDIATERRIA, eadem notione. Charta apud Lobinell. to. 2. Hist. Britann. p. 189. *Concedens annuo terram vnius carrucae, quae adiacet praedicto loco, et duas Mediaterrias apud villam quae nuncupatur Piriacus.* Charta Guillelmi de Mellento ann. 1193. t. 4. Hist. Harcur. p. 1637.

MEDIETARIVS, colonus partiarius, *Metayer*, in Consuet. Cenoman. art. 135. *Mestaier*, in Bituric. tit. 9. art. 48. *Qui ad medietatem laborat*, in Capitul. Caroli M. L. 1. cap. 163. *Partiarius colonus*, in L. 25. §. 6. *D. Locati.* Charta fundationis Abbatiae *d'Orbestier*, anni 1007. V. *Facherius et Partionarii.* MEDIETARIA, FVNCTIO, media praestatio, apud Marten. to. 1. Anecd. col. 580. MEDIETARII SERVI, qui duobus dominis obnoxii erant. († Rectius coloni partiarii, qui ad medietatem fructuum tenebant.) Tabular. Angeriacense: *Concessit Deo et S. Iohanni Baptistae Canillam, quae erat sua villana, vt esset Medietaria S. Iohannis ipsa et filii sui in sempiternum, et totum seruitium quod solebat persoluere Comiti, de caetero persolueret S. Ioanni.* V. *Medietas 3.*

MEDIETAS. (1) Eadem notione, qua *Medietaria*, praedium quod a colono partiario colitur. Codex Irmionis Abb. Sangerm. fol. 62. *De terra arabili bun. III. . . tenet eam Wineradus, aut erat eam ad Medietatem, aut denar. XII. soluit. Medietas* non raro occurrit apud Scriptores

Digitized by Google

mediae ex infimae aetatis pro dimidia parte redituum rei cuiusuis; quod annotasse sufficiat. *Pro medietate* in Lege Salica tit. 61. idem, quod pro sua cuiusque parte sonat. MEDIETAS BENEFICII, dimidia redituum ecclesiasticorum pars a Clero Anglicano in belli sumtus Eduardo I. concessa. Charta eiusd. Regis anni 1294. apud Kennet. Antiquit. Ambrosden. p. 32. MEDIETATE TENERI FEVDA, dicitur in veter. Consuet. Norman. *quando aliqua persona interuenerit inter dominum et tenentes. Et hoc modo tenent omnes postnati, Mediante ante nato.* V. *Medietaria.* (2) Pannus serico lanaque textus, Gallis *Ferandine.* Chron. Parmense ad ann. 1294. apud Murator. to. 9. col. 828. Synodus Pergam. ann. 1311. ibid. col. 547. *Vestes virgulatas, seu de catabriato, de Medietate, vel listatis . . . more laicali minime deferentes.* (3) MEDIETATES, MEDIETARII. Sacramentum *Maiorum* in villis ac praediis, in Charta Gosleni Episcopi Carnotens. in Tabular. eiusd. Ecclesiae num. 227. *Non exigam ab eis* (rusticis) *releuationes terrarum, vel aliarum possessionum decedentibus patribus, vel aliis possessoribus earum, neque de coniugandis feminis vendiciones, neque Medietates habebo cum rusticis, neque eos mittam in plegium, etc.* Infra: *Neque ab eis quicquam exigam, nec annonam, nec auenam, nec ouem, nec agnum, nec anseres, nec gallinas, nec ligna, neque eos Medietarios habeam. aut in plegium mittam, neque corueiam aliquam ab eis exigam, etc.* Vbi *Medietates*, plegia seu fideiussiones, *Mediatores* vero fideiussores esse videntur. V supra *Mediator* 3. (4) † Opera, intercessus, Vermittelung, t. 3. Hist. Burg. Prob. p. 173. (5) † Mediocritas, ap. Loisel. p. 357.

MEDIETENARIVS, administrator, procurator, qui rem alterius tractat, († vel potius colonus partiarius) in Charta anni 1299. apud Thomasserium, in Consuetud. Bituric. lib. 1. c. 88.

MEDIETVRA, V. *Mediatura*

† MEDILLA, *medicamentum dium, sanitatem.* Gloss. ve 7641.

MEDIMISSARIA, dignitas stica secundi ordinis, ap. Fa Antiq. Nordgav. p. 298.

MEDIMNA, *mensura est quin diorum, dicta, quod medie que mediis, qui sunt perfecti id est, decem medietas.* Papias.

MEDINVS, monetae Turcicae quae 18. den. monetae Franc Vocabular. Latino-Sarracenic calcem itineris Hierosol. Ber de Breydenbach p. 250. *Duca cat, denarius, denar. Medinus medin.*

MEDIOCRES PERSONAE, V. *Homo.* MEDIOCRIS, inferioris gradus, t. 5. Cod. dipl. Polon. p. 26.

MEDIOCRITER. (1) Pro *Mediocritas*, in Spicil. MS. Fontanel. pag. 202. *Mediocriter semper feruetur in cantu.* (2) † Dimidiatim, aequa portione, in Ch. Ms. a. 1322 (3) † Annis inter se comparatis, ein Jahr in das andere, in Ch. Ms. a. 1331. (4) † Satis abunde, in Chron. Lemov. Ms.

† MEDIOCRVS, pro mediocris, t. 3. Hist. Nem. Prob. p. 161.

† MEDIONARIVS MANSVS, qui ad medietatem fructuum tenetur, t. 8. Coll. Hist. Fr. p. 543. V. in *Mansus.*

MEDIOXIMVM, meditullium. Acta S. Materni Episc. to. 4. Iulii, p. 368.

MEDIOXIMVS. (1) Minor natu, secundo genitus, quasi medius. Codex Traditionum Sanct-Emmeram. c. 194. apud Bernardum Pezium, tom. 1. Anecd. part. 3. p. 178. (2) † Medius, t. 1. Ian. p. 111. (3) † Frumentum miscellum, in Chartul. S. Io. Laudun. V *Medianus* 1.

MEDITALLIA, semitallia, Gall. *Demitaille.* Charta anni 1224. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. p. 342.

MEDITANEVM BLADVM, Gallis *Blé-meteil*, in Tabulario S. Genovefae Paris. anni 1221. V. *Bladum* et *Mixtum* 2.

† MEDI-

Digitized by Google

† MEDITANEVS, mediterraneus, ap. Th. Otterbourne.

MEDITARI. (1) Animum relaxare, praesertim venatione. Genesis c. 24. 63. *Et egressus fuerat* (Isaac) *ad Meditandum in agro inclinata iam die.* Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. tom. 3. Iunii p. XXV. *Assumatur qui venator nominetur et existat, qui canes nostros venaticos custodiat, et de ipsis curam gerat, cum quibus quotiens decens fuerit, et nobis placuerit Meditemur.* V. *Aeitare et Meditatio.* (2) † Indicare, significare, ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 910.

MEDITARIA, idem quod *Medietaria*, Gall. *Metairie*. Antiquit. Bened. Aurelian. MSS. apud Stephanot. p. 540.

MEDITARIVS, idem qui *Meditarius*. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 236.

MEDITATIM, pro *Meditate*. Vita S. Anselmi, Episc. Lucens. to. 2. Martii p. 655. *Psalmos quidem vt caute et Meditatim recitaremus, praecepit.*

MEDITATIO, animi relaxatio. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. tom. 3. Iunii p. XXV. V. *Meditari.*

MEDITATORIVM, locus, vbi quis meditatur, studet. Rabanus in Heremiam.

MEDITERRANEA, certum in agro Nannetensi territorium, sic dictum, quod Ligerim inter et Hederem situm sit, Gallis *la Mée*. Charta apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. p. 269. V. *Media.*

MEDITILLVS. Gloss. Graec. Lat. MS. Μεσόγειος, *Meditillus.* (Edit. *meditullius*) *mediterraneus.* Μεσόγειον, *Meditullum, mediterraneum.* Edit. *Meditullium.*

MEDITVRIRE, meditari saepiuscule, occurrit in Miracul. S. Servatii Episc. num. 57.

MEDIVM. (1) Tribunal, seu jurisdictio apud Genuenses, vbi de causis ciuilibus agebatur. Marchisii Scribae Annales Genuens. ad annum 1222. apud Murator. to. 6. col. 427. *Pro iustitia vero in consulatu ciuitatis Ancelinum de Fontana, Placentinum, in Medio autem Guillelmum filium Agaelli Picentini, in burgo natuque Iacobum de Runco Terdonensem.* Bartholomaei Scribae Annal. Genuens. lib. 6. ad an. 1230. ibid. col. 459. *Consules placitorum fuerunt in palatio ciuitatis Henricus Rochemus, in palatio de Medio Guillelmus filius Agadi, in palatio foritanorum, Iacobinus de Saragoza, in palatio burgi Thomasius magistri Gazuli.* (2) MEDIVM, pro *Media parte*, dixisse Capitolinum in Pio obseruat Casaubonus. (3) † *Per medium*, phrasis gallica, ex dimidia parte, in Ch. Ms. a. 1314. *In medio relinquere*, in dubio, t. 19. Coll. Hist. Fr. p. 290. *Ire per medium*, traiicere, t. 4. Sept. p. 44. (4) † Ratio, argumentum, medius terminus, t. 9. Ordin. reg. Fr. p. 503.

MEDIVS. (1) Glossae Isidori: *Receptor, actor concordiae, Medius.* Papias; et ex eo Will. Brito in Vocabulario. *Medius, internuntius, pacificator, et actor concordiae.* Idem Papias: *Arbiter, dicitur, iudex Medius, internuncius.* Ita vocem μέσος, apud Graecos vsurpari obseruat Salmasius de Vsuris, p. 475. Consultat. Zachaei L. 1. c. 31. de Angelis: *Hi ergo propiores Deo, qui magis liberi, et quia imperiorum eiusdem ministri semper ac Medii, ideo plus scientes. Pacis medius*, apud Aimoinum, lib. 3. de Miracul. S. Bened. c. 5. Collatio Carthagin. III. cap. 138. *Tu vir nobilis, qui Mediam tenes hoc loco personam, etc.* Adde Gregor. M. L. 7. Indict. 2. Ep. 104. (2) MEDIVS seu *Tenens medius*, vox forensis. Dicitur autem Vasallus, seu Tenens domini capitalis, qui alios habet vasallos, aut Tenentes, pro quibus respondere tenetur domino. V. Statut. 2. Westmonasterense c. 9. et Fletam L. 2. cap. 50. (3) MEDIVS nude dicitur ager, qui a colono ad medietatem fructuum colitur. Charta anni 1251. MEDIVS MANSVS, idem, V. *Mansus.* (4) Mediocris, qui nec summi, nec infimi ordinis est. *Medius Princeps*, apud Ammian. lib. 14. *Medius vir*, apud Vopiscum in Caro: *Medius dux* apud Spartianum in Aelio Vero, *Medius Alamannus*, in leg. Alaman. tit.

Digitized by Google

tit. 68. §. 4. (5) MEDIVS IVDEX, dicitur is, ad quem aut a quo ad alium prouocari potest. Litterae Caroli primogen. Iohannis Reg. Franc. anni 1356. to. 3. Ordinat. p. 145. (6) MEDIVM LVCRVM, V. *Meiaria*. MEDIVM PLANTVM, V. *Complantum*. (7) MEDIVM PLANVM, campus, planities. Sallas Malaspinae de Rebus Sicul. lib. 2. apud Baluzium to. 6. Miscell. p. 241. (8) MEDIVM TEMPVS, formula in foro Anglicano vsitata. Th. Blount in Nomolex. *In placito de quo Waranto Abbas de Burgo dicit, quod clamat annum et vastum et medium tempus.* (9) MEDIVM VINVM, seu *tenere ad medium vinum*, vineam scilicet e qua vinitor partiarius vini, quod ex eo prouenit, alteri ex pacto praebet. Vetus Charta in Tabular. Ec. cleſiae Viennenſis fol. 71. *Dare ad Medium*, in Chron. Parmenſi, ad ann. 1280. apud Murator. to. 9. col. 794. *Dare ad Medium plantum*. V. *Complantare*.

MEDLETA, idem, quod *Melleta*, *Melleia*, apud Bractonum lib. 3. tit. de Corona, cap. 35. Culpa dicitur, inquit Spelmannus, quam quis inopinate commiserit, non rixando solum et pugnando, sed immiscendo se pacifice rei cuiuis vel negotio. Ranulphus de Glanuilla Tract. de Lege Anglic. lib. 1. c. 2. *Ad vicecomitem etiam pertinet per defectum dominorum cognoscere, de Melletis, de verberibus, de plagis, etc.* Anglis etiamnum *Medle*, pro se immiscere rei alicui dicitur. V. *Mesleia*.

MEDO, MEDA, aqua mulsa, et melicraton, Medicis et *hydromeli*, *potio melle mixta*, *et dicitur a mel*, *quasi melo*, inquit Iohan. de Ianua. Vnde Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Medo beuviage de miel et d'yame cuite*. Gloss. Aelfrici: *Medo*, *Meda vel Medus*. Vgurio: *Hydromelum*, *aqua mellita*, *quae constat ex aqua cocta*, *et melle*. *Idem dicitur Medo*, *scilicet Mulsum*. Concilium Wormatiense ann. 868. can. 30. et Triburiense anni 895. can. 56. de Poenitentibus: *Abstineat a carne et caseo*, *a vino et Medone*, *ac mellita cerevisia*, *nisi diebus Dominicis*. MEDA, eadem notio Aelfricum. Ethelredus Rie MEDVS, apud Aelfricum, apud Priscum in Excerpt. Capitulare de villis, c. 34. *cerusias*, *Medum*, *mel*, *cer* Occurrit etiam *Medo*, pro eiusce potionis, in Praecepto Regis anni 949. apud Eccard bat. Histor. Marchionum G col. 130. *In tribus vero locis*, *Burg scilicet et Mokranici in que eorum tres Medones*, *cerusias*, *sex modios tritici porcellos*, *duas anseres*, *decem nas*, *etc.*

MEDOGRAPHIA, *id est*, *littera*, *inde Medographus*, *id est*, *medicinae scriptor*. Vocabul. Iuris vtriusque. *Medogrammateos* scrib. in leg. 4. Cod. de Tabular. vbi nonnulli *Demogrammateus* emendant; non autem *Medographi*. Quae ad medicinam nullo modo pertinent.

MEDOLLALIVS, V. in *Medella* 2.

MEDOSVS, ψευδής, *mendax*, Supplement. Antiquarii.

MEDVALIA, mensura liquidorum, eadem, quae *Meillerola*. Charta anni 1070. ex maiori Chartular. S. Victoris Massil. fol. 54. *Pontius Gaufridi dedit colaresum vnum*, *cum sextario legarii de octo Medualiis de oleo olivae . . . pro tenendis duabus luminaribus*, *in altare etc.* V. *Medella* 2.

MEDVLCARE, amarum dulci temperare. Chron. S. Michaëlis apud D. Calmet. to. 1. Hist. Lotharing. col. 553.

† MEDVLLA. (1) Ellychnium, in Stat. Mss. eccl. Tull. (2) Mica, in Cerem. Rom. Ms.

MEDVLLITER, perfecte, plene, absolute. Nicolaus de Iamsilla de Gestis Friderici II. Imper. apud Murator. to. 8. col. 502.

† MEDVLLITVS, idem, in Tract. de Dot. Baldi.

MEDVS. (1) Charta anni 804. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 50. *Nec si* (sic) *quoque quod repetit*, *valeat vindicare nullo Medus*, pro nullo modo. (2) Alia notione, V. in *Medo*.

† MEE-

Digitized by Google

EECHANDISA, pro *merchandi-* merx, t. 4. Ordin. reg. Fr. p. 6.

ENELLVM, campana mediocris, olyptychus Fiscanensis anni 1235. *Maanellus.*

RI, V. *Mare.*

RIA, reditus, prouentus, *Meer* glice ea notione, († nisi sit pro *ieria*, fructuum medietas, V. *Meiria.*) apud Th. Blount, ex Littleone. Charta anni 1291. to. 1. Hist. Dalphin. pag. 136.

† EELERIA, praedium quod a colono partiario colitur, Gall. *Metairie*, in Reg. foresta. Alencon. V. *Meiteria* 1.

MEFACERE, V. *Misfacere.*

MEFFA, resolutio, vel effundens. Papias MS. Bituric.

MEFFACERE, MEFFACTVM, pro Malefactum, delictum, Gall. *Mesfait.* Charta Philippi Augusti, anni 1217. apud D. Brussel. t. 1. de Vsu feud. pag. 402. V. *Misfacere.*

MEFFIVM, V. *Methium,*

MEGA, Hungaris est regio, districtus, Comitatus. Decretum Calomanni Regis Hung. lib. 1. *Ducis ministri qui in Mega Regis sunt, et Regis qui in Mega Ducis sunt, ante Comitem et Iudicem, minores vero ante Iudicem delitigentur.* Alibi: *In quacunque Comitis Mega Rex digrediatur, ibi Iudices duo Megales cum eo coniungentur qui dissensiones populi ipsius discreto examine dirimant.*

† MEGACENVM, promtuarium, cella. Gall. *Magazin*, in Stat. Genuens. V. *Magasenum.*

MEGADOMESTICVS, magnus Domesticus, dignitas in aula CPolitana, summus militiae praefectus. Willelmus Tyrius lib. 15. cap. 23. *Erat autem inter Principes vir Magnificus, Megadomesticus Iohannes nomine, etc.* V. Quae de hac dignitate attigimus supra in verbo *Domesticus.*

MEGADVCAS et MEGALDVCAS, apud Will. Tyrium, L. 20. cap. 14. et 17. L. 22. c. 11. qui Graecis seu Byzantinis Scriptoribus Μέγας δοὺξ, *Magnus Dux*, dicitur, penes quem summa rei nauticae, seu classis militaris praefectura erat. Μεγαδοὺκας, apud Ducam cap. 37. pag. 148. Andreas Dandulus in Chronico MS. anni 1205. *Philocalus et Nauigaioso, Stolimenen obtinent, imperiali priuilegio imperii Megaduca effectus.*

MEGAIVPANI, appellati praesertim Seruiae Principes, V. *Zupa* 1.

MEGALDVCAS, V. *Megaducas.*

MEGALINA PELLIS, eadem quae *Mygalina*, vti censet Salmasius. Andreas Mont. L. 1. Vitae S. Ottonis Episc. Bamberg. c. 43. *Tegumentum nocturnale mirabilis pretii, de serico, auro et Megalina pelle, confectum inter alia dona ei est allatum.* Infra: *Aientes non opus esse Megalinis tegi pellibus leprosos, et paralyticos quibus vtique ouium aut leporum vestimenta sufficere potuissent.* V. Tom. 2. Antiq. lection. Canisii pag. 464, 465. Est autem μυγάλη, animal, cuius mentio est Leuit. cap. 11.

MEGALTRIARCHA. Ita corrupte apud Will. Tyrium, lib. 21. cap. 16. pro *Megaheteriarcha*, qui Byzantinis Scriptoribus, Μεγαεταιρειάρχης dicitur; sic autem appellabantur Proceres, qui Cohortibus Palatinis ex Sociis Imperii conflatis praeerant, quas Ἑταιρείας vocabant. Scylitzes in Michaële Balbo. Horum Praefecti Ἑταιρειάρχαι, quippe his summo imperio praeerant. Μεγαεταιρειάρχαι, dicti Constantino de Adm. Imp. c. 51. et Meursio et Fabroto laudatis.

MEGARES, placentae species. Codex MS. B. M. de Argentolio fol. 57. *Nouerint omnes quod Conuentus de Argentolio feria 2. et 3. Rogationum, debet habere a Priore generale de ouis cum tartis. Quarta vero feria debet habere, Megares pro generali, et in die S. Marci Euangelistae et in Sabbatis IV. Temporum pro generali Megares.*

† MEGARIA, praestationis agrariae species, quae ad medietatem fructuum exigitur, in Ch. Ms. a. 1257. V. *Meiaria.*

MEGARICVS, mensurae vinariae species, vt videtur, ap. Murat. t. 5. Antiq. p. 835. V. *Megeria.*

MEGAS CVRATOR, dignitas in aula Byzantina, V. *Curatores.*

MEGA-

Digitized by Google

MEGATERIARCHVS, a Graeco Μέγας, Magnus, et τηρέω, seruo, sic dictus, quod regia Diplomata seruaret, quod ad Officium Cancellarii spectabat. Epistola Innocentii VI. PP. ad Imper. Palaeologum, anni 1356. in Bullario Carmelit. p. 89.

† MEGEICERARIVS, alutarius, Gall. *Megissier*, in Arest. a. 1368. V. *Megissarius*.

† MEGEICHARIVS, medicus, a vet. Gall. *Megier*, medicari, *Megement*, medicamentum. Ch. Mf. a. 1129.

MEGEICIARE, coria subigere, Gall. *Passer les peaux en Mégie*. Computus anni 1202. apud D. Brussel, to. 2. de Vsu feudi p. CXLV.

† MEGERIA, MEGGERIA, mensura frumentaria simul et liquidorum, alterius media; Prov. *Mieio*, Gall. *Demi pot*. Ch. Mf. a. 1339. V. *Migeirius* et *Migeria*.

MEGERIVS. (1) Colonus partiarius, Gall. *Métaïer*. Tabul. S. Saluatoris Massil. V. *Medietarius*. (2) † Qui vasa ad statutam mensuram exigit, Eicher, t. 2. Hist. Nem. Prob. p. 158. V. *Megeria*. (3) † Intermedius, Mittelsperson, in Ch. Mf. a. 1193. V. *Meianus*.

MEGGERIA, V. *Megeria*.

MEGINA, († dimidia pars porci, seu lumbus porcinus, Prov. *Megino*.) Inuentar. anni 1336. ex Archiuis S. Victoris Massilienf. *Duas Meginas carnium porcinarum, tres panales de ciceribus, etc.*

MEGIRA, mensuras pistoribus imperatae genus, apud Hispanos, inquit Diagus lib. 2. c. 114.

† MEGISSARIVS, alutarius, Gall. *Megissier*, in Arest. a. 1395. V. *Megeicerarius*.

† MEGREGRASSVS, lusoriae tesserae species, l. astragalus. Stat. noua crim. Cuman.

MEHAGNIARE, MEHAIGNARE, etc. V. *Mahemiare*.

MEHAGNIVM, V. *Mahamium*.

MEHAIGNATOR, V. *Mahemiator*.

† MEHENCHVM, f. fascis, vel acervus. Stat. Auellae a. 1496.

† MEHENNARE, mutilare, t. 7. Ordin. reg. Fr. p. 690. V. *Mahemiare*.

MEIA, V. *Maya*. Occurrit etiam Gruterum, *Meia*, pro *Maia*, trix. V. Graeuium ad Glos. voce *Maia*. V. *Maya*.

† MEIA-HOSTEDA, panni Gall. *Demi-ostade*, in Ch. Mf. V. *Hostades*.

MEIANVS. (1) Idem videtur *Materia*, lignum aedificandis parandis aedibus idoneum. tia arbitralis anni 1292. inte tem et Consules de Gimont *tamen excepto, quod bubulci f ratores laborantes circa dicta dictorum hominum, et dicti ma poſſint et debeant libere extra accipere inter trategas et M* (2) † Murus intermedius, t. Nem. Prob. p. 94.

MEIARIA. (1) Fructuum seu redituum medietas, Gall. *Megerie*. Charta anni 1138. apud Baluz. to. 2. Hist. Auuern. pag. 498. V. *Meieria*. (2) † Praedium quod a colono partiario colitur, in Ch. Mf. a. 1042.

MEICEDARIVS, V. *Mercedarius*.

MEICVLVM, f. via, qua de cubiculo in cubiculum patet aditus, quasi *meaculum*, via per quam meatur. Lambertus Ardensis, apud Ludew. to. 8. Reliq. MSS. p. 550. *Hic gradatim et Meicula de area in aream, de domo, in roquinam, de camera in cameram, item a domo in logium, etc.* Ibid. p. 468. *In ea quoque* (turri) *laberinthini formam aedificii exprimens, et gradalia superaedificans Meicula cameram camerae superpoſuit.*

† MEIEIRA, mensurae species, t. 2. Hist. Occit. p. 540. V. *Meyeria*.

MEIERIA, idem, quod *Meiaria 1.* Regest. *Probus*. fol. 328.

† MEILHVM, milium, in Ch. Mf. a. 1304. V. *Millium*.

MEILLEROLA, liquidorum mensurae species, in Prouinciae Comitatu. Liber rubeus Archiepiscopatus Aquensis ex Bibl. Regia: *Eccleſiae quae faciunt certam quantitatem vini domino Aquenſi Archiepiſcopo, videlicet Eccleſia de Ventabrens facit Meillerolas vini duodecim.* MEILLAROLA et MEILLAIROLA, eadem notione, Gallis *Millerole*. Charta anni 1216. et Archiuis Massil. Hinc *Meillerola*, videtur

etur eadem menſura, quae *Me-*
, et quidem promiſcue vtraque
vſurpatur, in pluribus Inſtru-
tis ex Tabular. S. Victoris Maſ-
Statuta Maſſil. lib. 1. c. 39 Adde
56. eiusd. lib. Maſſilienſis *Meila-*
60. menſuras, Gallis *pots*, con-
et, quarum ſingula duas libras et
vncias appendit : vbi obſeruan-
16. vncias Maſſilienſes valere,
tum 14. vncias Pariſienſes. *Meila-*
iam vt plurimum diuiſam in duo-
is vaſis appenſis ad latera equus
ferre ſolet ; vnde tantundem va-
ac *ſaumata* ſeu onus equi Sagma-
Aquenſis *Meilarola* 48. menſuras
ſupradictas capit ; ſed Aquenſis men-
ſura maior eſt Maſſilienſi MEIL-
LEIROLA, in Charta anni 1564. e
Tabul. Eccleſ. Cathed. Maſſil. MIL-
LAIROLA, in Charta anni 1336. ex
Tabular. S. Victoris Maſſil. XXXVI.
MILLAROLA, Charta anni 1216.
in Archiuis Maſſil. MILLAYROLA.
Informationes pro paſſagio transma-
rino, ex Cod. MS. Sangerm. *Mil-*
layrolas. MILLEROLA. Charta anni
1243. ex Archiuis Communiae Maſ-
ſil.

MEILLIA, V. *Mesleia*.

MEINAGIVM, vt *Menagium* 1. in
Charta anni 1500. apud D. Calmet,
to. 3. Hiſt. Lotharing. col. 331.

MEINADA, V. *Maisnada*.

MEINERIVS, apparitor, Delphinati-
bus, qui Gall. *Sergeans*. Statuta Del-
phinalia, pag. 87. V. *Maynerius*.

MEINITIVM, *Manſio*, domus ; eſt et-
iam locus vbi prius exſtitit domus.
Charta anni 1465. *Meinitium in quo
ſolebat eſſe domus*. V. *Manſionile*.

MEINSPRISA, vadimonium, *manuca-
ptio*, de qua voce ſupra. Charta
Angl. anni 1174. apud Brompro-
num, V. Cowellum in *Mainpriſe*.

MEIORAL, vox Hiſpanica, veſtis mu-
liebris ſpecies. Teſtament. G. Comi-
tiſſae Montisferrandi anni 1199. ap.
Baluz. tom. 2. Hiſtor. Aruern. p.
257.

MEIRA. Exſtat tit. 1. in Statutis Cor-
bienſibus Adalardi lib. 1. inſcriptus,
de Meiris in feſtiuitatibus Sanctorum,
Sed quid haec vox ſonet, non facile
eſt diuinare, tametſi vir doctiſſimus
ſuam coniecturam adſcripſerit. V.
Spicilegium Acher. to. 4. p. 12.

MEIREMIVM, Gall. *Mairrin*, in Char-
tular. S. Vandreg. to. 1. pag. 623.
V. *Maleria*.

MEIRINHVS, V. *Maiorinus*.

† MEISA, doliolum, all. *Caque*, vel
certa cuiusuis rei collectio, Gall. *Mai-
ſe* et *Meiſſe*. *Meiſa halecum*, ap. Lu-
dew. t. 12. Reliq. p. 321.

† MEISEIA, f. praedium, quod a co-
lono partiario colitur, V. *Meiaria* 2.
in Reg. Phil. Aug. MESEIA, in Reg.
S. Iuſti. V. *Meiſteria*.

MEISONEGS, MEISSONNEGES,
praeſtatio, quae, ea anni tempeſtate,
qua fruges metuntur, domino ex-
ſoluitur. Rotulus ſaeculi, XII. de
Prioratu S. Pauli, de Tartas in Ar-
chiuis monaſt. Caſae Dei : *Petrus
Bernardi dedit . . . . II. ſolid. Pod.
in Maio et Kl. III. ſol. pro recetum et
VI. den. Paſchales et VI. Meiſſoneges,
cum quatuor dominis . . . Dono duo-
os Manſos quos habebam in villa,
quae dicitur Teula, ex quibus exeunt
duo agni cenſi, et duo ſolidi inter Ka-
lendares et Paſchales, et Maienſes et
Meiſonegs*.

MEISOS, MEISSOS, et MEYSSOS,
vt *Meiſonegs*. Idem Rotulus : V.
Meſſionagium.

† MEISSONARIVS, meſſor, Gall.
Moiſſonneur, in Ch. Mſ. a. 1215. V.
Meſſonare.

† MEISTERIA, praedium quod a co-
lono partiario colitur, t. 1. Prob.
Hiſt. Brit. p. 614. V. *Meiteria* 1.

MEISTRALES, dici videntur, inter
artifices praecipui, qui aliis praeſunt,
Germ. Meiſter, in Statutis Montis
Regal. pag. 48. *Et non poſſint officia-
les Meiſtrales ſeu texores vel textri-
ces, et ſimiles perſonae, de dictis villis
compelli etc.* ibid. p. 268. *Et praeſens
capitulum teneantur omnes ferrarii
iurare, quando alii Meiſtrales iura-
bunt, attendere et obſeruare*. Occurrit
ibi pluries.

† MEISVRA, pro *menſura*, domus, in
Chartul. Glasguenſ.

MEITADENA, menſurae genus in Le-
mouicibus. Charta anni 1222. ex
Tabular. Piperac. *Guido de Sedals,
Abbas Piperaci, emit a Dalmatio de
Fey-*

Digitized by Google

Peyrussa quinque Meisadenas auene ad Brugeriam. V. *Meiteria* 2.

MEITAERIVS, MASSVS, V. *Massa* 5.

MEITERIA. (1) Praedium, quod a colono, partiario colitur, Gall. *Metairie.* Tabul. S. Florentii. V. *Mediesarius.* (2) Mensurae frumentariae species. Acta Capitul. Eccles. Lugdun. an. 1347. fol. 126. V. MEYTERIVM, eadem notione. Antiq. recogn. de Alba-ripa, in Regesto *Probus* fol. 62. *Meyterium* in Dumbis et Bressa duos *bichetos* capit, Lugduni vnum; sed neque *bichetus* vbique eiusdem est ponderis, vt plurimum tamen quadraginta libras appendit. V. *Mayteria* et *Megeria.*

MEITERIATA, modus agri, quantum ad vnius *meiterine* sationem sufficit, seu tantum frumenti producens. Charta Rainaudi Comitis Forens. anni 1263. MEYTERIATA, in Regest. *Probus.* V. *Mayteriata.*

† MEKALLVS pro *Makerellus*, vt videtur, in Ch. Ms. Aldef. reg. Castil. a. 1180.

MEKOTES. Fridegodus in S. Wilfrido, cap. 22.

Gentiles stupuere nimis, sed summa Mekotes.
Regem cum Ducibus placatos reddidit omnes.

Vox haud dubie ex Graeco efficta, et corrupta, f. a μῆχος, Consilium, ita vt sensus sit: summo consilio, summa prudentia animos deliniuit.

MELAGIVM. (1) Praestationis genus, sed incertae notionis, nisi idem sit quod *Mesteia*, seu eiusdem cognitio et iurisdictio. († Forte praestatio quae ex melle percipiebatur, V. *Melaium.*) Charta Richardi Reg. Angl. ann. 1. regni eiusdem, in Tabular. Dieppens: *Habeant libertatem et quietantiam, de consuetudine et actione halecum . . . de melagio, de batagio, et galinagio, etc.* (2) † Oleosus humor qui ex corruptis ossibus effluit. Dol. Encycl. chirurg. t. 2. de Vlcerib. p. 280. 288.

MELAIVM, idem, vt videtur, quod mox *Melagium* 1. Tabular. Montis S. Michaëlis: *Ego Rosbertus Comes filius magni Richardi, G. D. ceps Normanniae transfundo seruorum Dei, in loco S. M seruientium . . . omnes consu quas in meos vsus retinebam, Melaium, et omnia quaecum ipso beneficio meis vsibus pro*

† MELANCOLIA, querela, e latio, in Stat. Ms. eccl. Tull. *lencolia.*

† MELANGOLVS, malum aura Ital. *Melangolo*, ap. Steph. de Ms.

MELANGRAFICVM, V. *Graffa*

MELARIVM, V. *Melum.*

† MELATA, mespilum, Gall. qu dam *Mele.* Acta Ms. a. 1308.

MELCHITAE, dicti Graeci, qui per totum Orientem longe lareque sparsi, Spiritum Sanctum a solo Patre procedere, Purgatorum nullum existere, pessime credunt. Ita Gabriel Sionita, de Nonnullis Orientalium vrbibus, c. 4.

MELCODIATA, pro *Mencaldata*, Gall. *Mencandée.* Tabular. S. Quintini de Monte: *Quinque Melcodiatas apud Tilloie, et quatuor apud Riencourt.* V. *Mencaldus.*

† MELCVLVM, *lo debile mele*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

MELDA, manifestatio, in Legibus Adelstani Regis ex Saxonic. *Meld*, indicatio, vnde *Melda*, proditor et *Meldfeoch*, indicationis pretium. V. *Blanchorum.*

MELEACEVS. *Meleacea penna*, Meleagridis, vt videtur, Gall. *Poule d'Inde.* Statuta Aestens. Collat. 7. c. 3. fol. 23. vo. *Ordinatum est, quod aliqua persona de ciuitate Aest. non audeat piscare, seu piscari facere . . . ad ingenium quod appellatur, ingenium de tarauellis, siue de astellis, nec ipsum ingenium contrafacere, cum pennis Meleaceis, corregiis etc.*

† MELEARE, MESLEIARE, trixari, *mesleiare* prouocare, t. 1. Prob. Hist. Brit. p. 805.

MELECH'NVS BYZANTIVS, V. in *Byzantius.*

MELEGETA, floris species. Peregrinatio B. Odorici, t. 1. Ianuarii pag. 989. *In ipsa* (Insula Iaua) *nascitur camphora, cubebae crescunt, et melegetae,*

Digitized by Google

ane, nucesque musquatae. Rolandinus Patauinus, de factis in Marchia Taruisina, lib. 1. cap. 13. apud Murator. to. 8. col. 181. *Camphora, cardamo, cymino, gariofolis, Melegetis, cunctis immo florum vel ſpecierum generibus, quacunque redolent vel ſplendeſcunt.*

MELEGETA, in Statutis Aſtenſibus, vbi de *intratis portarum.*

MELEIA. Computus anni 1202. apud D. Bruſſel, de vſu Feud. to. 2. p. CLI. *Pro vino Iudaeorum* IX. l. *Pro Meleia Stephani meſſoris XX. lib.* Idem quod infra *Melleia.*

† MELLEIVS, mixtus, ap. Murat. t. 2. Antiq. p. 407.

† MELENCOLIA, angor, aegritudo, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1392.

† MELEQVINVS, moneta aurea, eadem quae *Meloquinus.* Cencius in Lib. cenſ. Rom.

MELESPERIVM, μελώφιλα. Gloſſ. Lat. Graec. † Vulcan. legit *Meſpilum.* Infra *Meſpolerium* pro *Meſpilum.*

MELETHIA, V. *Meletia.*

† MELETVM, mali ſpecies, Ital. *Meleto.* Areſt. Mſ. a. 1321.

MELEZE, vox Gallica, latrix, ſpecies arboris. Computus anni 1336. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 325. *Dictum Palatium bene eſt coopertum de optimis poſtibus, de Meleze bene clauellatis.*

† MELIACHVS, ad *melicam* pertinens, in Stat. ciuil. Cuman. V. *Meligarius.*

MELICA. Charta Innocentii IV. PP. ap. Vghellum, to. 2. pag. 577. *Tam in frumento, hordeo, faba, Melica, et alia blana et leguminibus, etc.* Vox eſt Italica, Gallis *Blé Sarazin*, vel milium Indicum. Memoriale Poreſtat. Regienſ. ad ann. 1227. apud Murator. to. 8. col. 1105. V. *Milica.*

† MELICHVS, praetor Saracenus, ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 1032.

MELIFICARE, in *Melos*, ſeu carmen redigere. Chron. Abbat. Gemblacenſis to. 6. Spicil. Acher. p. 530.

† MELIGARIVS, melicae palea, ſtramen, in Stat. Mutin. V. *Meliachus.*

MELIGETA, vt *Melegeta*, V. in hac voce.

MELIGNIOSVS, vitioſus. *Carnes Melignioſae*, id eſt, morticinae, corruptae. Litterae Philippi Pulcri Regis Franc. in Regeſto XIII. anni 1308. Camerae Comput. Pariſ. V. *Mahamium.*

MELIGOR, vox, vt videtur, a Graeco μελίγηρυς, vocalis, ſuauiter canens, efficta. Fridegodus in Vita S. Wilfridi Saec. 4. SS. Benedict. part. 1.

† MELIGRATVM, pro *Mellicratum*, V. in *Medo.* Gloſſar. Simon. Ianuenſ. V. *Mellita.*

MELINA, V. *Milina.*

MELINOPORPHYRVS, color luteus purpureus. Charta donationis factae Eccleſiae Cornutianae edita a Suareſio: *Vela loricata Melinoporphyra vncinata duo.* Hinc etiam vox MILINOVVLTIS, in Epiſt. Michaëlis Balbi Imp. ad Ludouicum Piuin Imper. ap. Baronium, anni 824. n. 30. *Cauſa memoriae dilectionis, quae inter nos eſt, miſimus per praedictos miſſos noſtros praſinouultim vnum, Milinouultim vnum, Tyria duo, blattas veras duas, dirhodina duo, etc.* vbi melius *Melinouultim*, vt fuerit pannus, neſcio, quis lutei coloris, vt *praſinouultim* viridis. Si Graeca ſuppeterent, fortaſſe vera notio erui poſſet: verum ne et quis coniecturam noſtram hac in re deſideret, addam eam, quam Fortunatus ſuppeditat lib. 8. Poëm. 9. de Floribus ſupere altare:

Aureus Ordo crocis, violis hinc blatteus exit.
Coccinus hinc rubicat, lacteus inde nitet.
Stat praſino - Venetus, pugnans et flore colores,
Inque loco pacis herbida bella putes.

Ex hoc, inquam, loco licet augurari, *vultim* hic pro *Venetus* male effingi, vt in Graecis voces iſtae barbaricae ſic ſcriptae fuerint, μελινοβένετος, et πρασινοβένετος. Ab eodem fonte vox *Rhodomelinus*, in eadem Charta Cornutiana, de qua ſuo loco, vt et *Coccomelinus*, in eadem Donatione.

MELINVS, color luteus, ſeu colorem mali habens, ex Gr. μήλινος. Gloſſar. Graec. Lat. MS. Reg. Cod. 85. μελινή, *genus coloris.* Gloſſ. Lat. Graec.

Digitized by Google

, Graec. *luteus*. μηλινὸν χρῶμα. Ita emendat Salmasius ad Plin. pro πηλινὸν, vbi plura de Melino colore, p. 256. 257. MELINVM praeterea est color quidam natiuus, et *optimus*, *quod eius vis metalli per insulas Cyclades Melo dicitur*, vt habet Anonymus de Re architectonica, c. 27. ex Vitruuio lib. 7. c. 7. vbi Philander.

MELIOR. *Meliores homines*, *Meliores villae*, praecipui villae ciues, in Lege Longob. lib. 1. tit. 19. §. 27. in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 7. Auctor Mamotrecti ad lib. Iob. c. 12. *Optimates*, *i. Meliores*. Apud Tacitum lib. 13. *Patienda meliorum imperia*. *Meliores regni*, apud Ericum Vpsalensem, lib. 4. Hist. Sueciae, p. 118. 128. et alibi. *Meliores terrae*, apud Sugerium in Ludouico VI. c. 17. MELIORES NATV, qui aliis *Maiores natu*, apud Gregorium Turonensem. lib. 6. cap. 45. lib. 7. c. 19. MELIORI HORA, Gall. *De meilleure heure*, solito citius. Vestus Ceremonial. MS. B. M. Deauratae Tolos.

MELIORAMENTVM. (1) MELIORAMENTVM FACERE, ceremonia apud Albigenses haereticos vsitata, forte quando quis illorum sectae nomen suum dabat. Limborch. Sentent. Inquis. Tolos. p. 192. (2) Pro Dotis accessione, incremento, Gall. *Augment de dot*, vsurpat Contract. nuptialis inter Hermannum Comitem Riburgensem et Margaretam Sabaudam, anni 1218. Obseruat Saluaingus Boissius, interduim hanc vocem vsurpari pro emphyteosi. (3) Profectus in melius, sanatio. Vita S. Yuonis, to. 4. Maii pag. 607. (4) † Reparatio, refectio, passim in chartis.

MELIORARE. (1) Meliorem vel melius reddere, Gall. *Meliorer*. Vetus Charta apud Henschenium 26. Mart. p. 635. *Praestiti dimidiam comprehensionem illam in ea ratione*, *vt diebus vitae suae et filii sui Melioratae fiant res ipsae*. IMMELIORARE SERVITIVM, in Capitulari 2. anni 815. c. 19. et in Charta Ludouicii Pii, in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. p. 38. EMELIORARE. Baldricus Burgulienfis Abbas. *Emelioratti subiectos*, *ordine*, *rebus etc.* (2) [illegible] re, corrigere, Capitul. Caroli 802. cap. 1. (3) MELI[illegible] CHARTAM, confirmare. [illegible] ptum Ludouici Pii, anni 815. [illegible] pendice ad Capitul. col. 140[illegible] MELIORARE FILIVM [illegible] in Lege Wisig. L. 4. tit. 5. [illegible] Leg. Longob. L. 2. tit. 20. §. [illegible] quid donare, quod praecipu[illegible] beat, *Avantager* Gallis. Fo[illegible] hac in re vsitatas V. apud M[illegible] fum, Lib. 2. From. 11. et 21. [illegible]er Sirmondicas.

MELIORARI, conualescere. Capitul. Caroli C. tit. 12. cap. 1.

MELIORATIO. (1) Ἐπιβελτίωσις, in Gloss. Graec. Lat. Emendatio, incrementum, refectio. Formula 25. inter Lindenbrogianas. *Cum omni addita Melioratione*, *vel omnibus suprapositis*, *etc.* (2) Dotis accessio, in Libello diuortii anni 1135. in appendice ad Capitul. col. 1558. V. *Meliramentum* 2.

MELIORATVS TESTIS, melior, in Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 4. §. 6.

MELIORISSIMVS, V. *Melioßimus*.

MELIORITAS, bonitas, virtus. Miracula S. Eadmundi Angl. Regis, apud Marten. to. 6. Ampliss. Collect. col. 831. *Sed tumor arrogantiae talis in modum vertitur Melioritatis*, *Deo et Sancto peccatori propitiatoribus*, *etc.*

MELIOSISSIMVS, optimus, in Lege Aleman. tit. 106. Edit. Heroldi *Melissimus*, cap. 75. in Cod. MS. *Melissimus* in Cap. ad eandem Legem editis a Stephano Baluzio, c. 39. 43.

MELIS, *seu Melen Graece*, *instrumentum cirurgicorum*, *scilicet tenta vel testa ad tentandum cauernas vulnerum*. Glossar. med. Simon. Ianuens.

MELISENSIS VRBS, Rauenna. Agnellus in Vita Martini Papae apud Murator. tom. 2. p. 182.

† MELITIA, potio ex melle confecta, eadem quae *Medo* et *Mellita*. Ch. Ms. a. 1220. MELETHIA, in Ch. Ms. a. 1218.

† MELIVS, potius, in Ch. a. 1090. *Melius forum*, minus pretium, in Sch. a. 1454.

MELIZOMVM CONDITVM, apud Apicium lib. 1. c. 1. vini seu potio-

nis

tum, genus, ex aromatibus et aliis odoriferis confectum. V. *Conditum.*

MELLA. (1) Menſurae annonariae genus. Charta Willelmi Archiep. Rem. an. 1190. ex Tabular. S. Medardi Sueſſion. *Habeat duodecim denarios et Mellam frumenti et auenae; ſimiliter et de equis carrucarum duos denarios et praedictam annonae menſuram.* Charta anni 1265. in eod. Tabular. *Eccleſia indulſit ei . . . . Mollam frumenti et Molam auenae.* Vbi in recentiori Chartulario legitur MELLA. (2) Forte Meſpilum, Occitanis aliisque *Mesle*, Pariſiis *Neſle*. Charta anni 1203. in Chartular. S. Vandreg. to. 1. p. 126. *Ad natale Domini tres capones et tres denarios, ad Paſcha LX. ova et tres denarios feodi, et ad feſtum S. Martini dimidium boſſellum Mellarum.* (3) M. Robertus de Sorbona, in Serm. de Conſcientia: *Et certe Magiſtri illi quantumcunque probi eſſent, poſſunt bene ponere Mellas ſuas, quia nullos haberent auditores.* Geſta Tancredi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 136. *Aeſtuat, furit, dolet, ſe non ſibi tuliſſe vellera dolet, Mellae, auri venam, ab infimis terrae eruiſſe cauernis.* Nec magis agnoſco vim vocis Gallicae *Meles*, quam ex *Perceval* laudat Borellus:

Vnes armies riches et beles,
Dont d'or et d'argent ſont les
Meles.

MELLARIVM, *vas in quo mel conſervatur, vel in quo vinum ponitur vel vuae calcantur.* Ioh. de Ianua.

MELLAT, Britannis *Soule*, Gallis *Balon*, ludi genus, quod etiamnum exercent Britanni, atque in iis plebs vilior; ſtrophum ſcruteum grandem, ſurfure aut tomento ſuffartum, loci dominus, aut aliquis ab eo delegatus, ſaltem praecipuus quidam incola, proiicit in medium, populo in duas factiones diuiſo, quius pars vna ad metam, longe poſitam aut aſſignatam, puta ad Orientem, altera ad aliam metam, ſtrophum manibus, pedibus, toto niſu conatur propellere; quod non fit ſine rixis et vulneribus. Statuta Radulphi Epiſcopi Trecor. an. 1440. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1151. V. *Cheolare.*

MELLATIO, mellis vindemia, apud Columel. II. 2. *Mellatio aeſtiua*, apud Plin. n. II. c. 15.

MELLATIVM. Nonius: *Sapa, quod nunc Mellatium dicimus, muſtum ad mediam partem decoctum.* Onomaſt. *Mellatium, ſicum, μελίτωμα. Μελιτόω*, quaſi mello, melle condio. Ita Martinius in Lex.

† MELLEA, rixa, in Ch. a. 1202. V. *Mesleia.*

MELLEIA. (1) Forte tributum pro melle praeſtitum. Computus anni 1202. apud D. Bruſſel, to. 2. de Vſu feud. p. CLI. *Pro vino, Altiſſiod. et pro glande S. Germani et Roboreti*, c. l. *de Melleia*, XX. 1. Ibid. p. CLIII. *Et de Melleia Duni* XLI. Idem ius eſſe videtur, quod alibi *Abollagium*, in Conſuetud. municipal. *Eſpave d'avettes* vel *Eſpave d'abeilles* dicitur. Ius nempe, quod habet dominus feudi in apum examinibus et earum melle, cùm reperiuntur in nemoribus vaſallorum. V. *Bigrus.* (2) MELLEIA, MELLETA, MELLATOR, V. *Mesleia.*

† MELLERIVS, meſpilus, Gall. *Mellier*, in Ch. Mſ. a. 1247. V. *Meslerius.*

MELLETVS, piſcis ſpecies. Spicileg. Fontanell. MS. p. 94. *De quibus Melletis capiunt et a nobis detrahunt interiora, ſcilicet les coullettes Gallice, et hoc facientes ſecundum dominum* (i. e. Abbatem) *ſecundum nos omnes, et ſecundum ſuam litteram hanc cartam.* Ibid. Et ſimiliter de *Melletis, Gall. Melles.*

MELLIATOR, V. in *Mesleia.*

MELLICATVS, illectus. Vita S. Vincentii Madelgarii to. 3. Iulii, pag. 675.

MELLICIDA, cui apum cura demandata erat, Germ. Zeidler, Honigs Zeidler. Conſtitutio Caroli IV. Imper. de Foreſtariis et Zeidlariis, anni 1358. apud Goldaſtum, to. 1. Conſtitut. Imper. p. 369. *Foreſtarii et Mellicidae, qui Zeidlarii vulgariter nuncupantur.* Occurrit ibi non ſemel.

Digitized by Google

MELLICRATVM, Μελίκρατον, idem quod *Medo*. Petrus de Dusburg in Chron. Prussiae cap. 5. V. *Mellita*.

MELLICVS, pro *Mellitus*. Rhythmi in Obitum Henrici VII. Imper.

MELLIFICIVM, apum opus. Charta anni 1296. apud Ludewig. to. 1. Reliqu. MSS. p. 165.

MELLISLVVS, pro *Melliflus*, in Actis S. Cassiani apud Ill. Fontaninum, Antiq. Hortae p. 345.

MELLISSIMVS, V. *Melioſiſſimus*.

MELLITA, potio confecta ex melle, cum scilicet et *fani decoquuntur in dulcem et barbaram potionem*, vt ait S. Hieronymus Epist. 2. *Defibuta melle vina*. Epist. 99. Capitula Theodori Cantuar. c. 1. *Tres dies . . . a vino, medone, Mellita et ceruisia . . . abstineat*. V. *Medo*.

MELLITAS, suauitas. S. Bonifacius Moguntinensis Archiep. Ep. 1.

MELLITOR, qui mel vel ceram conficit. Fori Lejrenae.

MELLITVM, V. *Mulsa*.

MELLOPROXIMI, qui a *Proximo Scriniorum* primi proximique erant, proxime *Proximi* futuri, biennio veniente; qui *Proximos* proxime contingebant; quibus etiam eadem quae *Proximis* dignitas attributa. V. L. 16. et 17. Cod. Theod. de Proximis, et ibi Iacob Gothofred. Inscrip. Rom. *D. M. M. Aurelio Aug. lib. Isidoro Melloproximo a rationibus Hermes alumnus et Glycon nutritor et Maximus bene merenti fecerunt*. In alia Inscript. 393. 5. *Spe beneficiarius*, idem valet ac *Mello-Beneficiarius*. MELLOPROXIMATVS. Constitutio Iustiniani de Adiutoribus Quaestoris, edita a Fr. Pithoeo: *In aliis autem duobus scriniis, id est, Epistolarum et Libellorum, in secundum gradum venientibus et Melloproximatum ingredientibus, vt hi tantummodo licentiam sibi haberent alium subrogare*.

MELNVS, melinus color. Hariulfus L. 3. Chron. Centulensis c. 3. *Melinum vestimentum*, apud Plautum in Epidico. Gloss. MSS. Colbert. Μίλινον, χιτῶνα.

MELO, Nilus dicitur Symmacho lib. 1. Epist. 8. ab aquis lutosis et coenosis. Ita etiam apud Festum. uium.

MELOCINA, V. *Melocineus*.

MELOCINEVS. Carmen de M. quod Alcuino tribuitur:

Tecta Melocineo fulgescit amictu.

MESSEGARIVS. (1) Idem qui *Mandatarius*, († is nempe, ad quem custodia agrorum spectat, vt et ius de damnis in iisdem factis Cognoscendi et iudicandi.) Exstat post consuetudines Tolosae rubrica seu caput *de terminis seu limitibus Messegariae villae Tolosae.* Ibidem: *Infra quos terminos non sunt aliqui Consules, neque Messegarii, nisi Capitularii Tolosae, et habitantes infra dictos terminos non soluunt pedagium, etc.* in iisd. Consuetud. MSS. e Bibl. D. Abbat. de Crozat legitur MESEGARIA, MESEGVARIA et MESEGVERII. Charta ann. 1306. in Regesto Philippi Pulcri Regis Fr. an. 1299. Tabularii Regii n. 204. *Et quicquid habemus, et nobis competit in loco praedicto et eius pertinentiis, scilicet tertiam partem Messegariae 30. s. Turon. anno quolibet cum aestimatione valentem.* (2) Idem qui *Messarius* 1. Sententia arbitralis ann. 1292. inter abbat et consules de Gimonte. MESSEGVARIVS, messium custos. Statuta 1306. ex Archiuis D. d'Artagnan. V. *Messarius* 1. (3) † Idem qui *Messegerius* 1. in Ch. Mſ. a. 1353.

MESSEGERIVS. (1) Nuncius tabellarius. Charta ann. 1337. apud Rymer. tom. 4. p. 822. V. *Messagarius.* (2) † Messium custos, in Ch. Mſ. a. 1291. MESSEGVERIVS, ibidem.

MESSEGVARIVS, V. *Messegarius* 2.

MESSEGVERIA. (1) Officium *Messarii.* Martinus Didacus, *Daux.* Iustitia Aragon. lib. 3. Obseruan. Si quadrupes §. 3. V. *Messega.* Mulcta quae domino obuenit ta aut damna in messibus ac facta. Statuta MSS. Auscio 1301. art. 11.

MESSEGVERRVS, idem qui *M rius.* Statuta MSS. mox laud 84.

MESSELLA. (1) Parua vel messis, in Concilio Parisiensi 1. c. 53. (2) MESSELLAE, S do, in Glossis ad Calcem Su Concil. antiquit. Galliae, *su quae parantur ad messem.*

MESSERIA, V. *Messaria.*

MESSERIVM, praestatio pro custodia agrorum, i. q. *Messagium* 2. Ch. Mſ. a. 1262.

† MESSERIVS, messium custos, Gall. *Messier.* Ch. Mſ. a. 1218. V. *Messarius.*

† MESSERVS, idem, in Lit. a. 1326.

† MESSETVS, proxeneta, in Stat. Riper.

MESSIARE, MISSARE, dicebatur sacerdos, qui inter Missarum solemnia mulieri, cum primo post nuptias ad ecclesiam veniebat, benedictionem impertiebatur, qualem post partum accipere consueuerat, quod et *Purificari* nuncupabatur, vt videre est in hac voce. Charta ann. 1334. in Tabular. Episcopat. Ambian. fol. 165. Hinc

MESSIATIO, vocatur eiusmodi benedictio, in laudata Episcopat. Ambian. Charta. MISSATIO, in Stat. Eccles. Meldens. a. 1346.

MESSIO. (1) Pensitatio, quae ex messionibus (*Moissons* in Statutis Leodiensibus art. 1.) seu agrorum fructibus, domino feudi exsoluitur. Charta Galcheri de Castellione Comitis S. Pauli: *Cum inter me et Ecclesiam S. Martini de Campis super quadam Consuetudine, quae Messio vocatur, contentio fieret.* Alia Ludouici VII. Regis Franc. ann. 1172. ex Tabular. Fossatensi fol. 20. *Cum . . . coram nobis clamorem facerent super eo quod Praepositus Melidunensis singulis annis Messionem frumenti ab hospitibus S. Petri Fossatensis in Mosiniaco exigerent, etc.* † MESSIO SACERDOTA-

Digitized by Google

DOTALIS, portio ex frugibus agrorum curioni soluenda, Germ. Meß. Gomn. Ch. Mſ. a. 1190. † MESSONIA, idem, in alia a. 1240. (2) Nude pro *Meſſis*. Charta anni 1112. to. 2. Hiſt. Eccl. Meldenſ. pag. 20. *Eccleſiam S. Paſtuſii cum atrio et omni magna decima et minuta, excepta Meſſione presbyteri.* Infra: *Excepta meſſe Presbyteri.* (3) Pro ea anni tempeſtate qua fruges metuntur. Chartular. S. Petri de Domina fol. 101. V. *Meſſionagium.* (4) MESSIO EXTREMA, vox non infrequens in veteribus Inſtrumentis donationum piarum, qua extremi iudicii dies ſignificatur. Charta Ruperti Archiep. Magdeburg. ann. 1265. apud Ludewig. to. 5. Reliqu. MSS. pag. 128. (5) † Forte pro *Miſſio*, expenſa, in Reg. feud. Aquit.

MESSIONAGIVM, idem quod *Meſſio 1.* ſeu *annonagium*, in Charta Willhelm. Comitis Matiſcon. ann. 1180. in Chartular. Cluniac. Bibl. Thuani, et in Bibl. Cluniac. p. 1441.

MESSIS. (1) Raguello, in Indice iurium Regalium, *eſt merces praedii ruſtici locati conducti, quae praeſtatur a colono, non in nummis, ſed in ſpecie frumenti, vel aliarum rerum.* Guido Papa, Quaeſt. 470. *Meſſis debetur pro paſqueragiis:* Idem docet Saluaingus Tract. de Vſu feud. lib. 2. cap. 67. Eſt ergo *Meſſis* praeſtatio, quae pro iure paſcendi pecora in paſcuis alienis, maxime in ſtagnis exigebatur, quaeque ex meſſionibus ſeu agrorum fructibus exſolui ſolita erat. Plura vide in Diariis Triuult. menſe Decembr. ann. 1709. V. *Meſſio.* MESSIS PROTHALIS, quae et *protallia*, *protagium* et *proſtagium* dicitur in Chartis Villaenouae Dumbarum, praeſtatio duorum bicherorum ſiliginis, quae ab hominibus *talliae*, iurique *manus-mortuae*, obnoxiis, ex conſuetudine exigebatur, vt *a tallia ad voluntatem et coruatis* eximerentur. (2) MESSES CVLTAE. Lex Burgund. tit. 23. §. 5. *Si cuiuscunque porci damnum faciunt, in vineis, pratis, aut in Meſſibus culsis, et ſilvis glandiferis.* Vbi forte *meſſes cultae* dicuntur agri culti et ſeminati. *Meix*, eadem notione in Charta ann. 1263. ex Tabular. Commerciac. (3) † Praeſtatio, quae ex meſſionibus, ſeu agrorum fructibus domino feudi ſoluitur, Gall. *Moiſſon.* Ch. Mſ. a. 1126. (4) † Seruitium, quod a ſubditis in meſſe debetur. Ch. Mſ. a. 1316. V. *Meſſura.*

MESSIVAE FERIAE, V. in *Feriae.*

† MESSONARE, metere, vnde MESSONERIVS, meſſor. Stat. Auellae. MESSONERIVS, et MESONERIA, in Stat. Taurin.

MESSONIA, V. *Meſſio 1.*

MESSOR, meſſium et vinearum cuſtos, Gall. *Meſſier.* Ch. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1353. V. *Meſſarius 1.*

† MESSORIA, (1) Meſſis, item mulcta propter damnum meſſibus illatum. Chartul. Fidemienſe. (2) Idem ac *Meſſis 3.* Ch. Mſ. a. 1207.

MESSORIVM, V. *Miſſorium.*

MESSORIVS, idem qui modo *Meſſor.* Tabular. Montis S. Michaelis fol. 98. V. *Meſſarius 1.*

† MESSOROLVS, falcula, vel quoduis inſtrumentum ſecandis herbis aptum. Stat. Pallauic. V. *Meſenolus.*

MESSVAGIVM, MESVAGIVM, domus habitationi idonea, Cowello. Index MS. Benefic. Eccl. et dioec. Conſtantienſ. fol. 45. *Rector habet manerium in elemoſina Eccleſiae pertinenti quae continet tam in Meſſuagio quam extra ſex iugera, et debentur dicto rectori quinque ſolidi Turon.* Madox in Formul. Anglic. *Prior Domus ſalutationis Matris Dei Ord. Cartuſ. prope London tenet vnum Meſnagium cum ſhropis et domibus eidem Meſſuagio annexis.* Vt plurimum tamen *Meſſuagium* ſumitur pro modo agri manſionibus et aedificiis ruſticis inſtructo, ſcilicet hortis, areis, ſtabulis, et huiusmodi, vel certe eo quem Galli *Maſure* ſeu *manſuram* dicunt, vel etiam quem *manſum* olim appellabant. Th. Blount, in Nomolex. *Meſſuagium eſt honeſtius habitaculum cum aliquo fundo adiacente in eiusdem vſum deputato.* Charta Wolſtani Vigornienſis Epiſcopi: *In quo praedicto Manſo ſeu Meſſuagio . . . aedificia competenter*

construi faciant, etc. MESSVAGIVM CAPITALE, practicis Gallicis, *le Chef-manoir*, quod primogenito competit. Regiam Maiestat. lib. 2. cap. 27. §. 4. *Saluo tamen Capitali Messuagio primogenito suo pro dignitate primogenituræ. Capitale autem Messuagium dari non potest nec diuidi, sed integrum remanet hæredi*, in Regiam Maiestat. lib. 2. cap. 16. §. 62. 63. Vbi tamen *Messuagium* prorsus aliud esse a *manerio* innuitur, et *Messuagium* esse mansio praecipua manerii dicitur. V. Monast. Anglic. to. 2. p. 141. 196.

† MESSVALE, i. q. *Missale*, liber ecclesiasticus, in Obituar. Meledun.

† MESSVARIVS, messium custos, Gall. *Messier*. Ch. Ms. a. 1339. V. MESSARIVS.

† MESSVM, agri portio cum *manso* seu domo, Gall. *Más*. Ch. Ms. a. 1377. V. *Mesus*.

MESSVRA, messis, seu seruitium, quod tempore messis a vasallis debetur. Chron. Farfense apud Murator. to. 2. part. 2. col. 397.

MESTA, pro *Meta*, terminus, limes. Charta Principis Adelgastri, to. 3. Concil. Hispan. p. 89.

MESTADARIA, V. *Meystadaria*.

MESTALLVM. (1) Pro *Metallum*, Gall. *Cuivre*. Inuentar. ornament. et Reliqu. Eccl. Nouiom. ann. 1419. ex Archiuis eiusd. (2) Miscellum frumentum, Gall. *Bled méteil*. Charta anni 1231. ex Tabular. Portusregii. V. *Mestolium*. MESTELLVM, eadem notione. Charta Galteri Archiep. Rotomag. ann. 1201. to. 4. Hist. Harcur. pag. 1638. V. *Mixtum 2*.

† MESTARIA, MESTERIA, i. q. *Meystadaria*, in Ch. Ms. a. 1484.

MESTARIVM. (1) Mensura aridorum apud Lugdunenses. Occurrit saepius in Actis Capitularibus Eccles. Lugdun. ann. 1343. *Vnum Mestarium silignis, et duo Mestaria comblos auenæ*. V. *Meiteria 2*. (2) † Ingum, fabrilis machina, Gall. *Métier*. Chartul. B. M. Graciac. V. *Misterium*.

MESTATICVS, perperam pro *Mutaticus*, in Charta Dagoberti Regis apud Doubletum p. 656.

MESTELLVM, V. *Mestallum*.

MESTERA, ars, artificium, *métier*. Charta anni 1344. apud to. 5. p. 430. V. *Ministerium*.

MESTERIA, V. *Mestaria*.

MESTERIVM, MESTERVM, *ministerium 5*.

MESTERLENSIS MONETA, ut videtur, quae *Esterlingorum*, *Sterlingorum*. Hist. MS. Monast. cens. p. 242. *Inburgo Augi totum dinum pelliorum . . . octoginta Mesterlensis monetae*. V. *Esterlingus*.

† MESTICA, pro *Mestitia*, V. in v.

MESTILO, V. *Mixtum 2*.

† MESTILLIVM, miscellum frumentum, in Ch. Ms. a. 1269. V. *Mixtum 2*.

MESTINVNCIVM, decima frugum. Charta anni 950. in Tabulario Matiscon. *Ecclesia parochialis erat destructa, vnde incolae et parochiani ibi adiacentes Mestinuncium reddere nolebant et debitum honorem persoluere*.

† MESTITIA, ab Ital. *Mestizia*, pompa lugubris. Stat. ant. Florent. l. 5. vbi mendose legitur MESTICA.

MESTIVA. (1) Praestatio ex frumento, quod in agris colligitur et metitur. Charta Ludouici VII. Reg. Franc. pro Monasterio Sandionysiano: *Talia de annona, quae dicitur Mestiua*. Tabular. S. Cyprian. Pictauensis fol. 104. *Hugo Liciniacensis dominus dimisit quandam inconuenientem consuetudinem, quam videlicet ministri eius de Cohet sub appellatione Mestiuae, in villa S. Mariae Castri-Arardi, quae vocatur Rals, videlicet 4. sextar. annon. annis singulis, vt nunquam amplius requireretur ab vllo homine*. Charta Alienorae Ducissae Aquitan. ann. 1199. *Immunem reddidimus villam de Volliaco, tallia, Mestiua, distractione hominum terrae, in Expeditionibus Comitis etc.* Addo Concilium Burdegalense ann. 1255. cap. 25. vbi perperam vir doctus *festiuas* emendat, pro *Mestiuas*, et varias Chartas apud Thomassierium in Consuetud. localib. Bituricens. pag. 60. 85. (2) Pro ea anni tempestate, qua fruges metuntur. Charta anni 1366.

MES

MESTIVAGIVM, ius *mestiuam* percipiendi. Charta anni 1313. in Regesto Andegau. fol. 17.

MESTIVANS, idem quod *Mestiua* 1. in Charta Ludouici VIII. an. 1224. to. 1. Ordinat. Reg. Fr. p. 49. *Mestiuantem nullatenus reddas.* Rectius supra in Litt. an. 1145. *Mestiuam.*

MESTIVARE, *Mestiuam* colligere, percipere. Charta Petri Episcopi Inculis mensis an. 1160. ex Tabul. S. Eparchii fol. 11.

MESTIVARIA, fructus ex *mestiua* collecti. Charta anni 1208. ex Tabular. S. Vincentii Cenoman.

MESTIVARIVS. Charta anni 1206. in Tabular. Eccles. Carnotens. n. 90. et 80. *Quinque Mestiuarios, ordeacum, fabacenam, pisacenm, veciacum lentiacum, paleas anenae, minutae stramina, partem suam simi, et quicquid iuris solebat in granica nostra de Chanseri..*

MESTIVIA, i. q. *Mestiua* 1. Tabular. S. Cypriani Pictau. fol. 53.

MESTIVVS, Messor, Gall. *Mestiuier.* Charta Hugonis Archiep. Dom. *de Partenai*, ann. 1169. ex Tabular. Absiensi fol. 26.

MESTIZVS, Hispanis dicitur, qui ex parentibus Hispanicis et Americanis mixtim natus est. Concil. Liman. ann. 1582. inter Hispan. to. 4. p. 250. *Siquis mixti generis mulier, quas vulgo Mesticas vocant, in monasterium recipi velit, etc.* V. Hofman. in Lexico.

MESTALIVM, miscellum frumentum, Gall. *Bled méteil.* Charta anni 1225. in Chartulario Portusregii. V. *Mixtum* 2.

† MESTOSVS, misti generis equus, a Gall. *Mestis*, t. 4. Hist. Occit. Prob. p. 182. V. *Mestizus.*

MESTRA. *Mestris*, mendose pro *in estris*, t. 7. Ordin. reg. Fr. p. 661.

MESTRINVS, V. in *Mazer.*

MESTVRA, praestatio ex frumento, quod in agris colligitur et metitur; († vel potius messis, Gall. *Mesture.*) Charta Geraldi Abb. S. Ioannis Angeriac. an. 1385. ex Chartular. eiusd. Monast. p. 471. V. *Mestiua.*

MESVAGIVM, V. *Messagium.*

MESVRA, pro Mensura, saepius occurrit in Chartulario S. Vandregesilii.

MESVRAGIVM, quod a domino fori pro mensura exigitur. Statuta Eduardi I. Regis Angl. anni 1283 apud Rymer. to. 2. pag. 262. *Dabit venditor extraneus . . . de saimaca bladi vnum denarium, de carteria, obolum, pro leuela et Mesuragio nihil.* V. *Mensuragium.*

MESVS, idem quod *Mansus*, de qua voce supra; Gallis *Más.* Charta Beatricis Abbatissae Deiparae Suession. anni 1232. pro Communia Aisiaci. V. *Massa* 5.

† MESVSAGIVM, exactio quaeuis contra ius inducta; Gall. *Mesusance.* Ch. Ms. a. 1308. V. *Mali-usus.*

MET, particula, apud Scriptores inferioris aeui praeponitur, quae Latinis postponi solet. Sosipater lib. 1. Institut. Gramm. *Met, non est pars orationis, sed adiectamentum quoddam accedit, etc.* Adde Prisc. lib. 12 et alios. Charta Turpimiri Ducis Croatiae, apud Ioan. Lucium lib. 2. de regno Dalmatico cap. 2. *Dum mundi ab origine condita per tempora facta manssisse, delabisseque succedentibus alia altissimi, si Met oculis perspicimus, mentis, et manu fidei palpamus, nisi corporeis membris videre, audire aliud valemus, nisi ea quae praesentantur et scripturarum auditio obtutibus pandit.* Charta Aragonica aerae 1111. apud Martinezium in Histor. Pinnatensi L. 3. cap. 5. *Et requisierit sum amicum Sanctum, vt per suum corpus Metipsum cum suos varones ei adiuuet, etc.* Ita *met-septimus, mettertius*, non semel occurrunt in Speculo Saxonico, pro *septimus-met*, vel *tertius-met*, vt Latini postponunt. In quam rem Marquardi Freheri obseruatio ad Constitutionem Adolphi Imp. anni 1293. haud videtur contemnenda: non tempero mihi, inquit ille, quin perstringam mirabilem, an ridiculum particulae *Met* vsum: e qua tandem *ipsissimi* exemplo, *metissimum* natum est, quod in Italico moderno remansit, *medesima*, in Francico contractius,

tractius, *mesme* eadem forma, qua e quadragesima *Caresme*.

META. (1) Aceruus segetum, congeries vel strues in acutum tendens, vox Catoni nota c. 46. Gregor. Turon. lib. 4. Hist. c. 41. *Acceptisque clauibus metas annonae, quae aderant, edidit.* Aimoinus L. 2. de Miraculis S. Benedicti c. 9. Remens. cap. 17. Sic etiam legendum in Vita S. Gallae, n. 6. *Suspicor, tres auiculae . . . super tres Metas, quae ex ipsa segete sua fuerant factae, consederunt.* Editum *molas*, quae vox hic nihil sonat. Picardi *Maye* et *Moies* eiusmodi aceruos vocant, Germani Miethen. *Meta* etiam dicitur terminus ad instar *Metae* fastigiatus. Frontinus de coloniis : *In campis vero statuerunt terminos cursorios spatulas vel Metas assignatas.* Hinc quilibet terminus ac finis eadem voce significatur : quod et Latinis notum est. METALITER, apud Mart. Capellam L. 7. *Vmbra metaliter iacitur*, hoc est, instar *metae* fastigiata. (2) Vox Longobardorum. Vett. Glossae : *Meta, pecunia, donatio, sponsalitia.* Ioh. de Ianua : *Meta, promissio, vel conofigio* (sic). V. *Methium.* † Hinc pro pretium rebus vendendis impositum, in Stat. Cadubr. V. *Metaxarii.* (3) Monetae Flandrensis species. V. *Mita 2.* (4) Alia notione, f. quod domino competit pro iure defigendi metas in terris vasallorum. Charta Odonis Episcopi Beluacensis anni 1146. apud Louuetum : *Censumque, quem Hugo de Yuoilio per concessionem ipsius Drogonis, quia vterque census de feodo eius erat, in remissionem peccatorum suorum eidem ecclesiae donauerat, eis similiter concessit, et Metas et venditiones eis pariter remisit.* (5) METAE CAROLI, Pyrenaei montes, dicti, quod Carolus M. arma sua victricia vlterius non tulerit. Wilhelm Brito. lib. 1. Philipp.

METABOLA. Idacius in Chronico : *Expeditio ad Africam aduersus Wandalos ordinata, Metabolarum commutatione, et nauigationis in opportunitate reuocatur.* Est autem *metabola*, ex Graec. μεταβολὴ, maris mutatio. Glossae Isid. et Pithoeanae : *Metapontum, metabula maris,* [illegible] bent *maris mutatio* ; Infra [illegible] *bulum prospera nauigatio.* [illegible] legendum *inprospera.*

† METABOLARIVS VEN[illegible] Gr. μεταβολὴ, traiectus, t. [illegible] p. 71.

METABVLVM. (1) Spatium, [illegible] S. Eulogius L. 3. Memorial. [illegible] V. *Metabola.* (2) † Campan[illegible] cula, V. *Matabalum.*

METACHRONISMVS, vox [illegible] temporum transpositio, cum [illegible] a tempore rei gestae ab[illegible] Christophori Mülleri introdu[illegible] Histor. Canonicae Sand-Hip[illegible] apud Raim. Duellium lib. 1. [illegible] p. 300.

METACISMVS, Graec. μετακισμὸς. Isid. L. 1. cap. 31. *est, quoties in M literam vocalis sequitur, vt bonum aurum, etc.* Vgutioni, *Metacismus, est M. literae per scansionem collisio.* Papiae *Metacismus* vel *Motacismus est M. literae congeminata collisio : vel quotiens littera M. sequitur, vel quotiens vocabulis sequitur* M. vt *bonum aurum.* V. Diomedem lib. 2. et Senator. lib. de Diuinat. lect. cap. 15.

METADELLA, V. *Mitadela.*

METALIS LAPIS, qui loco metae seu termini est. Charta anni 1196. apud D. Calmet. to. 2. Hist. Lotharing. col. 411. † METALIS DISTINCTIO, meta, limes, terminus, t. 1. Annal. Praemonstr. Probat. p. 657.

METALITER, V. *Meta 1.*

METALLARII, aurileguli, in Cod. Th. tit. 19. de Metallis et Metallariis, V. *Metallum.*

METALLATVS, encaustus, encausto distinctus, Gall. *Emaillé* ; inauratus, Gall. *Doré*, Lobinello minus recte. Testament. Godefridi du Plessis anni 1332. apud laud. Lobinell. to. 3. Hist. Paris. pag. 394. *Item scyphi tres argentei non Metellati, ponderis sex Marcharum et dimidiae, ad marcham Turon. duo bachini immetellati, ponderis quinque marcharum, et decem octo sterlingorum.*

† METALLE, METALLVM, lebes vel cacabus aereus, Germ. ein Grapen. Inuent. Ms. a. 1450. *Metallum hispa-*

anicum, i. e. cuprum hiſpanicum, vita S. Gaurl.

ALLIA, ſemitallia, Gall. *Demi-le*. Charta anni 1265. in Tabul. lacuri: *Talliam et Metalliam con-as habebit. Brientius de caſtro ientii Miles, cum dictis hominibus, os poſſit retrahere.* V. *Meditallia.*

ALLVM. (1) Aes; METALLI-S, aereus, *de Metail.* Thwroczi-in Stephano Rege Hungariae c. (2) Campana aerea. Abbo L. 1. bell. Pariſ.

Totius Eccleſiae conuexa boando
Metalla.

3) METALLVM LAPIDOSVM, ortunato lib. 9. Poem. 15. S. Pau-inus Poemate 24. p. 152.

Quaeque prius pilis ſtetit, haec
modo fulta columnis,
Vilia mutato ſprenit cementa
Metallo.

V. Notas in eadem Poemata p. 104. Hinc in Cod. Theod. occurrit lex de marmoris ſecandi facultate inter eas, quae de metallis et metallariis referuntur, tit. 19. L. 1. Adde Caſſiod. lib. 2. Epiſt. 7. Hinc *in metalla damnari*, apud Plinium 10. Epiſt. 66. eſt in lapidicinam damnari, vnde et *Metallici* dicuntur, in L. 10. §. 1. Dig. de poenis, qui in *metalla* damnati ſunt. (4) METALLVM LIGNEVM, in Vita S. Bonifacii Epiſcopi, auctore Willibaldo ſaec. Bened. 3. part. 2. pag. 17. *Tunc autem ſummae ſanctitatis Antiſtes conſilio inito cum fratribus, ligneum ex ſupra dictae arboris Metallo oratorium conſtruxit.* Vnde *Metallum* pro qualibet materia vſurpatum colligitur. (5) V. *Metalle.* (6) † Frumentum miſcellum, i. q. *Meſtallum.* Ch. Mſ. a. 1308. V. *Mixtum* 2.

METANGI, METANGISMONITAE, a *meta* et *ango*, Haeretici ſic dicti, quod Verbum in Patre ex Auguſtino haer. 58. tanquam vnum vas in altero eſſe delirabant. V. *Coſtitiam.*

METANIA, METANOEA, genuflexio, inclinatio, ex graeco μετάνοια, ead. notione apud inferioris aevi Graeculos. Latinis ſequioris aetatis *Venia.* Papias MS. *Metaniae, potentiae.* Legendum *Poenitentiae*, quia in *poenitentiam* eiusmodi genuflexiones imponebantur. Vita S. Vindiciani to. 2. Martii p. 79. *Sed cum ad culpae agnitionem veramque Metanoeam adduceret*, vbi pro poenitentia vſurpatur. Petrus Venerab. in Statutis Ord. Cluniac. c. 4. *Atque illis Metanoeis, quae quotidiano vſu in Capitulo fiunt, et vulgo veniae nominantur.* Et cap. 53. *Frequentibus Metanoeis vel genuflexionibus.*

METANOEA, *genus eſt teſtis.* Gloſſ. MSS. Cluniac. to. 2. Oper. poſthum. Mabill. pag. 23. Vbi leg. forte: *Genus eſt poenitentiae.* V. *Metania.*

METAPHORA, *omen et quaedam praefiguratio.* Gaſpar. Barthii Gloſſar. apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. p. 370. ex Gauterio de Bell. Antioch.

METARE, diuertere, hoſpitari. Fredegarius Scholaſticus, cap. 36. *Regi nunciauit virum Dei inibi eſſe, nec Regis domibus Metare velle.* Aimoinus de Miracul. S. Benedict. L. 2. c. 3. *Qui ei locum Metandi in ſuo conceſſerat domo.*

METARIA, praedium ruſticum, Gall. *Metairie.* Computus anni 1202. ap. D. Bruſſel, tom. 2. de Vſu feud. pag. CLV.

METARITIA. Charta Caroli Reg. Burgundiae filii Lotharii Imperat. to. 12. Spicilegii Acheriani: *In Aſtonnaco Metaritia vna: in Mutiano colonica veſtita vna, et albera abſa, cum vercaria abſque cenſu: in Elodemaco Metaritiae duae; in curte Meſiara Metaritia vna: in Cuſſana Metaritia vna etc.* Legendum forte *Meſſaritia.* V. in hac voce.

METARIVS, colonus, qui *metariam* excolit, ap. Bruſſel. de vſu feud. t. 2. p. CLV. *Metearia* 2.

METARPVS, Vgutioni *Metator, qui caſtra deſignat; et Metarpus caſtrorum metator.*

METASYNERITICA CVRATIO, *Metaſyncriticus cyclus*, voces mediis notae. V. *Recorporare* et *Cyclus.*

† METATA, menſurae agrariae ſpecies, t. 2. Annal. Praemonſtr. Prob. p. 132.

METATIO. (1) Metarum et limitum deſixio. Tabular. Abbat. S. Victoris

Digitized by Google

Paris. Charta 21. (2) Idem, quod *Metatum*, apud Tertullianum de Pallio c. 2.

METATOR, in Gloss. Graec. Lat. Ετοιμαστὴς, id est, qui *Metata* et mansiones parat. Ετοιματία *metatio*, Gloss. Lat. Graec. MS. Sangerm. *Meditatio apparatio, praeparatio*, ἑτοιμασία. Glossae Isid. *Metatores, mansionum praeparatores*. Papias: *Metator, qui locum praeparat aduentui potestatis*. Vegetio *Metator* dicitur, *qui praecedens locum castris deligit*: Hispanis *Aposentador*, de quo officio agunt Leges Alfonsinae, seu *Partidae*, part. 2. tit. 9. leg. 15. S. Ambrosius lib. 5. Hexaëmer. lib. 5. cap. 10. *Qui metatores itinera disponunt? qui duces iter dirigunt?*

METATORIAE EPISTOLAE, praeuiae, praenunciae, quibus aduentum nostrum nuntiamus, quasi καταγωγὴν, et diuersorium designaturae, ap. Sidonium lib. 8. Epist. 11.

METATVM (1) Idem quod *Metatio* 1. Charta anni 1266. in Tabulario Calensi. (2) V. mox *Metatus*.

METATVS. (1) Vel METATVM, aedes propria, domicilium, interdum hospitium. Passim apud Gregor. Turon. L 3. Histor. cap. 7. *Hospitium et Metatum accipere*, apud Gregor. M. lib. 7. Ind. 2. Ep. 109. *Metatorum praebendorum onus*, in Novella Theodosii de Metatis, vbi plura de hoc onere. V. Meursii Glossar. (2) Pro vniuerso domus, eiusque adiacentium, ambitu sumitur, in Bulla Stephani III. PP. ann. 755. apud Felibian. Hist. S. Dionys. pag. XXVIII.

METAXA, Graece Μέταξα, sericum nude praesertim, et necdum tinctum, neque in fila deductum. V. Isidorum lib. 20. cap. 29. Cuiacium ad lib. 10. tit. 8. lib. 11. Cod. Brissonium et alios qui *metaxae* vocem in L. vlt. D. de Public. infertam a Triboniano existimant, cum recentior sit. Adde Meursium in Glossario et Martin. in Lexico, et V. *Medascia*.

METAXARII, sericorum negotiatiores, in L. vlt. C. de Pignoribus μεταξαριοι. 25. Eclog. 2. cap. 56. Aliam huic loci ac prorsus diuersam affingit notionem Vgutio et Ioannes de Ianua. *Metaxarii foro imponit rebus, quae venduntur metam pretii. Idem etiam licitator dicitur*. V. *Meta* 2.

METEALIS, monetae aureae apud Hispanos. Donatio Alp. VI. Regis t. 3. Concil. Hispan. 291. *Vnde centum annualem videlicet, aureos, quos vulgo les appellant, Conuentui Cluniacensi proprie dedit .... Censum largitatis paternae duplicaui, duo lia Meteales in censum annuatim Cluniaco persoluens*.

METEARIA. (1) Mensurae species. Charta anni 1149. apud Saniulianum in Matiscone pag. 251. *Exceptis quatuor Metearii auenae ad veterem mensuram, etc.* f. *Metretariis*. V. *Meterium*. (2) Praedium rusticum, mansionibus et aliis, quae ad culturam necessaria sunt, instructum. Charta ann. 1202. in Tabular. S. Vincentii Cenom. METEERIA, eadem notione. Tabular S. Cypriani Pictav. fol. 13. V. *Meteria*.

METELACCA, V. *Legula*.

METELLA, cratis lignea, Vegetio lib. 4. cap. 6. Vbi legendum forte *metula*, vt sit diminutiuum a *meta*, quod metarum instar erigerentur, ita coniectat Martinius.

† METELLVM, pro *Metallum*, in Ch. Ms. a. 1292.

METELLVS, *mercenarius qui* Vgutio. Gloss. Lat. Graec. MSS. Sangerm. *Metellus*, μίσθιος. Quasi *metellus*, a merendis stipendiis, vti tribunt Lexicographi.

METEMPSYCHI, graece μετέμψυχοι, Haeretici, qui Pythagoraeorum imitatione transmigrationem animarum asserebant, quorum impius error longe lateque breui disseminatus est. Chrysologus Serm. 88. *cum haec audit Metempsychos* [illegible] *tet*. Plura V. apud Hoffman. in Lexico.

METENSOMATOSIS, vox a Graeco μετὰ, ἐν et σῶμα efficta, corporum transmutatio. Tertullianus de Anima cap. 32.

† METE

† METEO, mensurae annonariae species. Ch. Mſ. a. 1252. V. *Metearia 1.* et *Meto.*

METEORICVS, eleuatus, attentus. Acta S. Senorinae tom. 3. Aprilis p. 75.

† METERIARVM, i.q. *Meterium*, in Ch. Mſ. a. 1082. V. *Meyterius.*

METERE, definire, quasi metiendo aestimare. Bulla Ioannis XXII. PP. an. 1321. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Paris. pag. 332. *Ad metendas seu diuidendas ponendas et praefigendas seu praefigi faciendas metas, etc.*

METERIA, praedium rusticum cum mansione seu aede. Charta an. 1223. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 912. V. *Metearia.*

METERINVS, V. *Madrinarius* in *Mater.*

METERIVM, mensura annonaria, eadem quae alia *Meyterium* dicitur. Charta an. 1272. apud Guichenonum in Hiſt. Sabaud. inter Probat. pag. 15. V. *Meiteria.*

METESACCA, V. *Legula.*

METHALIA, V. *Medalla.*

METHIVM, Papiae MS. *Sponsalium*: sed leg. *Spansalitium.* Gloſſ. aliae: *Methium, sponsalitia, vel nuptialis donatio.* Lex Longobard. l. 2. tit. 4. §. 3. *Nulli sit licentia coniugi suae de rebus suis dare amplius per qualecunque ingenium, nisi quod ei in die vosorum in Methio et morgengab dederit.* Edit. Heroldi habet, *meffio et miffio*, p. 237. 245. Muratorius vero *Mephium* legit. *Mithium* apud Schilter. vbi *Mitphium* corrupte scribi interdum obseruat, quod a *Morgengiba* distinctum vult. *Medium meshium*, non vero integrum donatur a viro, quam duxerat, viduae, eodem lib. tit. 8. §. 8. Adde tit. 14. §. 15. V. *Meta.* Vir linguae Armoricanae peritiſſimus, D. Ludouicus le Pelletier, opinatur *Methium* vetus esse vocabulum Gallicum, ex quo, et praepositione *Di* vel *De* Britones verbum suum *Dimezi*, vel *Demezi*, quod nubere significat, efformarunt, non secus ac Latini qui *despondere* a *de* et *spondere* dixerunt. Iudicent peritiores.

METHODIVM, μεθόδιον, viaticum; ἐφόδιον Heſychio. Apud Petronium *Methodium* est pro deceptione, lusu, ludificatione: *Trimalchio eiusmodi Methodio laetus, carpe, inquit.* Ita Martinius.

METHODVS et METODVS, qui et *violetus* dicitur, in Codicibus censualibus Calomontis et Dumbarum, teste Cl. D. Aubret, callem angustiorem vix duobus aut singulis peruium sonat, Gall. *Un petit sentier.* Inquesta an. 1496. *Guillermus Vinerii deponit se noscere Metodum seu senterium de quo agitur; qui Metodus seu violetus et via ad pedes seu talon est communis et publica omnibus per eam meare et transire volentibus.*

METHVM. Apicius lib. 8. c. 1. *Eligatur in aqua marina cum turionibus lauri et Metho.* V. *Medo.*

† METIBILIS, dicitur de moneta proba et publice recepta, Gall. *de miſe.* Ch. a. 1152.

METIPSI, pro *Mihi*, in Testamento Rudesindi Epiſc. an. 978. to. 3. Concil. Hiſpan. pag. 184. V. *Met.*

METISCA. V. in *Cantus 1.*

METITA, V. *Metreta.*

† METO, i. q. *Meteo*, in Ch. Mſ. a. 1250. V. *Metonnus.*

METOCHIVM, ex Graeco Μετόχιον, cella monastica a Monasterio aliquo principali pendens. Epiſt. Ioannis Cardinalis ad Priorem Eccleſiae S. Petri Piſanorum CPoli, apud Vghellum to. 3. p. 493. *Cupientes Monasteria ad Metochia reuenuri destructa, et releuata illaesa seruari, etc.*

METOCISMVS, V. *Metacismus.*

METODVS, V. *Methodus.*

† METONACIVM, quod a domino fori pro mensura *Meto* nuncupata, exigitur. Ch. Mſ. a. 1255.

† METONNVS, mensura annonaria, eadem quae *Meto.* Ch. Mſ. a. 1257.

METRA, pro *Metreta*, ap. Anaſtaſ. in S. Syluestro.

METRANA, V. *Metreta.*

METRARE, *manere*, in Gloſſ. MS. Regio Cod. 1197. Sed legendum *Metare.*

METRETA, Μετρήτης, genus vasis, cadus: *amphora dimidia*, in Gloſſ.

Isid. vox nota Caio et Scaeuolae IC. et aliis. Ebrardus in Graecismo c. 12.

Est vini proprie Metreta, modusque modesti.

Papias ex S. Eucherio, *Metreta, mensura liquidorum, habens sextarios decem, etc.* S. Augustinus in Euang. S. Ioann. Tractat. 9. *Nomen mensurae est Metreta, et a mensura accepit nomen ipsa mensura, etc.* Chronicon Reicherspergense. *Misit ei vas quod caperet 20. Metretas vini de purissimo auro.* Ex his emendandum videtur Poenitentiale sancti Columbani c. 3. Edit. 1667. *Vel certe si multum est quod effudit, quantas Metretas de ceruisa . . . perdidit.* Legendum enim *metretas.* Edit. 2. Holsteniana habet *quadranas.* Erat vero *Metreta* quemadmodum liquidorum, ita et aridorum mensura. *Metreta, mesure à vin, ou autre cose*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Charta Blanchae Comit. Trecensis an. 1212. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 831. *Quicunque in praedicta villa nouam Metretam frumenti vel alicuius leguminis facere voluerit, villico quatuor nummos dabit, etc.* Ex his idem *Metreta* quod mensura, a graeco μέτρον, fuisse colligitur. METRETVM, eadem notione, pro *Mensura frumentaria. Metretum tritici*, in Charta ann. 1335. apud Schlegel. de Numm. antiq. Gothan. p. 52. Nec praetereundum *metretam* pro diuersis locis et temporibus variae capacitatis extitisse: nam, vt de *metreta* Attica et Romana sileam, quod ad nostrum institutum minime pertinet, ex obseruatis superius manifestum est *metretam* vt plurimum sextarios decem habuisse; nihilominus tamen de vasculo, quod quaternas vini *metretas* capiebat, vti perexiguo sermo fit in Vita Ermelandi apud Mabill. to. 1. Annal. Benedict. pag. 528. Perexiguam reipsa mensuram fuisse colligere iterum licet ex Necrologio Abbat. S. Petri de Casis vbi *Pauca* vocitatur. *Dimisit tres Metretas vini seu tres Paucas*; vulgo *une Panque* vel *une Pauche de vin*: quod parum vini contineat, sic dicta. Haud facile ergo negotium suscipiet, qui scrupulosius mensuras aestimare tauerit. METRETAS inter ministeria Ecclesiastica reponit Anastasius in S. Siluestro PP. TITA, pro *Metreta*, in Charta spanica aerae 972. apud Anton. *Yepez* in Chron. Ord. S. Bened. to. 1. pag. 32. Apendic. Occurrunt eadem verba paulo infra sed iterum. METRVM, in Charta Sancii Ramirez Regis Aragonum, apud Martinezium in Hist. Pinnatens. 3. c. 27.

METRETVM, V. *Metreta.*

METRICANVS, poëta, apud Hariulfum in Vita S. Seruatii Episcopi lib. 3. Maii p. 215. *Vnde quidam Metricanus luculenter satis scribens ait, etc.*

† METRICATOR, idem, t. 1. Hist. Nem. Prob. p. 6.

† METRIFICARE, METRIFICARE, metro scribere, in Instr. an.

† METRIFICATVRA, ars poët. Stat. Vniu. Tolos.

METRISTA, vt *Metricanus.* Bern. de Breydenbach Iter Hierosol. pag. 239.

METROCANONIVS, poëta, qui metro canit. Vita S. Regali Episc. Silvaneet. ex MS. Audomarensi nunc *Metricanorus*, in Vita S. Alberti Abbat. Gambron. num. 2.

METROCOMIAE, matres vicorum, pagorum qui vni ciuitati subiecti erant. V. Iacobum Gothofredum ad l. 6. Cod. Th. de Patrociniis vicorum. Vocabular. vtriusque iuris: *Metrocomia est vilis mensura quae datur translatis iussu Principis. A metros Graece, mensura Latine dicitur, et comos villa. Inde Metrocomiae, quasi mensura villae . . . Etiam Metrocomiae sunt parochiae vel dyoceses.*

METROGRAPHVS, poëta, qui metro scribit. Cardinalis de Aragonia de Vitis Pontif. Roman. apud Murat. to. 3. p. 461.

METROPOLIS, pro *Metropolitana.* Gregorius Turonensis l. 10. c. 31. de Gundegisilo Burdegalensi Archiepiscopo: *Eo quod ipse Metropolis huic vrbi esset.*

METR

METROPOLITANVS, Archiepiscopus, sic dictus, inquit Rhabanus l. 1. de Instit. Cleric. c 5. curs. *Eo quod praesideat illi ciuitati, quae caeteris ciuitatibus in eadem prouincia constitutis quodammodo mater sit.* METROPOLITANEAE LITERAE, quae a Metropolitano Clericis dantur. Hincmar. Remens. Opusc. 17.

METROPOLITICVS, ad Metropolitanum spectans. Charta an. 1401. apud Rymer. to. 8. p. 209.

METRVM. (1) Ea pars, quae, cantore praecinente, a Choro resumitur. Vsus veteres Ordinis Cistercienſis cap. 68. *Qui autem incipit antiphonam, aut Alleluia, reuerenter et paululum a podio stet vsque ad Metram, nec inclinet, donec primus versus impleatur.* (2) Alia notione, V. in *Metreta.*

† METTA, mensurae species, forte mendose pro *Metreta*, ap. Oesel. t. 2. Script. p. 689.

METTVRA, METVRA, *mixtura*, miscellum frumentum, Gall. *Bled méteil.* Charta an. 1273. in Tabular. S. Martini Pontisar. V. *Mixtum.*

METVENDVS, titulus honorarius, cui obseruantia debetur. Testamentum an. 1396. tom. 9. Spicil. Acher. p. 294.

METVRA, V. *Mettura.*

MEVRTRVM, V. *Morth.*

MEVSINAGIVM. Charta an. 1296. in Tabular. Floriac. *Burgenses de Castellione remanebunt quitti . . . de oblitis quae erant ad omnes consuetudines, videlicet ad IV. denarios, gallinam, corneas quae debebantur ratione dictarum oblitarum, vel de Meusinagio dictarum oblitarum.*

MEXANVM. Otto Morena in Histor. Rerum Laudensium p. 79. *Laudenses ibi in quodam Mexano, quae insula dicitur, praelium cum Placentinis incipientes, etc.* Legendum, *in quodam Mezano*, hoc est, campo inter aquas medio, vt edidit Murator. to. 6. col. 1081. Ital. *Mezzano*, medianus.

MEXICA, fructus species. Statuta Montis Regal. p. 224. *Eendam soluat toto anno, si caperet de alienis formentis, vitibus, vuis, Mexicis, et aliis fructibus.*

† MEXTADARIA, i. q. *Meystadaria*, in Ch. Ms. a. 1406.

† MEYARIA, fructuum seu redituum medietas, i. q. *Meiaria.* Inuent. a. 1361.

† MEYNATGERIVS, pater familias, t. 4. Hist. Nem. Prob. p. 15. V. *Mesnaginm.*

MEYNERIA, MEYNERIVS, V. *Mayneria, Maynerius.*

MEYSSONARE, metere, Gall. *Moissonner.* Charta an. 1497.

MEYSSOS, V. *Meisos.*

MEYSTADARIA, MESTADARIA, praedium rusticum cum mansionibus, Gall. *Metairie.* Obituarium S. Geraldi in Lemouicibus fol. 10.

MEYTADERIA, idem quod *medietaria*, praedium quod a colono partiario colitur. Charta Lemouic. an. 1406.

† MEYTENCVS, mensurae annonariae species, eadem quae *Meitadena*, Gall. ol. *Meytadenc* et *Metainh.* Ch. Ms. a. 1293. V. *Mitadencus* et *Megeria.*

† MEYTERIA, modus agri, i. q. *Meiteriata*, in Ch. Ms. a. 1317.

† MEYTERIVS, mensura annonaria, i. q. *Meiteria*, in Ch. a. 1230. V. *Miterium.*

† MEZACIARIVS, officium monasticum, cui, vt videtur, annonae mensrualis ministrandae ex praediis rusticis cura demandata. Ch. Ms. S. Martial. Lemouic. V. mox

† MEZADA, quod ad mensam per mensem suppeditatur, t. 6. Gall. Christ. Instr. p. 92. V. *Mezagium.*

MEYTERIATA, MEYTERIVM, V. *Meiteria* et *Meiteriata.*

MEZADRA, MEZADRIA, vt *Meystadaria*, praedium rusticum, Ital. *Mezzado*, Gall. *Metairie.* Memoriale Potest. Regiens. ad ann. 1280. apud Murator. to. 8 col. 1147. *Mezadriis*, in Chronico Regiensi apud eumdem Murator. tom. 17. col. 10.

† MEZADRVS, colonus partiarius, Gall. *Métaïer*, in Stat. castri Redaldi. V. *Mezaiolus.*

MEZAGIVM, annona, aut cibus ad vnum mensem. Tabular. S. Martialis in Lemouic. apud Stephanot. to. 2. Fragm. Hist. *Haec sunt Mezagia*

quas debent facere Priores S. Martialis : XI. Kal. Febr. Praepositus de Roto facit Mezagium. Kal. Febr. Praepositus de Roserio facit Mezagium. Kal. Martii Praepositus de Quadris facit Mezagium. V. *Mesaticum.*

MEZAIOLVS, colonus, villicus, Italis *Mezzhivolo.* Vita B. Augustini Nouelli to. 4. SS. Maii p. 621.

† MEZALANA, pannus, partim e lana, partim e lino confectus, Ital. *Mezzalana*, ap. Murat. t. 2. Antiq. p. 424.

† MEZALHETA, dimin. a *Mezalha*, obolus seu mallia, parua lamina. Form. Mſ. Cod. 7657. V. *Mesailha.*

† MEZALIS, partiarius, particeps, in Cod. Reg. sign. 4189.

† MEZALLA, obolus seu mallia, quae est 24. pars solidi, t. 2. Hist. Occit. Prob. p. 478. V. *Mesallia.*

MEZANELLA, vox Italica, diminut. vt videtur a *Mezzana.* Annal. Mediol. apud Murator. to. 16. col. 812. *Talieria XXIV. alba argenti Mezanella signata in fundo.*

MEZANINVS. (1) *Mezaninorum moneta*, f. debilis, ab Ital. *Mezzano*, medius, mediocris. Contin. Chron. Andr. Danduli apud Murator. to. 12. col. 419. *Item hoc tempore* (an. 1346) *idem dominus Dux monetam Mezaninorum de nouo fieri iussit, fecitque statuitiones, quod soldini amplius non fabricarentur.* V. *Mezninus.* (2) † Medius, intermedius, t. 3. Cod. Ital. dipl. p. 220.

MEZANNVS, medius annus, dimidium anni : vox ibrida a veteri Gallico *Mez*, Medium, et *Annus.* Notae in Catholicon Edit. Ratisponens. ann. 1699.

MEZANVM, vel MEZANVS, V. *Mezanum.*

MEZANVS. (1) Telae mediocris speciei, quasi media inter vtramque. Statuta Montis Regal. p. 277. *Quilibet textor vel textrix capiat tantum pro texitura et orditura, pro qualibet teisa telae subtilis lini, solidos quatuor . . . de Mezanis solidos sex : de minoribus solidos quinque.* (2) † Medius, in Ch. Mſ. a. 1351.

† MEZCA, infundibulum molendini, Germ. der Rumpf, t. 1. Annal. Praemonstr. Prob. p. 643.

MEZCLARI, perturbari, ab Hispan. *Mescla*, mistio, perturbatio. Moretus in Antiquit. Nauarrae lib. 2. p. 496. ex Tabular. Pinnat.

† MEZELHALE, ponderis minoris species, t. 7. Ordin. reg. Fr. p. 307.

† MEZELLADA, mensura agraria minor, in Ch. Mſ. a. 1471. V. *Mezelleria.*

MEZELLARIA, *leprosaria*, Domus leprosorum. Charta an. 1114.

MEZELLORIA, MEZELORIA, vasculum, cadus statutae mensurae. Statuta Montis Regal. pag. 200. c. 49. *Mezelloria*, ibid. p. 309.

MEZELLVS, leprosus, Gallis olim *Mezel.* Statuta Massil. lib. 5. c. 15. V. *Mesclaria* et *Miselli.*

MEZENA. (1) Galuaneus Flamma in Chronico Maiori in Ottone III. *Fecit preconizari, quod nullus ligna venderet, credens, quod Archiepiscopus cibum coquere non posset. Tunc Archiepiscopus liberalior mundi porcorum Mezenas pro lignis habuit, et mirabilem coenam parauit.* Apud Vghellum to. 4. p. 184. Chron. Astense apud Murator. tom. 11. col. 188. *Dictus Guillelmus miserat dicto Guidoni XX. paria boum, cum carris oneratis odorifero vino, farina tritici, Mezenis salatis, etc.* Italis *Mezzena* est succidia, Gallis *Fleche de lard.* (2) † Species tigni vel materiae, in Correct. Stat. Cadubr.

MEZES, († forte locus palustris.) Charta Guillelmi de Hala ann. 1298. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruerniae p. 531. *Cum censibus, redditibus . . . molendinis, ingressibus et egressibus, aquis, Mezes.*

† MEZETINVS, mensurae salinariae species, in Stat. Cadubr. l. 1.

MEZIBAN. Capitul. I. Caroli M. anno 9. c. 11. et lib. 3. Capitul. c. 49. 50. *De Mezibau, id est, latrone forbannito, vt vnusquisque Comes alio mandet, vt nullus eum recipere audeat.* Latronem, qui *forbannitus fuerit*, recipere etiam vetant Capitula Caroli Cal. tit. 12. c. 6. a Britanni-

co,

Digitized by Google

co, vt videtur, *Mex* vel *Mes*, foras et foris; et *Banni*, pellere.

† MEZIVM, potionis seu cereuisiae genus, Gall. *Miez*, t. 4. Ordin. reg. Fr. p. 641.

MEZRINVS, V. *Miſchinus.*

MEZNINVS, genus monetae Paduanae. Polydorus c. 5. *Gabellam quamdam conſignauerat reddentem annue quater mille libras Mezninorum.* V. *Mezaninus.*

MEZQVINVS, V. *Miſchinus.*

MEZQVITA, templum Mahumetanorum, Gallice *Moſquée.* Donatio Iacobi Reg. Aragon. to. 3. Concil. Hiſpan. p. 497. V. *Meſchita.*

MI, pro *Mihi*, habetur in veteribus Chartis aliquot apud Perardum in Tabul. Burgund. p. 36. 41. 43. etc. niſi forte in MS. vox contracta, seu abbreuiata fuerit, vt paſſim ſolet. Certe etiamnum inferiores Picardi *mi* dicunt pro *moy.*

MICA. (1) Paruulus panis, quaſi *mica panis*, Gallis *une Miche.* Ioan. de Ianua: *Mica etiam ponitur pro pane modico, qui fit in curiis magnatorum, vel in Monaſteriis . . . vnde verſus:*

Chare Phoebe, Mica, dabitur tibi cum ſale Mica.

Catholicon paruum: *Mica, Mie de pain, ou Miche.* Vetus Charta ex Tabulario Eccleſ. S. Laudi Andegau. fol. 82. *Quod autem de iure Theobaudi et domino conſtet donum iſtud Canonicos obtinere, conceſſerunt ei praedictae caritatem Eccleſiae, ſi ipſe poſtulauerit, ſemel in anno, vnam Micam ſcilicet, et iuſtam vini.* MICCA, pro *Mica.* Charta an. 1485. ap. Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 150. MICHA, eadem notione. Charta Anglica apud Spelmannum: *Capient de praedicto Priore pro quolicet waya cirporum 3. albos panes vocatos Michis, et nigrum panem, et alia cibaria. Vna Micha de torta*, in Necrolog. Abbat. S. Petri de Caſis, panis impurior. MICHEA, MICHIA. Liber Ordin. S. Victoris Pariſ. MS. c. 64. *Vnusquisque vnam Micheam et vnam menſuram vini habebit.* Charta Gerardi Comit. Matiſc. an. 1180. *Centum etiam Michias cenſuales, et cuſtodiam viarum et paſcuarum.* MICHIA MAGNA, *biſa, ſala.* Charta an. 53. Henrici III. ex Regeſto *Oſeney* fol. 242. inter Notas Hearnii ad libr. nigr. Scaccarii p. 654. Hic vero *Michia Magna*, vt obſeruat idem Hearnius, non aliud eſt atque *a great manchet*, vel, vt alii forſitan, *a great loaf. Bis* autem apud Gallos idem valet atque *Brown* apud Anglos, vt *biſa Michia* ſit *a brown manchet*, ſiue *a brown loaf.* Hinc facile diſcas *Michiam ſolam* panem plane fuiſſe *biſa* puriorem; et quidem cum *Sala*, aulam ſiue palatium vel curiam denotet, inde colligerem *Michiam ſalam* idem plane eſſe atque *panem aularem* vel *curialem*, qui tamen et ipſe etiam fuerit quam *dominicus* impurior. Hucusque Hearnius. (2) MICA, in Gloſſario Arabico-Lat. *Nugae.* (3) Vox anatomica, nerui cuiusdam nomen. *Per quam* (plagam) *fuit fractus nervus, vocatus de la mica*, in Litt. remiſſ. Mſ. a. 1450.

† MICALE, *vna beſtia ſimile al ſerpente*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

MICALLIA, quidquid cibo et potu abſumitur, Gall. *Mangeaille.* Statuta vetera Breſſiae inter Vſarica Reuellii edit. 1729. part. 1. p. 31. V. *Miniayllia.*

† MICANIA, *la ingeniositz*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

MICARIVS, qui micis viuit, vel eas recolligit. Fragm. Petronii: *Homo praeſciſcini, frugi, et Micarius.*

MICATORIA, in veteri Gloſſar. Lat. Gall. MS. ex Bibl. Thuana *Eſmieure.*

† MICATORIVM, *Eſmioere*, in alio Cod. 7692.

MICATVS, vrſi clamor. Acta S. Ezonis tom. 5. Maii p. 57. *Vncare* tamen vel *ſevire* vrſorum eſſe ſcribit Vgutio. V. *Baulare.*

MICCA, V. *Mica* 1.

MICCIRE. Vgutio: *Miccire hircorum.* V. ſupra *Baulare.*

MICHA, V. *Mica* 1.

MICHAELITAE, MICHALATI, nummi aurei Michaëlis Imperatoris Conſtantinopolitani imagine ſignati. Willelm. Tyrius l. 11. c. 12. *Quaerit quae ſit debiti ſumma: cui reſponſum*

Digitized by Google

sum est, 30 millium Michaëlitarum, quod genus aureorum tunc in publicis commerciis erat celebre, a quodam Imperatore CPolitano qui eam monetam sua fecerat insignem imagine signari. Meminit praeterea *Michaëlitarum* idem Tyrius lib. 13. c. 15. qui in Chron. Casin. l. 3. c. 57. l. 4. c. 4. 17. 46. *Michalati* dicuntur. Cuius Editor, et qui eum sequuti sunt, Vossius, Menagius, et alii haud bene diuinarunt, dum censent ita nuncupatos nummos, quod Michaëlis Archangeli effigiem praeferrent, eosque esse, aut sane iis persimiles quos *Angelos* appellamus. MICHELATI, in Gestis Tancredi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 103. MICHELINI, Bernardus Thesaur. de Acquisit. T. S. c. 121. apud Murator. to. 7. col. 761.

MICHEA, MICHIA, V. *Mica.*

MICHELINVS, V. *Michaelitae.*

† MICHIELLETI, nummi plumbei a Dominico Michiele, duce Venetiarum cusi a. 1123, de quibus consule Dissert. t. 24. Raccolt. D. Ang. Calog. p. 3.

MICHI, pro *Mihi*, in Charta an. 425. Monast. Anglic. to. 1. p. 11. Id, licet notissimum, ex vetustissima Charta obseruare placuit.

† MICHITERIA, *signum victoriae*, in Gloss. ad Doctr. Alex. de Villa Dei.

MICHIVM, f. salina, locus vbi sal conficitur; († vel puteus salinarius, vnde sal hauritur.) Vetus Charta ex Tabulario S. Benigni Diuion. apud Perardum pag. 97. *Vnum bulionem, quem in vadimonio habent in Michio, quod est iuxta fontem de Sals.* Alia ibid. *Quae dedit Canonicis . . . in Michio suo 4. denarios in vnaquaque septimana.*

MICHNI. Leges Forestarum Canuti Regis c. 6. *Habeat enim quilibet primariorum quolibet anno de nostra warda, quam Michni vocant, duos equos, etc.*

MICHOLARI, V. mox *Micolari.*

MICIDIOR. Innocentius Agrimensor de Casis literarum: *Quoniam Micidiores, hoc est, minores, c. inuenies stantes quotquos fines ostendunt.* Videtur legendum *Hemicycliares*, v. p. 257.

MICILVM, V. *Imizilum.*

† MICINA, *vno vase de naue*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

MICOLARI, *fabulari*, Io. de Ianua. Statuta Antiq. Canon. Regul. apud R. Duellium to. 1. Miscell. pag. 89. *Carnalia post Micholentur;* vbi Gloss. i. e. *loquantur.*

MICRI, minores, Μικροί, Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. c. 1.

MICROLOGVS. (1) Lex. Gr. Lat. MS. Reg. Μικρολόγος, ἀφειδολὸς. In Gloss. Lat. Gr. *Scrupulosus.* Io. de Ianua: *Micrologus, qui breuiter loquitur, vel qui magnam rem narrare cupiens, quasi paruam despiciendo narrat: vnde hoc Micrologium, breuiloquium.* S. Columbanus Epist. 4. *Minimus maximo, agrestis vrbano, Micrologus eloquentissimo etc.* (2) Liber in epitomae speciem, *Abregé.* Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 5.

MICROSCOSMVS, a graeco μικρὸς et κόσμος. Geruasii Tilber. Otia Imper. apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsuic. *Et Graecus hominem Microscosmum, hoc est, minorem mundum appellabat.*

† MICSARABA, vas coquinarium, in Inuent. Ms. a. 1300.

† MICTERIATA, modus agri, i. q. *Meyteriata*, a MICLERIVM, mensurae annonariae species. Terrear. Belliioc. V. *Meyteria.*

MICTICVM, *aereum. Mictalis, aereus.* Leg. *aereus.* Papias MS. Bituric.

MICTVALIS, vrinam ciens, a verbo *mingere*, Gall. *Diuretique.* Papias MS. Bituric. *Anethum, herba omnibus cognita, acerrime feruens, Mictualis est.*

MICTVRA. Io. Buschius lib. 1. Chron. Windesemens. c. 28. *Qui tamen in fine vitae suae Mictura sanguinis laborans, in bona pace vitam finiit.* Vox formata a *Mingere.* † Vegetio MINCTVRA.

MICTVRIRE, mingere. Gaspar. Barthii Glossar. apud Ludewig. Reliq. MSS. to. 3. p. 149.

MICVM, pro *Mecum*, apud me. Veteres Formulae Andegau. num. 22.

MIDA,

MIDA, vox Hiſpanica. Statuta Synod. Arnaldi Epiſc. Valent. to. 3. Concil. Hiſpan. p. 579. *Statuimus quod de caetero* (clerici) *non portent de die neque de nocte coſtalarios neque coltellos, vltra Midam in foro conſtitutam, nec etiam alia arma.*

MIDI, menſura ligni. Charta ann. 832. apud Mabill. Diplom. p. 520. *Dabuntur illis aut ancae centum, aut de argento pro eis libra vna ſoluetur: de lignis menſurae quae Midi appellantur, mille centum.* Ludouici Pii Diploma eiusdem an. quo partitione praefatam confirmat ibid. p. 392. *De lignis dentur eis menſurae, quae Midi appellantur, mille centum.* V. *Modulus.*

MIDRA, Papiae, *Auri lamina.*

MIDTHRINA, vox Saxonica, *mid*, cum, *thrina*, ter. Leges Ethelredi Regis apud Wenetyngum editae c. 15. *Et ſi aliquis accuſetur, quod pauerit eum qui pacem Domini noſtri fregeris, ladiet ſe Midthrina 12. i. cum ter 12. qui faciunt 36.*

MIFFIO. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 78. §. 1. *Tunc illa vidua quae in domum patris aut fratris regreſſa eſt, habeat ſibi in ante morgincap et Miffix.* Vbi legendum *et metam* vel *mithium*. V. Legem Longobard. l. 2. tit. 4. §. 4. et ſupra in vocibus *Meta*, et *Methium*.

MIGA, pro *Mica*. Formula 11. ex Baluzianis, de pane.

† MIGAIRIA, fructuum vel redituum medietas, in Ch. Mſ. a. 1206. V. *Meyaria.*

MIGALE, pica. Miſcell. Theodiſca ap. Bernardum Pezium to. 1. Anecd. part. 1. col. 412. *Ophiomachus, ſimilis Migali, bauvigrimmila, pica, agaiſtra.*

† MIGANVM, domus pars, f. vbi panis conficitur, in Act. Inquiſit. Carcaſſ.

† MIGEIRIVS, partitus, dimidiatus, a vet. Gall. *Mige*, medius. Ch. Mſ. a. 1061. V. *Migerius.*

MIGERIA, menſura frumentaria. Inſtrumentum Viſitationis Popleti monaſt. Ord. Ciſterc. in dioeceſi Barchinon. an. 1316. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1348. *Item, erunt tam in monaſterio quam in membris quingentae Migeriae frumenti, et de alio blado quadragintae* (f. quadringentae) *Migeriae.* Eſt et *Migeria* menſura liquidorum, vt colligitur ex Charta ann. 1090. Append. Marcae Hiſp. col. 1185. *Conſensimus praefato Remundo in Perdus, Duran, Boſracol gallina 1. fogaça vna, et Migeria 1. de vino et emina vna de cinada.* MITGERIA, eadem notione, in Charta Guillelmi Iordani Comit. Ceritan an. 1097.

† MIGERIVS, i. q. *Meianus 2*, murus intermedius, t. 5. Ordin. reg. Fr. p. 8. V. *Migeirius.*

MIGMA. (1) *Palea minuta, vel tritura frumento permixta*, in Gloſſ. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. Eadem habet Vgutio, haecque ſubdit: *Vel dicitur commixtura, vel confectura ſaponis, vel vnguenti alicuius ad abluendum.* Papias: *Migma, Hebraeum eſt, id eſt, mixtura, palea minuta, vel tritura frumento permixta.* Gloſſ. MS. ad Alexandrum Iatroſophiſt. lib. 1. Paſſion. *Migma eſt ſquinantum, palea camelorum.* Io. de Ianua et Mamotrectus: *Migma, atis, ordeum cum palea.* Iſa. 30. Vnde *Migma* ex variis granis, puta, vicia, hordeo, auena ſimul permixtis conſtitiſſe colligitur, a Graeco fortean *μίγνυμι*, Miſceo. *Smigmator*, in miraculis B. Stanislai Canon. Regul. n. 49. (2) Medicamentorum et vnguentorum miſtura. Marcellus Empir. in Praefat. *Verſiculis quoque luſimus Migmatum et ſpecierum digeſtione compoſitis.* Hiſt. Suſannae c. 17. *Afferte mihi oleum et Smigmata, etc.* Vetus Editio *Migmata* praefert. Graeca vero *σμήγματα*. Vbi Mamotrectus: *Migmata, confectiones ſaponis, vel vnguenti ad lauandum apti: Migma, ae, ordeum cum palea, vnde faciunt mulieres decoctionem forte ad nitorem faciei. Quidam dicunt Smigma.*

† MIGNONETVS, MIGNOTVS, prae aliis carus, gratiſſimus, Gall. *Mignon.* Ch. Mſ. a. 1440. V. *Minna.*

† MIGRANA. (1) I. q. *Migranea*, t. 2. Febr. p. 636. (2) Granatum, malum punicum, Gall. quibusdam *Migrai-*

Migraine. Leudae maior. Carcaſſ. V. *Milgrana*.

MIGRANEA, hemicrania, morbi in capite ſpecies, *Migraine*. Ditmarus lib. 4.

MIGRARE *in villam alienam*, in Pacto legis Salicae tit. 48. dicuntur ii qui ſine vllo decreto iudicis, auctoritate priuata, migrant, hoc eſt, irruunt in res alienas ac praedia animo poſſidendi. Lemma tituli eſt *de migrantibus*. In lege vero Salica tit. 47. eſt *de eo qui villam alienam occupauerit*. Adde Capitulare 3. an. 819. continens Capitula de Interpretatione Legis Salicae, c. 9. MIGRARE, mori, apud Gregor. Turon. Hiſtor. Franc. col. 72. † Pro transfundere legitur in Act. SS. t. 4. Sept. p. 106.

MIHENIVM, detrimentum, iactura. Chartular. Abbatiae S. Srephani de Vallibus in Xanton. c. 17. † Rectius forte *Mihenius*, partiarius colonus; i. q. *Menadrus*.

MILA. (1) Milliare, Germ. Meile, Gall. *un Mille*. Charta an. 1409. apud Rymer. to. 8. p. 582. (2) † Mendoſe, vt videtur, pro *mola*, agger, t. 1. Cod. Ital. dipl. p. 1349. (3) † Forte pro *Mela* vel *Mella*, meſpilum. Meichelbec. t. 2. Hiſt. Friſing. p. 87. *Cum vno fructetu de genere arboris vnde naſcentur milae*. V. *Mella* 2.

MILAGO, († menſurae ſpecies, vt videtur.) Charta an. 1223. apud Vghellum in Archiepiſc. Cuſentinis to. 9. pag. 291. *Obligauerunt ſe . . . . reddere annuatim pro cenſu . . . lagenas puri et boni olei 5. capientes ſingulas Milagines binas ad iuſtam menſuram Ruſſani*. V. *Migeria*.

MILARIVM, perperam pro *Melarium*, in Lege Salica Edit. Lindenbrogii. V. *Melum*.

MILECIA. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 43. *Praedictusque Albericus habuit ventiones ipſo die ad Mileciam in domo ſua*.

MILENAE SALVTES, V. *Millenae*.

MILES. (1) Apud Scriptores inferioris aetatis, is potiſſimum dicitur, qui Militari cingulo accinctus eſt, quem vulgo *Chevalier* appellant Galli. Fulcherius Carnotenſis l. 2. Hiſt. Hieroſ. c. 31. (vt caeteros omittam) *Milites noſtri erant quingenti, exceptis illis qui militari nomine non gloriabantur, tamen equitantes*. Sed vnde nata haec appellatio, non omnino conſtat: tametſi proximum videtur vero, inde apud Gallos obtinuiſſe, quod qui alicui Principi, ſive in officiis palatinis, ſiue in expeditionibus militaribus, militaret, eius *Miles* eſſe diceretur. V. *Militare*. Qui igitur Principi in quolibet officio, ſeu in qualibet dignitate palatina, ciuili, aut militari deſeruiebat, ei *militare* dicebatur, eiusque eſſe *Miles*: qua ſane notione hanc vocem capiendam cenſuerim in vetuſtioribus Regum Anglo-Saxonum Chartis, quae ſubſcribuntur a variis proceribus, poſt Epiſcopos, Duces, et Comites, cum *Militis* titulo; atque vt liceat coniicere non alios fuiſſe quam Officiales domus auguſtae, qui in aliis *Miniſtri* appellantur: quae quidem *Militis* appellatio in Chartis eorumdem Regum ab anno 806. et deinceps reperitur, vt obſeruat Seldenus de Titulis honorariis part. 2. c. 5. §. 33. Poſtmodum *militia* iſta ciuilis ad militarem vnice profluxit: ita vt qui alicui in bellis *militaret* ac mereret, eius eſſe *Miles* diceretur: maxime vero qui *beneficii* ſeu *feudi* alicuius ratione ſeruitio militari obſtrictus eſſet et obnoxius: vnde *Miles* pro *vaſſallo* vſurpatur paſſim a Scriptoribus. Luithprand. in Legat. *Principes iſti nobiles, et domini mei ſunt Milites*. Idem in Chron. lib. 5. c. 14. *Radmundus Aquitanorum Princeps pro minis mille ſe in Militem dedit, fidemque ei iuramento ſeruaturum affirmauit*. Dudo lib. 3. de Morib. Norman. p. 120. *Ea fide qua conuenantur Senior et Miles*. Charta an. 954. apud Hernetaeum: *Garbertus ſcilicet et Anſerus Miles eius*. Conradus Imp. in Lege Longob. lib. 2. tit. 8. §. 4. *Firmiter ſtatuimus, vt nullus miles Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, Marchionum, Comitum, vel omnium qui beneficium de noſtris publicis bonis aut de Eccleſiarum praediis nunc tenent aut tenuerint, . . . ſine certa et conuicta culpa ſuum beneficium*

Digitized by Google

scium perdat, etc. Ibi non semel. Praedictis addere placet, quod apud omnes fere nationes obtinuit, neminem *Militem* appellatum, nisi qui militarem ordinem reuera consecutus esset. Molinus in Repertorio: *Infanciones nascuntur apud nos, Milites vero fiunt seu creantur: quia sine creatione actuali, seu promotione ad Militiam, nullus potest esse Miles.* Atque hinc est quod ipsi etiam Principes et Duces hunc prae se titulum non ferebant, nisi post consecutam militarem dignitatem; qua semel obtenta, eo potissimum titulo gloriabantur. Vnde Ioannes Dux Britanniae Miles factus, in Charta an. 1266. sese Militem inscribit: *Iohannes Dux Britanniae, Miles, etc.* Haud scio tamen, an eiusmodi vsus obtinuerit ante saeculum 13. quo circiter incunte Militis nomenclatura Nobilibus prae caeteris adscribi coepit: adeo vt *Miles* et *gentil-homo* vnum idemque sonaret, vt obseruat Hadr. Valesius in Notit. Gall. pag. 333. ex Charta an. 1228. quod sibi primum occurrisse monet: *Cum dominus Adam miles diceret, quod aquam dicti rivi* (de Rutello) *debet et potest facere currere per terram suam et in fossatis suis, et in terris ac pratis suis: et hac ratione quia quilibet Gentil homo, habens libera feoda in Comitatu Campaniae, potest et debet, quando vult, absque contradictione facere vinaria, etc. Militum* alii erant primi, alii secundi, vel tertii ordinis. Bruno de Bello Saxonico p. 133. *Similiter pacis oscula dederunt ordinis secundi seu tertii partis vtriusque Milites.* Wippo de Vita Conradi Salici pag. 228. *Quod omnes Episcopi, Duces, et reliqui Principes Milites primi, Milites Gregarii, quin ingenui omnes, si alicuius momenti sunt, Regibus fidem faciant.* Vbi *milites primi*, et *primi ordinis*, sunt Barones ac *Bannereti*, qui educendi vexilla in praeliis ius habebant: alii *Milites secundi* vel *tertii ordinis* et *Gregarii*, sunt ii quos *Chevaliers Bacheliers* dicunt Galli, et qui MILITES SIMPLICES appellantur, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 9. 10. lib. 2. tit. 3. vbi Baronibus opponuntur. Philippus de Pergamo in Carone moralizato: *Aliqui autem ex nobilibus reperiuntur, qui infimum tenent nobilitatis gradum, vt sunt simplices Milites, etc.* Consuetudines Albigenses: *Si inde conicti, aut confessi fuerunt, dabunt singuli 10 libr. si fuerint Barones: si simplices Milites, 100. s.* Vbi *Barones* generatim pro *Bannerets Militibus* accipiuntur. Ita *simplices Milites* dicuntur *Bacellarii* in Charta anni 1274. tom. 5. Hist. Franc. p. 553. *A quolibet simplici Milite 10. sol. etc. Milites minores*, Matthaeo Paris an. 1215. *Milites mediae nobilitatis*, in Gestis Willelmi Nothi p. 207. quia medii sunt inter Barones et scutiferos. At MILES SIMPLEX, apud Aragonenses et Hispanos fere caeteros, dicebatur, inquit Vitalis Oscensis Episcopus, *qui sui scuti, sine vnius scuti vulgariter appellatur, vassallus alicuius praeter Regem, vel Regis filium, vel Comitem ex Regis genere descendentem, vel Praelatum Ecclesiae: vel qui ab alio quam a dictis personis Militari cingulo fuerit redimitus.* MILES VNIVS SCVTI igitur idem qui *Miles simplex*, cui scilicet in expeditiones bellicas eunti non alius Miles vassallus aderat. Charta MS. Petri II. Regis Aragonum ann. 1283. pro libertatibus Cataloniae. MILES MINOR, idem qui *Miles simplex*. Litterae an. 1269. in Tabular. S. Albini Andegau. *Fulco de Torallo minor Miles, etc.* V. supra. MILITES PARVI, id est inferioris ordinis, et qui seruitium Militare integrum non praestabant. Scacarium Anglicanum, apud Seldenum lib. de Titulis honorar. part. 2. c. 5. §. 17. MILITES ABBATES, iidem qui *Aduocati*. V. *Abbas*. Eodem nomine nuncupatos monasteriorum *Campiones*, nescio quo vade, tradit *de la Colombiere* in Theatro honoris p. 37. MILES IN ARMIS, qui militiam armatam profitetur, ad discrimen Militum literatorum, de quibus mox Magnum Chronicon Belgicum an. 1323. MILES CALIGATVS, in Aduersar. Turnebi l. 24. c. 31. a caliga militari vtique

que sic vocatus: sed eo nomine censetur qui promotionem nullam in exercitu habet. † MILES CASATVS, qui *casam*, seu feudum, quod *casamentum* vocatur, possidebat, t. 5. Ordin. reg. Fr. p. 716. MILITES CHRISTI sese inscribebant Templarii, quod potissimum docemur ex sigillo Chartae Gerberti Herac, Citramarinorum Templariorum Procuratoris an. 1190. appenso, apud Perardum Burgundicis p. 263. in quo inscriptum, *Sigillum Militum Christi*. V. Monasticum Anglic. to. 2. p. 997. MILITES COMITATVS, qui et *Milites Parlamenti*, dicuntur apud Anglos duo Milites seu Nobiles viri, qui ab vnoquoque Comitatu ex litteris regiis electi, in rebus quae ad vtilitatem regni spectant, consuluntur. Breue de Sum. ad Parl. apud Th. *Blount* in Nomolex. Angl. MILES PRO CORPORE, corporis Regis stipator, Gallis *Garde du Corps*. Litterae Eduardi IV. Reg. Angl. an. 1474. apud Rymer. to. 11. p. 834. MILITES ECCLESIASTICI, ita appellati aliquot Praebendarii in Ecclesiis Cathedralibus Galliae, maxime in Viennensi, vbi duo sunt, *Militum* nomenclatura, vt auctor est Ioannes *le Lievre* in Antiquit. Viennensib. c. 54. et Lugdunensi, vbi decem. MILITES FEVDATI, apud Simeon. Dunelm. an. 1086. qui feuda Militaria possident, de quibus in voce *Feudum*. MILITES FEVDALES, in Tabulario Vzerchensi apud Iustellum in Hist. Turenensi pag. 33. sunt *Vassalli Feudales*. MILES *Ordinis Gartarii*, *Chevalier de la Jarretiere*, in Charta Henrici Regis Angl. an. 1492. apud Gotofredum in notis ad Carolum VIII. p. 631. Ordo Militaris institutus ab Edwardo III. Reg. Angl. an. 1350. MILITES GAVDENTES, V. *Fratres gaudentes*. MILES GENERALIS FRANCIAE appellatur in Charta an. 1574. apud Rymer. to. 13. p. 437. *Thomas Bohier*: quod ne alicui negotium facessat, monemus has voces inter distinguendas esse, ita vt sic legatur, *Miles*, *Generalis Franciae*: qua postrema nomenclatura donabantur Praefecti aerarii; cuius dignitatis officium aliquando obtinuit praedictus Th. *Bohier*. MILITES GLADII, *qui forma quadam Templariorum omnibus renuntiantes, Christi Militiae se dedentes, professionis signum in forma gladii, quo pro certabant, in suis vestibus praeferebant*. Ita Arnoldus Lubec. lib. 7. c. 9. Vide Andream Fauinum, [illegible] MILES GVETI. Ita Vigilum Praefectum vocant Galli, quod nam hacce fungi dignitate posset, qui non esset *Miles*, seu cingulo accinctus Militari. Arestum Parlamenti 13. Ian. 1457. MILITES HONORARII, Gallis *Chevaliers d' honneur*, qua dignitate donatur Galuanus Dominus *de Bailleul*, in Computo Ioannis *Luissier* pro auxiliis ad liberationem Regis Ioannis impositis an. 1367. V. Hemricurtium de Bellis Leodicensib. c. 41. Hodie apud Gallos hoc nomine indigitantur potissimum qui Reginis adsunt, manumque praebent ad eas deducendas, Gallis *Chevaliers d'honneur de la Reine*. MILITES DE HONORE, qui *beneficia* seu *feuda militaria*, quae *honorum* appellatione donabantur, a Rege tenebant. Liber Niger Scaccarii p. 64. MILES IVSTITIAE, Germanis Gerichtsherr. Ioannes de Ianua: *Miles Iustitiae, potest esse vna dictio composita: et tunc pertinet ad quoddam officium reddendi iustitiam*. MILITES LEGALES, V. *Miles literatus*. MILITES LIMITANEI, dicti, vt auctor est Carolus de Aquino in Lex. milit. qui in ripa per cuneos et auxilia constituti in praesidiis, limitem tuebantur. Horum mentio saepius occurrit in Iure ciuili et praesertim l. fin. de fundis limitrophis. MILITES LINGVARES, V. *Prosecutor*. MILES LITERATVS. Matth. Paris ann. 1251. *Henricus de Bathonia Miles literatus, legum terrae peritissimus, Dn. Regis Iustitiarius et Consiliarius specialis*. Et an. 1252. *Quidam Miles literatus Robertus de la Ito, cui Rex commiserat tutelam Iudaeorum, et sigilli sui, quod Scaccarium eorundem pertinet, etc. Milites* autem isti *literati*, ii sunt, quos Galli

Cheva-

Chevaliers en Loix vocabant, id eſt, qui, cum gente nobiles eſſent, Legum ſtudiis operam impenderant, vt in ſupremis Regum foris ius dicerent: quosque inde *Dominos Legum* appellatos, auctor eſt Ducheſnius in Hiſt. Gandenſi l. 9. c. 3. Charta an. 1302. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 119. *Cariſſimus et fidelis noſter D. Guillelmus de Plaſiano Miles ac Legum Doctor.* Occurrunt iidem *Milites Legum* apud Monſtrelletum 1. vol. pag. 105. 143. Nullum vero in hanc rem antiquius nobis occurrit monumentum, quam Charta Leodegarii Epiſcopi Aptenſ. exarata ante an. 1113. in Chartular. Aptenſi fol. 13. *Et hoc fit ſub ſacramento duorum Militum Legalium.* MILES MERCERIORVM, V. *Mercerius.* MILES MONACHVS, idem qui *Advocatus*, qui et *Abbas Miles* dicebatur. V. *Abbas.* Sententia arbitralis an. 1243. in Tabul. S. Vulmari dioec. Bonon. MILES PER NATVRAM, genere militari ortus, vir nobilis. Fori Leirenae in Luſitania editi a Brandaono tom. 3. Monarch. Luſitan. MILITES PACIS ET FIDEI, V. Innocentium Cironum in Notis ad Decret. Honorii III. PP. p. 50. MILES PLEBEIVS, in Chronico Gothico Luſitanico aera 1200. Vbi *Milites Plebeii* videntur appellari quiuis *Equites*, qui opponebantur peditibus. Fori Leirenae: *Quidquid homo de Leirena in terra Saracenorum lucratus fuerit, det quintam Regi, praeter equos, quos debet accipere Alcaida de Leirena, et facere inde nouos Milites, et dare his, qui perdiderint ſuos.* Infra: *Peon ſi habuerit equum, ſtet miles, ſi vult.* Rurſum: *De pugna quae fuerit in fiada, ſi Miles fuerit victus, det 100 ſolidos: ſi peon, quinque* Hos *Caualleros villanos* vocant Fori Alcaconenſes aerae 1267. MILES DE QVATVOR FAMILIIS, Gallis *Gentilhomme de nom et d'Armes.* Ioannes Longinus in Actis S. Stanislai Epiſcopi Cracou. n. 162. MILITES REGIS, dicebantur Milites qui ex domo Regia, et ex eius peculiari familia erant, ac ſtipendiis honorati. Eiusmodi complures re-

cenſent Chartae veteres. MILES REGIVS, in Charta an. 1337. apud Vghellum tom. 7. p. 616. † MILES SALVATGE, ſilueſtris, hiſtrionis ſpecies. Curia 2. general. Tarrac. Vnde colligitur vocem *ſalvatge* adiectiuam eſſe vocis *militem.* MILES STIPENDIARIVS, is, vt videtur, cui de annua pro alimentis praeſtatione ſub titulo feudali prouiſio fit. Tabular. S. Florentii. V *Feudum ſoldatae.* MILITES STELLAE, *Chevaliers l'Etoile*, Ordo Militaris inſtitutus a Ioanne Reg. Franc. an. 1351. V. *Stella.* MILITES TABVLAE ROTVNDAE, V. *Tabula.* MILITES VAVASSORES, qui tenent de Baronibus terras ſuas, vt *Subvaſſores*, qui tenent de Militibus, in Legib. Malcolmi II. Regis Scotiae c. 8. §. 8. Radulfus de Diceto an. 1040. MILITES VEXILLARII, V. *Bannereti.*

(2) MILES dictus in Italia Poteſtatis primus Aſſeſſor. Statuta Aſtenſ. f. 5. vo.

(3) Dominus alicuius caſtri aut feudi. Chronicon Voſienſe lib. 1. c. 22. *Alter* (Monachus) *ex Militibus de Rupecauardi*, id eſt, ex Dominis, *etc.* Mox: *De cuius parentela exiuit Guill. Ademari Miles de Celon.* Rurſum: *Petrus frater Iterii del Barri Militis caſtelli de Axia.*

(4) Militum ſeu Nobilium Ordo. Appendix ad Chron. Epiſcop. Metenſium tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 663. *Hic* (Theodoricus) *paci et tranquillitati eccleſiarum omniumque ſibi creditorum commoditatibus ea prouiſit diligentia, vt eum Miles, Clerus et populus reuererentur vt dominum, et vt patrem diligerent.*

(5) MILITES, Equites, qui Equo militant, Gall. *Cavaliers.* Gaſp. Barthii Gloſſar. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. p. 23. ex Anonymi Hiſt. Palaeſt. c. 20. *Ordinata denique ſunt haec omnia, Milites tenuerunt plana, et pedites montanea.* Iacobi Aureae Annal. Genuenſ. ad an. 1282. apud Murator. to. 6. col. 578. *Maxime quum Milites et pedites ſemper in Piſis ad ſolidos acciperent.*

Digitized by Google

(6) Haeretici, qui alias *Floriani* et *Carpocratiani*, sic dicti, *quia de Militaribus fuerunt*, inquit Philastrius, vbi plura de eorum opinionibus.

(7) MILITES ROTVNDI, nummi, vulgo *Ridders* dicti, in Legibus Opitalbomicis c. 21. Charta Geraldi Abbatis Angeriacens. an. 1385. in Chartul. eiusd. Monast. p. 459 Consule Menagii Origin. Gall. in voce *Ridde*.

MILETA, anser silvestris. Vita S. Pharaildis virg. num. 13. *Aues quasdam aggregatas repperit, quas alii fues, alii Miletas, vulgus vero gantas nuncupat.* V. *Gantae*.

† MILETVM, MILLETVM, milium, Gall. *Millet*. Ch. Ms. a. 1341. V. *Milhium*.

MILETVNIA. Pactus Legis Salicae tit. 76. Edit. Eccardi p. 137. *Haec lex de Miletunias vel letas sive Romanas in medietatem conuenit obseruare.* Vbi idem Eccardus monet legendum forte *Militaneas*, vt *miletaneus* idem sit qui *militaris*, et hoc loco Militis vxor. V. *Militissa*.

† MILEVS, *fouler de Roy*, in Glossar. Lat. Gall. Cod. 7692.

† MILGRANA, granatum, malum punicum, in Gloss. Prou. Lat. Cod. 7657. V. *Migrana* 2.

† MILHIVM, i. q. *Miletum*, in Inuent. Ms. a. 1476. V. *Millium*.

† MILIACIVS PANIS, ex milio confectus, ap. Murat. t. 21. p. 602.

MILIARENSIS. (1) Vel MILLARENSIS, moneta argentea minutior, quae in Montepessulano cudebatur ab Episc. Magalonensibus. Tabular. Episcopatus Magalonensis an. 1262. Ex quibus verbis et aliis nescio an conficiatur *Miliarenses* istos in Francia cusos, nummos fuisse Hispanicos, (nam ex allatis, in Hispania obtinuisse videntur,) hoc est instar eorum qui in Hispania cudebantur, quae vox etiamnum in Lusitania viget, vbi nummi aurei *Millereis* appellantur, quam vocem corruptam putat Scaliger lib. de Re nummaria p. 55. *Quum*, inquit, *verum nomen fuerit*, Mulay-Rais, *ab Arabe Repe, quisquis is fuit, qui primus eiusdem ponderis et valoris nomisma in illis partibus Hispaniae percussit.* Q... ne videtur spectare Clemens ... ait Christianum nec debere nec... monetam cudere cum titulo ... meti. At cum vox haec proxim... cedat ad Byzantinorum Prin... μιλιαρήσια, minutas perinde ... tas, de quibus egere prae c... Scaliger de Re nummaria, Pe... ad Epiphanium, et alii, Cangius ... in Dissert. de Monetis Byz... longe probabilius videtur hisc... netis inditam appellationem. (2) ... LIARENSIS PORTICVS apud ... piscum, quae millenis columnis in... stentabatur. Ita Salmasius.

MILIARISIVM, numismatis pars XII. complectens folles XXIV. Scholiastes Basilic. to. 6. SS. Maii p. 16. *Nosse oportet ceratium vnum follibus valere duodecim sive Miliarisio dimidio. Valent itaque ceratia duodecim nomisma medio. Nam integrum nomisma continet Miliarisia duodecim sive ceretia 24.* V. Glossar. mediae Graecit. in Μιλιαρίσιον.

MILIARIVM, mille pondo librarum. Vita B. Columbae Reatinae to. 5. Maii p. 392.

MILIARIVS. (1) Milliare. Charta Wifredi Comitis Barcin. an. 888. to. 3. Concil. Hispan. p. 166. (2) Carolus M. Imper. apud Anonymum Salernitanum in Hist. Langobard. parte I. *Vnum est quod quaero, vt* (Arichis Princeps Langobardorum) *armiger meus vnus Miliarius fiat.* Videtur idem qui *Millenarius*, de qua dignitate infra. V. Cuiacium ad l. 1. Feudor. tit. 1.

MILICA, grani species, de qua passim vereres Chartae Italicae. Describitur a Petro Crescentio l. 3. de Agricultura, p. 129. V. *Melica*.

† MILICAMILIVM, idem, in Stat. Placent.

MILICENTVM, vox, vt videtur, corrupta ab Anglico *Milleate* vel *Milleat*, quae ipsum riui alueum, quo aqua molendini continetur significat. Hist. Harcur. to. 4. p. 1928. *Henricus tenet dicta tenementa, et Milicenta de Cantalou, et dicta domina de Rege, et non dat scutagium.*

MILI-

Digitized by Google

MILICIONE, perperam pro *Malitiose*, in Charta Iohannis Reg. Franc. an. 1361. Reg. 90. Tabul. Regii Ch. 608.

MILICVS, V. *Militus*.

† MILIENDA, vestis species, vel pars vestis, in Ch. Mf. a. 1398. V. *Miſele*.

MILIENSES. Chron. Laurishamense pag. 86. vbi de Fratribus Barbatis in Monasteriis:

Nunc quoque Barbati qui ſint, attentius audi:
Sunt ergo laici Milienſibus aſſociati,
Quos riſus populi dedit hoc agnomine fungi, etc.

Vbi *Milienſes* sumuntur pro *Monachis*.

MILIGRISIVS, denarius: vnde ducta vocis origine, mihi incompertum, nisi *Miligriſius* scriptum sit pro *Milguriſus*, vel *Miligriſius* denarium aereum significet, et a colore ita sit nuncupatus. Miracula S. Georgii to. 3. Aprilis pag. 143. *Oblato deinde Miligriſio ſeu denario abire conati, etc.*

MILIMINDRVM, *vulgus vocat, pro eo quod eleuationem mentis inducat; haec herba Hyoſciamus appellatur.* Papias:

MILINAE. Gregor. Turon. lib. 6. c. 14. *Magna igitur eo anno lues in populo fuit, valitudines variae, Mulinae cum puſulis et veſicis, quae multum populum adfecerunt morte.* Apud Fulbertum Carnotensem Ep. 95. vbi Gregorii locus laudatur, scriptum habetur, *Melinae cum puſtulis, etc.* Ducheſnius monet in aliis Codd. legi *malignae*. Alter Codex Antiquiſſimus, quem vidi, *maligni* praefert. † Huetius in Comment. de reb. ad eum pertin. p. 22. exponit *morbos enatos cum varis ſimilibus granorum miſſi.*

MILINOVVLTIS, V. *Melinoporphyrus*.

MILIO, miluus, accipitris species, Gall. *Milan*. Testamentum Oliuerii de Clicio an. 1406. ex Archiuo Castri Blein.

MILITANEA, V. *Miletunia*.

MILITARE. (1) Aliquo officio fungi in curia Principis. Quo sensu πολιτένεσθαι dixit Theophanes. Abbo Floriac. in Canon. c. 51. *Quisquis militiae ſuae cingulo vtitur, dignitatis ſuae Miles adſcribitur.* S. Auguſtin. lib. 5. de Ciuit Dei c. 6. *Ille in officio Comitis Militat.* Idem in Append. Serm. de Diuerſ. 3 qui S. Maximo alias tribuitur: *Non enim de his Militantibus Scriptura loquitur, qui armata militia detinentur, ſed quisque militiae ſuae cingulo vtitur, dignitatis ſuae Miles adſcribitur.* Idem Epist. 54. *In quolibet officio Militanti.* Et Epist. 36. *Militia clericatus.* V. *Miles* 1. (2) Laborando lucrari. Audoënus in Vita S. Eligii tom. 5. Spicileg. Acher. p. 164. *Confluebantque ad enm* (Eligium) *vndique viri religioſi, aduenae quoque et monachi, et quidquid Militare poterat aut eis in eleemoſynam dabat, aut certe captiuorum in pretia diſtrahebat.* (3) Militem facere, creare, baltheo militari accingere. Vita Innocentii VI. PP. p. 116. (4) Iter habere, maxime cum difficile et asperum est. Chron. Mauriniac. apud Ducheſnium Hist. Franc. to. 4. p. 377. (5) Confligere, pugnare. Gasp. Barthii Glossar. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. p. 28. ex Anonymi Hist. Palaest. *Coeperunt noſtri militare in nomine Domini.* Aliis notionibus vide supra.

MILITARIS. (1) Natalium nobilitate insignis. Buschius de Reformat. Monaster. apud Leibnit. to. 2. Script. Brunsuic. p. 911. V. *Miles* 1. (2) Qui in exercitu *militat*, maxime qui in militia aliquam dignitatem habet, in leg. 18. 32. 138. Cod. Th. de Decurion. l. 7. de Frument. vrb. CP. l. 20. 21. de Erogat. milit. Annonae. Alias *Militares*, qui *milites* fuerant, nec amplius militabant: quod obseruatum a Salmasio ad Hist. Aug. p. 300. Glossae Isidori: *Militaris, opinatus, id eſt, vetus miles.* † MILITARES PERSONAE, militiae candidati vel militum familiares et domestici, in Ch. Mf. a. 1270.

† MILITATIO, ad militarem gradum ascensus, in Ch. Mf. a. 1320.

MILITIA. (1) Pro eo, quod quis in dignitatibus consecutus est. Idem lib.

Digitized by Google

lib. 8. c. 39. *Qui multas altercationes cum relicta illius defuncti* (Episcopi) *habuisse probatur, eo quod res quae tempore Badegisili Episcopi Ecclesiae datae fuerant, tanquam proprias retinebat, dicens: Militia haec fuit viri mei.* Lib. 10. c. 19. *Multa enim auri argentique in hujus Episcopi rezesto pondera sunt reperta; quae autem de illa iniquitatis Militia erant, regalibus thesauris sunt inlata.* Charta an. 1302. to. 2. Hist. Dalphin. p. 119. *In remunerationem licet non congruam praedictorum ac pro sua militia, etc.* Cels. D. lib. 31. tit. 1. leg. 22. *Titius in Testamento suo Publio Maevio militiam suam reliquit: sive pecuniam, quaecunque redigi ex venditione potuerit.* Nisi malis cum Carolo de Aquino in Lex. milit. interpretari de stipendio, vel suppellectili militari. (2) Ordo ipse vel dignitas *Militaris*, *Chevalerie.* Vitalis Oscensis Episcopus: *Infancio . . . licet non sit Miles, ius tamen habet accipiendi Militiam, si possibilitas, voluntas, et opportunitas se offerrent.* IN MILITIA APPROBATVS dicebatur, qui semel ac iterum, vel etiam tertio fortitudinis ac dexteritatis suae specimen vel in bellis, vel in ludicris decertationibus ediderat. Galfridus Monemuthensis lib. 7. c. 4. (3) MILITIA, alias *Feudum Militis*, et *feudum loricae: Terra quae militem debet in expeditione*, in Charta Balduini Comitis Flandriae an. 1119. in Tabul. Abb. S. Bertini: *Portio vnius Militis*, apud Lucam Tudensem aera 880. *In Militia tenere*, in Tabul. Maioris Monast. Militare autem domino teneri, qui *Militias* ac feuda possidebant, notissimum est. Dudo l. 3. de Actis Norman. *Richardo infanti manibus suis datis, super sacrosanctas reliquias fidem obsequentis famulatus et Militationis facientes, spsponderunt et vouerunt illi se per omnia esse fideles.* Petrus Diac. lib. 4. Hist. Casin. c. 35. *Curtes quae manifeste Imperii erant, Militias, et castra Imperii.* Geruasius Tilleberiensis MS. lib. 2. de Otiis Imperial. de Henrico II. Imper. *Hic legem instituit apud Teutones, vt militiae more Gallorum et Anglorum, succ[illegible] iure deuoluerentur ad proxi[illegible] agnationis gradus, cum antea [illegible] rent ex Principis gratia.* MIL[illegible] AM REGIS EXERCERE, pr[illegible] litaria seruitia, quae Regi ob[illegible] tias ac feuda debentur, pra[illegible] exhibere. Codex MS. Irminoni[illegible] Sangerm. fol. 16. (4) Titulus [illegible] rarius Militis. Epistola Ludou[illegible] Duracio Regis Neapolitani ad [illegible] uicum Ducem Andegauens[illegible] 1382. *Quod si ita est, decentius [illegible] set tuae Militiae id nobis prius [illegible] ppsisse, etc.* (5) Coetus Militum. Radeuicus Frisingensis de Rebus gestis Friederici I. Imper. lib. 2. cap. 8. apud Murator. tom. 6. col. 791. Ita *Militia Hospitalis Hierosolymitani*, apud Will. Neubrig. l. 4. c. 19. (6) Census vel praestatio pro seruitio militari. Tabularium Burgulense fol. 115. *De hoc feudo debent Canonici 12. denarios de Militia in Natiuitate S. Mariae.* Fol. 116. *In hac terra retinuerunt domini iura sua, scilicet de 10. sol. talliae, 20. den. de 5 solid. cuiusque talliae 10. den. et 12. den. de Militia in Natiuitate S. Mariae.* (7) Equitatus, Gall. *Cavalerie.* Ottoboni Scribae Annal. Genuens. ad ann. 1196. apud eundem Murator. to. 6. col. 376. *At quum videret se eos minime posse de campo et castris expedicare, et nihil proficere posse; imo sui semper victi ac vulnerati recedebant de campo, retraxit se cum militia sua et fortia.* (8) † Militis creatio, in Sent. arbitr. a. 1335. (9) † Feudi militaris caput seu domus praecipua, quoduis dominium, quod a milite possidetur, in Reg. feud. Aquit. (10) † Militis stipendium. Reg. S. Ludou. (11) † Palatii regii officium quoduis, in Ch. Ms. a. 1301.

MILITIALITER, viriliter, strenue, prout Milites decet. Gesta Treuir. Archiep. apud Marten. to. 4. Ampliss. Coll. col. 398.

MILITISSA, militis vxor. In Charta an. 1379. *Ioanna de Bethune Militissa, vxor D. Ioannis de Roya Militis*, apud Duchesnium in Probat. Histor. Bethun. p. 202.

† MILI-

ILITVS, vel MILICVS, f. redi- is qui in *Mileto* penſitatur. Ch. Mſ. ngon. a. 1278. *Quendam redditum nuum - - qui vocatur redditus mi- orum.*

LAIROLA, MILLAROLA, etc. ſupra *Meillerola.*

LARENSIS, V. *Miliarenſis.*

LEARIVM, mille, Gall. *Millier.* harta apud *Madox* Formul. Anglic. 239. *Vnam piſcariam quae reddit num Millearium ſiccarum anguilla- um . . . Et in villa quae Moſae vo- tur tria conceſſi . . . Millearia ſic- orum Allectium.*

† MILLEMORBIA, *vel* MISMOR- BIA, *herba ſicaria, ſtrophularia, caſtrangula; vt quidam volunt, vrtica mortua; eo quod ſolia ſimilia vrticae habeat, non tamen vrentia:* Gloſſ. Med. Simon.

MILLENA, vt *Millearium.* Charta apud eumdem *Madox* ibidem p. 243.

† MILLENAE SALVTES, Gall. *Mille Complimens*, t. 10. Collect. Hiſt. Fr. p. 490. vbi etiam *milenae ſalutes.*

MILLENARII. (1) Papias: *Millenarius, qui mille militibus praeeſt*, Graecis χιλίαρχος. Ita etiam Iſidorus lib. 9. Orig. cap. 3. Victor Vtic. lib. 1. de Perſec. Vandal. (2) Χιλιαςαὶ, Haeretici, qui et *Cerinthiani*, ſic dicti ab eorum auctore Cerintho. *Hi mille annos*, inquit S. Auguſtinus de Haereſ. n. 8. *poſt reſurrectionem in terreno regno Chriſti, ſecundum carnales ventris et libidinis voluptates, futuros fabulantur; vnde etiam Chiliaſtae ſunt appellati.* V. Papiam, Baronium an. 373. num. 14. etc.

† MILLENARIVM, mille, t. 10. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 218. V. *Millearium.*

MILLEPEDA, genus vermis piloſum, multis pedibus innixum; Graec. χιλιοπους. S. Hieronym. lib. 3. in Ruffin. c. 3. *Cur vermiculus, quem vulgus Millepedam vocat, tantum pedum agmine ſcateat.* Adde eumdem lib. 2. contra Iouianum c. 6.

MILLERARIVM, mille, Gallice *Millier*, apud Lobinellum to. 2. Hiſt. Britan. p. 412.

† MILLERIVM, mille, a Gall. *Millier*, in Leud. min. Carcaſſ.

MILLEROLA, V. *Meillerola.*

MILLESIES, pro *Millies.* Tabular. Maſſil.

† MILLETVM, V. *Miletum.*

MILLIARE QVINTVM, Bannileuca. V. *Quinta.* MILLIARIVM, pro *Milliare.* Vetus Inſcriptio Romae: *A Milliario XXXV.* Frontinus in Expoſitione formarum: *Milliarium habet paſſus* M. *ped. V. ſtad. VIII. Miliarii termini*, apud veterem Agrimenſorem. Adde Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 38. V. Deſcriptionem Cangii CP. MILLIARIVS, eadem notione. Charta Willelmi Pictau. Comitis apud Stephanot. to. 3. Fragm. Hiſt. MSS.

MILLIO. (1) Gallis *Million.* Charta an. 1514. apud Rymer. to. 13. p. 409. *Pro dicta ſolutione dictae ſummae vnius Millionis, ſive decem centum millium ſcutorum auri de ſole, etc.* (2) Incerta mihi notione, ſi bene ſcriptum eſt, in Chron. Erfordenſi ad an. 1250. apud Schannat. in Vindem. litter. p. 104. *Sic itaque reddiata Damiata Rex* (Ludouicus IX.) *centum millibus Millionum ſuam redemit captiuitatem.* Certe non idem, quod Gallis *Million* dicitur, ſcilicet decies centena millia librarum; cum ex Ioinuilla, cui fidem habendam exiſtimo, conſtet Ludouicum Regem pro ſua, vel ſuorum libertate recuperanda octingenta tantum millia *Beſantiorum* aureorum Sarracenis ſoluiſſe, quod ad monetam hodiernam reductum, computatur a D. le Blanc pro 3879. 309. lib. 7. ſol. 6. den. Verum ibi legendum puto *centum millibus marcarum.* V. Diſſert. D. Cangii in Ioinuillam.

MILLIVM, MILLVM, pro *Milium*, Gall. *Millet.* Charta an. 1351. ex lib. viridi fol. 53. Scriptura Principis Adelgaſtri to. 3. Concil. Hiſpan. p. 90.

MILLVS, Feſto: *Collare canum venaticorum, factum ex corio, confixumque clauis ferreis eminentibus aduerſus impetus luporum.* Conſule Martinii Lexicon.

Digitized by Google

† MILVIVS, Gall. *Melle*, in Gloss. Lat. Gall. a. 1348. V. *Milio*.

MILVM, vel *Milium*, acumen ossis in brachio quod armo iungitur, apud Constantinum Afric. lib. 2. Pantechn. c. 7.

MILVS. (1) Lex Aleman. tit. 61. §. 4. *Si autem visus* oculus) *foras exierit, et Milus 40. sol. componat.* Vbi Heroldus, *melius Malum*, quasi oculis orbis integer iutelligitur. (2) † Idem f. quod *Militus*. Ch. a. 1119. t. 7. Ordinat. p. 445. *Maioritalem terrae cum milis et nauellis.*

MIMA. Gloss. Arabico-Lat. *Mima, i. minatio bestiarum.* Forte *minia, i. miniatio bestiarum*, a voce *minare*, ducere, *Mener.*

† MIMARE, ludum mimicum agere. Lit. remiss. Ms. a. 1361.

MIMARITIAE, meretricii seu mimici gestus. Pirminius Abbas in Excerpt. de libris Canonicis: *Mimaritias et verba turpia, et amatoria, vel luxuriosa ex ore suo non proferat* (Christianus). V. Glossar. med. Graecit. in Μιμάριον.

MIMATA, vel MIMATVM, f. Nummata, vt coniectat Hearnius *Nummata* autem vel *Nummatum* idem atque nummus siue denarius. Liber Niger Scaccarii: *Quod instum et antiquum pondus primae funturae stagni Cornubiae antiquitus, et nunc et semper solebat esse et debet esse, maius de XXX. Mimatis stagni quam pondus primae funturae Devoniae.*

MIMIA, ludus mimicus. Instrumentum an. 1482.

MIMIJIA. Iter Camerarii Scotici c. 24. *De Sardoribus: . . . accipiunt sibi particulas panni, et scissiones manicarum, et alias Mimisias.* Id est, *Minutias.*

MIMILOGVS, mimus, iaculator. Vguio, et ex eo Ioannes de Ianua: *Mimilogus, qui mimos docet, vel mimis loquens. Inde Mimilogium, i. locutio mimi Vrbicarius mimilogus*, ap. Fulgentium lib. 2. Mythol.

MIMOLOGVS, apud Iul. Firmicum lib. 8. c. 8. et Tyronem in Notis p. 172. Μιμολόγος, apud Hesychium, in Δίκηλον. Papias: *Mimologus, qui mimos docet. Mimographus, qui mimos scribit.*

† MIMITHEMELAE ARS, mis... Lat. *mimus* et Gr. Θυμέλη, ... Aug. p. 122.

MIMVS, musicus, qui instru... musicis canit. Leges Palatinae ... II. Reg. Maioric. to. 3. SS. ... XXVII.

MINA. (1) Fodina, Gall. *Mine.* ... ta Ludouici Imp. data Remis ... Ind. 4. in Tabul. Teruensi. V... *nera.* (2) † Materia quae ... fodina eruitur. Ch. Ms. a. 1... (3) Clandestinum consilium, ... ctio ad aliquem opprimendum, *Menée*, ex *Minare*, ducere, *Conduire une menée.* Chron. Fredeg. c. 98. *Ebruinus quoque magis atque profusius crudeliter Francos opprimebat, donec tandem Ermenfredo Franco minas parat, resque proprias tollere disponit.* (4. Mensura frumentaria. Charta Odonis Episcopi Beluac. an. 1140. *Omnia concesserunt absque vlla retentione, praeter quatuor Minas fumenti, quas accipient annuatim a Monachis pro censu.* Passim. Addo tantum sequentia de mina Anglica ex lib. Ioannis de Westerham Prioris Rossensis, circa an. 1320. sub capite, *Quid mensurae grangii cõtineut. Mensura*, inquit, *ad frumentum, et ad bladum et ad pisa, quae alio nomine Mina vocatur, continet 5. eskippas de duro blado; et istae 4 Minae, cum gata, quae dicitur Gandulfi, faciunt 3. summas; . . . vnde Mina et gata faciunt 3. quarteria. Mina ad grutdum recipiendum continet 7. eskippas. Mina ad brazium continet 3. eskippas de duro blado. Mina ad farinam in pistrino continet largiter 7. eskippas, et debet mensurari sicut sal, et radi.* Haec liber iste apud Spelmannum. (5) † Modus agri, cui seminando *mina* sufficit, Gall. *Mine.* Ch. Ms. a. 1319. V. *Minata.* † *Mina panis*, tantum panis, quantum ex *mina* confici potest, t. 4. Iun. p. 621. (6) † Mensura vinaria, hemina, ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 873. (7) Eadem notione qua μνᾶ apud Graecos. Luithprandi Hist. lib. 5. c. 14. *Raimundus Aquitanorum Prin-*

Digitized by Google

Princeps eum adiit, et pro Minis mille se in Militem dedit fidemque ei iuramento seruaturum affirmauit. Concil. Lucense ann. 569. inter Hispan. to. 2. p. 306. *Et quicumque Archiepiscopus, Episcopus, Abbas claustralis vel Episcopalis, pro dignitate vel ordine, vel aliquo ecclesiastico beneficio Minam daret Regi, sine aliquae aliae personae, ille excommunicatione perpetui anathematis innodatur.* Mihi vero non constat, an eodem sensu, an pro cuso nummo accipienda sit haec vox in Charta an. 1216. to. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 201. *Singulis annis persoluent quinquaginta Minas frumenti de admodiatione, et sex Minas auenae, septem Minas Lingonensis monetae.* (8) V. *Minae.*

MINABILIS, minax. Epistola Iohan. *Troester* apud R. Duellium lib. 1. Miscell. p. 328.

† MINACHIVM, pro *Minagium* 1. Red. Villae nouae Mss.

MINAE, partes murorum pinnatae, quae ad emissionem sagittarum fenestratae sunt. Will. Brito in Vocabulario MS. *Item Minas, altitudines murorum dicimus.* Hac notione vocem vsurpat Fulcherius Carnotensis lib. 3. Hist. Hieros. cap. 17. *Cumque murum Saraceni per quinque dies iam aliquantulum laesissent et Minas desuper de lapidando plures diruissent, etc.*

† MINAECENA. Conc. Aenham. a. 1009. c. 1. *Monachi, minaecenae, canonici et nonnae.* V. *Milienses.*

† MINAGIATOR, qui ius *Minagium* dictum exigit; et qui *mina* metitur. Ch. Ms. a. 1176.

MINAGIVM. (1) Ius, quod competit domino pro mensuratione frumentaria per *minas*. Charta Philippi Augusti Reg. Franc. ann. 1187. *De annona sua quam de labore suo vel de labore animalium suorum habuerit, Minagium reddat.* Charta an. 1224. ex Tabul. S. Arnulfi Crispiac. *Petebant Minagium ab omni genere bladi quod vendebatur in domibus nostris et extra, etc.* (2) TENERE AD MINAGIVM, de colono dici opinatur D. de Lauriere in Gloss. Iur. Gall. qui praedium aliquod tenet sub praestatione ex pacto minarum frumenti. Bellomanerius c. 15. (3) Emporium in quo frumentum distrahitur. Tabular. Latiniac. (4) Est praeterea *Minagium* praestatio quaedam pro vino conducendo, vt videtur, a *Minare*, ducere: nisi sit ius quod domino persoluitur pro mensuratione eiusdem vini. Teloneum MS. Episcopat. Autiss. an. circ. 1290. exaratum: *Omnes tam foranei quam de villa qui addunt* (al. adducunt) *vinum ad portum villae, dolium debet VI. den. quatuor den pro poulenagio et duo den. pro Miragio.* (5) Forte pro *Menagium*, praedium rusticum mansionibus instructum. Tabul. S. Iohannis Angeriac. an. 1297. *Per quam quidem vaucllam itur de Minagio dictae villae versus arbergamentum aus Torsies.*

MINALE, idem quod *Mina* 3. Inscriptio quae extat in Campanili Ecclesiae S. Zenonis Veronae; *An Domi Inc. 1178. . . . quo etiam tempore magna penuria frugum totam paene Italiam angebat, ita vt Veronae Minale milicae 12. milii 18. siliginis 20. frumenti 22. solidis venderetur.*

MINALIS, idem videtur quod *Mansus*. Praeceptum Ludouici II. Reg. Franc. an. 878. Append. Marcae Hispan. col. 800. *Et ipso villare quod ipsi Monachi Edo Trasulphus traxerunt de eremi vastitate, et ipsos Minales ipsi aedificauerunt.*

MINARE. (1) Papias: *Minare, ducere de laco ad locum, promouere.* Ebrardus in Graecismo:

Pastor oues baculo Minat: lupus ore Minatur.

Verbum insolens Latinis auribus, ait Erasmus in capite 3. Actor. tametsi eo vsus Festus, vel sane Paulus eius abbreuiator in *Agere*, et *Agasones*. Victor Vric. lib. 2. *Omnisque illa beatorum turba expellentibus quibusdam Aethiopibus, Minata est foras.* Infra: *A Mauris crudeliter Minabantur.* MINARE VESTIGIVM, Pactus Legis Salicae tit. 40. Editio Eccardi: *Si quis bouem aut caballum, sine quodlibet animal in furto perdiderit, et eiusdem Vestigia sequitur, et id consecutus fuerit vsque in tertia*

Digitized by Google

nocte, *etc.* Cuius articuli titulus est: *De vestigio Minando*, hoc est, inquit idem Eccardus, de persecutione vestigii, quod ducit ad animal amissum. (2) Expellere, eiicere. Iacob. de Vitriaco Hist. Orient. L. 3. apud Marten. to. 3. Anecdot. col. 297. *Omnia autem prostibula, et eos qui tabernas ad potandum frequentabant, . . . ab exercitu Christi . . . Minabat.* (3 Clandestinum consilium in aliquem inire, in Chron. Fredeg. c. 90. V. *Mina* 2. (4) Cuniculos facere, *Miner*, Vox passim hac notione recepta: a *minis* forte, seu fodinis, quod qui in iis operantur vt metalla eruant, fossas subterraneas confi-ciant. Quomodo autem olim eiusmodi cuniculi fierent, docent in primis Albert. Aquensis lib. 2. cap. 36. Guill. Tyrius lib. 3. c. 10. lib. 12. c. 11. (5) † Fodinam aperire, in Ch. Mſ. a. 1211.

MINARIA, fodina, Gall. *Miniere*. Charta anni 1210. apud Stephanot. Antiquitat. Occitan. Bened. MSS. part. 1. pag. 470. *Minarias quoque si quae apertae sunt, et quaecunque aperiendae sunt in alodio S. Martini Villae magnae, etc.* V. infra *Minator* 1.

† MINARIVM, idem, in Ch. Mſ. a. 1251.

MINARIVS (1) A verbo *Minare*, ducere, cui equos ducendi cura demandata. Computus anni 1202. apud D. Bruſſel de Vſu feud. tom. 2. p. CLIX. *Minarii IV. de XXVIII. diebus LIV. ſ. mareſcallus equorum, de XII. diebus XII. ſ.* Et pag. CLXI. *Pro ſex baliſtariis ad equos . . . . XIV. ſ. Pro II. Minariis de eodem termino XXI. ſ.* (2) Fossor cuniculariis, ap. Rigordum ann. 1189. 1190. et Will. Armoricum ann. 1202. Will. Brito, lib. 2.

. . . . *Sub eisque ſecare Minarius inſtat, etc.*

MINORS, eadem notione, apud Fulcher. Carnot. lib. 2. cap. 39. *Mineors* apud Willharduinum num. 186. V. ibi Gloſſ. (3) † MINARIVS, MINERIVS, ductor gregis, t. 3. Prob. Hiſt. Occit. p. 171. (4) † Vir cuius vxor moechatur, in Ch. Mſ. a. 1353. V. *Minnarius*, *Nimnarius*. (5) † Idem qui *Nimiator* in Ch. Mſ. a. 1115.

MINATA, modus agri, quantum ſationem vnius *minae* ſufficit. C ta anni 1205. in Tabular. Com *Si contigerit praedictas XII. Mi ſaepe dicti nemoris ad terram lem redire, decimam in iisdem XII natis monachi percipient.*

MINATOR. (1) Foſſor cu larius, Gall. *Mineur*. Charta 1220. to. 1. Hiſt. Dalphin. pag. *Minator Regis caſtrorum et fort ciorum*, in Memorial. ann. 1364. Camer. Comput. Pariſ. fol. 66. V. *Minare*. (2) S. Eligius Nouiom. Epiſc. Homil. 14. *Qui erat ſcurra, id eſt, Minator: turpia ſectans, et rimmunda loquens, corrigat ſeipſum et deſinat eſſe, quod fuit: diſcat bonum loqui, qui potius vana et turpia loquendo, tam ſe quam auditores ſuos maculabat.* Legendum videtur *minator*, niſi hac voce intelligantur *Virſorum circumductores*, qui inter ſcurras et turpia ioca ſectantes recenſentur apud Hincmarum. V. in hac voce. Aut forte idem eſt, qui antiquis *minax*, vulgo *aretalogus* dicitur, placita videlicet loquens ad ſui oſtentationem et aliorum oblectationem; quem inter ſcurras recenſet Salmaſius ad Vopiſc. cap. 42. (3) Ductor, qui *minat*, ducit. Charta Vicariae Monaſtipoſſul. anni 1103.

† MINATORIVS, minax, Ital. *Minatorio*, in Stat. crim. Laonae.

MINCIVS, *ericius*. Gloſſ. Iſidori: vbi Graecius, ſic et Papias et Conſtantienſis. Puto tamen legendum: *Erinacius*, *ericius*.

MINEATA, in Tabular. Andegau. pro *Minata*, V. in hac voce.

MINEGANCIA, ius quod domino *fundi*, ex minis ſeu fodinis competit, a *Mina* et *Ganancia*, Hiſpanis, Lucrum, reditus. Charta ann. 1082. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 515.

MINELLVS. (1) Menſura frumentaria, diminut. a *Mina*, Gall. *Minel*. Charta Senonenſis anni 1264. in M. Paſtorali Eccleſ. Pariſ. lib. 7. Ch 55. *Et valet tres Minellos ordei ad praedictam*

Digitized by Google

Aream mensuram. Occurrit non semel in Tabular. Fossatensi. (2) † Idem quod *Minagium 1.* in Ch. Mf. a. 1318. V. *Mineria 3.*

MINERA. (1) Fodina, Gall. *Miniere.* Ioan. de Ianua: *Mineralia, id est, corpora in venis terrae generata, vt plumbum, vel aliud metallum.* Ioh. de Garlandia in Synonymis Chymicis: *Minera, id est, vena.* Idem lib. de Mineralibus cap. 5. *Ratio in viuo argento: sicias quod ipsum est frigidum et humidum, et Deus ex eo creauit omnes Mineras.* MINERALE, eodem significatu, in Concil. Limano ann. 1582. inter Hispanos to. 4 pag. 244. MINERVM. Monasticum Anglic. to. 3. p. 92. (2) Pro *Mina*, seu cuniculo, vsurpatur a Nicolao Vptono lib. 1. de militari officio cap. 3.

MINERALE, V. *Minera 1.*

MINERE. (1) Pro *Imminere.* Charta anni 1428. in Chartular. S. Vandreg. tom. 2. p. 1746. (2) Pro *Minuere.* Hist. MS. Beccensis Monast.

MINERIA. (1) Fodina, Gall. *Miniere.* Charta Lotharii Episc. Leodiens. ann. 1192. apud Miraeum, to. 1. p. 720. (2) Cuniculus, Gall. *Mine.* Genealogia Comitum Flandriae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 405. (3) † Idem quod *Minellus 2.* in Inuent. Chart. reg. an. 1482.

† MINERIVM. i. q. *Mineria 1.* in Ch. Mf. a. 1269.

MINERIVS, V. *Minarius 3.*

MINERVA. *Mulieres in tela sua Mineruam nominare*, Maleficii aut superstitionis species, apud Pirminium in Excerptis de sacris libris Canonicis, to. 4. Analect. Mabill. p. 586.

MINERVALICIVM, συγγραφικόν: *Commendaticium.* Supplem. Antiquarii.

MINERVM, V. supra *Minera.*

MINESTRALLVS, V. *Ministelli.*

MINETA. (1) Pro *Moneta* seu officina monetalis. Litterae Eduardi IV. Regis Angl. anni 1472. apud Rymer. to. 11. p. 735. Adde to. 12. p. 8. et 10. (2) Modus agri, idem qui *Minata.* V. in hac voce Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 114.

MINEVS, miniatus, Papiae: *Rubicundus.* Sermo Anonymi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1684.

† MINETVS, mensura annonaria, i. q. *Minellus*, in Ch. Mf. a. 1323.

MINGELLIA, MINIALIA, V. *Miniayllia.*

MINIARE. (1) Quasi *minio* describere, *Relever en vermeillon.* Io. de Ianua: *Miniare, minio praeparare, vel scribere minio.* Rodericus Tolet. l. 8. de Rebus Hispanic. c. 4. *Id in ipso operabatur benignitas, vt prae excellentia videretur aequalitas, sapientiae grauitate conspersa: sic omnia Miniabat, vt his fieret eius curialitas in suspicium, et stenuitas in exemplum.* MINIOGRAFARE, ap. Io. de Ianua. (2) Charta anni 950. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 76. *Ego in Dei nomine Rostagnus, G. D. Episcopus, cogitaui de Dei misericordia, vel abluenda peccata, vt pius Dominus de peccatis meis Miniare dignetur.* Haec corrupta aut male exscripta suspicor, neque enim alia videntur ab iis qui ibidem occurrunt col. 74. et 77. *Vt mihi Dominus vestiam donare dignetur.*

MINIATOR. (1) *Qui minio scribit, vel praeparat minium; Miniographus, qui minio scribit; Miniographia, scriptura cum minio facta.* Ita Ioan. de Ianua. *Miniculator*, Vlpiano. V. quae de *miniata* scriptura docuit Mabillonius Diplom. lib. 1. cap. 10. (2) Pro *Minator*, fossor cunicularius, in Memor. Camer. Comput. Paris. ann. 1369. fol. 96. V. supra *Minare 3.*

MINIAYLLIA, expensae pro incarcerati hominis victu et potu, a Gall. *Mangeaille.* Computus anni 1318. V. supra *Meniayllia.* MINGELLIA, eadem notione, Charta anni 1302. t. 2. Histor. Dalphin. p. 98. MINIALIA, MINIALLIA, eod. significatu, in Charta ann. 1304. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 120.

MINICVLATOR, V. *Miniator 1.*

MINICVLVM, *Auxilium*, Gloss. Isid. frequentioris vsus compositum, *adminiculum.*

MINICVS, *ericius.* Gaed. Gloss. Isid. V. supra *Mincius.*

Digitized by Google

MINIERA, fodina, a Gall. *Miniere.* Frequenter occurrit in veteribus Instrumentis. V. *Minera.*

MINIGVNGA, admonitio, ex Saxonico *minegung*, quod idem sonat. V. Leges Adelstani apud Thundreffeldam editas cap. 7. apud Bromptonem.

MINIHI, MINIHIVM, asylum, locus profugii certisque priuilegiis donatus. Vox Armorica. Charta a. 1202. in Tabular. Abbat. Belli-portus. *Alanus D. de Goëlou Henrici Comitis filius, dedi Abbatiae Belli-portus terram, anserum et insulam S. Kionis quae vocatur Guernencz, quantum mare permittit desiccari circa praefatam insulam, vt sit Minihi.* Statuta Eccles. Trecor. an. 1334. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1116. *Item, quia nonnulli malenoli inuidi et aemuli franchisias, immunitates et libertates Minihii seu asyli B. Tudguali infringunt; tallias collectat, et alia onera hominibus et vasallis dicti Minihii imponunt, terram dictam Minihii pillant. etc.*

MINIMATA, & pro *Manimata*, corbis ansata, a Gall. *Manne, manequin.* Annal. Episc. Siluanect. Caroli *Iaulnay* pag. 414. *Et quicunque praefatam domum, vineam, et torcular, et hospitem tenuerit, ipso die anniuersario canonicis viginti solidos, vicariis quatuor solidos, et duodecim Minimatas pannis* (leg. *panis*) *ad erogandum pauperibus annuatim persoluat.*

MINIMELLVS, digitus auricularis. Vita S. Walrici tom. 1. Aprilis pag. 18.

MINIMI, viri religiosi, Gallis *Minimes*; sic ab institutore suo S. Francisco de Paula nuncupati, vt humilitatem inprimis sectari memores sese omnium minimos existimarent. Hi a Sixto IV. PP. an. 1439. sunt confirmati.

MINIMISSIMVS. Libellus precum Marcellini et Faustini, p. 87. *Nesciens quod Christi Dei gratia etiam Miuimissimis seruulis eius ministretur.* Occurrit etiam in Edicto Luithprandi Regis.

MINIOGRAFARE, MINIOPHVS, V. supra *Miniare 1.* *niator 1.*

MINISTELLI, dicti praesertim rae, mimi, ioculatores, quos num Galli *Menestreux* vel *Ministers* appellant, quod minoribus lae ministris accenserentur: enim viri doctissimi ad Tacitum tentiam probauerim, qui a *Menestere* Pantomimo, cuius Tacitum meminit Dio lib. 1. lis nuncupatos censuit. Lamb Ardensis: *O garcionum et Ministellum, immo adulatorum iniusta tio!* Alberico ann. 1237. *Ministellorum* vox idem sonat: *Illi qui dicuntur Ministelli in spectaculo vanitatis, multa ibi fecerunt, sicut ille qui in equo super chordam in aëre saltauit.* MENESTRALLI, apud Fletam lib. 2. cap 23. cap. 71. §. 2. MINESTRALLI, in Litteris Eduardi IV. Regis Angl. anni 1439. apud Rymer. to. 11. pag. 642. MENESTREGS, in Concilio Massil. anni 1381. MINSTRELLI, apud Th. Blount, in Nomolex. ex Charta Eduardi IV. Regis Angl. Porro *ministellorum* voce intelligebantur cum scurrae et mimi omnes, tum qui buccinas inflare, aut musica instrumenta pulsare, solebant. In Computo Hospitii Regis anni 1317. et 1319. *le Menestrier* refertur inter alios officiarios. In alio Ducis Normanniae et Aquitaniae ann. 1348. sub titulo *de Menestreux*, recensentur *ceux qui jouent des naquaires, du demycanon, du cornet, guiterne Latine, de la flaste Bebaigne, de la trompette, de la guiterne Moresche, et de la vielle.* REX MINISTELLORVM, supremus inter *Ministellos*; de cuius munere, ac potestate in caeteros *Ministellos*, agit Charta Henrici IV. Regis Angliae Gallica in Monast. Anglicano to. 1. p. 355.

MINISTER. (1) Pro *Ministellus*, ioculator. Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratae Tolos. (2) Diaconus. S. Cyprianus Epist. 65. *Diaconos autem post ascensum Domini in caelos Apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui et Ecclesiae Ministros.* Adde Epist. 66.

Digitized by Google

66. Lactantius lib. de Mortib. perſecutor. num. 15. *Comprehenſi Presbyteri et Miniſtri, et ſine vlla probatione ad confeſſionem damnati.* MINISTRI, ſic nude interdum ſubſcribunt Epiſcopi, ſuppreſſo quouis alio titulo: *Iuo D. G. Carnotenſis Eccleſiae Miniſter*, Epiſtola 74. Frequentius vero cum adiectiuo *humiles*, vt videre eſt apud eumdem Iuonem paſſim et Stephanum Tornac. Ep. 227. 282. Epiſcopos hac in re imitati etiam Abbates. Liber niger Scaccarii p. 62. MINISTRI ALTARIS, ſacerdotes. Capitulare Aquisgr. anni 789. num. 70. MINISTER CAPELLAE, qui palatinae ſeu Regis capellae praeerat. Epiſtol. Hadrian. PP. ad Carol. M. ſaeculo Bened. IV. part. 1. pag. 98. MINISTRI ECCLESIAE, inferioris ordinis Clerici, in Lege Bajwar. tit. 8. MINISTRI EPISCOPORVM, archipresbyteri et Archidiaconi. Capitular. lib. 7. §. 232. MINISTRI EPISCOPORVM, appellantur etiam iudices, qui ſub Epiſcopo ius dicunt. Capitulare Caroli C. ann. 853. §. 9. (3) MINISTRI PALATII, aulae regiae officiales, *Officiers de la maiſon, du Roy.* Epiſtola Epiſcoporum Franciae ad Ludouicum Regem, ann. 858. cap. 12. MINISTRI PALATINI, in Vita Ludouici Pii ann. 837. Apud Agobardum Matfredus Procer Palatii, *Miniſter Imperatoris et Palatii* appellatur in Epiſtola ad eundem. MINISTRI, in aula Regum Saxonum, eorum Diplomata ſubſcribunt poſt Epiſcopos, Abbates et Duces, apud Ingulfum pag. 882. 883. 884. 885. in Addit. ad Matth. Pariſ. p. 157. Qui quidem *Miniſtri* iidem ſunt qui Saxonice *Thegens*, in Diplomatibus vero *Thaini* et *Taini*, quae voces *miniſtros* et *ſeruientes* ſonant. Ita qui hac nomenclatura Regum Anglo Saxonum Chartas ſubſcribunt, erant praecipui aulae regiae miniſtri, vt Camerarii, Seneſcalli, Venatores, Accipitrarii etc. MINISTRI PROVINCIALES. Telemonius apud Leibnit. to. 2. ſcriptor. Brunsuic. pag. 95. *Illic enim mercenarios ſuos pedites, quae latino ſermone Proninciales Miniſtros, vulgari vero Landsknechs appellant, aduerſum ciuitatem Brunsuiciam collocauit.* MINISTRI REIPVBLICAE, comites, iudices villici regii, et alii huiusmodi. Ita vſurpant Capitul. Carol. C. tit. 8. cap. 5. tit. 11. cap. 9. tit. 13. cap. 6. tit. 23 cap. 12. 14. MINISTRI, minores Officiales. *Miniſtri Regis*, in Capitular. Lotharii Imperat. tit. 5. §. 37. *Miniſtri publici*, in iisdem Capitul. tit. 3. §. 29. *Miniſtri Ducum*, in L. 3. Cod. Theod. ad leg. Iul. repetund. *Miniſtri Comitum, Miſſorum etc.* in Capitul Caroli C. tit. 32. c. 16. qui alias *Miniſteriales*. MINISTRI, iudices ſub dominis ſuis ius dicentes. Notitia anni 1015. ap. Loibellum in Bellouaco: *Dans ei medietatem Vicecomitatus, et dimidias leges de forenſibus hominibus, ita vt Miniſter Epiſcopi et Miniſter Comitis iuſtificent reos, et leges aequaliter diuidant.* V. ſupra. † MINISTER PARTITIONIS, praepoſiturae ſeruiens, ſeu apparitor. Ch. Mſ. a. 1233. (5) Idem qui *Miniſterialis*, apud Germanos, de qua voce infra. Miracula S. Quirini Mart. lib. 2. Num. 23. *Notus Miles Diesmaro nomen erat, nobilis Friſingae Miniſter, etc.* (6) MINISTRI GENERALES, ordinis S. Franciſci, quorum officium ac dignitas *Miniſteriatus* dicitur in Bulla Clementis VI. PP. apud Waddingum ann. 1343. num. 5. (7) † Artifex, Gall. *Artiſan*. Ch. Mſ. a. 1209. V. *Miniſterium*. MINISTER SANGVINIS, carnifex, in Stat. Mſ. eccleſ. Tull.

MINISTERALE, apparatus ad miſſam. Acta S. Saluii Epiſc. to. 5. Iunii p. 99. *Habebat autem S. Saluius Miniſterale aureum, eccleſiaſticum, veſtimenta ex auro et gemmis ornata.*

† MINISTERALLVS, i. q. *Miniſterialis*, inter officiales regum Siciliae cenſetur, in Itiner. Phil. Pulcri.

MINISTERIALES DOMINICI, qui alias *Miniſtri*, famuli honorarii, in Notitia Imperii, ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Caſtrenſis. V. Panricol. lib. 1. cap. 91. *Miniſteriales et Pedagogiani* in L. 5. Cod. Th. de diuerſ. Offic. *Miniſteriales Imperatorum*, apud vete-

veterem Agrimensorem, pag. 330. Capit. Caroli M. de Villis §. 41. *Et stabula atque coquinae, et pistrina, seu torcularia, studiose praeparata fiant, quatenus ibidem condigne Ministeriales nostri officia eorum bene inside peragere possint.* Regula consueta Toribii Archiep. Limae, tom. 4. Conc. Hisp. p. 6[illegible]5. *Poterunt tamen in choro esse laici, qui sunt cantores, vel alioquin Ministeriales.* MINISTERIALIS, in Pacto Legis Salicae tit. II. §. 6. pro quouis famulo domestico. Glossae Isonis Magistri ad 2. Prudentii contra Symmachum: *Alumnos, nutritios, Ministeriales, famulos.* MINISTERIALES, Minores officiales Regum, Ducum, Comitum, et dominorum feudalium, qui dominorum subditis ius dicunt, eorum iura procurant, census et reditus exigunt, villici seu villarum praefecti: Ita enim passim indigitantur in veteribus Tabulis. Charta priuilegiorum concessorum Hispanis a Ludouico Pio: *Alius vero census ab eis neque a Comite, nequea iuniorihus et Ministerialibus eius exigatur.* Hincmarus de Ordine Palatii cap. 12. *Tales etiam Comites et sub se iudices constituere debet, qui auaritiam oderint, et iustitiam diligant, et sub hac conditione administrationem suam peragant, et sub se huiusmodi Ministeriales subsstituant.* V. in *Praepositi.* MINISTERIALES, in Monasteriis, qui praecipuas praeposituras exercent. Adalardus in Statutis antiquis Corbeiensis Monast. lib. 1. c. 5. MINISTRALES, iidem qui *Ministeriales.* Charta ann. 805. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 746. *Una cum Ministrale nostro Ioanne et infantes suos.* MINISTRALLI, eadem notione. Chartular. Prioratus de Domina in Delphin. fol 99. MYSTERIALES, apud Ludewig. to. 4. Reliqu. MSS p. 411. MISTRALES, contractus, in Statutis Delphinalibus p. 12. in Chartis ann. 1195. et 1196. apud Guichenonum in Probat. Hist. Sabaudicae, p. 45. 46. vulgo *Mistrals*, in Antiquitatibus Viennensibus Ioannis le Lievre p. 414. Vt autem *Mistralium* Delphinalium plenior atque dilucidior habeatur [illegible] horum duplicem ordinem disti[illegible] endum existimamus; neque [illegible] omnium, quibus id nomen co[illegible] ne erat, eadem fuit dignitas, [illegible] officium, eaedem praerogatiuae. *Strales* itaque in maiores et mi[illegible] distinguimus: maiores vrbium [illegible] fecturam exercebant, cum omn[illegible] da iuris dicendi potestate, vt [illegible] nae Allobrogum, vbi duo [illegible] *Mistrales*, vnus pro Comite [illegible] nensi, alter pro Archiepiscopo. [illegible] e Canonicorum numero electus [illegible] bis Praefecti fungebatur officio, atque cum suprema auctoritate subditis Archiepiscopo ciuibus ius dicebat. De vtriusque *Mistralis* officio et potestate plurima occurrunt notatu digna in Inquisit. pro iurisdictione Comitum etc. an. 1276. to. 1. Hist. Dalphin. pag. 23. Alii *Mistrales*, quos minores appello mulctas et pecuniarias poenas imponere, fideiussores exigere, Leges et Statuta locorum asserere, poterant. Pacta et conuentiones ann. 1291. ibid. pag. 137. *Item extitit conuentum et ordinatum . . . . quod vterque de dictis Mistralibus possit banna, multas imponere, ambo insimul leuare ad opus dictorum dominorum, et fideiussores vterque recipere, et communiter laudimia et venditiones ambo insimul recipere.* Ius tamen dixisse nusquam videntur, sed curiae iudicata executioni tantum mandasse. ibid. pag. 136. MISTRALIA, in Chartis mox laudatis et in aliis passim, pro Officium, iurisdictio et districtus *mistralis.* Verum non in Delphinatu tantum, sed et in Prouincia nota et vsurpata fuit haec vox, vt colligitur ex Charta Godefredi Comit. Prouinciae XI. saec. apud D. Chanteloup, in Histor. Mont. Maior. vbi MISTRALIA nude pro iustitia accipitur: *Denique in villa, quam rustica lingua nominat Pertusum tenebamus Mistraliam et portum et Mercatum et districtum.* Neque alio sensu accipienda videtur. MINISTRALIA. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 18. MENESTRALIA, eadem notione. Charta apud Ste-

Digitized by Google

Stephanotium part. 1. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. p. 389. MINISTERIALES etiam dicti maiores aulae, seu Palatii Regii Officiales. Capitul. de Villis Caroli M. num. 16. *Volumus, vt quicquid nos aut Regina nostra uicuique iudici ordinauerimus, aut Ministeriales nostri fiscalcus et Buticularius de verbo nostro aut Reginae ipsius iudicibus ordinauerint, etc.* Eodem nomine donatos maiores aulae Comitis Flandriae Officiales, vt Camerarium, Senescallum, Dapiferum, Pincernam, obseruat Miraeus ex Charta Philippi Alsatii ann. 1165. to. 1. Diplom. Belgic. pag. 705. MISTRALIS, officium monasticum, idem videtur qui Praepositus. Charta ann. 1373. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 485. MINISTERIALES, apud Alamannos seu Germanos varie appellantur: nam in Speculo Saxonico lib. 1. art. 16. §. 2. art. 38. §. 2. art. 52. §. 1. lib. 3. art. 42. §. 2. 3. art. 74. §. 2. art. 80. §. 2. seruis vel certe hominibus obnoxiae conditionis accensentur, adeo, vt Liberis semper opponantur, et dicantur libertate donari, et permutari a dominis. Ita *Ministeriales* appellati, quod dominorum ministeria exequerentur; seu officia ab iis iuncta, quod *Liberi* non faciebant. Serrarius in Notis ad Vitam Godefridi Comitis Campebergensis *Ministeriales* in Westphalia ait triplicis esse generis: 1. qui corpore, iumentisque suis domino alicui seruiunt, et vocari *praedia integra*: 2. qui solo corpore, dictos *Rotter*: 3. qui tabellarios agunt, *Briefgsitter*. Eorum *ministerium* seu iuge obsequium erga dominos testatur Constitutio Caroli Crassi Imperator. de Expeditione Romana, an. 881. §. 5. *Similiter de Ecclesiarum filiis vel domesticis, id est Ministerialibus, vel quorumcunque Principum clientela, qui quotidie ad seruiendum parati esse debent, statuimus, etc.* MINISTERIALIS SERVVS, in Lege Burgund. tit. 10. §. 1. qui ministri loco domino est. MINISTRALIS FVNDI, villicus, ni fallor, seu *Maior*. Hugo Flauiniac. in Chronico p. 245. *Et cum calumniaretur praedictus Hugo, iudicio dato, duos legitimos homines produximus praedicti fundi seruum, qui pariter datus est, et Ministralem eiusdem fundi nostri, qui interfuit, etc.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu, Ch. 174. *Sciendum quoque quia in praedicto manso Domni Pontii, Humbertus Ferrolus Mestraliam habebat*, etc. MINISTERIALIS, artifex, qui alicuius est *ministerii*, in Priuilegiis concessis a Philippo Augusto Textoribus Stampens. a. 1204. apud D. Fleureau Hist. Blesens. cap. 29. p. 133. MINISTRARIVS, i. q. *Ministerialis*. Petrus de Andlo lib 2. cap. 12. *Post Baronum ordinem Valuassores, id est, minores Capitanei, qui et proceres siue Ministrarii dicuntur, locum sibi vindicant, simplicem Militiam transcendentes.* Ad eiusmodi exercenda obsequia concedebantur a dominis feudalibus praedia, quae MINISTERIA appellabant. Ch. Otton. Ill. Imp. a. 999. ap. Wilh. Hedam. MINISTERIALIA BONA, quae iure *ministeriali* tenentur, ap. Eccard. de Orig. dom. Saxon. p. 59. MINISTERIALIS LIBER, idem, qui *Officialis*, de quo infra. Synodus Celichytensis ann. 816. c. 2.

MINISTERIALITAS, (1) Ius *redecimam* seu decimam partem decimae percipiendi. Vetus Charta apud Perardum in Burgund. *In Gie quoque erat suus Ministralis, qui decimarum redecimam capiebat, ipsamque Ministerialitatem totam liberam dedit, vt Canonici ad velle suum Decimatorem ponerent.* V. supra *Cario* et *Menagium* 2. (2) *Iure Ministerialitatis* tenere, ea conditione scilicet, qua solent *Ministeriales*: vbi obseruandum a iure feudali distingui. Charta ann. 1219. apud Tolnerum Hist. Palat. inter Instrum. p. 61. *Ministeriales autem ipsius Palatini . . . bona quae hactenus a Palatino tenuerant iure Ministerialitatis, in iure feudali ab eo receperunt.* Hoc est, ni fallor, quae ipsi prius ex ministeriis suis ratione salarii percipiebant, eadem sub beneficii, seu feodi titulo eisdem deinde concessa sunt. V. in *Ministerium*.

MINI-

Digitized by Google

MINISTERIALITER, virtute ministerii. Alphonsus de Castro lib. 4. contra Haer. to. 3. Concil. Hisp. pag. 683 V. infra *Ministrabiliter*.

† MINISTERIARCHES, inter ministros princeps, in Act. SS. t. 6. Sept. p. 499.

MINISTERIANI, qui praeerant castris Principum, iidem qui *Castrenses* et *Castrenfiani*, de quibus est titulus in Codice Iustin. lib. 12. et in Cod. Theod. lib. 6. Vocabul. vtriusque iuris : *Ministeriani dicebantur forte a ministrando, quia praeerant castris Principum. Ministeriani, qui in mensa Principis ministrabant.* Pancirolo, lib. 1. Thes. cap. 77.

MINISTERIARIVS, διάκονος, *Minister*. Supplem. Antiquarii.

MINISTERIOLVM, diminut. a *Ministerium*. Diploma Henrici I. Imper. anni 1019. apud Murator. t. 2. part. 2. col. 514.

MINISTERIVM. (1) Abacus, mensa in qua pocula reponuntur. Gloss. Lat. Graec. *Abaci Deficae*, Μηνσέφιον, quod ad abacum stent Ministri. Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobiens. to. 6. Spicileg. Acher. pag. 573. *Comes cum coniuge in sacrario Ecclesiae manssitabat, et mensa in qua sacratissimum Domini corpus absumebatur, Ministerium calciamentorum, seu scatellarum efficiebatur.* Sic etiam appellant *Credentiam*, seu mensulam iuxta altare, in qua reponuntur vasa ad sacrificium idonea, vsus antiqui Ordin. Cistercienf. cap. 22. 53. Interdum pro vasis ipsis. Lampridius in Alexandro Seuero : *Ducentarum librarum argenti pondus Ministerium eius numquam transiit.* MINISTERIVM SACRVM, *Ecclesiasticum*, sacrorum vasorum, donariorum et ornamentorum, atque adeo vestimentorum Ecclesiae congeries et apparatus, quod ad *Dei ministerium* haec omnia consecrata sint, vt ait Iustinian. §. *Sacrae*, Institut. de Rer. diuisione, et Lex *Sancimus*; Cod. de Sacros. Eccles. Victor Vitensis lib. 1. de Persecut. Vandal. Adde Baron. an. 303. etc. (2) MINISTERIVM CANONICVM, quod a Canonibus praescribitur. Capitul. Caroli M. an. 801. num. 33. MINISTERIVM DIVINVM, Missarum solennia et alia quae ad cultum diuinum spectant. Capit. Karlomanni anni 742. num. 2. (3) Districtus seu territorium, intra quod ministeriales et officiales ministeria sua exercebant. Capitulare de Villis cap. 8. *Vt iudices nostri vineas recipiant nostras, quae de eorum sunt Ministerio.* Cap. 9. *Volumus vt vnusquisque iudex in suo Ministerio mansuram . . . tenere habeat, etc.* (4) MINISTERIA, officia maiora et minora, in Imperat. et Regum Palatiis et *magnatum* hospitiis. Charta Will. Ducis Aquitaniae an. 1076. *Non Dapifer, non Praepositus, non Marifcalcus, non seruiens, aut in aliquo Ministerio positus, etc.* V. *Ministerialis*. In Computo Thesauri incip. a. 1. Ian. 1312. sub titul. *Ministeriorum* describuntur *Falconarii, Valleti Falconum, Venatores, Arcuarii, Carpentarii, Furetarii, Auicularii etc.* Fit ibidem mentio *Clericorum Ministeriorum*, in quibus recensentur *Clericus Panetariae, Clericus Scancionariae, Clericus Coquinae, Clericus Fabricae, officia seruitorum, quae Ministeria vocant*, in Charta Willelmi Abbatis S. Dionysii ann. 1174. ap. Doubletum pag. 183. Hinc MINISTERIVM AMITTERE, pro ab officio remoueri. Gall. *Perdre sa charge*. Additio 4. ad Capitul. § 116. *Quicunque Vicarii vel alii Ministri, Comitum tributum, quod inferenda vocatur, maioris pretii a populo exigere praesumpserit . . his quibus hoc tulit cum sua lege restituat, et insuper fredum nostrum componat, et Ministerium amittat ;* Capitul. Ludouici II. Imp. tit. 4. §. 4 *Similiter eorum* (Comitum) *ministri, si aliquem demiserint, et proprium et Ministerium perdant.* A Latio igitur Franci hauserunt vocem *Mestier*, quam primitus aulae Regiae ministris maioribus posea (5) quibusuis artificibus attribuerunt. Hinc Prouincialibus artifices etiamnum *Menesteiraux* vocantur. Aimoinus lib. 4. de Miraculis S. Bened. c. 33. *In idem rus aduenerat altera mulierecula, quae textricis fungebatur*

Digitized by Google

natur officio . . . Hæc habebat cooperatricem, quæ eiusdem erat Ministerii Galli dicerent, *qui eſtoit de méme métier.* Atque hinc capienda MESTERII vox in Charta Odonis Abb. S. Dionyſ. ann. 1230. quam Gallandus in tract. de Franco alodio pag. 351. non percepit: *Matthæus dicebat ſe eſſe Cambellanum Abbatis S. Dionyſii de iure Meſterii, quod tenet in feodum ab Abbate S. Dionyſii, etc.*

Neque res eſt omnino inſolens, *Meſterium* ſeu officium titulo feudi conceſſum; praeter allatum enim exemplum, occurrit in Chartulario S. Vandreg. to. 1. pag. 707. *Ratione Meſteriorum, quæ habemus feodaliter, in Abbatia S. Vandregeſilli.* Eiusdem notionis, quod legitur in primo apographo Tabularii eiusdem Monaſterii fol. 417. *Litterar Roberti Pepin et Matillidis vxoris ſuæ qui vendiderunt nobis quidquid habebant in domo noſtra ratione cuiusdam Meſterii.* Vox Italis etiam nota. Memoriale Poteſtat. Regienſ. ad an. 1272. apud Murator. to. 8. col. 1235. MESTERIVS, eadem notione. Chron. Parmenſe ad ann. 1279. apud Murator. tom. 9. col. 791. *Omnes Meſterii de Parma a maiore vsque ad minorem inerunt ad dictam figuram cum palleis et canellis.* MESTERVM, in Charta Eduardi III. Reg. Angl. an. 1331. apud Rymer. to. 4. p. 496. V. eundem Rymer. to. 5. pag. 246. MINISTERIORVM CAPITA, Gallice *Chefs de métiers.* Charta ann. 1251. ex Schedis Pp. de Mazaugues: *Quod vniuerſo conſilio tam generali quam Capitum Miniſteriorum Arelatis ad ſonum Campanæ in aulam palatii Communis Arelatis more ſolito congregato.* MINISTERII INTROITVS, quod ab artificibus aliquam artem ineuntibus exſoluitur, Gall. *Droit d'entrée de métier.* Priuil. ann. 1204. apud D. Floreau, Hiſt. Bleſenſ. cap. 29. pag. 133. (6) Beneficii ſeu feudi ſpecies, quae ſub certi obſequii ac ſeruitii conditione concedebatur. Lambertus Ardenſis pag. 176. *Cum Arnoldus Markinienſis terram, quæ in Miniſterio, ſiue in Caſtellaria Brugenſium . . . . ſibi a Balduino ſororio ſuo imm mortuo exciderant et contigerant etc.* Charta Euſtachii Comitis Bononienſis an. 1122. *Terram, quam B. Bertinus infra Miniſterium de Merck poſſidet.* Ita (7) MINISTERIVM accipitur pro Vicaria, ſeu diſtrictu Vicarii, in Tabulario Conchenſi in Ruthenis, Ch. 11. Occurrit paſſim in hoc Tabulario. (8) Villa, praedium ruſticum. Conſtitutio Anſegiſi ſec. 4. Bened. part. 1. p. 640. (9) MINISTERIVM DECIMAE, idem videtur, quod *Miniſterialitas 2.* Charta apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictau. MSS. pag. 555. *Dimitto etiam hoc, quod in terra Iusgul habebam, id eſt, accipiebam decimam et retinebam meum redecimum, dimitto Miniſterium huius decimae, et dimitto retrodecimum.* (9) † Inſtrumentum quoduis. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1355. (10) † MINISTERIVM SILVAE, illius cuſtodia, in Chartul. Celſin.

MINISTRABILITER, virtute miniſterii. Conc. Armenor. an. 1342. ap. Marten. to. 7. Ampliſſ. Collect. col. 360. *Miniſtrabiliter datum eſt a Deo miniſtris Eccleſiae dimittere peccata.* V. ſupra *Miniſterialiter.*

MINISTRALCIA, *miniſtellorum* ludicra, ap. Rymer. t. 7. p. 160. V. *Miniſtelli.*

MINISTRALES, MINISTRALIA, V. ſupra *Miniſteriales.*

MINISTRALIS, operarius, artifex. Teſtam. ann. 1367. apud Marten. t. 1. Anecd. col. 1521. V. *Miniſterialis.*

† MINISTRALISSA, femina *miniſterialis* in Chartul. S. Vict. Maſſil.

MINISTRALLVS, idem vt videtur, qui aliis *Baiulus* dicitur, qui filiorum Principis educationi praeficiebatur. Litterae Eduardi III. Reg. Angl. ann. 1348. V. *Baiulus 2.* et *Miniſterialis.*

MINISTRANTIA, hierotheca, arcula, in qua conduntur Reliquiae. Acta S. Wernheri Mart. to. 2. April. p. 707. V. *Monſtrantia.*

MINISTRARE SACRAMENTA, Gall. *Adminiſtrer les Sacremens*; quibus verbis munia, quae ad parochum ſpectant, deſignantur. Charta ann.

Digitized by Google

ann. 1250. to. 2. Hist. Eccles. Meldens. p. 153.

MINISTRARIA, pro *Ministerium*, suppellex ecclesiastica. Vita S. Desiderii Episcopi Cadurc. V. supra in *Ministerium*.

MINISTRARIVS, V. *Ministerialis*.

MINISTRATIO, ferculum, missus, *Mes*, Papias. *Fercula pluraliter ministrationes Epularum*. Chrodegangus in Regula Canonicorum Metensium, c. 22. Edit. Labbei.

MINISTRELLVS, V. *Ministelli*.

† MINISTRERIVS, qui instrumentis musicis canit, t. 3. Hist. Nem. Prob. p. 341. V. *Ministelli*.

MINISTRILIS, fidicen, Gall. *Joueur d' instrumens*. Epitome Constitut. Valent. to. 4. Concil. Hisp. p. 186. V. *Ministelli*.

MINISTRIX, Ὑπηρέτις, in vett. Glossis.

MINITOR, fossor cunicularius, Gall. *Mineur*. Epist. an. 1204. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 786. Et col. 787. V. supra *Minare* 3.

AD MINITVLVM VENDERE, Gall. *Vendre en détail*, Ital. *a minuto*. Charta an. 1338.

MINIVM, f. Fodina, Gall. *Miniere*. Testament. Rogerii Vicecom. Biterr. ann. 1193. apud Baluz. tom. 2. Hist. Aruern. pag. 500. *Si quid defuerit, heres meus et gadeatores compleant illud de primis reditibus meis Miniorum Villaemagnae, et de Brunna, et de Arena et de Redes. Minoria*, apud Marten. to. 1. Anecd. col. 598 ex eod. Testam. *Quidquid remanserit inde ad complendum persoluatur de Minoriis meis de Villa-magna, et de Brunna et de Auena et de Teddes*. Iam superest ex ipso autographo genuinam lectionem accipere.

MINNA. (1) Glossae Isonis Magistri ad Prudentium, L. 1. in Symmachum: *Ardor, amor, Minna*. Alibi: *Furores, Minna*. Rursum: *Ignem, amorem, Minna*. Theutonibus *Minnen*, est amare, diligere, atque adeo venereis voluptatibus frui, amare, amori litare, maxime superioribus Germanis, ait Kilianus. Inde Gall. *Mignon*. (2) Pro *minna*, Mensura frumentaria, Gall. *Mine*. Charta ann. 1177. apud Thomassierium Consuet. Bituric. p. 73. V. *Mina* 3.

MINNARIVS, *Morio, stultus*, malus, Gloss. Isid. ad quas Graeuius: leg. *Mimarius*, ex Scholiaste Iuuenalis ad Satyr. 6. 275. *Tu tibi nunc curruca places. Curruca Mimarii stupidi, nomen finxit. Quia faemina quaestu frequenter fallitur, cum agit os personam mariti*. Vulcanius mallet: *Minarius, maritus stultus*. Vtcunque tamen posse retineri *Minarius*, opinatur Martinius, adeo, vt sit vox a Gall. *Mine*, gestus: moriones enim sunt gestuosi. Nec sanior vox *Ninnarius, cuius vxor mechatur et tacet*, in Gloss. eiusdem Isid. *Nimnarus*, Papiae et Ioan. de Ianua, a quo *Niminarus, conx c'est de qui sa femme fait avoutrerie*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Sed iis locis *Mimarius* legendum censet iterum Graeuius. V. *Minarius* 4.

† MINO, f. pro *minio*, minium, in Act. Inquisit. Carcass.

MINOFLIDVS, MINOFLIDIS. Capitula ad Legem Alamannor. cap. 22. edit. Baluzii: *Si baro fuerit de Minoflidis, soluat sol. 70. Si mediana Alamannus fuerit, 200. sol. componat*. Infra: *Si femina Minoflidus fuerit, soluat solidos trecentos viginti: si mediana fuerit, soluat solidos quadringentos: si prima Alamanna fuerit, soluat solidos quadringentos octoginta*. Cap. 39. *Si quis alterius infans Minosledis fuerit, 3. solidos componat: si medianus fuerit, 6. solidos componat: si melioriſſimus fuerit, 12. sol. componat*. Sic *Minosledus* fuerit infimus hominum status, apud Alamannos, ex compositionis ratione. Manet vocis vestigium in *Albosledi* forore Clodouei I. Regis Francor. ap. Gregor. Turon. lib. 2. Hist. c. 31. de cuius obitu exstat Epistola S. Remigii Archiep. Remensis.

† MINOLIVM, miscellum frumentum, *Mixtolium*, in Ch. Mss. a. 1142.

MINOR. (1) Fossor cunicularius, V. *Minarius* 2. (2) V. *Minores*.

MINORANTIA, iactura, damnum, ab Italico *Minoranza*. Barthol. Scribae Annal. Genuens. lib. 6. ad ann. 1242.

1242. apud Murator. to. 6. col. 494. V. *Minoratio.*

MINORARE. (1) *Minuere*, Papiae. Vett. Glossae: *Minoro*, ἐλαττῶ. Glossae Isonis Magistri: *Decisus decurtatus, vel detruncatus, Minoratus.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Minorare, amoindrissier, faire mendre; Minoratio, amoindrissance.* Capitul. de villis Caroli M. tit. 23. *Et vt diximus per hoc vaccaritias et carrucas non Minorent.* MINORARE PLACITA, V. *Maiorare 2.* (2) † Fodinam aperire, in Ch. Ms. a. 1311. V. *Minare.*

MINORATIO. Glossae Isonis Magistri: *Dispendia, pericula, Minorationes.* Capitul. Caroli Calui an. 844. num. 8. *Simul etiam praecipientes iniungimus, vt nullus hominum . . . aliquam Minorationem contra legem facere audeat.* Idem occurrit in Charta Henrici. V. *Minorantia.* DEMINORATIO. Charta Ludouici II. Imper. pro Ecclesia Volaterrana apud Vghellum.

MINORENNIS, minor annis, minor natu. Excerpta ex opere Ioan. Rhode Archiep. Bremens. apud Leibnit. Scriptor. Brunsuic. to. 2. pag. 270.

MINORENNITAS, Minor et pupillaris aetas, ex Gall. *Minorité d'ans.* Magnum Chronicon Belgicum ex Chron. Traiect. Episc.

MINORES. (1) Posteri. Glossae antiquae MSS. *Futuri iuniores, Minores.* Alibi: *Minores, iuniores, futuri posteri, nepotes.* Charta Chlodouei I. Regis Francor. apud Rouerium in Reomao, pag. 29. *Vt nec nos, nostrisque successores Reges, neque vos, vestrique Minores, nec vllus quilibet de iudiciaria potestate, etc.* V. *Iunior.* (2) Nulla dignitate conspicui, qui inde promiscue *Minores et priuatae personae* dicuntur in lege Wisigoth. L. 12. tit. 1. §. 2. *Minores personae*, in Lege Burgund. tit. 2. §. 2. Aleman. tit. 39. §. 2. *Minimi homines* in Lege Longob. Lib. 1. tit. 9. §. 21. *Vicini maiores vel minores*, in Capitul. Caroli C. tit. 12. §. 13. V. *Homo.* MINOR NATV, eadem notione, cui opponitur *maior natu.* Gregor. Turon. de Glor. Confess. cap. 23. *Quale excidium Aruernae regioni Rex Theodoricus intulerit, cum neque maioribus neque minoribus natu, aliquid de rebus propriis est relictum.* Statuta Dauidis II. Regis Scotiae c. 11. *Si qui maior natu vel Minor Curiam Regis aduenit, etc.* (3) Religiosi Ordinis S. Francisci, qui sectatoribus suis id nominis indidit, Regulae a se scriptae cap. 6. *Nullus vocetur Prior, sed generaliter omnes vocentur Patres Minores, et alter alterius lauat pedes.*

MINORIA, V. *Minium.*

MINORIFICATVS, minutus, diminutus, Richardi de S. Germano, Chron. apud Murator. tom. 7. col. 971.

MINORISSA, virgo Deo sacra sub Regula S. Clarae, Gall. *Cordelieres*, vel *les filles de S. Claire.* Charta anni 1294. apud Rymer. to. 2. p. 664. V. *Minores 2.*

MINORITAS. (1) Pupillaris aetas, Gall. *Minorité.* Nicolaus de Iamsilla de Gestis Friderici II. Imper. apud Murator. tom. 8. col. 495. *Esse in Minoribus*, sub alterius tutela esse, in Epistol. Caroli IV. Imp. an. 1355. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 451. (2) Defectus, decrementum. Chartular. Abbatiae Boniloci, apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. pag. 82. (3) MINORITATIS OFFICIVM, paruum officium B. M. Synodus Valent. an. 1590. to. 4. Concil. Hispan. pag. 471. (4) † Conditio seu dignitas minor, in Bulla Innoc. IV. *Minoritas causae*, dicitur de re minoris momenti, V. *Maioritas.*

MINOTVS, mensura frumentaria, dimidia pars *minae.* Charta ann. 1248. in Tabular. Sangerm. *Oneratur, vt dicitur, 95. denariis capitalis census, tribus Minotis auenae.*

MINSATORIVM, *locus vel vas ad mingendum, quod recipit vrinam, et idem dicitur Minsaterium.* Vgutio. Adde Ioan. de Ianua in *Minsare.*

† MINTARRE, i. q. *Mintrire.* V. *Baulare.*

MINTHVS, *flos in sterquiliniis nascens, quo mire afficiuntur hirci: vel retrimenta caprarum.* Vocabul. Sussannaei.

naei. Μίνθος Hesychio stercus humanum.

† MINTRIRE, murium vox, in Carm. Ms. de Philomela.

MINVARE. (1) Minuere, diminuere. Praeceptum Childeberti Regis ann. 528. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 4. *Aut aliquid de rebus aut de terminis Minuare cogitetis, aut in aliquo molesti esse velitis.* (2) † Primum perscribere, Gall. *Minuter*, in Comp. Ms. a. 1357. V. *Minuta 3.*

MINVATIM, particulatim, Gall. *En détail.* Charta an. 1328. ap. Rymer. to. 4. pag. 361.

MINVATIO. (1) Detrimentum, damnum. Marculfi Formul. 40. lib. 2. (2) *Minuatio sanguinis*, V. pro *Minutio*, in Capit. 3. a 789.

† MINVDARIA, riuulus, vt videtur, in Stat. Mutin.

MINVERE, *minuere sanguinem*, sanguinem detrahere, venam incidere. Veget. lib. 1. de Arbe veterin. cap. 22. vbi de sanguinis detractione et phlebotomo: *Veteres autem prudentioresque auctores absque necessitate depleri animalia vetuerunt, ne consuetudo Minuendi, si tempore alieno facta non fuerit, statim intra corpus morbum ac valetudinem generet:* Ioan. de S. Victore, de Vtilitate tribulationis c. 8. *Purgatur corpus humanum Minutione, et hoc dupliciter, scilicet venae apertione, et flebotomiae percussione.* Petrus Diacon. lib. 4. c. 100. *Vbi quondam Leo Papa sanctissimus cum Normannis praeliaturus, sanguinem Minuerat.*

† MINVISERIVS, a Gall. *Menuisier*, in Terrear. abb. de Iugo Dei.

MINVITAS, diminutio, in Ep. 217. Ioan. VIII. PP.

† MINVLA, diminut. a *Mina*, mensura frumentaria, apud Murat. to. 2. p. 35. V. *Minellus.*

MINVLARE FOENVM. Tabul. Fossatense, *quilibet focus non habens equum, debet nobis corueiam ad fena nostra Minulanda, et debet habere quilibet pro corueia 3. oblos. f. Minutanda.* Galli *Boteler* dicunt. † Forte rectius, fenum in metas exstruere.

MINVRIRE, Μινυρίζειν, exil[illegible] mentari. Gloss. Lat. Gr[illegible] Sangerm. Vgutio: *Hirun[illegible] tinire vel minurrire: dic[illegible] quod minurrire est omnium [illegible] marum auicularum.* Sidoni[illegible] Epist. 2. *Diluculo philomel[illegible] frutices sibilantem, progne[illegible] asseres minurientem.* Hinc

MINVRITIO, apud Festum: [illegible] *ritiones appellantur auium [illegible] cantus.*

MINVS. (1) Pro *Nimium.* Spi[illegible] Fontanell. MS. p. 171. (2) M[illegible] VALERE, apud Hispanos, *Valer[illegible] nos*, dicuntur qui *minorantur [illegible]*, qui nota aliqua infamae notantur: vt sunt ii qui quod homagia se facturos promiserunt, non adimplent: qui se per curiam dedixerunt, generaliter infames. V. Leges Alfonsinas part. 7. tit. 6. et *Menoscabare.*

MINVSCVLARII, in leg. 3. Cod. Th. de Indulgent. debitor. dicti speciales et minimi vectigalium exactores, *Collecteurs particuliers*, vt censet Iacob. Gothofred. Sed videntur potius fuisse vectigalium certorum conductores, qui maioribus suberant, iisque etiam rationes suas deferebant. S. Augustin. l. 7. de Ciuit. Dei c. 4. *Videmus cum deos videmus partitis inter se operibus distributos, tanquam minuscularios vectigalium conductores.* Alii *Minutularios* legunt.

† MINVSIA, potionis species, in Comput. Ms. a. 1364.

MINVSTIRE, sigillatim efferre, Gallis, *Dire par le menu.* Formula 32. ex Andegauensibus: *Vel reliquas res quam plures, quam longum est pro singulas Minustire.*

MINVTA. (1) Moneta minutissima, quam Graeci λεπτὸν vocabant, de qua multa Scaliger et alii qui de re nummaria scripserunt. Tabul. Deruens. Monast. *Opus vero castelli semel in anno fiet vna hebdomada Martii, et non in alio mense: et si opus non fuerit, pro redemptione operis sex denarios de mansu vestitos [illegible] dimidio tres de quarta parte [illegible] tres minutas.* Ita denarius binis [illegible] constitit, atque adeo idem quod [illegible]

ia. Ioan. de Ianua : *Minutum, ldam pondus, ſcilicet media pars lrantis, vnde pauper vidua miſit minuta, id eſt, quadrantem.* (2) s quaelibet grana praeter frutum. Memoriale Poteſtatum reſ. ad a. 1282. apud Murator. to. ol. 1152. *Non fuit iſto anno pleio annuae meſſis quantum ad frutum ; ſed quantum ad eas ſegetes agricolae minuta appellant, maı fertilitas fuit, ſcilicet de paniſe milio, de milica, de faxiolis et ipis.* (3) MINVTA SILVA, caedua, Gall. *Bois taillis*. Ch. 56. apud du Boucher inter Pro Orig. 2. et 3. ſtirpis Reg. Franc.). (4) † Scriptum primarium, *Minute*. Burcard. Argent. TALIA, inteſtina animalium. *Menuailles*. Auctor Queroli ſub ı.

TARE. (1) Minutim comminue- Translat. S. Guthleri to. 2. A- ; p. 60. (2) † Minuere, in Ch. ı. 1429.

TARIVS, ſ. mercator minuta- mercium. Acta S. Franciſci de ı to. 1. Aprilis p. 149. *Cornelius Vien Minutarius in Parochia B. ae diuitis, etc.*

VTATVS, minutus, exilis, in ſ. a. 1219.

TI VARII, a Gall. *Menu-vairs*. eſta pro Canonizat. Caroli Bleto. 2. Hiſt. Britan. p. 556. *Man- ſeu clamidem ſuam de panno fourratam de minutis variis n pauperibus erogauit. Folratuariorum minutorum*, in litt. Ca-. Reg. Franc. a. 1367. de forettium. V. *Vares*.

IA, *ae*, exiguum fragmentum, ula, parua portio. Chron. E- Metenſ. to. 6. Spicil. Acher. p. *Minutiem* dixit Apuleius l. 9. Metamorph.

IA, *orum*. (1) Minutae mer- res vilioris pretii. Capitul. de Caroli M. num. 43. *Cardones, em, vnctum, vaſcula, et reliqua tia quae ibidem neceſſaria ſunt.* teſtina animalium. Vita S. Mein- Epiſc. Paderb. apud Leibnit. to. 1. Script. Brunsuic. pag. 530. V. *Minutalia*.

MINVTIO. (1) Collectio, exactio tributi ; quod in *minutis* ſeu minutiſſima moneta ſoluatur ſic dictum exiſtimo. Statuta Vercell. l. 1. fol. 13. recto. (2) V. alia notione in *Minuere*.

MINVTOR, venae inciſor ap. Leibnit. t. 2. Script. Brunsuic. p. 482.

MINVTVLARII, V. *Minuſculariis*.

MINVTVM, V. *Minuta*. AD MINVTVM VENDERE, Gall. *Vendre en détail*, Ital. *à Minuto*. Richardi de S. Germano Chr. apud Murator to. 7. col. 130.

MINVTVS. (1) Cui vena inciſa. V. in *Minuere*. (2) V. *Minuti varii*. (3) † Plebeius, infima plebs, Ital. *Minuto*, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1350. (4) † Tener, iunior. Lit. remiſſ. a. 1367. (5) † Ad minuta officia deputatus in monaſteriis. Monum. S. antiq. t. 2. p. 435.

MIOLIVM, poculum, vas potorium, Longobardis *Miolo*. Statuta Montis Regal. p. 279.

MIR. (1) Apud Gothos, adiectum nominibus appellatiuis, quid ſignificet, docemur ex Smaragdo in Comment. in Partes Donati : *In Francorum Gothorumque genere haec patronomyca ſpecies frequentatur multotiens : à parte enim gentili et Theodiſca veniunt lingua, de quibus in exemplo Gothorum pauca primum ponimus nomina, quorum haec ſunt, Altmir, Glitmir, Rigmir, Rainmir, Watmir, . . et ſimilia, quorum haec eſt in Latinum interpretatio. Altmir namque vetulus mihi, interpretatur : Glitmir, debitus mihi : Rigmir, potens mihi : Rainmir, nitidus mihi : Watmir, veſtimentum mihi.* (2) MIR, veteri Gallorum lingua Princeps, dominus, aut vir eximiae dignitatis denotatur. Hinc crebrae Regum Francorum appellationes in *Mir* deſinentes, vt *Marcomir, Ingomir, Chlodomir*. Eodem ſignificatu *Mar* vſurparunt, vt *Viridomar*, etc. An a Syriaco מר *Mar*, ſeu Chaldaico מרא *Mare*, quod dominum ſonat, ducta vocis origine, affirmare non auſim.

Digitized by Google

MIRA. (1) Eadem notione qua *Mater*, quod vide. Teſtam. Sibyllae Comitiſſae Flandr. an. 1270. *Item omnes ſcyphos de Mira tam cum pedibus argenteis, quam ſine pedibus exiſtentes.* (2) Specula, ab Ital. *Mirare*, ſpectare, reſpicere. Rolandinus Patau. de Factis in Marchia Taruiſin. l. 6. c. 6. apud Murator. to. 8. col. 259. (3) † Punctum collineationis, Gall. *Mire*, ab Ital. *Mirare*, collineare, Gall. *Mirer*. Guido de Vigeo Mſ.

MIRABILIA MVNDI, ſic agnominatum Ottonem III. Imper. ſcribit Ioannes Brompton. et alii, *les Merveilles du Monde.*

MIRABILIS. (1) Ingens, maximus. Radulfus de Geſtis Friderici I. Imper. apud Murator. to. 6. col. 1178. (2) MIRABILIVM ANNVS. Sic denotatur annus 1544. in Ch. eiusd. anni to. 2. Hiſt. Eccl. Meldenſ. p. 291. Ob inſignes victorias, vt mihi videtur, hoc anno a Gallis reportatas, de quibus Thuanus l. 1. Hiſt. pag. 21.

MIRABOLANVS, Plinio, Myrobalanum, a Graeco Μυροβάλανος, glans vnguentaria Medicis nota. Statuta Aſtenſ.

† MIRABVTINVS, moneta aurea Hiſpanica, in Ch. Mſ. a. 1242. V. *Marabotinus.*

† MIRACVLARIVS, i. q. *Miraculator*, t. 1. Act. Liter. faſc. 2. p. 68.

MIRACVLATOR, miraculorum patrator. Acta S. Wenheri to. 2. Aprilis p. 706.

MIRACVLOSE, diuino et mirabili modo. Chron. Erfordienſe ad ann. 1253. apud Schannat. Vindem. Litter. p. 106.

† MIRALE, ſpeculum, in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684. V. *Mira.*

MIRAMOMELINVS, dignitatis nomen Saracenorum Chaliphae propriae, de qua diximus in voce *Amirnumnes. Elmunimus* appellatur in Chron. Gottholuſiano aera 1217. *Emir Etmunimus*, aera 1222.

† MIRANDA, locus tecto columnis fulto coopertus, a quo vndequaque *mirari* ſeu videri poteſt, to. 2. Hiſt. Occit. Prob. p. 541.

MIRANIMVS. Ordo Incluſor[illegible] Raderum in Bauaria ſancta: *[illegible]cium habent, et Miranimum [illegible]* Monſtra verborum pro *Pan[illegible]* legendum indubie *Bombycin[illegible] bambacinum.* (Vide in hac voc[illegible] *Miranimum* vero, non occurr[illegible] reponendum ſit.

MIRANTER. Epiſtola Eduardi II. [illegible] Angl. a. 1324. apud Rymer. [illegible] p. 26. *Miranter audiuimus quo[illegible]* hoc eſt, mirantes et attoniti ex[illegible]

† MIRARE. (1) Vox Ital. ſpec[illegible] reſpicere, Gall. *Remirer* et *Mira[illegible]* Paſſim occurrit. (2) Collineare, ap. Murat. to. 4. Antiq. p. 212. V. *Mira* 3.

MIRARI, ſeſe in Speculo intueri, Gall. *Mirer, ſe mirer.* Hiſpanis *Mirar* eſt videre. Vita S. Euſebiae Abbatiſſae Hamaticenſis c. 4.

Ipſe meum ſpeculum, ſimul exemplar venerandum,
Quo faciem miror, quo mentem denique purgo.

Ioa. Demuſſis Chron. Placent. apud Murator. to. 16. col. 491. *Qui vult diſcere bene equitare, reſpiciat bene dictum receſſorem, et ipſum Miret ſicut ſedet, et ſtat ad aequum.* V. Salmaſium ad Pollionem p. 284.

MIRATIVE, mirabiliter. Narratio de Origine Monaſt. Montis S. Mariae apud Leibnit. to. 2. Script. Brunſuic. p. 427.

MIRATORES. Gloſſae Iſid. et Pithoeanae: *Miriones, miratores.* Supra: *Miriones, fanfaſiarum vanium numeratorum.* Leg. *Miratores.* Gloſſae antiquae MSS. *Mirones, phantaſiae Miratores.*

MIRCENA, lex Merciorum, vna et tribus quae in Anglia obtinuerunt, vt eſt in Leg. Henrici I. Reg. Angl. c. 6. V. *Lex.*

MIREDILA. Gloſſ. Gr. Lat. MS. Ψιλωθρον, *Mirendila.* Alibi: *Mirendila* ψιλωμα, ητοι ψιλωθρον. Edit. habet *Mireilla.*

MIRGVS. Matth. Pariſ. ann. 1224. de falſo Balduino: *Procuranteque et praedictus pater ſuus ignominioſe ſuſpenderetur: nam iuxta eum inde fecit duos canes, veteres ſcilicet Mirgos, ſuſpendi.* Vbi legendum *Mirgos* recte adno-

Digitized by Google

…otat Watſius : Ita enim dicun… canes vrinatores, quos Galli *Bar…*, Angli vero *Divers*, et *Water…ges* appellant.

MI…CAE, terrae incultae, vepribus …dumetis abundantes ; interdum et …a dumeta, Gallis vulgo *Bruieres*. …n. an. 1294. apud Miraeum to. 2. …879. *Praeterea curtem ipſorum de Mimelanda cum bonis vntiquis, in a…, in paludibus, miricis, paſcuis, et omnibus pertinentiis.* V. *Merica.*

MIBIDICVS, *mira dicens.* Gloſſ. Iſidori.

MIRIFICARE, *mirum facere* Io. de Ianua. Will. Brito l. 12. Philipp.

† MIRIGERVLVS, qui miro quodam modo erigitur et ſtat, to. 6. Sept. p. 504.

† MIRINGAE, MIRINGVAE, pannieuli duo, qui circumdant cerebrum, quorum alter craſſior *dura mater*, alter *pia mater* vocatur. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1330.

MIRIO, V. *Miratores.*

MIRITER, mirifice. Vita B. Hroſnatae to. 3. Iulii p. 808.

MIRLE, ſpecies accipitris, Alberto M. l. 23. de Animal. c. 14. et Germanis. V. *Smeriliones.*

MIRMICOLEON, *à mirmica et leon, quod eſt leo, componitur . . . . eſt paruum valde animal formicis aduerſum.* Io. de Ianua. V. *Formicoleon.*

MIRMVMNI, V. *Amirmumnes.*

† MIRNVTIA, *inuenitur in libris antiquis, et eſt puſtula parua, quae vocatur formica.* Gloſſ. med. Simon. Ianuenſ.

MIRO. (1) In Gloſſ. Lat. Gall. MS. ex Bibl. Thuan. Cod. 525. *Regarderres de belles femmes.* V. *Mirari, Miratores.* (2) † MIRO, *ſecundum Hugicium a Miron, quod latum dicitur vnguentum ; vel a Miror, miroris, idem eſt quod vnguentarius vel mirator. Inde etiam Microcopus, qui laborat circa vnguenta facienda vel vendenda, et Miropola, id eſt venditor vnguentorum, et Miropolium, id eſt domus vbi ſunt vel venduntur vnguenta.* Conradi Fabularius Mſ. Hinc Gall. *Mire*, medicus, chirurgus, omnia vero a Gr. *μυρον*, vnguentum.

† MIROBOLANVS, a Gr. *μυροβαλανος*. Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ. *Mirobolanos Cornelius Celſus dactilos vocat ; multi etiam Fenicobolanos.* V. *Mirabolanus.*

MIROCOPOS, V. *Miro 2.*

† MIROLARI, *fabulari*, in Gloſſ. Prou. Lat. Cod. 7657.

MIROPOLA, MIROPOLIVM, V. *Miro 2.*

MIROPOLVM, taberna mercatoria, V. *Selda.*

MIRRHINVM, *genus optimi vitri, et ſapphirini coloris, inde mirrhina vaſa dicuntur.* Papias. V. ſupra *Maser.*

MIRTA. (1) Pro *Myrtus.* Vita B. Columbae Reatinae to. 5. Maii p. 388. (2) Alia notione v. in *Graeciſmus.* (3) † Locus paſcuus et aquis irriguus. Ch. Mſ. a. 1264. *Pratum cum quadam noa ſeu mirta.*

† MIRTVS, menſurae ſpecies. Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 7692. *Mirtus, Gauge.* V. *Ganja.*

MISA. (1) Impenſa, a Gall. *Miſe.* Ch. a. 1215. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1124. *Ero tribus rachatis, quae ibi dominus Rex habebat, et pro magnis expenſis et Miſis, quas ibi fecerat.* Hinc (2) MISAE, apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. dicuntur etiam praeſtationes illae, quas ob fruendas priſtinas immunitates Ceſtriae Palatinatus ſubditi nouo cuique Comiti impendunt. (3) Idem quod *Miſericordia*, arbitrium. Scaccarium Paſchae a. 1220. apud D. Bruſſel to. 1. de vſu feud. p. 602. *Iudicatum eſt, quod omnes illi burgenſes de Bernaio qui erant in villa Bernaii quando Iudaeus interfectus fuit, et qui non venerunt ad clamorem, ſunt in Miſa domini Regis, niſi vnusquisque per legem Sextaniam partem ſuam defendat.* (4) Pro *Mina*, ni fallor, fodina, Gall. *Miniere.* Fragm. Hiſt. Britan. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 833. *Fugit, vt ſe Miſis latitaret.* (5) † Quaeuis exactio ſeu praeſtatio. Ch. Mſ. in Chartul. Campan. (6) † Reditus, dominium, Ch. Mſ. a. 1254.

MISBOTA, in Legibus Kanuti Regis c. 2. mendoſe pro *Maegbota*, vt obſeruat

Digitized by Google

seruat Somnerus: ex Sax. *Maegbote*, *compensatio occisi cognatis competens.*

MISCEDANTIA, rixa, iurgium, Ital. *Miſchia.* Stat. crimin. Ripear. V. *Miſclantia* et *Mesleia.*

MISCELLA, V. *Mesleia.*

MISCELLIO, *qui nouit artem miſcendi diuerſos cibos vel potus.* Io. de Ianua. Feſto, *Miſcelliones* appellantur, *qui non certae ſunt ſententiae, ſed variorum mixtorumque iudiciorum.*

MISCERE (1) Confabulari, *miſcere ſermones.* († Potius i. q. *Miſcere* 2.) Capitula Caroli M. de rebus diuerſis a. 789. c. 10. *Praecipimus vt Epiſcopi vel Abbates non vadant per caſam miſcendo.* (2) Seſe immiſcere. Gregor. M. l. 7. Ind. 1. ante Epiſt. 1. *Et tiranis de omnibus quae aduerſus eum dicta de mulieribus, vel ex ſchiſmate ſimoniaco fuerant, mixtum ſe non eſſe*, i. quod de hiſce rebus ſe non immiſcuerat. (3) Vinum, vel quem vis alium liquorem infundere, miniſtrare, ſumere, apud Alcuinum et alios bene multos. V. *Mixtum* 1.

MISCETOR, pro *Miſtor. Vt miſcetur Deus elementi ſuſcepit membra mortalia*, in Sacram. Gall. apud Mabill. Muſei Ital. to. 1. p. 289. col. 2.

MISCHEA, Sarracenis Eccleſia. De V. Mart. Franciſc. in India to. 1. Aprilis p. 55. V. ſupra *Meſchita.*

† MISCHENNINGE, i. q. *Miskenninga*, in Suppl. ad Miraeum p. 13.

MISCHINVS, Gall. *Meſchin.* Ch. Veremundi Regis aerae 1070. ex Tabulario Eccl. Lucenſis apud Biuarium: *Dicentes quod habebant de illos grande damnum et malefacturia in Eccleſias et Meskinos, etc.* Ch. S. Reg. Aragon. aerae 1131. apud Suritam l. 1. Ind. Catellum in Hiſt. Comitum Toloſ. p. 93. et *Vepes*: *Cum omnibus decimis ſuis, cum villis et manſis, . . . et cum omnibus hominibus et miſchinis ſuis, et poſteritate illorum.* Tabular. Pinnar. apud Morer. Antiquit. Nauar. p. 384. *Do et concedo S. Iuliano illos ſex mesquinos quos habeo in binies.* Ch. Veremundi Iranenſis Abb. ibidem p. 618. *Senior Lope . . miſit omnem radicem ſuam quam habebat in villa, quae dicitur Soses, etiam et Mezquinos quos ibi habebat, ad monaſterium [illegible] de Iran.* Apud Gallos me[illegible] tis Scriptores ſumitur vox pro adoleſcente et iuuencu[illegible]

MISCHITA. Auctor Mam[illegible] Cantic. c. 7. *Monilia ſunt [illegible] id eſt ornamenta colli.*

MISCITARE, miſcere, Gall. [illegible] Marten. de Rit. antiq. Eccl.

MISCLA, V. in *Mesleia.*

† MISCLANTIA, i. q. *Miſce* in Stat. Mant.

MISCRAVATIO, iniuſta poſtul[illegible] *Cruuare.*

MISCVLARE, miſcere, vnde [illegible] *Mesler.* Edictum Piſtenſe c. 23. [illegible] MISCVLARE, miſcere, comm[illegible] Capitul. Caroli C. tit. 16. c. 7. COMMISCVLVS. Gloſſ. Lat. Gr. *Commiſculus, κοινός.*

MISCVLATIO, mixtio. Vetus Placitum ſub Carolo M. apud Sammarthanos in Epiſc. Maſſilienſib.

MISDICERE, alienae famae detrahere, Gall. *Mesdire.* Hincmarus Laudun. Epiſc. contra Hincmarum Remenſem: *Rex dixit, quod misdictum illi fuerat, et easdem res ab Eccleſia Laudunenſi diſtrahere nolebat.* Vox autem *mis*, vocibus addita, vitium vel defectum denotat etiam ap. Germanos, Danos, aliosque. Gloſſ. Vlphilae Gothicum: *Miſſa*, defectus, error.

MISDOCERE, male docere, haud recte inſtituere. Leges Alfredi et Godrini c. 3.

MIS-DV, niger, *Mis-Kerun*, aeque niger. Sic menſes Nouembrem et Decembrem vocant Armorici Britones, quod inter duos hos menſes ſol quaſi ſtet iterum aſcenſurus.

† MISELE, capitis tegumentum quoddam videtur, in Lit. remiſſ. a. 1460. V. *Milienda.*

† MISELEVM, f. pro *Mauſoleum*, t. 4. Aug. p. 760.

MISELLARIA, domus leproſorum. Ch. an. 1245. in Regeſto Comitum Toloſae p. 45. *Conceſſit Gallardus de Mets et Bertrando de Mirabel Leproſis et omnibus Fratribus et Sororibus domus Miſellariae portae Narbonenſis, etc.* In Charta ſequenti, interdum *domus Leproſariae*, interdum *Miſellariae* dicitur. Hinc emendandae Conſuetudines Toloſae. Vbi pro

Digitized by Google

...*Macellariae* legendum indubie ...*llariae*. Gall. olim *Meſellerie* pro ... morbo. V. *Meſclaria*.

...ELLINVS, pro *Miſellus*, apud Ra...um Maurum hymno 26. de cha...te.

...ELLI, leproſi. Gloſſ. Lat. Gall. *Le...a*, *Meſellerie*. *Leproſus*, *Meſiaus*. Matth. Pariſ. a. 1254. *Eccleſiae S. ...liani, vbi Miſelli, et Eccleſiae S. Ma...ae de Prasis, vbi Miſellae vix ha...ent vitae neceſſaria.*

MISERABILES PERSONAE, in l. vn. Cod. Iuſtin. Quand Imp. inter pupillos, vel viduas, vel miſerabiles perſonas, etc. *Fortunae iniuria miſerabiles*, in L. 2. Cod. Th. de Officio judicum omnium. *Miſeri homines*, in Append. Cod. Theodoſ. Conſt. I.

MISERABILIA LOCA, Gall. *Lieux de pieté*, vel vt olim dicebant, *Lieux pitoiales*, vbi ſcilicet *miſerabiles* ſeu pauperes recipiuntur et aluntur, Litterae Philippi V. Reg. Fr. a. 1320.

MISERABILITAS. (1) Commiſeratio. Guibertus in Vita ſua l. 1. c. 2. (2) Miſeria. Concil. Dertuſ. a. 1329. inter Hiſpan. to. 3. p. 666.

MISERATIO. (1) Graec. οἰκτιρμός. Rufinus Presb. in Pſal. 50. *Miſericordiae virtus inſeparabiliter in Deo eſt: cum autem ex hac miſericordia nobis aliqua beneficia tribuuntur, miſerationes dicuntur.* V. *Merces*. (2) Preces, quae ſtatis diebus pro defuncto funduntur. Canones Hibern. to. 9. Spicil. Acher. p. 12. V. in *Memoria*. (3) †MISERATIO SACERDOTALIS, abſolutio a peccatis, in Ch. Mſ. a. 1163. (4) † Parcimonia, in Comoed. ſine nomine Mſ.

† MISERATRIS, miſericus. B. de Amonibus in ſpec. Sacerdot.

MISERIA, commiſeratio. Chron. Mauriniac. vbi de morte Philippi filii Ludouici Groſſi: *Animis omnium neſcio ſi dicam miſeriam vel miſericordiam. iugerebant, et doloribus augmentabant fomenta.* V. *Merces*.

MISERICORDIA. (1) Idem quod *Merces*, Gallis *Mercy*; de qua voce ſupra egimus, indulgentia. Lex Bajwar. tit. 14. §. 8. num. 2. *Si vero de ancilla habuerit filios, non accipiant portionem inter fratres, niſi tantum quantum ei per Miſericordiam dare voluerint fratres eorum.* (2) MISERICORDIAE MEMORIA, *Seruitium perpetuum* pro defunctis Annal. Bened. to. 3. p. 604. vbi Chartae mentio fit, qua a Gesla Abbatiſſa Romarici-monctis inſtituta eſt *Memoria Miſericordiae*, ſeu *ſeruitium perpetuum, poſt occiſos a paganis homines de poteſtate, quae dicitur Lietzeis.* (3) Quod contra praeſcriptas Monaſteriorum regulas in cibo, potu, ac etiam veſtitu, Monachis, per indulgentiam, vel ex neceſſitate praebetur. Ordericus Vitalis l. 13. *Abſtulit colloquia, et infirmi corporis quaedam ſubſidia, quae illis moderata Patrum hactenus permiſerat reuerendorum clementia. Miſericodiae regulares*, quae ex Regulae praeſcripto indulgentur, in Monaſt. Angl. to. 1. p. 149. (4) Indulgentia quaeuis. *Miſericordiam quaerere*, Gall. *Demander miſericorde, pardon*. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. c. 33. (5) Sellulae, erectis formarum ſubſelliis appoſitae, quibus ſtantibus ſenibus vel infirmis *per miſericordiam* inſidere conceditur, dum alii ſtant, Gallis *Miſericordes* vel *Patiences*. S. Willelmi Conſuet. Hirſaug. l. 2. cap. 2. *Primum in Eccleſia quamdiu ſcilla pulſatur aute Nocturnos, ſuper Miſericordiam ſedilis ſui, ſi opus habet, quieſcit.* (6) Aula Monaſterii, in qua forte comedebant, quibus ab abbate aliqua in cibis et potu indulgentia concedebatur. Chronicon Beccenſe a. 1452. *Tabulas in aula quae dicitur Miſericorde, fecit renouare et directorium, etc.* Prouinciale Lyndwoodi de ſtatu Regular. p. 211. (7) Vox forenſis, poena ſeu mulcta de quouis crimine, aut quauis foriſfactura, nullis definita legibus, ſed iudicis relicta arbitrio, qui minorem vel maiorem in reum pro delicti modo, decernit: non quod ſoleat huiusmodi mulcta irrogari confitenti, et miſericordiam petenti, vt quidam volunt, ſed quod ea ex miſericordia iudicis nude pendeat. De qua Glanuilla apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. IN MISERICORDIA REGIS eſſe dicuntur, qui ob

Digitized by Google

rata et definita legibus quaedam delicta, a Rege, quasi ille vult, mulcta distringi possunt: quae tamen Regis misericordia non extenditur ad amissionem tenementi siue haereditatis. Ita Regiam Maiest. l. 2. cap. 74. §. 7. IN MISERICORDIA PONI, i. mulctam aut poenam arbitrio iudicis incurrere, in Monast. Angl. to. 2. p. 16. et apud Bractonum p. 102. 103. IN MISERICORDIA *Regis corpus eius* erit, in Legibus Edw. Confess. c. 12. COMMVNIS MISERICORDIA. Monast. Anglic. to. 1. p. 976. Vbi *communis misericordia* videtur appellari mulcta toti pago communitati irrogata. (8) MISERICORDIAM FACERE, poenitentiam regularem imponere. Chron. Mellicense p. 438. (9) Quoduis onus, quod a Comitibus, Vicecomitibus et Praepositis, prouinciarum aut vrbium incolis, pro eorum arbitrio imponitur. Ch. Edw. I. Regis Angl. to. 1. Monastici Angl. p. 938. (10) Eleemosyna, apud S. Petrum Chrysolog. Serm. 54. S. Fulgentium lib. de Trinitate etc. (11) Pugio, cultellus breuis, sica. Nominis rationem affert Falcetus, quod milites seu equites eiusmodi pugione, quo accingebantur ad dextrum latus, prostratos hostes ad *misericordiam* victoris implorandam adigerent. Gaufredus Vosiensis l. 1. Chron. c. 44. *Cumque se ad muli pedes inclinaret, abstracto Burgensis gladio, qui misericordia vocatur, crudeliter militi infixit.* Lambertus Ardensis: *Manus in eum iniecerunt, et extractis patulis*, (leg. *spatulis*) siue *Misericordiis, immisericordissimi eum immisericorditer iugulauerunt.*

MISERICORDIOSVS, misericors. Bulla Benedicti VIII. PP. a. 1013. apud Muratori to. 2. part. 2. col. 558. *Misericordissimus*, in Ch. XI. saec. apud Chanteloup in Hist. Mont. Maior.

MISERICORDITER. (1) Per indulgentiam. Concilium Romanum III. to. 2. Spicil. Acher. p. 596. (2) MISERICORDITER CONVERSARI, de monachis dicitur, dum in aula, quae *Misericordia* appellabatur, existunt. V. in *Misericordia*.

† MISERVM, iniuria, dam[illegible] quis miser efficitur. Sent. a[illegible]

MISEVENIRE, male eueni[illegible] succedere, Galli *Mesavenir*[illegible] mißlingen, dicunt. De eo po[illegible] vsurpatur, qui de *murdro* v[illegible] terio accusatur, seque purg[illegible] culpa liberare satagens, non [illegible] sed in purgatione deficit. Leges [illegible] ti Regis c. 78. apud Brompto[illegible]

MISFACERE. (1) Perperam agere; [illegible] mißhandeln, Gall. *Mesfaire*. A[illegible] tiatio Hludouici Regis apud C[illegible] entes §. 7. *In hoc si frater meu[illegible] fidelibus, qui contra illum nihi[illegible] fecerunt, et me, quando mihi [illegible] fuit, adiuuauerunt, etc.* (2) MI[illegible]CERE SE, in aliquem se reum constituere, delinquere. Litterae Guidonis Comit. Niuern. ann. 1231. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 3. p. 117. V. *Mesfacere*.

MISIA. (1) Impensa, Gall. *Mise*. Regestum Parlamenti ann. 1339. apud Baluzium tom. 2. Histor. Aruern. p. 425. *Dictum Dalphinum in expensis et Misiis ob hoc factis eidem Roberto filio et haeredi praedicto reddendis etc.* V. *Misa*. (2) Exactio, vectigal, seu praestatio, quae viritim exigitur. Charta ann. 1181. apud Baluz. to. 7. Miscell. p. 301. *Praeterea statuimus et concedimus vt ipsi decem burgenses probos homines communi assensu villae eligant . . . vt cum omni diligentia negotia villae, Misias scilicet procurent.* V. supra *Mesio*. (3) † Arbitrium, in Scacar. S. Mich. a. 1219. V. *Misa*.

MISIO, expensa, amissio. Hist. Harcur. tom. 3. p. 19. *Tunc diuinae illustrationem gratiae, istic fluctuationis Misionem, illic vero orationis locationem esse percepi.* V. *Missiones*.

MISISVLAE, Μυςίλλαι, in Glossis veteribus. Supplem. Antiquarii: *Misisulae, μυςίλαι, canices.*

MISIVM, perperam pro *Inisium*, apud Perardum in Burgund. p. 334. V. in hac voce.

MISKENNINGA, Bromptono est *variatio loquelae in Curia*. Est autem *loquela* idem quod *causa, placitum, iuris sui persecutio iudicialis*. Ita *variare loquelam* dicitur, qui aliud petit.

quam quod initio et in prima conſteſtatione petierat, vel qui proſecutione iuris ſui non ſibi ſtat. Leges Henrici I. Regis Angl. *Et amplius non ſit Miskenninga Huſtenge, neque in Falkemote, neque in aliis placitis infra ciuitatem,* Et c. 22. *Vt qui in praefectura qualibet poteſtate conſtitutus ſaepe fert exigere, dum licet, quod ſaepe labore, fruſtraque proſequitur deſeruiens: transeunt autem in miſlocutiones Miskenninge, quae magis inhoneſtis in Londonia.* Vbi *Miſlocutio* idem videt quod *Miskenninge*: *miſloqui* enim dicitur, qui perperam loquitur, quae vis eſt vocis: eſt autem *Cenning*, et *Cennan*, Anglo-Saxonibus, *citare, vocare:* cui adiectio *mis, male*, ſonat. Vnde in Legibus Henrici I. modo laudatis c. 12. *Miskinning* definitur. *Iniqua et iniuſta in jus vocatio.; inconſtanter loqui in curia, vel inuariare.* MESCHENNINGA et MISKENNINGA dicebatur, cum eiusmodi *variationes* vetarentur, vt et Legibus Henrici I. colligitur. Charta Henrici II. Regis Angliae apud Madox Formul. Anglic. p. 45. *Habet per totam terram ſuam, ſoceam ex ſaccam, et toll et team, et Meſchenningge, et infanghenethof, et omnes aſſultus in ſuo iure.* At cum eae multae leuioribus de cauſis irrogarentur a iudicibus, regiique ſubditi iis vexarentur, has ſuſtulit Stephanus Rex Angliae apud Richardum Haguſtald. *Omnes exactiones, et iniuſtitias et Meſchenningas ſiue per Vicecomites vel alios quoslibet male inductas funditus extirpo.*

MISLATA, MISLEA, V. *Mesleia.*

MISLOCVTIO, MISLOQVI, V. *Miskenninga.*

MISMORBIA, V. *Millemorbia.*

MISOCLVS, f. pro *Miſſellus*, diminut. a *Miſſus*, tenue ferculum. Canones Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 7. *Pane ſine menſura, et ferculo aliquatenus butyro impinguato die Dominico* (vtatur poenitens) *ceteris vero diebus paximasi panis menſura, et Miſoclo parum impinguato.* V. *Miſſus.*

MISPANTISTAE, Diuionenſibus vocantur Presbyteri illi, quos Rectores eccleſiarum parochialium, vel religioſi, ſibi aſſociant ad regimen animarum, Gall. *Prêtres habituez*; iidem qui alibi *Portionarii* dicuntur: ſic autem appellati videntur quod portio illis aſſignata minor eſſet curiali, vel etiam quod dimidiam oblationum partem tantum participarent. Conſule Hiſt. Eccleſ. S. Stephani Diuion. authore D. Tyot. V. *Portionarii.*

MISPERSVASIO. Roſwitha Monialis in Praefat. Panegyrici ad Ottonem I. Imper.

Sed hoc non ſuaſit malae Miſperſuaſio mentis,
Nec ſumma veri contempta ſponte fefelli.

Ita editum a Meibomio, vbi alii legunt *Miſpraeſumtio.*

MISPRENDERE, idem quod *Forisfacere*, in Capitulis Caroli Calui tit. 27. *Vt illi homines, qui in iſto regno contra ſeniorem noſtrum Dominum Karolum miſpriſerunt, ſi ſe recognouerint, propter Deum . . . . eis vult indulgere.*

MISPRISIO, definitur neglectio quaedam ſupina rei cuiuslibet, ſed proprie, apud IC. Anglos, Raſtallum ſcilicet et Cowellum lib. 4. Inſtit. Iuris Angl. tit. 18. §. 7. et 37. dicitur, ſi quis aliquem feloniam perpetraſſe cognoſcat, eumque Regi vel Magiſtratui non patefaciat. Ita *Miſpriſio* vox nuda vſurpatur, et definitur apud Guillelmum Stanffordium in Placitis Coronae lib. 3. cap. 39.

MISSA. (1) Pro *Miſa*, Impenſa, *Miſe*, habetur in Chartis vet. apud Perardum pag. 336. (2) Error, defectus, V. *Misdicere.* (3) Pro Miſſione, ſeu dimiſſione, ἄφεσις, quomodo *acceſſa maris*, pro acceſſione, apud Seruium in 1. Aeneid. et in Itinerario Hieroſol. *Spoſita*, et *Expoſita*, pro expoſitione, apud Interpretem Nouellarum: *Vita* apud Ouidium, pro Vltione; *Remiſſa*, pro remiſſione, apud Tertullianum et S. Cyprianum; *Confeſſa*, pro confeſſione, etc. V. Criticum Arnobianum Meurſii lib. 4. c. 10. Vox vero *miſſa*, pro miſſione

Digitized by Google

seu remissione, occurrit apud Suetonium in Caligula c. 25. et in leg. 3. Cod. Th. de Proximis etc. Cassianus lib. 2. de Coenob. Instit. c. 7. *Finito Psalmo, non statim ad incurvationem genuum corruunt, quemadmodum facimus in hac regione nonnulli, qui necdum bene finito Psalmo, in orationem procumbere festinamus, ad celeritatem missae quantocius properantes.* Cap. 13 *Quare post Missam nocturnam dormire non oporteat.* Lib. 3. c. 5. *Missa Canonica celebrata, usque ad lucem post vigilias extenditur.* Vbi *missa* est dimissio Fratrum peracto officio c. 8. *Post vigiliarum Missam.* His igitur locis *missa fieri* dicitur, cum populus ab Ecclesia dimittitur, peracto officio, his verbis, quae adhuc obtinent, *Ite, Missa est*, id est, *Missio vobis indicitur.* Nam, vt ait Auitus Viennensis Epist. 1. *in Ecclesiis, Palatiisque, siue Praetoriis, Missa fieri pronuntiatur, cum populus ab obseruatione dimittitur.* Sane eiusmodi *missas* etiam in Palatiis indictas ac pronuntiatas testatur Luitprandus lib. 5. c. 9. vbi de Palatio CP. *Moris itaque est, hoc post matutinum diluculum mox omnibus patere; post tertiam vero diei horam, emissis omnibus, dato signo, quod est Mis, usque in horam nonam cunctis aditum prohibere.* (4) Incruentum Romanae ecclesiae sacrificium, in quo Christi corpus conficitur: qua notione vox hæc vsurpata fere semper a Romana Ecclesia, vt obseruatum a Baronio ann. 34. n. 60. et aliis. De vocabuli origine variae sunt Scriptorum sententiae. Hanc enim quidam, vt idem Baronius, ab Hebraeo *Missali*, id est, *oblato*, arcessunt: alii a *mittendo, quod nos mittat ad Deum*, vt est apud Alcuinum de Diuinis offic. Honorium Augustod. lib. 1. c. 2. Rupertum lib. 2. c. 23. etc. Alii rursum a *missu*, i. ferculo, vel a *Mittere*, quae vox est sacrificiorum, vt Scholiastes Bedanae Historiae Saxonicae p. 4. Verum missis eiusmodi et similibus coniecturis, constans est et recepta ab omnibus viris eruditis sententia, scribentium *missam* dictam a *Missa Catechumenorum*, ea scilicet parte sacrae Liturgiae, in [illegible] concione, et Epistolae ac [illegible] lectione, Catechumeni e[illegible] baturi, Diacono dicente, [illegible] est, i. excedite: quomodo [illegible] cem acceptam mox innuim[illegible] que enim Catechumenis lic[illegible] tereſſe sacris mysteriis, vt i[illegible] seruabitur. Kero Monachus: *Sanctus, quia mittitur populus. Missa tempore sacrificii est, Catecumeni foras mittuntur, ch[illegible] Leuita, Si quis Catecumenus [illegible] fit, exeat foras: et inde Missa. Sacramentis altaris interesse non [illegible] sunt, quia nondum regenerati [illegible].* Cum vero in sacris quibusuis Liturgiis, iis finitis, *missae*, seu *actiones* fierent, inde accidit, vt (5) Pro quouis ecclesiastico officio, quod in aedibus sacris peragebatur, interdum sumatur: vel, vt censet Card. Bona lib. 1. c. 2. n. 3. pro Lectione. S. Caesarius in Regula ad Monachos c. 20. *Vigilias, a mense Octobri usque ad Pascha, duos nocturnos faciunt, et 3. Missas. Ab vna Missa legat Frater folia tria et orate.* Eadem notione, pro lectione nimirum, accipiendus videtur Canon 15. inter Hibernenses apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 8. *Qui non occurrerit ad consummationem, canas VIII. in ordine psalmos. Si excitatus venit post Missam; quidquid cantauerunt, repliceat exordium, fratres. Si vero ad secundam venerit, coena careat.* (6) Interdum pro dimissione a quouis Ecclesiastico officio sumi videtur apud Cassianum lib. 2. Instit. c. 13. *Quare post Missam nocturnam dormire non oporteat.* Cap. 15. *Post orationem Missam vnusquisque ad suam cellulam redeat.* Regula S. Benedicti cap. 17. *Post expletionem vero 3. psalmorum recitetur lectio vna, versus, et Kyrie eleison, et Missae fiant.* Quamquam non desunt, qui his locis quodus diuinum officium intelligi volunt. (7) Pro ea Liturgiae parte, in qua Corpus Christi conficitur, vsurpata legitur, etiam apud vereres Scriptores. S. Ambrosius Ep. 33. Pressius rerum vox *Missa* accipitur pro ea Liturgiae parte, quae dimissionem Catecha-

chumenorum excipit, in Ordine officii Gothici to. 3. Concil. Hiſpan. p. 265. Vnde iterum firmatur vocis origo: *Quae deinceps fiunt, magis huic ſacrificio propria cenſentur, quod ab hoc loco cum quibusdam orationibus inchoatur, quarum prima nomen Miſſae ſortitur; eam vero praecedit, Dominus ſit ſemper vobiſcum.* MISSAS FACERE, ſacram Liturgiam celebrare, quod, qui ſacram Liturgiam peragit, *Miſſam* facit, id eſt, Catechumenos ab ea dimittit. Ita paſſim vſurpant Scriptores. MISSAS AGERE, in lib. 1. Sacram. Eccl. Romanae c. 75. et alibi. MISSAS AGERE *vel tractare*, apud Victorem Vitenſem lib. 2. de Perſecut. Vandal. initio. MISSAM AMITTERE, Phraſi Gallica *Perdre la Meſſe*, huic non adeſſe. Epiſtola encyclica monachorum Burgidol. to. 2. Spicil. Acher. p. 517. MISSAS DICERE, Gregorio Turon. lib. 9. c. 20. MISSAS REDDERE, dicitur Epiſcopus, cum in eccleſia quae interdicta fuerat, ſacram Liturgiam celebrare rurſus permittit. Annal. vett. Murin. ad ann. 1249. apud Murator. to. 11. col. 63. MISSAS TENERE, in Relatione Ioannis et Epiphanii Presbyteri Theſſalonicenſis, inter Epiſtolas Hormisdae PP. *Statuerunt omnes in unum Epiſcopi, ne quis Miſſas foras ciuitatem teneret. Miſſas tenere*, interdum eſt iis intereſſe, eas audire, in eodem Concil. Agath. can. 47. et Braccar. can. 16. *Miſſas tractare*, in concilio Autiſſiodor. can. 19. MISSAS CONSECRARE, apud Gregorium Turon. de vitis Patrum c. 6. MISSAS CELEBRARE, in Poenitentiali Theodori c. 2. Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 209. MISSAS CANTARE, paſſim, et locis indicatis a Steph. Baluzio in Notis ad Capitular. p. 1168. MISSAS DECANTARE, apud Frotharium Tullenſ. Epiſc. epiſt. 2. MISSAS DARE, quod *Miſſiones* Catechumenis dentur in ſacra Liturgia. Anaſtaſius Bibl. in Hiſt. de Exilio S. Martini PP. MISSAS LEGERE, apud Coſmam Pragenſ. in Chronico Aulae Regiae c. 8. V. Card. Bona l. 1. c. 13. n. 5. MISSAS SPECTARE, pro iis intereſſe, apud Gregor. Turon. lib. 8. Hiſt. c. 7. et 31. MISSA, pro feſto Sancti alicuius, quod in eo *Miſſa* ſolennis peragatur: vnde forte, inquit Vadianus, Germani Meſſe ſeu *Miſſas* nundinas appellant, quod in feſtis principalibus indici et celebrari ob populi frequentiam ſoleant. Charta Dagoberti Regis Franc. apud Doubletum lib. 3. c. 3. *Cognoſcas ſollicitudo et prudentia veſtra, qualiter volumus et conſtituimus in honore domini et glorioſi patroni noſtri Dionyſii mercatum conſtituendo ad Miſſas ipſa quae euenit ſeptimo Idus Octobris ſemel in anno, etc.* Vetus Poenitentiale MS. *Tres Quadrageſimas ieiunet, vnam ante Natale Domini, 2 ante Paſcha, 3. ante Miſſam S. Ioannis. Et ſi totam Quadrageſimam ante Miſſam S. Iohannis implere non poſſit, poſt Miſſam impleat.* Ita *Miſſam* pro feſto alicuius ſancti licet paſſim obſeruare apud Scriptores. MISSA LVMINVM, pro feſto Purificationis, German. Lichtmeſſe, apud Gretſerum in Muricibus Chriſtianis p. 117. MISSA ADVENTITIA, eadem quae *votiua*. Epitome Conſtit. Eccl. Valent. to. 4. Concil. Hiſpan. p. 171. MISSA DE AGVINALDO. Concilium Mexicanum an. 1585. inter Hiſpan. to. 4. pag. 356. *Miſſae vero quas Hiſpanice de Aguinaldo vocant antequam dies illuxerit, ne celebrentur. Aguinaldo vocant antequam dies illuxerit, ne celebrentur. Arguinaldo* Hiſpanis idem quod Strenae, Gall. *Etrennes.* Sic autem dicta haec Miſſa videtur, quod ſummo mane, quaſi dici primitiae, Deo offerretur. MISSA ALTA, ſolemnis cum cantu. Charta an. 1377. apud Rymer. to. 7. pag. 159. MISSA AMBROSIANA, qua vtitur eccleſia Mediolanenſis, fuit a S. Ambroſio inſtituta, vt auctor eſt Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 22. De ea fuſe egit Cardinalis Bona lib. 1. Rerum Liturgic. c. 10. MISSA ANIMARVM, quae cantatur pro defunctis, in Vita B. Mathildis Reginae num. 9. 10. MISSA ANNVALIS, quae ſingulis diebus per annum dicitur, Gallis *Annuel* in Statu-

Statutis Cisterc. an. 1189. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1265. MISSA AVDITA. Compendium iurium et consuet. Vniuers. Paris. per Rob. Goulet fol. 18. *Hora sexta pro grammatistis parua lectio fiat vt aptius congregentur in sacello, et hora septima praecise celebretur Missa, vt loquuntur, Audita.* Forte ob praemissam lectionem. MISSA AVREA. Chron. S. Godeh. Hildesh. ibid. p. 408. *Item Missam singulis annis instituit de beata semper Virgine Maria, quam ob suam magnificentiam Aueram vocamus.* MISSA BASSA, eadem quae *priuata*, seu quae *submissa voce* celebratur, vt legitur apud Lobinellum to. 2. Hist. Britan. p. 1604. hoc est, sine cantu, vel vt habet Bulla Benedicti XIII. an. 1419. *sine nota.* MISSAE BIFACIATAE, *trifaciatae*, dictae, cum Missae plures diuersi argumenti vsque ad offertorium saepius iteratae, tandem vno Canone concludebantur: aduersus quas studiose scribit Petrus Cantor in Verbo abbreuiato. Ita Georg. Cassander de Liturg. † MISSA ABSQVE CANONE, eadem quae *naualis* et *ficca*, in Annal. Victor. Mss. † MISSA CANONICA, a canone ecclesiastico praescripta, in Ch. Mf. a. 1300. MISSA CARDINALIS, quae in ara *cardinali* celebratur. Miracula S. Bertini saec. 3. Bened. part. 1. p. 132. MISSA CATECHVMENORVM appellatur ea sacrae Liturgiae pars, quae Missam Fidelium antecedit; quae scilicet non nisi Fidelibus praesentibus peragitur: cui quidem priori parti Catechumenis licebat interesse, ei nempe, quam vulgo dicunt constare Epistolae Euangelii lectione. Nam lecto et Euangelio dimittebantur ab Ecclesia solenni Diaconi voce, vt est apud Clementem lib. 8. c. 12. Tumque sacrae aedis fores claudebantur, vt est apud S. Maximum in Mystagog. c. 16. ea autem Diaconi vox erat: *Si quis non communicat, det locum*, id est excedat, vt est apud Gregor. M. lib. 2. Dialog. c. 23. vnde cum ab ea dimissione inciperet Missa Fidelium, nomen inde sumpsit, ipsa quae pro Fidelibus peragi incipit Litur[gia] enim idem quod *Dimissio* pra est obseruatum. MISSA [illegible] MALIS, quae dicitur, cum Chrisma conficitur, Feria 5. hebdomadae, in l. Sacram. M. in Cod. Remensi et in lib. crament. Eccles. Rom. c. 40. COMMVNIS, publica. Brauli[illegible] saraugustanus in Epist. Vitae S. miliani praefixa. MISSA CO[illegible] TVALIS, eadem notione. C[illegible] Toler. an. 1565. inter Hispan. p. 76. † MISSA COPETATA[illegible] Gall. *Copter*, campanae alteru[illegible] tus diuisis et distinctis ictibus pu[illegible] sare. Ch. a. 1398. in Prob. Hist. Autiss. p. 132. MISSAE DECEN[illegible] TAE, in Charta an. 760. apud Baluz. in Append. ad Capitul. col. 1392. *Duas portiones tam de terra, vineis .... vobis visus fui condonasse, vt omni tempore Missae ibidem Decentae esse debeant;* hoc est, ni fallor, vt decenti cultu Missae celebrentur. MISSA DIEI, quae post *Missam Matutinalem*, orto iam die, canitur, apud Ioann. Episcopum Abrinc. de Offic. Ecclesiast. p. 36. MISSA DOMINICA, maior, solemnis. Statuta MSS. Eccles. Lugdun. MISSA DOMINICALIS, quae Dominicis diebus cani solet, in Missali Gothico p. 385. et apud Ioan. Abrincens. Episc. de Eccl. offic. p. 23. MISSA DE EXCEPTATO, pro *de Expectato*, in Missali Ambrosiano, ea dicitur quae, die vigiliam Natalis Domini praecedente, cantatur, vndeadem *Praeparatio ad vesperam Natalis Domini* vocatur in Missali Gothico seu Gallicano. MISSA FAMILIARIS, eadem quae pro *Familiaribus* inscribitur in libro Sacram. Gregorii M. p. 256. Edit. Menardi, vel Missa priuata, cui opponitur publica. Eadmer. lib. 1. Vitae S. Anselmi Archiep. Cantuar. c. 14. MISSA FECVLIARIS, eadem notione, in Capitul. Theodulfi Aurelian. cap. 45. MISSAE FERIALES, quae singulis hebdomadae feriis canuntur. Priscis quippe temporibus, ait Beleth c. 51. et ex eo Durandus lib. 4. Rat. c. 1. num. 28. [illegible] [illegible] [illegible]

hæreticis, et Trinitatem impugnantibus, ex institutione Alcuini magistri Caroli, rogatu Bonifacii Archiep. Moguntini, statuentis, prima feria de Trinitate dicebatur: secunda de Sapientia: tertia de Spiritu sancto: quarta de Caritate: quinta de Angelis: sexta de Cruce: septima de beata Virgine. Causa vero cessante, illud cessauit, et dominicali officio ordinato, statutum fuit, quod prima feria suum haberet officium, scilicet de Trinitate, secunda de Angelis, etc. *Missae feriales* alicubi solemnes et publicae vocantur: *feriae* enim interdum dicti dies festi. MISSA GALLICANA, ea scilicet quae ante Pipinum et Carolum M. in Gallia obtinebat: hanc eamdem cum *Toletana* fuisse docte et copiose probat Cardinalis Bona l. 1. Rerum Liturgic. c. 12. MISSA DE GALLI CANTV, eadem quae *de aurora* hodie dicitur. Gaufridi Vosiensis Chron. part. 1. c. 27. tò. 2. Bibl. Labbeanae. MISSA S. GREGORII, quae iuxta ritum Gregorianum celebratur. Pauli Maffei Ep. 7. apud Marten. to. 3. Ampliss. Collect. col. 904. MISSA DE IEIVNIIS, quae die iciunii celebratur. Statuta Eccl. Cadurc. etc. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 706. MISSA ILLYRICIANA, ea scilicet quam Matthias Flacius Illyricus olim Argentinae vulgauit, atque Romana antiquiorem falso opinatus est. MISSA IVDICII, inter Formulas exorcismorum to. 2. Capitul. col. 647. cum scilicet quis ad *iudicium Dei* sese disponebat, quo innocentiam suam tueri, et crimen obiectum a se amoliri posset. V. in *Iudicium*. MISSA DE LVCE, V. *Missa de galli cantu*. MISSA LVNATICA, celebrata die Lunae, in Statutis Confratriae clericorum apud Pontisaram. MISSA MAIOR CONVENTVALIS, publica, solemnis. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses an. 1351. ex lib. viridi fol. 53. MISSA MATVTINALIS, quae post exactas matutinas dicitur, apud Ioan. Episcopum Abrinc. de Offic. Ecclesiast. *Missae matutinae*, in Concilio Vasionensi cap. 20. MISSA MINOR, eadem quae *Matutinalis*. Miracula S. Columbani c. 7. saec. 2. Bened. p. 44. MISSA MOZARABVM, cuiusmodi fuerit, docent prae caeteris Aluarus Gomezius lib. 2. de Reb. gest. Cardin. Ximenii, et Cardin. Bona lib. 1. Rerum Liturgic. c. 11. MISSA NAVALIS, V. *Missa Sicca*. MISSA NOVA, quae a nouo Sacerdote prima celebratur. Concil. Vallis-Oletanum an. 1322. inter Hispan. to. 3. p. 558. Eadem quae MISSA NOVELLA dicitur in Epist. 125. Petri Delphini apud Marten. tom. 3. Ampliss. Collect. col. 1071. MISSA NVPTIALIS, in benedictione Nuptiarum celebrari solita. Concil. Toler. an. 1323. inter Hispan. to. 3. p. 572. MISSA PASCHALIS, quae in singulis septimanae Paschalis feriis agitur, in Missali Gothico p. 342. 343. in Gallicano p. 480. MISSA PEREGRINORVM. Guid. Discipl. Farf. c. 2. *Post Capitulum, aliquantulum intermallum factum, sonent signum ad matutinalem Missam pro adunatione pauperum, et sacerdos qui alia hebdomada maiorem Missam Cantauerat, Missam peregrinorum dicat, et oblata tribuat.* MISSA PERFECTA, Τελεία θυσία, τελεία, ἐντελὴς λειτουργία, perfectum sacrificium dicitur respectu Missae, τῶν προηγιασμένων, quae *imperfecta*, quod in ea Corpus et Sanguis Christi non conficiantur, Balsamoni ad can. 52. Trull. in Typico c. 21. Simeoni Thessal. Resp. 60. etc. MISSA PLANA, priuata. Ceremonial. Episcopor. l. 1. c. 12. MISSA POPLICA, Secunda Missa quae in festo S. Laurentii assignatur in Sacramentario S. Gregorii ex Cod. Gellonensi, apud Marten. de Offic. diuin. p. 576. sic inscribitur: *Item ad Missam poplicam in die eiusdem.* Prima vero sub hoc titulo: *Natale S. Laurentii mane prima.* Manifestus error, *poplica* pro *publica*, (* seu pro *Populica*, populari). MISSA PRAESANCTIFICATORVM, Graecis λειτουργία τῶν προηγιασμένων, ea dicitur, in qua Corpus Christi non conficitur, sed confectum antea, diuinis laudibus decantatis, absumitur. Leo Tuscus: *Dignum*

Dignum scitu est, quod quadragesimali tempore Graeci Missarum solennia, exceptis sabbato et Dominica, non celebrant, sed Praesanctificatis, sicut nos in die sancta Parascues, utuntur. MISSAE PRIVATAE, ad discrimen Maioris et publicae Missae. *Solitariae* dicuntur Stephano Eduensi lib. de Sacram. altaris c. 13. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 32. MISSA PVBLICA, cui interesse vtrique sexui promiscue licet, quae coram omni populo peragitur, *legitima* dicta Wal. Straboni cap. 22. *generalis* Amalario, publica, in Concilio Vasionensi c. 20. MISSAE QVADRAGESIMALES, quae in Quadragesima dicuntur, in Concilio Vasionensi, cap. 20. et Vasensi c. 3. MISSA REVELATA. Concil. Valentin. ann. 1565. inter Hispan. to. 4. p. 73. *Synodus praecipit superstitiosum cultum Missarum, quae dicuntur Revelatae et S. Amatoris et aliarum quarumcunque similium aboleri; cerum etiam candelarum numerum, qui speciem superstitionis habet, reiiciendum esse duxit.* MISSA REVOCATA, celebrata. V. *Revocare.* MISSA ROMENSIS, in Liturg. Gallic. lib. 3. pag. 300. id est ex Ordine Romano seu Gregoriano, vt ibid. monet Mabillonius. MISSAM SACRAMENTORVM, Missae Carechumenorum opponit Iuo Carnotensis, Epist. 219. in qua scilicet sacra mysteria peraguntur, a quibus arcebantur Carechumeni, vt obseruatum supra. (Vita Gregorii VII. PP. sec. 6. Bened. part. 2. p. 455.) MISSAE SECVNDAE. Anastasius in S. Deus dedit PP. ex veteri Codice: *Hic constituit secundas Missas in Ecclesia.* Cum scilicet vna tantum celebraretur. MISSA SICCA, vt est, apud Durandum L. 4. Ration. cap. 1. n. 23. *dicitur*, quando *Sacerdos non potest conficere quia forte iam celebrauit, vel ob aliam causam potest accepta stola Epistolam et Euangelium legere, et dicere Orationem dominicam, et dare benedictionem etc.* Ita Eckius in Annotatione ad librum oblatum Caesari art. 21. ait *Missam siccam* esse *Missae simulationem. Sacerdote agente quae sunt celebrantis, cum* [illegible] *Collecta, Epistola, Euangelio etc.* [illegible] *qui tamen, quia non vult com*[illegible] *non consecrat ita vt Missa fie*[illegible] *pore et Sanguine Domini.* [illegible] autem Presbyteri eiusmodi [illegible] celebrare absque Communi[illegible] in Capit. Carol. M. L. 1. c. [illegible] Missam siccam non nuperam [illegible] colligitur. MISSA NAVALIS, *Nautica*, eadem quae *ficta* [illegible] dam dicitur, eo, quod in lo[illegible] ctuante et vacillante, vt in mari et fluminibus, quibus in locis *perfectam Missam* celebrandam non putant, ad hunc tantum modum Missam dici posse tradunt. MISSA SINGULARIS, eadem quae *priuata*, seu specialis, de qua mox Eddius Stephanus in S. Wilfrido, cap. 61. MISSA SPECIALIS, priuata. Capitula Theodorici Cantuarienſis cap. 10. Edit. Iacobi Petiti: *Centum viginti Missae speciales singulae cum 3. psalteriis, et cum 300 palmatis excussantenum*, scilicet poenitentiae. MISSA VOTIVA, quae ex proprio voto, seu motu, peragitur et dicitur, ad differentiam Missae quae a Kalendario praecipitur. Monachus Milstetensis in Miraculis B. Domitiani n. 20. MISSAE PRESBYTER, sacerdos Ordinarius, presbyter qui Missam dicit. Capitula de Weregildis post idem Concilium Gratelenum, et Leges Henrici I. cap. 64. vbi opponitur *Sacerdoti qui regularem vitam ducit et Sacerdoti plebeio.* V. c. 68. et Leges Edmundi Saxonicas cap. vlt. §. 8.

MISSACANTANIAE, in Tabulario Sordensi apud Marcam lib. 1. Hist. Beneharn. cap. 28. n. 17. sunt oblationes et distributiones, quae a pluribus Presbyteris pro missis ab iis decantatis offerebantur. Hispanis *Clerigo Missacantario* est Presbyter, in Leg. Alfonsi Regis Cast. 1. part. tit. 4. leg. 20.

MISSAGIVM, oblatio, seu prouentus oblationum. Tabular. S. Vincentii Cenoman.

MISSALE. (1) Missa, officium Missae. Charta anni 1284. apud Kennet. in Antiquit. Ambrosden. pag. [illegible] (2) Liber

Digitized by Google

liber Ecclesiasticus, in quo continetur Missarum officium, a Gelasio PP. primum compositus, deinde a Gregorio M. in meliorem formam redactus, cui *Sacramentarii*, seu *Libri Sacramentorum* titulum imposuit, vt auctor est Ioannes Diaconus in Vita Pusd. Gregorii. Tabular. S. Remigii Remensis: *Missalem Gregorii, cum Euangeliis et Lectionibus, . . . alterum Missalem Gelasii vol. 1. etc. Missalis Gregorianus*, in Cod. Epistolarum S. Bonifacii Archiep. Mogunt. Epist. 114. *Missalis qui vocatur Gregorialis*, apud Amalarium lib. 3. de Eccl. officiis cap. 40. *Liber Missalis* apud Ordericum lib. 5. p. 590. et Florentium Wigorn. ann. 1064. *Codex Missalis*, apud Leon. Ost. lib. 1. Chron. Casin. cap. 56. MISSARIVS, eadem notione, in Capitulis Caroli M. lib. 1. tit. 109. MISSALE MIXTVM, vbi, ni fallor, praeter ea, quae ad missam spectant, alia occurrunt. Testam. an. 1291. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. pag. 550. V. *Mixtum* 3. MISSALE PLENARIVM, nude interdum *Plenarius* vel *Plenarium*, liber Ecclesiasticus, in quo Euangelia et Epistolae *pleniter* continentur. Acta Murensis Monasterii p. 31. PLENARIVM, nude. Honorius Augustod. in Gemma animae, lib. 1. cap. 4. *Post quos septem Diaconi cum Plenariis incedunt.* PLENARIVM dicitur etiam de aliis libris. Acta Murensis Monasterii p. 30. *Deinde de nouo Testamento sunt hic duo Plenaria, vnum ab inuicem est diuisum.* Charta Ludouici Pii in Vita Aldrici Episc. Cenoman. num. 11. *Sicut in Plenariis et breuiariis eiusdem Ecclesiae, continentur etc.* Adde pag. 40. et 144. Sed hoc loco idem est quod MISSALE.

MISSALIS. MISSALE ORNAMENTVM, suppellex ecclesiastica ad Missam celebrandam. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 551. *Missaticus apparatus*, in Actis S. Vdalrici to. 2. Iulii p. 100. MISSALES PRESBYTERI. Concillabulum Clouesshoense an. 824. *Ad praestationem istius iuramenti adfuerunt Missales 30. Presbyteri, et Presbyteri alii* 160. Mox: *Haec sunt nomina Missalium illorum Presbyterorum, qui ad dictum iuramentum aderant, etc.* (*Missalis Sacerdos*, in Charta Eduardi I. Regis Angl. ann. 1296. apud Rymer. to. 2. pag. 731.) Ita in Legibus Presbyterorum Northumbrensium sub ann. 977. cap. 51.

MISSALIS ANNONA, decima, sic dicta, quod *Missali presbytero*, seu Curato debeatur, Germ. Meßkorn. Charta ann. 1319. apud Ludewig. to. 1. Reliqu. MSS. pag. 287.

† MISSALETVM, diminut. a *Missale*, in Inuent. a. 1218.

MISSALIS. (1) Idem quod *Missale* 2. in Chartul. Angeriac. (2) † MISSALIS NVMMVS, oblatio quae sacerdoti pro missa offertur, in Ch. a. 1219. MISSALE OFFICIVM, officium matutinale, ap. Baluz. t. 3. Miscell. p. 49. V. in *Missale* 2.

† MISSARANA, vasis genus ad vsum *missae*, vrceolus, in Inuent. Ms. a. 1379.

MISSARE. (1) *Missam cantare*, Vgutioni. Gregor. M. ad Augustinum Episcop. Angl. L. 12. Epist. Ind. 7. ait *formam Missandi, aliasque consuetudines, rem liberam esse.* V. *Messiare*. (2) † *Missare, missitare, mandare*, in Gloss. Prou. Lat. Cod. 7657.

MISSARIA, officium *missarii* seu nuncii publici. Statuta Astens. collat. 4. cap. 5. p. 17. V. *Messagarius*, et *Missaticus* in *Missus* 2.

MISSARIVS. (1) Vt *Missale* 2. V. in hac voce. (2) † Presbyter qui *missam* dicere tenetur, in Suppl. ad Mirac. p. 192. (3) † Ad *missam* pertinens, in Stat. Tolos.

† MISSATICIA, missi officium, in Lit. Saladini, ap. Lam. Delic. erud.

MISSATICVM. (1) *Missaticum, Missaticus, nuntium*, Vgurioni, Legatio, Gallis *Message*. Capitulare 3. ann. 813. cap. 7. *Si quis Missum dominicum occiderit, quando in Missaticum directus fuerit, etc.* Leo III. PP. Epist. 5. *Nam Missaticum per patrias deportare, non nobis videtur quod idoneus sit.* MISSIATICVM, eadem notione. Vita S. Aicadri Abb. Gemetic. cap. 13. sec. 2. Bened. pag. 959.

Digitized by Google

959. (2) Epistola. Acta S. Io. Presbyteri to. 4. Iunii pag. 483. (3) Alia notione. Charta an. 1175. apud Vghellum to. 7. pag. 1221. *Debet . . . . 8. salmas vini, & 6. mannas lini, et Missatica operas 5. tres ex his in persona, et duas in alia cum bobus.* Infra: *Et exenia et Missatica et operas.* Forte idem quod decima, V. *Missalis annona.* (4) Districtus et iurisdictio Missi, seu *Ministerium Missi*, vt est in Concilio Suession. II. ann. 853. c. 10. Concilium Duziacense I. part. 5. pag. 293. 1. Edit. V. *Messegaria.* (5) † Donum, munus, vel *missi* seu nuntii seruitium, ap. Vghell. t. 1. Ital. S. p. 1126.

MISSATICVS. (1) Missus, nuntius. Vgutio: *Missaticus, qui frequenter mittitur, nuntius.* Synodus Pontigonensis ann. 876. c. 13. MESSATICVS, eadem notione. Anonymus Barensis in Chron. ad ann. 1053. (2) *Qui frequenter canit Missam.* Vgutioni.

MISSIATICVM, V. *Missaticum.*

MISSATIO, missae celebratio, in Orat. Vlrici, in Conc. Basileensi. V. *Messiatio.*

MISSIBILIS MONETA, V. *Moneta.*

MISSICIVS, *ad mittendum aptus, vel qui militiam exhibet.* Ita Ioan. de Ianua, ex Glossis Isidori: *Missicius, qui militiam exhibet,* vnde emendandae editae, *Missilius, qui missilia exhibet.* Sed videtur legendum *exhibuit;* vel vt emendat Carolus de Aquino, *Missicius, qui militiam exiuit. Missicii* enim dicti milites veterani, qui a militia *missi* erant, nec amplius militabant. Vetus Inscript. TRIB. LEG. XI. AVG. ET MISSICIVS LEG. VI. AVG. Gl. Basil. *Μισσίκιος, παλαιὸς, στρατιώτης ἀπολυθείς.*

† MISSIFICARE, missam celebrare. Contin. Hist. S. Seueri a Sleydano ad a. 1076.

MISSILIA, *alias Missalia dicuntur donalia, vel quaedam praestationes, quas nouus praetor creatus mittebat in vulgus, vt quod quisque apprehenderet, eius fieret: vt in Coronatione Papae vel Imperatoris fieri solet, etc.* Vocabular. iuris vtriusque.

MISSILIVS, V. *Missicius.*

MISSIO. (1) Legatio. B... iun. de Casibus S. Galli. MISSIO, pro Verbi inc... Opuscul. S. Bened. Anian. ... luz. tom. 5. Miscell. pag. ... Cessio, dimissio. Bulla Vr... PP. ann. 1096. to. 6. Spicil... p. 21. (4) Administratio, o... pensa, Hispan. *Mission.* Ch... 1206. apud Marten. to. 1, ... Collect. col. 1072. *Mando vo... vt operetis et constructis cas... Ciuitate, et habeatis super illam ... fiatem dicti castri, illam Missionem ... lius operis, et cum dictum castrum constructum et operatum fuerit ego, vel mei successores persoluamus vobis dictam Missionem tamen a vobis facliter et bona fide computatam.* Hinc (5) MISSIONES, expensae, Gall. *Mises.* Charta Iacobi Regis Aragon. an. 1228. apud Ioan. Dameturn in Hist. Regni Balearici, p. 204. *Premittimus vobis insuper, quod si deiste viatico desistemus, reficiamus vobis omnes Missiones et expensas etc.* Tabular. Eduense an. 1294. (6) MISSIONVM IACTVS, distributio pecuniae viritim soluendae. Gall. *Taxe.* V. *Iactus Missionum.* (7) † Traditio, addictio, t. 9. Ordinat. pag. 600. (8) † Ius concedendi facultatem vtendi re aliqua, in Ch. Mf. a. 1201. (9) † Oblatio quae sacerdoti pro *missa* offertur, in Ch. a. 1154. V. *Missalis nummus.*

MISSIPVLARE. Supplem. Antiquarii: *Missipulat, ποππύζει, sibilat, aplaudit.*

MISSONVM, fascis, Gall. *Paquet, botte.* Charta ann. 1330 ex Archiuis S. Victoris Massil. *Item pro decima canabis et lini decimum tertium Missonum.*

MISSOR, idem, qui *Missus*, qui alterius nomine agit. Charta an. 1313. in Regest. 56. Bibl. Colbert.

MISSORIVM, lanx, seu discus. Glossae antiquae MSS. *Fercula, Misseria.* Gloss. Arabico-Lat. *Discum, Missorium.* Papias: *Lances, vasa quibus sacrificatur, Missoria.* V. eundem in voce *Vas.* Glossae Isidori: *Lancibus, Missoriis.* Papias, et ex eo Will. ...

Digitized by Google

Vocabular. MS. *Ferculum dicitur mensa seu discus edentium, alias vascula. Missorium in quo epulae feruntur. Missorium, Mensorium dicitur a mensa scilicet parvulum, quod in mensa ponitur.* Ioan. de Ianua: *Missorium, concha modica, vbi aliquid liquoris immittitur, et dicitur a misto.* Auctor Mamotrecti ad Cantic. c. 3. *Ferculum, mensa siue discus edentium, et vasculum Missorium in quo epulae feruntur.* MISSORIVS, in Gestis Dagoberti Regis cap. 30. MESSORIVM, Isidorus lib. 20. c. 4. de Vasis escariis: *Messorium vocatur a mensa per deriuationem, qua mensorium.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Messorium, Vaissiaux à mettre viande pour table.* MENSORIVM, *a mensa dicitur, quod est in mensa, vt mantile et vas escarium.* Ioh. de Ianua.

MISSVRIVM, pro *Missorium*, in Charta Athelberti Regis Angl. apud Will. Thorn. c. 1. §. 9. et pag. 2124. et in Monast. Anglic. t. 1. pag. 24. *Missurium etiam argenteum, scaptonaureum, iterum sellam cum freno aureo, etc.* Ita Graeci recentiores, Μισσάριον, interdum dixere, vt Constant. Porph. de Themat. p. 7. Μισσώριον, alii. Et sane a *missu*, Gallis *Mès*, vocis etymon arcessit Sirmondus ad Ennodium, quod malim, quam quod Vossius ait, ita vocatum, quia dono mitti soleat a Principibus.

MISSVS. (1) Gallis *Mès de mariage*, ius quod domino Castri d'Assi competit, quod eiusmodi est, vt ex singulis cibis, qui in vasallorum nuptiis apponuntur, discus vnus ad dominum deferri debeat. Aliud simile debetur Domino de la Boullaie, in Normannia, quòd *Regal de mariage* appellatur, quod tenetur sponsus die nuptiarum, cum citharista afferre ad dominum 2. amphoras vini, 2. panes, et *spatulam mutonis*, et semel saltare, deinde domum redire. (2) Legatus, nuntius, qui ab alio *mittitur*. Gloss. Graec. Lat. *Missus* ἀπόστολος. Glossae MSS. ad Concil. African. *Legati, Missi.* Vita Ludouici Pii Imper. ann. 814. *Beneventanorum itidem Principem Grimoaldum non quidem venientem, sed Missos suos mittentem, pacto et sacramentis confirinxit etc.* MISSI, apud Scriptores Francicos, proprie dicebantur, qui e Palatio in ciuitates et prouincias extra ordinem mittebantur a Principe cum amplissima potestate, *vt de omnibus causis quae ad correctionem pertinere viderentur, quanto possent studio per semetipsos regia auctoritate corrigerent: et si aliqua difficultas in qualibet re eis obsisteret, ad Regis seu Imperatoris notitiam deferre curarent;* deinde vt inquirerent *quomodo hi qui populum regere deberent, vnusquisque in suo ministerio se custoditum haberet*, quique *gratiarum actione*, et qui *correctione et increpatione* digni haberentur: vt est in Capitulari 3. Ludouici Pii c. 3. 4. 5. vnico verbo mittebantur, *ad iustitias faciendas, exequendas, ad recta iudicia determinanda, ad oppressiones populorum releuandas, etc.* Quo spectat quod in veteri Inscr. legitur: *P. Aquius Scaeuae et Flauiae filius . . . extra sortem auctoritate C. Caesar et S. C. Missus ad componendum statum in reliquum Prouinciae Cypri etc.* MISSI DOMINICI, id est, *proprii* ex domo Regia selecti, in Lege Longob. lib. 1. tit. 13. §. 3. MISSI REGALES, in Capitulis Carol. M. ann. 797. editis ab Holstenio c. 4. MISSI REGII, in Synodo Pistensi ann. 862. cap. 4. in Edicto Pistensi Caroli C. cap. 25. MISSI PALATII, in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. §. 17. lib. 3. tit. 13. §. 3. MISSI A LATERE, ex *latere* in Synodo Romana sub Bonifacio II. edita ab Holstenio p. 77. 78. MISSI DISCVRRENTES, seu *decurrentes*, vt est in Capitul. 3. ann. 811. c. 8. videntur appellati, non quidem Missi de quibus agimus, sed qui ad certas quasdam functiones a Principe extra ordinem mittebantur. Fredegarius in Chron. cap. 87. Ex quibus et aliis locis, ira iurisdictionem exercuisse *Missos discurrentes* colligitur, vt si res essent maioris momenti, vel quae mandatum eis iniunctum excederent, ad *Maiores Missos* per ipsum *Missaticum* constitutos referre, vel cum iis res ipsas peragere tenerentur, vt est d. tit. 24.

pag. 245. 253. Vbi *Missi Maiores* iidem sunt qui *Dominici*, qui in certas Prouincias mittebantur a Principe *ad iustitias faciendas*. *Missorum* vero discurrentium crebra est mentio in vett. Tabulis. MISSI DISCVSSORES, iidem vocantur in Edicto Chlotarii II Reg. an. 615. tom. 1. Capitul. col. 24. MISSI FISCALES in Lege Ripuar. tit. 89. et *Missi Fiscalini*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. §. 13. videntur fuisse ii qui in fiscos regios mittebantur a Principe, vt villicis inuigilarent, resque dominicas recte disponerent. MISSVS DVCIS, in Lege Alaman. cap. 30. *Si quis Missum Ducis infra Prouinciam occiderit, tripliciter eum soluat sicut lex habet.* MISSI COMITVM, qui vices Comitum absentium agebant in placitis et mallis publicis, et eorum mandata exequebantur, in Lege Alaman. tit. 36. §. 1. 3. 4. 6. in Capitul. Caroli M lib. 2. cap. 24. qui *ministri Comitum* dicuntur in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. §. 12. MISSI REIPVBLICAE, *id est, Ministri Comitis*, in Epistolis Episcoporum Franciae ad Ludouicum II. Regem cap. 7. qui nude *Missi reipublicae* dicuntur, in Edicto in Carisiaco ann. 861. in Edicto Pistensi cap. 31. etc. MISSVS IVDICIS, in Capitul. excerpt. ex Lege Longob. c. 39. idem qui apparitor. MISSVS PRESBYTERI, idem qui Procurator, in Lege Alaman. cap. 21. *Missus Abbatissae*, eadem notione, in Synodo Vernensi, ann. 755. cap. 6. MISSI EPISCOPORVM, in Edicto Pistensi cap. 31. V. *Ministri Episcoporum.* MISSI S. PETRI, Legati Apostolici. *Archiepiscopus Bonifacius, qui est Missus S. Petri*, in Capitulari I. Carlomanni Principis ann. 742. cap. 1. (3) † Procurator, qui res alterius administrat, Gall. ol. *Miseur.* Chartul. Celsinian. (4) † Positus, Gall. *Mis*, t. 7. Coll. Hist. Franc. p. 206. (5) † *Nauis vel genus nauium*, ἀποστολος, ex Cod. reg.

MISTERA, V. *Misterium* 1.

† MISTERIALITER, ministerii seu officii virtute. Stat. synod. Corisopit.

MISTERIALVM, f. vasa myst[illegible] lebrandis necessaria. Acta S. [illegible] caëlis MSS. *Dimidium super[illegible] aureum lucens vt pharus [illegible] in quo erant cauilli aurei curui[illegible] candelabrorum, thuribulorum [illegible] rialorum, stolarum, librorum [illegible] geliorum.*

MISTERIVM. (1) Pro *Minist[illegible]* Gallis *Mestier*, ars. Tabulari[illegible] scanense, fol. 87. *Notum facio [illegible] ego nihil haereditatis habeo – [illegible] misterio quarti breatorii* etc. V. *Ministerium.* MISTERA, eadem notione, in Charta apud Rymer. tom. 4. pag. 751. MYSTERIVM, in Constitut. Caroli M. in Codice Sangall. pag. 223. (2) Iugum, fabrilis machina, Gallis *Métier*. Codex MS. redituum Episcopat. Autisiodor. ann. circ. 1290. exaratus: *Omnia Misteria textorum debent quodlibet XII. den. Comiti et illa de sago et tapetis VI. den. . . . Si aliquis homo haberet XX. Misteria ad texandum pannos, deberet quodlibet summam supra dictam, scilicet de Miste. io sago et tapetis VI. den. et de Misterio ad pannos XII. den.* (3) Officium et officii emolumentum. Charta Philippi Pulcri Franc. Regis in Bullario Fontanell. fol. 39. V. *Ministerium.* (4) Alia notione. V. *Maracio.* (5) † Officium ecclesiasticum et eiusdem pars, Ital. *Misterio.* Cerem. Carnot.

MISTICO, mysticus, Μυστικὸς, secretorum Principis conscius, *Auricularius*, dignitas Palatina apud Byzantinos. Will. Tyr. l. 15. c. 23. de Manuele Imper. CP. *Vbi fratrem suum se priorem palatium, audita patris morte, iam obtinentem, per Misticonem suum, qui palatio et thesauris praeerat vniuersis, . . . ex improuiso captum in vincula coniecit.* V. Glossar. mediae Graecit.

MISTILIO, miscellum frumentum, in Chron. Rotomag. apud Labbeum to. 1. Bibl. MSS. ad an. 1278. et in Chartul. S. Vandreg. V. *Mixtum.*

MISTIRIOL, caupo, in Glossa inedita lineari in Grammatica Smaragdi MS.

MISTOILVM, MISTOLIVM, V. *Mixtum.*

MISTRA,

Digitized by Google

A, *odia*, *mensura*. Papias MS. *istrum*.

STRALE, fructum, Gall. ol. *al.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1398.

RALES, MISTRALIA, V. *Miriales*.

STRVM, *lo odio naſcoſo*, in L. Lat. Ital. Mſ. Vnde emend. as in *Miſtra*, vbi leg. *odia occul-* vel tale quid.

M, pro vinum, apud Cencium rd. Rom. to. 2. Muſ. Ital. Ma- p. 201. V. *Mixtum*.

VRA, V. *Mixtum*.

VRARE, metiri. In peruetuſto d. MS. Epiſt. S. Pauli Graeco et ino litteris vncialibus ſcripto e l. Sangerm. 2. Cor. c. 10. 12.

ISSVS, pro *Miſſus*, poſitus, Gall. *Mis*. Capitula ad Legem Alemannor. c. 22. *Si in clida Miſa non fuerit, etc.* Occurrit ibi pluries.

MIT, volat. V. *Falcus* in *Falco*.

MITA. (1) Lex Bajwar. tit. 9. c. 2. §. 3. et 4. *De illo Granario, quod Parck appellant, cum 3. ſol. componat; de Mita vero ſi illam detegerit, vel incenderit, cum 3. ſol. componat.* Vbi recte viri docti exiſtimant eſſe idem quod *meta*, aceruus ſegetum. V. in hac voce. Quidam Codd. *meda* praeferunt. *) Germanis inferioribus Miethe, idem eſt ac ſuperioribus Feim, aceruus ſcilicet mergitum in chorte vel campo. (2) Monetae aereae Flandrenſis ſpecies, 4. obolorum pretii. Chron. Trudon. ad ann. 1282. *Tempore Guilielmi Abbatis Arnulfus de Los nullum ius habuit in villa noſtra de Berlo, nec reditus aliquos . . . . niſi ſolummodo ad Maſam Schandich ibidem, quae ſoluebat veterem Mitam cum dimidia. Mitte*, in Edicto Philippi VI. Reg. Franc. an. 1332. to. 2. Ordinat. Reg. p. 87. (3) Menſura potus. Vſus Culturae Cenoman. *Ad coenam habeant Prior et Praepoſitus, et cellelarius, et bailus, et duo Priores de foris, magnam Mitam.* (4) Idem quod *Mitana* infra. Charta an. 1218. ex Tabular. S. Victoris Maſſil. *Prohibemus ne Prior vel monachus* (deferat) *Mitas niſi forte Mitas quas fuerunt de panno.* (5) Forte cibus, eſca, et quidquid ad cibum pertinet. Concil. Limenſe ann. 1585. inter Hiſpan. p. 430. *Quoniam indecens eſt quod puellae doctrinarum ſacerdotum, eorundem domos ad verrendum vel rigandum frequentent, vel Mitam, vel alias res in eis domibus faciant; ordinamus, etc.* Aliud an. 1590. ibid. p. 452. *Diligenter inuigilent parochi, ne permittant vt Indi in templis quae ſunt domus orationis faciant partitiones Mitarum, ſeu tributorum, vel rerum ruſticarum.* Hiſpanis *Migas de pan cozido* eſt pulmenti ſpecies ex *mica* panis, oleo, aqua, ſale et allio conferta. (6) † Blatta, Gall. *Mite*, Germ. Mite, in Stat. Mſ. eccl. S. Laur. Rom.

MITABVNDVS, V. *Mitare*.

MITADELA, pro *Metadella*, vt etiamnum a Thuſcis appellatur, menſura ſolidorum ſimul et liquidorum, quae eſt pars octaua Sextarii apud Etruſcos. Albertinus Muſſatus de Geſtis Henrici VII. lib. 13. rubr. 8. apud Murator. to. 10. col. 536. Conſule Villani notem in hunc locum.

† MITADENCVS, MITADENQVVS, MITADENTE, menſura annonaria, variae capacitatis pro diuerſis locis, Gall. *Mitadenc*. Legitur in Ch. Mſ. a. 1336. 1338. 1352. etc. V. *Mitadela* et *Meytencus*.

MITADENQVVM BLADVM, miſcellum frumentum, Gall. *Bled méteil*, Prouinc. *Metadié*. Charta an. 1395. ex Schedis Praef. de Mazaugues: V. *Mixtum*.

MITADOLVS. Inſcriptio cuiusdam vaſis, apud Sugerium de rebus in adminiſtratione ſua geſtis:

Hoc vas ſponſa dedit Aanor Regi Ludouico,
Mitadolus aub, mihi Rex, Sanctisque Sugerus.

Forte nomen proprium.

MITANA, MITANNA, lanea, vel pellicea chirotheca, Gallis *Mitaine*. Inſtructiones Capituli Ciſtercienſis, diſtinct. 5. c. 7.

† MITARE. Gloſſ. Prou. Lat. Cod. 7657. *Doptar, Prou. ambigere, dubitare, dubare, muſſare, ſitare, mitare. Duptos, Prou. dubius, mitabundus, anxius.*

Digitized by Google

† MITARIVS, particeps, vt videtur, qui aliquid cum aliis in commune possidet. Ch. Ms. a. 1366. *Quandam peciam terrae in qua sunt plures mitarii, continentem vnum quarterium.*

MITATORICIVM, sacrarium, secretarium. Acta SS. to. 3. Maii vbi de S. Nicolao Patriarcha CP. p. 510. *Vt exinde pariter dextera ecclesiae parte, via consueta penitus relicta, ad Mitatoricium vsque pertransiret.* Μετατώριον vel μιτατώριον, Graecis recentioribus.

MITCHA. Charta Henrici III. Imper. ann. 1049. apud Chiffletium in Tornutio: *Caldarias quatuor ad sal conficiendum, cum propriis sedibus, quae vulgo Mitchae vocantur.* V. *Mitta.*

MITELLA, V. *Mitrae.*

MITELLITA, placentae genus, ex Turneb. Aduers. lib. 24. c. 6.

MITERIATA, modus agri. Charta Ludouici VII. Regis Franc. ann. 1172. apud Sammarthanos in Episcopis Matiscon. n. 40. *Quatuor Miteriatas terrae Capitulo donauit.* V. *Milteriata.*

† MITERIVM, mensurae annonariae species, eadem quae *Mitadencus.* Ch. Ms. a. 1326. V. *Meyterius.*

MITGERIA, mensurae species, V. *Migeria.*

MITHIVM, vt *Methium*, V. in hac voce.

MITHRA, pro *Mitra*, capitis tegumentum, apud Castarum lib. 1. Annal. Genuens. to. 6. Murator. col. 255.

MITHRIDATVM, Plinio: *Mithridaticum antidotum.* Epist. Ambrosii Camaldul. apud Marten. to. 3. Ampliss. Collect. p. 410. *Vascula duo testacea, alterum opiatae, alterum Mithridati lectissimi.*

MITHRIDI. Lex Frision. tit. 22. §. 50. *Si membranam qua iecur et splen pendent. quod Mithridi dicunt, vulnerauerit, 18. sol. componat.* Vbi Sicama legendum censet *midrist*, vel *middelrist*, i. pellicula, qua exta ab intestinis inferioribus separantur, a Saxon. *Midhripe*, quod Somnero diaphragma, mesenterium significat.

† MITICITAS, mansuetudo, benignitas, in Lit. remiss. a. 1383.

MITIFICARE, *mitem facere* [illegible] sis antiquis MSS.

† MITIPLANARE, leniter facere, in Stat. Placent.

MITISCVS, *vbi tenet homo pe* [illegible] *cum sedet in caballo*, in Glo Stapes.

MITITIA, a *Mitis*, mansuetu Ebrardum Bethun. lib. con denses c. 2. p. 56. *Mititas*, sa ad Gen. 15.

MITIVM, et MITTIVM. cis minime attigisse videntur nius et Cangius, cum *Mitia Missus* scriptum suspicantur; propius accedit eruditus Ecc in Notis ad Legem Sal. a Car M. emendatam p. 176. vbi *forestitio* vno verbo, idem esse tradit quod *proiectio*, seu *gurpitio*; quod scilicet veteribus solemne erat alicuius symboli proiectione rei cuiusuis possessione sese exuere, atque adeo alium inuestire. Hinc est etiam quod *Mittio* apud Marculfum lib. 1. Form. 23. de legali ad iudicium citatione interpretatur, quod ramo perinde abiecto et in sinum aduersarii proiecto, eiusmodi citatio fieri solitum erat. Mihi vero *Mitium* idem videtur quod Dominium, legitima possessio: quo sensu non obscure occurrit in Charta Caroli M an. 771. ap. Marten. to. 1. Anecdot. col. 11. *Praecipientes ergo iubemus, vt nullus iudex publicus . . . . homines ipsius ecclesiae et monasterii ipsius* (Mortuacensis) *tam ingenuos quam et seruos, qui super eorum terras et Mitio manere videntur, etc.* Praeceptum Pipini Regis an. 751. apud eundem Marten. to. 1. Ampliss. Collect. col. 26. *Praecipimus, vt neque vos, neque iuniores aut successores vestri Abbatibus ipsius loci* (Anisolensis) *nec Mitio potestatis illorum, nec hominibus qui per ipsos legibus sperare videntur, inquietare . . . . praesumatis.* Aliud eiusdem Regis an. 760. ibid. col. 27. *Vel quicquid ad ipsum monasterium sperare videntur, unde legitimo redebet Mitio, sub [illegible] tuitionis nostrae, etc.* Quae aliis non videntur ab iis quae leguntur in Diplom. Caroli M. an. 769. ib. col. 32.

Ita

... nullus iudex publicus in curtes ... monasterii (Corbeiensis) *vel homines qui supra terras commanere videntur, etc.* Et in alio an. 782. ibid. 42. *Vt nullus iudex publicus fisci ... in iam dictas villas vel facultates ipsius Sancti* (Martini) *ad agendum, etc.* Cui interpretationi alia ... a D. Cangio laudantur haud ... Minerua posse accommodari ... timo.

MITTVS, pro *Missus*, legatus, in Formulis Lindenbrog. 36. 37. 123. V. *Missium.*

MITOLOGIA, pro *Mythologia*, in Epist. Gunzonis ad Augienses Fratres an. 960. apud Marten. to. 1. Amplissi. Collect. col. 300.

MITONENTVM, praedium rusticum, quod a colono partiario colitur, Gall. *Metairie.* Ch. a. 1233. in Suppl. ad Miraeum p. 395. V. *Mitarius.*

MITONNVS, MITONVS, mensurae annonariae species, eadem quae *Mitadencus*, Gall. *Miton.* Ch. Ms. a. 1378. V. *Moitonnus.*

MITOS, filum. Ebrardus Bethuniensis in Graecismo c. 10.

MITPHIVM, perperam pro *Mithium.* V. supra *Methium.*

MITRA. (1) Apex, fastigium campanilis, Gall. *Fleche d'un clocher*, quod in acumen desinat sic dictum. Acta S. Bertrandi to. 1. Iun. p. 785. *Et Mitram campanilis ecclesiae nostrae non fecimus fieri gratis.* (2) Isidoro l. 19. Orig. c. 4. et Vgutioni, *Funis, quo nauis media vincitur. Mitra, la corde de quoy le milieu de la nef est lié*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. (3) MITRAE, feminarum sunt, vt pilea virorum, ait Seruius ad 9. Aeneid. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Mitra, coisse à femme.* Erat autem *Mitra* taeniae species, qua mulieres caput cingebant; quod ornamentum ita ipsis proprium existimabatur, vt viris probrosum esset, iisque non nisi in desidiae insimulationem concederetur. Seruius ad Aeneid. 4. 216. *Quibus effoeminatio crimini dabatur, etiam Mitra iis adscribebatur.* Interdum *Mitra* pro quauis fascia sumitur, vt apud Celsum lib. 8. c. 10. pro fascia ad inuoluendum brachium fractum. SEMIMITRA, dimidiata mitra, Vlpiano l. 25. §. 10. D. de auro, arg. et mund. MITRA, dictum Deo dicatarum capitis tegumentum. Isidorus lib. 19. Orig. c. 31. *Mitra est pileum Phrygium caput protegens, quale est ornamentum capitis denotarum. Mitram* autem a *velo* distinguit idem Isidorus lib. 2. de Offic. Eccl. c. 17. vbi ait *mitram* virgines Deo dicatas, *quasi coronam virginalis gloriae praeferre in vertice.* MITRELLAS vocat Optatus Mileuitanus l. 6. *Mitellas*, dixit Virgil. in ludicro Poëmatico, vt et Apuleius l. 7. et 8. Metamorph. *Mitras* Monialibus etiam tribuant Statuta Ordinis *de Sempringham* p. 762. *Habent etiam si voluerint, et Mitras lineas nigras et forratas de agninis pellibus.* Alibi: *Omnes habeant Mitras lineas de grossiori panno, etc.* MITRA proprium hodie dicitur Romanorum Pontificum capitis ornamentum ac tegumentum, atque adeo Cardinalium, Archiepiscoporum et Episcoporum. MITRA CONSISTORIALIS, qua vtitur Papa, cum in consistorio sedet. Gaietanus in Ord. Rom. apud Mabill. Mus. Ital. to. 2. p. 440. MITRAS gerebant Cardinales, antequam pro capitis ornamento galerus iis assignatus esset in Concilio Lugdunensi an. 1245. MITRA ROMANA, eiusdem nempe formae quae Cardinalium. Charta Leonis IX. PP. in fauorem Eberhardi Archiep. Treu. an. 1049. MITRAE priuilegium indultum a summis Pontificibus interdum aliis quam Episcopis, verbi gratia Abbatibus, de quorum *mitra* egimus in voce *Abbas mitratus:* praeterea Canonicis Ecclesiarum Cathedralium. Anonymus Hanfrietanus in Gebhardo Episc. Eystetensi, de Clemente PP. *Qui eisdem Babergensibus hoc priuilegium, vt in summis festiuitatibus, tum ministri altaris, tum etiam caeteri seniores Mitram haberent in capitibus. Mitras* Canonicorum interdum nihil fuisse nisi eorum *almucia*, colligitur ex Georg. Christ. Rer. Mogunt. to. 1. p. 737. vbi de Conrado III. *Edito voluit Edicto vt pastor et plebanus*

Digitized by Google

Mitras siue almucia de asperiotis; altaristae vero et beneficiati temporibus diuinorum Mitras de pellibus agninis nigris gestent. MITRAS Monachis tribuit etiam liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 18. *Mitras laneas, quales Conuersis formauimus, in opere tamen operariis, et itinerantibus in itinere concedimus.* MITRA, viris etiam tribuitur. Albert. Argentin. an. 1317. MITRAM denique vocabant capitis tegumentum, quod Imperatorum et Regum coronis substernitur. Ceremoniale Rom. lib. 1. sect. 5. vbi Corona Imperatoris describitur: *Differt forma coronae Imperialis ab aliis: nam ea sub se thiaram quandam habet in modum fere Episcopalis Mitrae, humiliorem tamen, magis apertam et minus acutam: estque eius apertura a fronte, non ab aure.* MITRA BAPTIZATORVM, V. *Chrismale* in *Chrisma.* MITRA GRAECORVM, seu capitis amiculum. Guillelmus Apul. lib. 1, de Gest. Norman.

. . . . Ibi quendam conspicientes
Mox virum graeco vestitum nomine Melum,
Exulis ignotam vestem, capitique ligato
Insolitos Mitrae mirantur adesse rotatus.

Ita sane sunt Turcorum *Turbani;* Graecos vero eiusmodi capitum tegmenta gestasse, nescio an legatur. MITRA, capitegium, seu operculum, quo falconis caput et oculi teguntur, ne videat, apud Albertum Magnum lib. 23. de Animal. c. 3. 4.

MITRALE. (1) Theca, in qua reponitur mitra. Charta Ioannis Archiep. Capuani an. 1304. in Sanctuario Capuano. (2) Liber sic inscriptus a Ricardo Episcopo Cremonensi compositus. Laudatur saepe a Durando Mimatensi Episc. in Rationali diuin. offic.

MITRATVS. MITRATA BENEFICIA, Episcopatus, Abbatiae. Gualuaneus *de la Flamma* apud Murator. to. 12. col. 1009. *Tu fuisti Mitratus pro falso*, apud Bartol. ad leg. *Eum qui.* D. de Iniur. Memoriale Petri de Paulo sub ann. 1393. de quibusdam maleficiis: *Vbi vnus di[illegible] Sacerdotum S. Beremae Mitr[illegible] fuit, et in eadem mitria ductus [illegible] vna cum praedictis aliis Clericis [illegible] tus, etc.* V. Iulium in Sentent. p. [illegible]

MITRELLA, V. *Mitra 3.*

MITRIDII INFIRMITAS. Mira[illegible] B. Humilianae tom. 4. Maii p. [illegible] *Quaedam mulier de Florentia, [illegible] cum per tres hebdomadas infirmi[illegible] Mitridii pateretur tam peric[illegible] quod a multis medicis iudicaretur [illegible] ritura penitus.* Vbi Bollandistae: A[illegible] semitertiana febris, ἡμιτριταῖος Galeno dicta? Ast in expanso quodam Italico folio de vita Sanctae, dum summatim enumerantur miracula, dicitur vnus liberatus a malo conuoluuli, vulgo *Miserere*, dicti. V. *Mithridi.*

MITRVLA. Fulcherius Carnot. lib. 3. Hist. Hierosol. c. 60. *Basiliscus autem* (serpens) *est ad semipedem longitudinis, albus quasi Mitrula, lineatus caput, etc.* Haec emendanda ex Solino c. 27. quem exscripsit Fulcherius: *Serpens est* (basilicus) *paene ad semipedem longitudinis, albus quasi Mitrula lineatus caput.* Vbi *Mitrula* est diminut. a *Mitra. Maculam* pro *mitrula* dixit Plinius. V. notas Salmasii ad laudatum Solini locum.

MITTA. (1) Mensurae salariae et frumentariae species, a Saxonico *Mitten*, mensura. Monasticum Anglic. to. 2. p. 262. V. *Mitcha.* (2) Monetae Flandrensis species, in Charta an. 1480. apud Miraeum to. 2. pag. 1342. V. supra *Mita.* (3) † Pars panis interior et mollior, Gall. *Mie.* Lit. remiss. Ms. a. 1357.

MITTARE. Litterae Guidonis Comit. Niuern. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 3. p. 119. *Quotiens baillivum vel praepositum, aut aliud mandatum nostrum de Niuern. Mittauerimus ipsos, iurare faciemus, quod omnia praemissa per suum iuramentum obseruent, etc.* Si mendum non est pro *instituerimus* vel *ordinauerimus*, hic *Mittare* eiusdem significationis est atque infra *Mittere 3.*

MITTELA, lanea, vel pellicea chirotheca, Gall. *Mitaine.* Regula reformat.

Digitized by Google

[illegible]t. Monaſt. Mellicenſ. in Chron. [illegible]usd. Monaſt. p. 413. V. *Mitana.*

MITTENDARII, palatini, qui in [illegible]cra Palatio militabant et in Prouin[illegible]as extraordinarie mittebantur a [illegible]rincipe, vt eorum mandata perfer[illegible]ent, cum Comitatenſes Palatini in [illegible]ſo Palatio ſubſiſterent, vt docent [illegible]iloſſae Baſilic. in voce *πελατινοι.* [illegible]enator lib. 4. Epiſt. 47. *Expeditos [illegible]ain properare Mittendarios volumus, [illegible]on migrare cenſemus.* V. l. 2. 5. 7. [illegible]. 22. 23. Cod. Th. de Palat. et Pan[illegible]cirolum ad Notit. Imper. l. 1. c. 86.

MITTENTES, mendoſe pro *Nutrices*, in Ordinat. Philippi Auguſti. Spici[illegible]leg. Acher. tom. 6. p. 493.

MITTERE. (1) Permittere. Paullus PP. in Epiſtola ad Pipinum: *Et Mittat Deus vt ſemen veſtrum vsque in finem mundi fruatur, etc.* (2) Ponere. Lactantius de Mortib. Perſecutor. n. 2. *Per omnes prouincias et ciuitates eccleſiae fundamenta Miſerunt.* Vbi idem ſcriptor lib. 4. Inſtit. c. 20. *Diſcipuli vero per prouincias diſperſi fundamenta Eccleſiae vbique poſuerunt.* Ita vſurpant paſſim Agrimenſores, quorum locos indicauit Rigaltius. Capitul. Caroli C. tit. 16. c. 5. *Quia multos dies in illius ſeruitio miſit*, i. poſuit. (3) Nude pro Tradere, in poſſeſſionem mittere, inſtituere, in Chartario Celſinianenſi a Mabill. Diplom. lib. 2. cap. 28. num. 8. laudato. MITTERE IN POSSESSIONEM *nomine ventris, eſt mittere in poſſeſſionem nomine eius qui eſt in ventre: vt cum mulier praegnans mittitur in poſſeſſionem nomine filii vel filiae heredis, quem vel quam habet in vtero ex marito praemortuo.* Vocabul. Iuris vtriusque. (4) Inſtituere, introducere. Chron. S. Petri Viui to. 2. Spicileg. Acher. p. 744. (5) MITTERE SE *in aliquo per conuenientiam*, de re aliqua paciſci, conuenire. Charta an. 1196. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 368. (6) Induere, Gall. *Mettre.* Paulus Warnefrid. lib. 4. de Geſtis Lang. c. 23. *Coeperunt oſis vti, ſuper quas equitantes tybrugos byrreos Mittebant.* (7) † Contribuere, conferre, in Ch. a. 1223.

MITTERE-MANVM, Gall. *Mettremain*, dolia terebrare, *Mettre en perce.* Statuta Auenion. MSS. *Ne tabernarii Mittant-manum antequam vocauerint bannerios.*

† MITTIBILIS, legitimus, qui expendi poteſt, in Ch. Mſ. a. 1234. V. *Metibilis.*

MITTIO, pro *Miſſus*, occurrit apud Marculfum lib. 1. form. 23. et 24. V. ibi Bignonium, et *Mitium* ſupra.

MITTIVM, V. *Mitium.*

MITVLVS, Turnebo Aduerſar. lib. 27. cap. 26. eſt id quod in aedificiis extra prominet, aliudque ſuſtinet, vnde vocis origo.

† MIXVS, *la fiavola iocoſa*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† MIXA, MIXALIS, pro *Miſſa, Miſſalis*, in Chartul. Caſſin.

MIXARIVM. Acta SS. to. 5. Iulii p. 474. De S. Iohanne Caſſiano: *Deinde appoſuit ſalem frictum, oliuas ternas, quibus poſt haec ſuperintulit caniſtrum habens cicer frictum, . . . Mixaria bina, caricas ſingulas.*

† MIXOLIDIVM, ellychnum, lucerna, in Chartul. Floriac.

MIXTA, quae ex parentibus diuerſae gentis nata. Concil. Mexican. an. 1585. inter Hiſpan. to. 4. p. 351. V. *Meſtizus.*

MIXTARABES, V. *Moſarabes.*

MIXTARE, *mixtum* ſumere, Gall. *Dejeuner.* Stat. Ord. de Sempringham. V. *Mixtum 1.*

† MIXTEOLVM, frumentum miſcellum, in Chartul. Floriac. V. *Mixtum 4.*

† MIXTERIVM, menſurae annonariae ſpecies, in Lit. remiſſ. Mſ. an. 1385. V. *Miterium.*

MIXTILLVM, V. *Mixtum 4.*

MIXTIM, pro *Miſtim.* Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratae Toloſ.

MIXTIOLVM, MIXTOLIVM, Vide *Mixtum 4.*

MIXTIONARE, miſcere, Gall. *Mixtionner.* Charta an. 1484. apud Baluz. tom. 2. Hiſtor. Aruern. p. 234.

MIXTONES. Petrus Boërius ex Abbate S. Aniani Tomeriarum Epiſcopus Vrbeuetanus, in primo Comment. in Regulae c. 38. *Apud nos in quibusdam Monaſteriis fiunt quidam*

Digitized by Google

panes, qui Mixtones seu Mixtoni vocantur: sic forte dicti, quia ex mixtura frumenti et hordei vel siliginis fiunt et sunt ita modici panes, quod quatuor aut quinque sunt necessarii vni fratri per diem. Et quia quarta pars annonae debet dari fratri praegustanti, dicitur hic, quod frater Lector Mixtum accipiat, id est, vnum panem, Modicum vocatam, siue Mixtonum; vel ab hoc Mixto sunt verius appellati Mixtones.

MIXTVM. (1) Latinis Scriptoribus sumitur pro vino mixto, cui opponitur *merum*. Gloss. Graec. Lat. κρᾶμα, *Temperatum, Mixtum.* κρᾶσις, *Mixtum.* Martialis l. 3. Epigr. 56.

Cum peterem Mixtum, vendidit ille merum.

Pl. 74. *Vini meri plenus Mixto.* V. *Miscere.* (2) Quaeuis potio. Kero Monachus: *Mixtum, merod, sc. poculum.* Vita S. Desiderii Episc. Cadurcensis c. 10. *Subito rubore perfusus, Mixtum aquae poscere coepit, etc.* At quid *Mixtum* significet in Regulis Monasticis, ambigunt viri docti. Regula S. Benedicti c. 38. *Frater autem hebdomadarius accipiat Mixtum, priusquam incipiat legere, propter communionem sanctam, et ne forte graue sit ei ieiunium sustinere.* Vbi S. Hildegardis ait, *Mixtum* esse panem vino intinctum. Boherius in eamdem Regulam c. 39. scribit Italis *Mixtum* significasse *ientaculum*, seu quod Galli vulgo *le Déjûner* appellant. Ea notione *Mixtum* occurrit in Constitut. Sororum Poenitent. S. M. Magdal. apud R. Duellium tom. 1. Miscell. p. 170. *Nec tunc quae seruiunt Mixtum sumant*; hoc est in Aduentu, Quadragesima, aliisque ieiuniis ab Ecclesia indictis. Certe vini certam mensuram et panis certam quantitatem ita appellari docet Bernardus Monachus in Consuetudinibus Cluniacensibus MSS. ex Bibl. Sangerm. cap. 7. et alii. Ex quibus omnibus vix dubitare licet, quin *Mixtum* apud Monachos idem fuerit quod *ientaculum*, ex pane scilicet et modico vino constans; quod aliis iterum monumentis firmari potest. Hildemarus in Comment. ad Regulam S. Benedicti, quod sub Ludouico Pio edidit, ad cap. 38. *Mixtum enim intelligitur panis et vinum, siue superius dixit, singulos biberes et panem.* Cui consona sunt quae Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. cap. 74. scribit. (3) Charta Caroli Calui an. 23. Ind. 10. ex Tabulario S. Dionysii n. 31. *Ipsi quoque tres oblationes pro nobis Domino offerant, et de vino, quod in vinea praedictae villae natum fuerit, decem modia in Sacrario Fratres mittant, quod Mixtum fiat vino in sacrificio deputato, quatenus et donariis vestris etiam sacrosancto sacrario portio deesse non debeat.* Occurrunt eadem verba in alia Charta eiusdem Caroli eiusdem anni pro Ruolio: sed quid hoc loco *mixtum* sonet, non omnino constat. Videtur pro vino vsurpandum, quomodo *missum* aliquando sumi supra obseruauimus: de vino quippe ad sacrificium Missae deputato ibi loqui Carolum Caluum opinor. (4) MIXTVM, MIXTOLIVM, MIXTVRA, *etc.* miscellum frumentum, Germ. **Mangkorn**, Gallis *Bled méteil.* Tabularium Fossatense: *Valent quolibet anno 6. modios grani . . . medietatem Mixti, et aliam Medietatem ordei.* Alibi *Mixtura* dicitur. *Mixta annona*, non semel in Tabulario S. Remigii, vbi interdum etiam *Mixtura.* MIXTVRA, *Mixture*, in Consuet. Aruern. c. 31. art. 23. 29. nostris *Méteil.* Tabularium Bellilocense in Lemouicibus Ch. 95. *Mixturam* a *Mixto* seu miscello frumento, Gall. *Méteil*, distinguendam omnino arbitror: hoc enim ex frumento et secali hyberno constat, illa ex frumento, vel interdum siligine, hordeo et auena. Acta S. Yuonis MSS. *Erat autem panis eius grossus, siliginis videlicet, auenae, hordei furfuris, vel Mixturae. Panis variae annonae*, in Charta an. 1066. apud Miraeum tom. 1. pag. 66. V. *Mestalia.* MISTVRA, idem quod *Mixtura.* Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 85. MISTOILVM. Charta an. 1222. in Tabul. Pontisar. MIXTILVM, in Charta an. 1212. in Tabular. S. Vincentii Cenoman. MIXTIOLVM,

M, in Charta an. 1226. in Pro- Hist. Monmorenciae pag. 402. XTOLIVM. Magnum Pastorale Ecclesiae Parisiensis an. 1220. p. 134. STILO, ex Gallico *Mesteil*. Monasticum Angl. tom. 1. p. 504. MELLIO. Charta a. 1260. in Chartular. S. Vandreg. to. 2. p. 1567. MITILIO, in eodem Chartular. pag. 1463. (5) Liber, ni fallor, Ecclesiasticus. Hist. Abbatiae Condomensis p. 507. *Scripsi manu propria libros Ecclesiasticos, videlicet duo Missalia, duos Gradales sive iornaria, duo Prosaria, et vnum Mixtum* sc. ex aliis. V. *Missale mixtum* in *Missale*. (6) *Supertunica de Mixto*, f. quia varii coloris, vel diuersi panni. Testamentum an. 1326. apud Madox Formul. Anglic. p. 426. *Item volo quod collobium et capicium meum de Mixto vendatur . . . Item lego Waltero filio meo vnam supertunicam de Mixto.* (7) MIXTVM IMPERIVM, iustitia media, V. *Imperium*. (8) MIXTVM ORDINARIVM, EXTRAORDINARIVM, iumentorum vel plaustrorum praestatio per viam directam aut transuersam, i. q. *Angaria* et *Parangaria*. Ch. Mf. a. 1354.

MIXTVRA, V. *Mixtum*.

MIXTVS, V. *Foras mixtos*. MIXTO *sacrificio communicare*, Panem Eucharisticum, in sanguine intinctum sumere. V. *Eucharistia*.

MIXVS, ellychnium lucernae, V. *Myxa*.

MIZELA, arboris species, apud Petr. Crescentium l. 1. de Agricult. c. 7.

MIZILVM, f. vt *Camisile*, V. *Imizilum*.

MIZZVLA. Vetus Charta apud Vghellum tom. 8. p. 360. *Item hebdomadarii, videlicet Sacerdos, Diaconus, et Subdiaconus, qualibet die hebdomadae coram habere debet ab Episcopo panes 4. et Mizzulam vnam de vino omni tempore.* Ex Italico *Misura*, mensura.

MNA *habet libram vnam et semiunciam, qui sunt solidi 75. Mna duas libras et semis appendit*. Papias.

MNASITERNA, *vrna aquae, id est, vrceus*. Idem Papias.

MNEMOSYNVM, monumentum. Acta S. Leonis III. PP. to. 2. Iunii p. 588. Vsus est etiam Catullus Carm. 12. 13.

Verum est μνημόσυνον mei sodalis.

† MOA, a Gall. *Moüe*, foeda labrorum projectio, oris deprauatio, in Lit. remiss. Mf. a. 1354.

MOABITA, Sarracenus, Maurus, Chron. Malleacense to. 3. Concil. Hispan. p. 334.

† MOAGIVM, pensitatio pro molitura frumenti, in Ch. Mf. a. 1143. V. *Molta* 2.

MOBILE, idem quod *Mobilia*, Gall. *Biens meubles, mobiliaires*. Formulae vett. Andegauens. apud Mabill. t. 4. Analect. p. 251. *Et exinde perdedit pecunia sua, et Mobele suo.* Quod vero hac voce denotetur indicat sequens formula: *Vel res suas, aurum, argentum, species vestimentum, fabricaturas suas, vasa aerea, vel reliquas res quamplures.*

MOBILIA, *ae*, res mobiles, apud Ottonem Morenam in Hist. Rerum Laudensium p. 10. 14. 18. 24. 28.

MOBILITAS, de seruis et ancillis dicitur, qui praedium rusticum excolunt. Charta ann. 942. apud Baluz. tom. 2. Hist. Aruern. pag. 479. *Ego igitur Engelbertis . . . dono praedicto loco, Cluniaco scilicet Monasterio . . . mansus indominicatus qui est in villa Flauiaco cum omnibus suis appendenciis, vineis, campis . . . . cultis et incultus . . . cum omni sua Mobilitate, seruis videlicet et ancillis.* MOVILE, eadem notione, in Charta an. 884. apud Murator. delle Antic. Estens. p. 211. *Cum curtis, hortis, terris, . . . Mouile seu se Mouile, seu qui se mouentibus sint seruis et ancillis, etc.*

MOCA, cereuisia, V. *Mama*.

† MOCADVS, MOCATVS, emunctus, Gall. *Mouché*, dicitur de candelae semiustae reliquo, Ital. *Moccolo*. Ch. a. 1362.

MOCHA, vestis ornamentum: quodnam sit, docent Litterae Caroli V. Reg. Franc. an. 1367. de forma vestium pro Monspeliens. *Item quod*

Digitized by Google

nullis vir vel mulier audeat portare in Mochis vel pendentibus manicarum aliquam pellem vel fuderaturam erminorum, vel alterius pellis, vel panni cirici reuerſatum. Infra : *Item quod non audeant portare Mochas vel manicas pendentes latiores trium digitorum, etc.*

MOCIMA, ſcrofa, Belgis, *Mocke*, Gall. *Truie*. Charta apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. p. 473.

† MOCINAGIVM, pro *Macinagium*, vt videtur, ius torcularium, i. q. *Preſſoragium*. Ch. Mſ. an. 1243. V. *Macina* 2.

MOCTA, f. auis ſpecies, Gall. *Mouchet*, Hiſp. *Mochete*. Acta D. Bartholomaei Eremitae to. 4. Iunii p. 835. *Ad approbandam vero ſiue corroborandam rudis adhuc anachoritae parſimoniam, ad miniſtrandum ei Dominus Moctam deputauit, quae ſingulis diebus Quadrageſimae primi anni piſciculum . . ad refectionem detulit.*

MOCVLVS. Vgutio : *Caſſidilis, vel caſſidile, dicitur ſacculum, pera, ſarciperium, ficacium, marſupium, Moculus, loculus, crumena.*

MOCVM, *ſimile eſt fabae, legumen eſt.* Papias MS.

MODAGIVM, V. in *Modiatio.*

MODAMEN, MODANVM, modus, exemplar, Gallis *Modéle*. Statuta Montis Regal. p. 270.

MODELA, modus, vnde Galli *Modéle*, pro exemplari. Fulbertus Carnotenſis in Carminib. p. 182.

Eſt tamen obſeruanda diuturna Modela diaetae.
Libra cibi ſolidi, ſimplex emina Falerni.

Vbi quidam reponunt *medela.*

† MODELLVM, gruis tractoriae ſpecies, in Tract. Mſ. de re milit. V. *Modellus* 2.

MODELLVS. (1) Lagena, Gall. *Bouteille*, vel quoduis aliud vas, in quod vinum infunditur. Vſus et Conſuet. Monaſtic. S. Germani Pariſ. inter Probat. Hiſt. eiusd. p. 135. V. *Modiolus* 2. (2) † Trabs, in Tract. Mſ. de re milit.

MODERABILIS, pro *Moderatus*. Theganus de Ludouico Pio cap. 19.

MODERAMEN, temperament[um]. *Reſerve*. Litterae Ioh. Regi[s] ciae ann. 1356. tom. 3. Ord[.] 66.

MODERANTIA. (1) Temperie[s] racula B. Ambroſii Senenſ. t[o] Martii p. 224. (2) Modeſtia, [m]nentia. Vita S. Guthlaci to. 2. [A]lis p. 40.

MODERATIO. *Salua Modera[tione] Concilii generalis*, formula non [in]quens in Bullis Romanorum Po[n]cum, pro *Saluo modo*, *ſtatute* Bulla Gregorii X. PP. ann. 1274. [in] Rymer. tom. 2. p. 23.

† MODERATVS, ad modum ſeu morem exquiſite accommodatus, apud B. de Amoribus.

† MODERNITER, nuper, in Ch. an. 1368.

MODERNVS. Ioan. de Ianua : *Modernus, i. iſtius temporis, et dicitur a Modus, inde Modernitas.* Senator. L. 4. Epiſt. 51. *Antiquorum diligentiſſimus imitator, Modernarum nobiliſſimus inſtitutor.* MODERNITAS. Sugerius in Ludouic. VI. *Qui facta noſtrorum Modernitate, vel multorum temporum antiquitate nihil clarius Francia fecit.*

MODERO, διέπω : *rogo*. Supplem. Antiquarii.

MODIADA, V. *Modius* 2.

MODIAGIVM, V. in *Modiatio.*

MODIALIS, menſura agraria eadem, quae *Modius* infra. Teſtam. an. 767. in Append. ad tom. 2. Annal. Benedict. p. 708.

MODIARE, modiationem percipere, in Tabul. Autiſſiod.

MODIATA, V. *Modius* 3.

MODIATICVM, V. *Modiatio.*

MODIATIO. (1) Menſura, quae fit per modios. Codex MS. redituum Epiſcopat. Autiſſiodor. an. circ. 1290. exaratus : *Et ſi emptum fuerit, debet roagium et minagium cuiuscunque Modiationis ſit.* (2) Praeſtatio pro quolibet *modio* vini. Charta Richardi Reg. Angl. an. 1195. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1012. *Trecentos modios vini percipiendos ſingulis annis in Modiatione noſtra Rotomagenſi per integra dolia, ſicut ea recipere ſolemus in Modiatione noſtra.* (3) Penſitatio frumentaria, pro quoli-

Digitized by Google

libet *modio* annonae. Charta an. 1. in Tabular. S. Vincentii Cenoman. MODIATICVM, idem. In pitulari Sicardi Principis Beneventani ann. 836. cap. 34. est *de Modiatico.* cap. 35. *de responsatico et modiatico.* Charta Rogerii Regis Siciliae ann. 1137. apud Vghell. to. 7. 564. Vbi perperam editum *meatico.* MODIAGIVM. Tabular. rioratus S. Vincentii Laudunensis, n. 1274. MODAGIVM. Charta n. 1203. in Tabular. Crisenon. 4) † Fruges, quae ex *modiagio* seu conuentione percipiuntur. Ch. Ms. a. 1220.

† MODIATOR, qui ad *modiationem* seu firmam tenet, in Ch. Ms. a. 1219.

† MODIATVM, mensura agraria, i. q. *Modiata*, in Ch. Ms. a. 1163.

MODIATVRA, V. *Modius 3.*

† MODICILLVM, modicum, t. 2. Maii p. 264.

† MODICITAS, tenuitas, paruitas, in Ch. a. 1372.

MODICVM. *In modico*, paullo post, ap. Ludewig. t. 3. Reliq. p. 209.

MODIETARIA, praedium rusticum, quod a colono partiario colitur, Gall. *Métairie.* Ch. Ms. a. 1262. MOYTEIRIES, ibidem. V. *Medietarium.*

MODIETAS, modus agri, in Tabul. Carnot. V. *Modius.*

MODIFICARE, moderare, in Charta Henrici III. Reg. Angl. an. 1259. ap. Rymer. to. 1. p. 680.

MODIFICATIO, moderatio, exceptio, conditio, a Gall. *Modification.* Epist. Clementis VII. PP. ann. 1384. in Tabular. Episcopat. Meldens.

MODIFICATVS. Apud Witikind. L. 3. *Vasa eburnea etiam, et omni genere Modificata stramenta, balsamum, etc.* i. variis *modis* elaborata.

MODIGVS, modius. Testamentum Sancii II. Regis Portugalliae aerae 1286. apud Brandaon. to. 4. *Septem Modigos panis, qui consueuerunt mihi dari.*

MODILIA, melodia, modulatio. Exposit. breuis antiq. Liturg. Gallic. apud Marten. to. 5. Anecd. col. 95.

MODIOLA, V. *Modius 3.*

MODIOLVM. (1) Gloss. Lat. MSS. Regium, sign. 1013. *Situla, quod vulgus Modiolum dicit.* Papias: *Situla dicta, quod sitientibus apta sit ad bibendum, quod Graeci cadum dicunt, vulgo modiolum dicitur.* Graeculis μοδίολος, vestis species est. V. Meursii Glossar. et infra *Modius.* (2) † Idem quod modius, mensura annonaria, in Martyrol. Autiss.

MODIOLVS. (1) Vel MODIOLVM. Modus agri. Charta Bonfilii Fulginatensis Episcopi apud Vghell. *In Campo S. Valentini Modiola tres et in Casiolo Modiola quinque etc.* V. *Modius.* (2) Mensura liquidorum. Bernard. Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. cap. 12. *Hoc est autem quod specialiter pertinet ad ipsum Refectorarium maiorem, quoties pigmentum datur ipse Modiolis infundit.* S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. L. 2. cap. 49. *Quotienscunque ad charitatem propinatur, ipse et aliquis adiutor eius Mediolis* (f. *Modiolis*) *infundunt.* V. *Modellus.* (3) Medium rotae, cui infiguntur radii, Gallis *Moieu.* Occurrit in Mirac. S. Berlindis Virg. cap. 2.

† MODICRA, terminatione Longobardica, nisi medum est, pro *Modiola*, ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 693.

MODITIO, Praestatio frumentaria; eadem quae *Modiatio*, nisi ita legendum. Charta ann. 1185. in Tabul. Centul.

MODIVM, mensura liquidorum simul et aridorum. Testamentum Haganonis a. 819. apud Marten. t. 1. Anecd. col. 22.

MODIVS. (1) *Est cui arbor nauis insistit, ob similitudinem mensuralis vasis dictus.* Papias. (2) Mensura liquidorum, constans 16. sextariis. Adalardus in Statutis Corbeiensib. lib. 1. cap. 4. *De potu autem quotidie detur Modius dimidius, id est, sextaria octo, etc.* (3) Mensura agraria, verbi gratia, ager seu terra tot modiorum esse dicitur, quot eiusdem mensurae sementis capax est. Vetus Agrimensor: *Iugerum vnum, pedes 240. et in latitudine pedes 120. faciunt terram modiorum 3.* MODIOLA TERRAE, Charta Ottonis Imp. ann. 956. apud Vghell.

Digitized by Google

Vghell. tom. 1. part. 1. p. 418. *Vbi sunt mille Modiola terrae, et . . . . duo millia Modiola de terra, quae tendunt etc.* V. *Modiolus 1.* MODIATA, idem quod *Modius*, ager *modiorum* certo numero constans. In agro Cameracensi *Modiata terrae* aequiparatur 16. mencoldis; in Viromand. vero 8. sextariis. *Modiata terrae, prati*, in Charta Ludouici Pii ann. 824. pro Ecclesia Arelatensi. *Modiata memoris*, in Charta an. 1231. ap. Miraeum to. 1. pag. 750. Testam. S. Fulcranni Episcopi Luteuens. *Decem Modiatas de vinea quae mihi aduenerunt, etc.* Vbi perperam *medietas* editum apud Bollandum. Charta Bernardi Vicecomit. Carcasson. ann. 1108. *Et ipsam Modiatam de terra de Casellas. Semimodiata de terra*, in Tabulario Conchensi in Ruthenis Ch. 32. et alibi. *Semimodiata de vinea*, in Tabular. S. Victoris Massilien. MODIATVRA TERRAE: sic legendum pro *Mediatura*, in Charta ann. 1067. to. 11. Spicilegii Acheriani pag. 294. MOIATA, idem quod *Modiata*. Tabular. S. Eparachii Inculism. fol. 1.

MODIX, *chorus*. Papias.

MODO, perperam pro *Medo*, apud Ludewig. to. 2. Reliqu. MSS. p. 396. V. in hac voce.

† MODOLAGIVM, MODOLOGVS, f. praestatio pro mensura, i. q. *Mensuraticum*. Ch. an. 864. to. 12. Gall. Christ. Instr. p. 98.

MODOLAISCLO, V. *Modula* et *Laiscum*.

MODOLON, congeries *garbarum*, seu mergitum. Picardi dicunt *Moie*, Germ. Mandel.

† MODRIS, i. q. *Maltra*, in Ch. Ms. a. 1320.

MODVLA, si vera lectio est, quercus. Leges Rotharis apud Murator. to. 1. part. 2. pag. 40. *Si quis roborem aut cerrum seu quercum quod est Modula iscol aut glandem, quod est saga inter agrum alienum, aut inter culturam, vel clausuram, in cuius vicino inciderit, componat pro arbore tremisses duos.* Vbi Codex Mutin. habet, *Modolaiscio*, Estensis vero, *Modulahiscio*. V. *Laiscum*.

† MODVLATOR, consors, qui [illegible] accinit, t. 3. Cod. Ital. dipl. [illegible]

MODVLISARE, musicis modulis cantare. Gaufredus Vosiensis c. 59.

MODVLVM, idem quod *Modolus*, congeries *garbarum*, Gall. *Plongeon*, quod in verso capite *garbae* simul colligantur. Charta ann. 1330. in Tabular. S. Victoris Massil. *Decimam praestent de omnibus Modulis*. V. *Molonus*.

MODVLVS. (1) Moles, species aggeris. Gall. *Môle jettée*. Bartholomaei Scribae Annal. Genuens. ad a. 1227. apud Murator. tom. 6. col. 448. V. *Moles*. (2) Cantus rythmicus. V. *Modus*. (3) Modus agri. Vita MS. S. Winwaloei. V. *Modius* 3. (4) Mensura struis ligni, Gallis, *Moule de bois*. Charta Philippi Pulcri Regis ann. 1309. in 9. Regesto eiusd. Regis Ch. 79. ex Tabul. Reg. Eadem habentur in alia Caroli IV. Reg. ann. 1322. to. 7. Spicil. Acher. p. 241.

MODVRA. (1) V. *Molta 2*. (2) † Modius, mensura annonaria, to. 7. Ordin. p. 41.

† MODVRANCHIA, variae moliturae miscellum frumentum, Gall. *Modurenge*. Ch. Ms. a. 1407.

† MODVRARE, *moduram* percipere, in Ch. Ms. a. 1343.

† MODVREYRA, i. q. *Modura 2*. in Ch. Ms. a. 1247.

MODVS. (1) Cantus rythmicus. Onomasticum: *Modus*, μέτρον, τρόπος. Sueno in Hist. Danica, cap. 1. *A quo primum Modis Islandensibus Scioldunger sunt Reges nuncupati*. Id est, in rythmis, carminibus, siue cantilenis antiquis, quibus Islandi fortia heroum facta, ad lyram in conuiuiis decantare solebant. Ita Stephanus Suenonis Editor. MODVLVS, eadem notione. Vetus Vocabul. *Modulus, Tropus, Cantus*. Gloss. Lat. Graec. *Modulus*, μελῳδήμα. *Modulus*, apud Auctorem Mamotrecti ad libr. Iudith. cap. 16. *Modulus dicitur cantus qui praecinitur in principio Missae vel Horarum, et dicitur etiam Tropus*. (2) † Mos, ritus, vsus, ap. Elmham. c. 31.

† MODVTA, mendose pro *Modura 1*. t. 8. Ordinat. p. 109.

MOE-

Digitized by Google

ECHARE, pro *Moechari*. Index Verum Canonum, to. 3. Concil. Hisp. pag. 3.

MOECHIA, adulterium, in Act. SS. Bened. part. 1. saec. 1. c. 10.

ENICARE, *communicare*, Papias.

ENIRE, eidem Papiae, *Moenia construere. Moeri*, pro muri, apud Rund. ex Virgil. Aen. lib. 10. 24.

ERI, V. *Moenire*.

MOESTICVS, pro *Moestus*, in Epitaphio Aurel. Episc. Lugdun. ap. Severt. p. 191.

MOESTIFICARE, tristitia afficere. Epist. Synodica Episc. exsulum in Sardinia to. 2. Concil. Hisp. p. 257.

MOESTITIA, V. *Mestitia*.

MOESTORIVM, *tristitia*, Papias.

MOESTVOSVS, tristis, luctuosus. Litterae ann. 1282. apud Rymer. to. 2. p. 215.

MOFEVM, candelabri maioris species. Charta ann. 1398. in Tabul. Capituli Autisiodor.

MOFFADOR. Charta originalis cuiusd. Maioricensis an. 1253. *Miramomeni dat mihi de decem in decem diebus 40. Bisancios pro expensis : et de die in diem mittit 40. equos summo mane ad equitandum cum multitudine venerabilium Moffadorum, qui me et totam meam familiam intus ciuitatem et extra honorifice comitantur. Mofador*, Hispanis irrisor, Gall. *Moqueur*, a verbo *Mofar*, irridere. Forte de quadam ioculatorum hominum societate hic agitur.

MOFFLET, MOFFLETVS, MOFLETVS, panis delicatioris species, qui diatim distribui solet Canonicis praebendariis ; Tolosatibus *Pain Moufflet*, quasi *pain molet* dictus, forte quod eiusmodi panes singulis diebus coquantur, atque recentes et teneri distribuantur. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses, an. 1351. *De quo* (tritico) *fiunt hodie duo panes, vulgariter nominati Mofflets, facti de bona et sufficienti farina frumenti.* Ibidem : *Cuilibet de dictis pauperibus datur ad minus vnus panis siue Moffletus et medius cancillus.* Limborch. lib. Inquisit. Tolos. p. 70. *Misit dictis hereticis per dictam Guilielmam duas placentas, et duos panes Mosletos.* V. *Panes praebendarii* in *Panis* 2.

MOFFOLVM, V. *Machale*.

MOFFVLA. Lambertus Ardensis, pag. 258. *Haec enim rustici cum bigis marlatoriis, et carris funariis* (fimariis) *calculos trahentes ad sternendam viam in Moffulis et soapulariis se ipsos ad laborem inuicem animabant.* Eadem notione qua *Muffulae*, Gall. *Mouffles*.

† MOFILIS, morbi genus, f. idem quod *Masclα i.* tom. 3. Sept. pag. 186.

MOFLETVS, species panis, V. *Moffet*.

† MOGENSA, taberna seu praestatio, quae domino pro vino in taberna vendendo soluitur. Inuent. Ms. an. 1476.

† MOGGIATICHA TERRA, i. q. *Modiata*, ab Ital. *Moggiata*, in Ch. a. 1358. V. *Moia*.

MOGGVS, *blesus, siue balbus*. Ita Anastasius Bibl. ad VIII. Synod. act. 6. vbi de Petro Mongo haeretico, qui Graecis μογγός. Gloss. Lat. Graec. *Atubus*, μογιλαλος, μόγγος. i. qui cum difficultate loquitur. *Atubus* vero, quasi ἄτυπος, dictus, qui inarticulate loquitur. Liberatus Diacon. cap. 16. *Petrum cognomento Moggum, qui vocatus est Blaesus.*

MOGNERIA, († f. quantum manu continetur.) Tabular. S. Eparchii Inculism. f. 40. vo. *Quicquid habemus in molendinis et in anguillari de Fissac, id est, tertiam partem, et vnam Mogneriam*, etc.

† MOGRA, *Arabice, magra vel almagra est smopida architectorum, qua lineas signant.* Gloss. med. Sim. Ianuens.

MOGTONAGIVM, tributum ex vectigalibus, seu *mutonibus*. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 4. V. in *Multo*.

† MOGVDA, molestia, motus, perturbatio. Ch. a. 1177. t. 3. Hist. Occit. Prob. p. 140. V. *Remogudae*.

MOGVM, territorium Moguntinum, maxime quod Moeno adiacet. Carmen de varia fortuna Etnesti Bauar. Ducis lib. 2. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 321.

MOHA-

Digitized by Google

MOHATRA, vox portentosa qua significatur Contractus, *quo*, inquit Escobarius, *quis egens pecunia, emit pecunia credita a mercatore merces summo pretio, et statim ei pecunia numerata pretio infimo revendit.* Qui contractus diuinis ac ciuilibus Legibus prohibetur, vt obseruatum est, in Diction. Treuolt. Idem Barata interdum dicitur, quo nomine fraus, dolus indigitatur. V. in *Baratum.*

† MOIA, mensura agraria, ager *modii* sementis capax, Gall. *Moiée, Mouée, Moye.* Ch. Ms. a. 1260. V. *Modiata* et *Modius.*

MOIATA, V. in *Modius 3.*

† MOIATICVM, i. q. *Modiaticum*, ab Ital. *Moggio*, modius. Ch. a. 1183. in Accessi. ad Hist. Cassin. part. 1. p. 382.

† MOIL, piscis species. Tract. Ms. de Pisc. *Mullus - - - a Gallis Surmulet, a nonnullis barbarii, ab aliis Moil, i. e. maris perdrix dicitur.*

MOINERIVS, molitor, Gall. *Meunier.* Charta an. 1364. ex Aduersariis Pr. *de Mazaugues.*

† MOINVS, monachus, a Gall. *Moine.* Ch. Ms. a. 1459.

† MOIOLARIVS, vasorum, quae *Moioli* appellabantur, artifex. Stat. Mont.

† MOIOLASCA, f. collis vitibus consita, vel tumulus terreus, in Decret. a. 747. ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 517. V. *Molare 1.*

MOIOLVS, vas quoddam vinarium. Iohan Demussis Chron. Placent. ap. Murator. tom. 16. col. 582. *Et duo comedunt super vno taiore, et quilibet habet menestram suam, et vnum Moiolum, vel duos vistri pro se, vnum pro vino et alium pro aqua.*

MOISO. (1) Mensura, Germ. Maaß, a verbo metiri. Tabular. S. Benigni Diuion. (2) † Contractus, quo sub annuo reditu fundi dantur, simul et ipsi reditus, Gall. *Moeson.* Ch. Ms. a. 1177. V. *Modiagium* et *Modiatio 3.*

† MOISONNA, i. q. *Modiatio 1.* Arest. Ms. a. 1414.

† MOISSINA, scopus vuarum, racemorum, Gall. *Marc de vin*, ol. *Moisine.* Necrol. eccl. Paris.

MOISSO, messio, messionis tempus, Gallis *Moisson, Temps de la Moisson.* Guibertus l. 2. Hist. Hierosol. c. 8. V. *Messio.*

† MOITOCERIA, praedium quod a colono partiario colitur, in Ch. Ms. a. 1335. V. *Mediatoria.*

† MOITONNVS, i. q. *Meyteria*, in Ch. Ms. a. 1374. V. *Mitonnus* et *Moteonus.*

MOL. Tabularium Abbatiae Conchensis in Ruthenis Ch. 44. *Et donat de censum duos solidos Pogesios, et ad Calendas 4. membros, et duo sestaria, et duos de ciuada, et duos panes, et a meyssos vnum Mol sans la pel, et 2. sestaria de vino, etc.* Occurrit ibidem alio loco. An vnum *multonem* sine pelle?

MOLA. (1) Io. de Ianua: *Mantica, i. sarcina, scilicet Mola:* sed legendum *Mala.* V. in hac voce. Occurrit tamen ea, vt videtur, notione in Tabular. Compend. *De aliis piscibus maris, summa debet 1. denar. Mola integra obolum, Mola transforata 1. den.* Vbi *mola* minor sarcina quam *summa.* V. *Sagma.* Eiusdem significationis *Mola* in Capitulari 2. Caroli Magni an. 813. n. 10. (2) Molendinum. Germ. Mühle. Anastasius in Honorio. (3) Idem quod *Modulus*, de qua voce supra, in 9. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. Ch. 94. ex Tabular. Regio, mensura lignaria, *Mole de bois.* (4) Moles, agger, Gall. *Môle.* Breuiarium Hist. Pisanae ad ann. 1168. apud Murator. to. 6. col. 180. V. *Modulus* et *Moles.* (5) Informationes pro *passagio* transmarino in Ch. Ms. Sangerm. *Item XV. Molas de farcia subtili quelibet ponderis duorum quintalium . . . quelibet Mola vult habere longitudinis C. passus.* Inuentar. Machinarum bellicarum castri Sommeriae in Occitan. an. 1260. *Item II. torni ad opus balistarum. Item I. Mola in fabrica, etc.* (6) Pro mensura frumentaria occurrit in *Mella.* (7) † Mensura liquidorum, to. 7. Ordinat. p. 505. V. *Moleta* et *Moletum.* (8) † Piscis species. Tract. Ms. de Pisc. c. 41.

MOLACHINVS, monetae aureae (Saracenicae, ni fallor) species. Charta Alexan-

Digitized by Google

Alexandri III. PP. ann. 1162. apud Petrum Mariam Campion. in Regesto part. 2. Hist. Eccl. Placent. n. 16. *Statuimus, vt de caetero solummodo duos Molachinos nobis nostrisque successoribus annis singulis soluere teneatur.* V. *Meloquinus.*

MOLACIO, ἄλεσμα, *molitura.* Supplem. Antiquarii. V. *Molsa.* † *Molatio*, ἄλεσμα; *Molator*, ἀλεστης. Castigat. in vtrumque Gloss.

† MOLADA, i. q. *Moleya*, in Stat. Mss. a. 1466.

MOLAGIVM, V. *Molta.*

MOLANVS, V. *Amirmumnes.*

MOLARE. (1) Meta, tumulus terreus, colliculus. Computus an. 1334. to. 2. Hist. Dalphin. p. 251. *Item, librauit in canalcata facta per ipsum bayliuum ad capiendum Molare quod erat in dicta bastida, etc.* Codex censualis Calomontis: *Quoddam Molare cum vercheria contigua.* V. infra *Molaris.* (2) Molere, Gall. *Moudre.* Charta ann. 1278. apud Thomassserium Consuetud. Bituric. p. 110. (3) Prima alicuius rei lineamenta exprimere, a Gall. *Mouler.* Acta S. Francisci de Paula to. 1. Aprilis p. 159. *Et vidit corpus defuncti exanime, et vt similitudinem vultus eius secundum veram figuram depingeret, Molauit et impressit.* V. *Molarium.* (4) † Vexare, spoliare, t. 1. Aug. p. 64.

MOLARIA. (1) Vel MOLARICIA, idem quod *Molta.* Litterae Henrici V. Reg. Angl. a. 1421. apud Rymer. to. 10. p. 89. *Vna cum libra Molaria in molendinis nostris dictae villae.* Statuta Vercell. lib. 7. f. 151. vo. *De his qui pro eorum vsu non debent soluere Molariciam.* (2) Idem quod *Mola*, et molendinum. Charta Theobaudi Chabot, to. 4 Galliae Christianae p. 4. (3) † Locus vnde *molae* extrahuntur, lapicidina, V. *Moleria 1.*

MOLARIS, colliculus, aliqua terrae congeries, rusticis Dumbensibus etiamnum *Molard.* Charta Humberti de Miribel an. 1036. apud Ioan. Columbum lib. de Cartusianorum initiis. V. *Molare.*

MOLARIVM. (1) Bollandistis, Numisma honorarium alterius vultu effigiatum, sic dictum a *Mola* seu *Modulo*, id est, typo cui infusum metallum formam recipit, Hispan. *Molda*, Francis *Moule*, Teutonibus *Mol.* Leges Palatinae Iacobi II. Reg. Maioric. tom. 3. Iunii p. LII. *Item quod non recipiat vestes alicuius neque Molarium.* (2) Molendinum. Charta an. 1307. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 131. (3) † Tumulus terreus, i. q. *Molare 1.* Ch. Ms. ann. 1343. V. *Molaris.*

† MOLARIVS, qui *molas* ex lapicidina extrahit et secat, Gall. ol. *Molier.* Ch. Ms. a. 1299. V. *Moleria 1.*

MOLATA SCARLATA, f. scupicta. Computus an. 1202. apud D. Brussel to. 2. de vsu feud. p. CLXXXIII. *Pro capa scarlatae Molatae quam Rex tunc habuit*, XV. *l.* V. *Mollicia.*

MOLATIO, V. *Molacio.*

MOLATVRA, V. *Molta.*

MOLCHVS, pessulus, Gall. *Verrou*, a Graeco μοχλὸς eadem notione. Agnellus in Vita S. Damiani apud Murator. to. 2. p. 155. *Confregerunt Molchos et ferras, et cum victoria in suas reuersi sunt domus.*

MOLDA, etc. V. *Molta.*

MOLDIVM, pro *Modius*, apud Eccardum in Origin. Saxon. lib. 2. p. 59.

MOLDVREIRA, MOLDVRA, V. *Molta.*

MOLEARIA, *mola*, molendinum, († vel potius lapicidina molearis, Gall. *Moliere.* V. *Moleria.*) Charta ann. 1239. in Tabular. Portus regii.

MOLEARIVM, V. *Molta.*

MOLEGIA, MOLEGIVM, V. *Mollegium.*

† MOLEGIVM, i. q. *Mollegium*, in Ch. a. 1369.

MOLENARE, V. *Molina.*

† MOLENDA, frumentum molitum. Tract. Ms. de re milit.

† MOLENDIARIVS, ad molendinum pertinens, in Ch. a. 1174.

MOLENDICIA LOCA, vbi exstrui possunt molendina. Charta a. 1049. inter Additam. ad Chr. Casaur. ap. Murator. to. 2. part. 2. col. 1000. V. *Mulneda.*

MOLENDINA, fem. gen. moletrina. Charta Theobaldi V. Comit. Blesens. ann. 1186. inter Probat. Hist. Bles. p. VII. MOLENDINA QVADRATA,

Digitized by Google

DRATA, quae interdicuntur in Consuetud. Blesensi art. 241. et Burbon. art. 537. MOLENDINA, seu *Molestrinas in leuclis*, adinueniſſe Beliſarium ſcribit Procopius l. 1. de Bello Gothico c. 19.

MOLENDINAGIVM, V. *Molta.*

MOLENDINARE. (1) Molere. Domnizo lib. 1. de vita Mathild. c. 10. MOLIRI, eadem notione. Charta ann. 1279. apud Thomaſſer. Conſuet. Bituric. pag. 114. (2) † Molendinum. Reg. Cam. Comput. Pariſ.

MOLENDINARIA. (1) Molitrix, Gall. *Meuniere*. Ludewig. Reliq. MSS. to. 8. col. 360. *Margaretha Molendinaria in Sprengenberge per rotam molendini enormiter laeſa.* (2) † Penſitatio pro molitura frumenti; i. q. *Molta*, in Ch. Mſ. a. 1226.

MOLENDINARIVM. (1) Vel MOLINAR, ſedes, ſeu locus ad conſtruendum *molendinum* aptus. Charta an. 1300. (2) Moletrina, piſtrinum, ſed molendino minus. Charta ann. 1084. to. 3. Gall. Chriſt. inter Inſtr. col. 23. *Maiora et ſubmaiora, et vt ita dicam, molendini et Molendinaria S. Dionyſii, in manu et poteſtate Abbatis ſint.* MOLENDINARIVM CISSELLARIVM, Britonibus, *Milin coazell*, cuius rota aquaria perpendiculariter vertitur. Charta fundationis Abbatiae de Fonteneto in Norman. in Regeſto 106. Tabul. Reg. Ch. 370.

MOLENDINARIVS. (1) *Molator*, ἀλετής, in Gloſſ. Graec. Lat. Charta Hugonis Ducis Burgund. a. 1171. to. 4. nouae Gall. Chriſt. inter Inſtr. col. 91. *Molendinarios quoque de fluuio Arrio ab omni calumpnia et exactione mea et meorum abſoluo et quittos clamo.* (2) † Ad molendinum pertinens, in Ch. Mſ. Henr. reg. Angl.

MOLENDINATA, moletrina. Tabular. S. Martini Pontiſar.

† MOLENDINATIO, i. q. *Molendinaria* 2. in Chartular. S. Germ. Prat.

MOLENDINATOR, i. q. *Molendinarius.* Vita S. Chartaci tom. 3. Maii p. 384.

† MOLENDINATVRA, i. q. *dinatio*, tom. 7. Ordinat. p.

MOLENDINELLVS, paruum dinum, in Chartular. S. Va to. 1. p. 644.

† MOLENDINENSIS, ad num pertinens, in Chartul riac.

MOLENDINVM, vel MOLEN pro Moletrina, ſeu piſtrino. ignotam conſtat, vocemque peram et a mediae aetatis Scr bus tantum vſurpatam. Gloſſ tiquae MSS. *Molendinus, molinus.* S. Auguſtinus in Pſalm. 36. 99. 132. enarrans illud Matthaei c. 24. *Duae molentes in mola, etc.* pro *mola, molendinum* habet. MOLENDINVM DE BRACHIIS, Germ. Handmühle. Chron. Parmenſe ad an. 1247. apud Murator. tom. 9. col. 773. Dictum etiam. MOLENDINVM MANVALE, in Statut. Gildae Scoticae c. 19. et in Inuentar. MS. caſtri Sommeriae in Occit. an. 1260. MOLENDINVM AD VENTVM, Germ. Windmühle, cuius vſum aquis molariis multo recentiorem conſtat. Decretum Celeſtini III. PP. cap. *Ex transmiſſa 23.* Ext. de Decimis: *Miles quidam Molendinum quoddam ad ventum . . . infra fines parochiae ſuae conſtruxit.* Occurrit etiam in Charta an. 1205. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. p. 389. († Philippo Auguſto antiquiorem eſſe, probat Ch. Mſ. Guill. comit. Moret. a. 1105. *Concedo . . . . molendina ad aquam et ad ventum.* † *Molendinum ventricum*, in Ch. Eduardi III. reg. Angl. *Molendinum ventile*, apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. p. 429. *Molendinum ventorium*, in Monaſtic. Anglic. to. 1. p. 816. *Ventoſum*, in Chron. Andrenſi p. 532. *Ventitium*, in Fleta lib. 4. cap. 1. §. 20. *Ventriticum*, in Statuto 2. Weſtmonaſt. c. 50. et 2. Monaſtici Angl. pag. 459. 1040. † MOLENDNVM AVRERIVM, idem, in Ch. ann. 1377. MOLENDINVS ALBVS, qui frumento molendo, quemadmodum *Brunus*, qui ſiliginī ſeu annonae mixtae molendae deſtinatus. Charta an. 1309. to. 1. Hiſt. Delphin. pag. 86. MOLENDINVM AQVA-

Digitized by Google

QVATICVM, Germ. Waſſermühle. Charta an. 1468. apud Madox Formul. Anglic. pag. 148. MOLENDINVM BASTARDVM, i. q. *bannale*, V. *Baſtardus*. MOLENDINVM BRASARIVM, vbi *braſium*, ſeu *braſium* molitur, Germ. Malzmühle, occurrit in tom. 2. Monaſt. Anglic. p. 951. et in Itinere Camerarii Scotici n. 26. §. 3. MOLENDINVM BANNALE, Germ. Zwangmühle. Hugo Plauiniac. in Chron. p. 132. *Molendina 4. cum banno ipſius villae.* † MOLENDINVM BATANNVM, quo panni denſantur et deſquammantur, in Ch. Mſ. a. 1385. V. *Batoerum.* † MOLENDINVM BLADATVRVM, BLADERIVM, BLADIARIVM, vbi *bladum* molitur, V. *Bladaturus.* MOLENDINVM CABALLARIVM, Germ. Roßmühle, in Charta Philippi Comitis Flandriae an. 1188. ap. Buzelium l. 1. Gallo-Fland. cap. 41. *Molendinum ad equos*, in Regeſto Philippi Auguſti Regis Herouualliano a. 1218. fol. 77. *Molendinum de equis*, in Chron. Parm. ad ann. 1247. *Molendinum equitum*, apud *Blount* in Nomolex. Anglic. V. *Animal de hoſte.* † MOLENDINVM CAMBELLARIVM, i. q. *Braſarium.* V. *Cambellarius.* † MOLENDINVM CHOISEVLLVM, *Moulin a Choiſel*, in Ch. Mſ. a. 1319. quod ſine aquarum vndequaque collectarum auxilio molere non poteſt. Mendoſe editum *Choſtella* pro *Choiſella*, to. 1. Prob. Hiſt. Brit. p. 718. † MOLENDINVM AD CVLTELLA, ad cultellos acuendos, Schleifmühle, in Ch. Mſ. † MOLENDINVM DRAPERIVM, i. q. *Fullonarium*, in Ch. a. 1168. MOLENDINVM FVLLONARIVM, quo panni denſantur, deſquammantur, poliuntur, Germ. Walkmühle, in Charta Philippi Auguſti Reg. Franc. ann. 1191. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 995. *Molendinum fullonicum*, in Monaſtico Anglic. tom. 1. p. 837. *Molendinum Fullencium*, in Charta ann. 1208. ex Chartul. Campan. Thuano fol. 187. *Molendinum ad pannos*, in Charta Guidonis Archiep. Bituric. an. 1279. apud Thomaſſer. Conſult. Bitur. p. 114. *Molendinum fullarium*, et *de fulelez*, ap. Th. Blount in Nomolex. Anglic. † MOLENDINVM FOLEREVM, idem, in Ch. Mſ. MOLENDINVS HIBERNATICVS, in quo moluntur fruges hibernaticae. Polyptychus S. Remigii Remenſis: *Eſt ibi Molendinus Hibernaticus, vnde recipiuntur annonae modii 5.* V. *Hybernagium.* † MOLENDINVM AD MOLAM, quod molit, non tundit, Mahlmühle, in Ch. Mſ. a. 1358. † MOLENDINVM NAVALE, NAVENCVM, quod naui imponitur, Schiffmühle, in Ch. Mſ. a. 1290. † MOLENDINVM PASTELLERIVM, PESTELERIVM, quo *paſtellum* ſeu glaſtum premitur, Waidmühle, in Ch. Mſ. a. 1361. † MOLENDINVM PENDENS, mobile, naui impoſitum, in Ch. Mſ. a. 1301. † MOLENDINVM AD PILETOS, quod pilis tundit, i. q. *Batannum*, Stampfmühle, in Ch. Mſ. a. 1358. † MOLENDINVM DE PLANCHIA, tabulis ſerra ſecandis accommodum, Schneidemühle, in Chartoph. reg. † MOLENDINVM RESSEGVAE, idem, in Ch. Mſ. a. 1376. † MOLENDINVM RODERIVM, a rotis puncupatum. Ch. Mſ. a. 1385. † MOLENDINVM SANGVINIS, i. q. *de brachiis*, a moleſto labore ſic dictum, to. 1. Hiſt. Nem. Prob. p. 10. MOLENDINVM AD THAN, Germ. Lohmühle, in Charta an. 1217. in Hiſt. Drocenſi pag. 245. *Molentinum ad tann*, in Charta an. 1231. to. 2. Hiſt. Britan. pag. 159. quod *Molentinum tannarium* dicitur in Charta fundationis Blancae landae an. 1154. apud Columbum. *Molendinum tanereum*, in Chartular. S. Vandreg. tom. 1. p. 1060. *Molendinum tannerez*, in Chartular. S. Martini Pontiſar. Galli *tan* vocant querceum corticem in puluerem redactum, quo Coriarii ad ſubigenda coria vtuntur. Hinc *Molendina ad corticem* dicta, quibus eiusmodi cortex teritur, in Charta an. 1228. in Tabular. B. M. de Charitate, et in alia an. 1279. apud Thomaſſer. Conſuet. Bituric. pag. 114. † MOLENDINVM AD STANNVM, idem,

Digitized by Google

idem, in Reg. Phil. Aug. † MOLENDINVM TERRENVM, terrae infixum, ad distinctionem naualis, in Ch. Mſ. an. 1194. MOLENDINI FOSSATVM, canalis aquae, quae molae verſantur, in Charta a. 1243. apud Iofredum in Nicienſibus Epiſc. p. 182.

† MOLENDVRA, penſitatio pro molitura frumenti. Ch. Mſ. a. 1215. V. *Moleria* 2.

MOLENDVS, pro *Molendinus*, in Chartulario S. Vandreg. tom. 2. p. 1237.

† MOLERE. (1) Facere molere. Ch. Mſ. a. 1331. (2) Acuere, a vet. Gall. *Moudre*. Ch. S. Ludou. a. 1229. (3) Piſcis genus Hiſpanis, V. *Fuca* 2.

MOLERIA. (1) An molendinum, vel colliculus? († Eſt lapicidina molaris, ſeu locus vnde *molae* eruuntur, Gall. *Moliere*.) Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 133. *Contentio facta fuit . . . ſuper quibusdam pratis . . . quae ſunt ſub monte Malerocioha de Braceriis vsque ad Moleriam*. V. *Molaris*. (2) † Penſitatio pro molitura frumenti, in Bulla Coeleſt. III. a. 1196. V. *Molta* 2.

MOLES, portus, Italis *Molo*; a molibus, ſeu crepidinibus, quarum obiectu maris atrocitas frangitur et retunditur. Vita S. Virgilii Archiepiſc. Arelat. *At littus aequoris, quod vocatur Molis, acceſſit, vbi inſidiator ille* (diabolus) *quaſi nauem onerariam aduenisse fallaciae ſpeciem imaginis ante oculos auſus eſt confingere, etc.* Eſt apud Dinamium Patricium in Vita S. Maximi Epiſc. Reg. vbi eadem verba leguntur, *moles* ſcribitur. Vim et originem vocis attigit Cangius in Notis ad Alexiadem p. 305. ex ſcriptoribus Graecis inferioris aeui, quibus μόλος, et μῶλος, et μοῦλος, idem ſonat quod *Moles*, ſeu portus. V. *Modulus* et *Mola*.

MOLESCERE, pro inoleſcere, vt recte emendat D. Secouſſe to. 4. Ordinat. p. 138.

MOLESTATIO, moleſtia. Charta ann. 1177. in Chron. Andr. Danduli ap. Murator. to. 12. col. 500.

MOLESTATOR, qui moleſtiam alicui exhibet. Charta Wilhelmi Roman. Reg. an. 1253. apud Ludewig. Reliq. MSS. t. 5. p. 447.

† MOLESTER, *ri*, *la pelle de cerne*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

MOLESTIA, aegritudo. *Vt in Maleſtiam cholicam caderem*, ap. Gregor. M. l. 2. Ep. 31.

† MOLESTOR, moleſtator, t. 7. Ordin. p. 311.

† MOLETA. (1) Stellarum calcar, a Gall. *Molette*. Inuent. Mſ. an. 1363. (2) Menſurae agrariae ſpecies. Ch. Mſ. a. 1232. V. *Mola* 7. (3) Morbus equinus, mollis tumor, in imo tibiae flexu, Gall. *Molette*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1368.

MOLETVM, Gall. *Moulet*, menſura liquidorum apud Tullenſes, quae quatuor ſextarios Gallicos, ſeu duas *Pintas* Pariſ. capit. Hiſt. Tullenſis p. 102.

MOLETVRA, vt *Molta*, V. in hac voce.

† MOLEVA, intritae ſpecies ex ramentis cultrorum aliorumque ferrariorum fabrorum coactae, a Gall. *Molée* et *Moulée*. Areſt. Mſ. a. 1395.

MOLGI, *fures, a mulgendi conſuetudine*. Vocabul. Suſſannaei.

MOLIARIVM, molerrina, piſtrinum minus, († vel potius lapicidina molaris, i. q. *Moleria* 1.) Charta Eduardi II. Reg. Angl. an. 312. apud Rymer. tom. 3. p. 336. V. ſupra *Molendinarium* 2.

MOLIARIVS, μολόκοπος. Gloſſ. Lat. Gr. Sangerm. V. *Molarius*.

† MOLIAGIVM, ſponſalia, ab Ital. *Mogliera* vxor. Stat. ant. Florent.

MOLINA, mola, molendinum. Gloſſae S. Benedicti c. de Agricultura: *Molinae*, ὑδραλεσίαι. P. Victor in Reg. 14. vrbis Romae habet *Duas Molinas*. Ammianus lib. 18. *Quem* (aſcenſum) *ſciſſis collibus Molinae ad valles arctandas aedificatae denſius conſtringebant*. † MOLINA FERREA, ad tundendum ferrum, in Ch. Mſ. ann. 1311. V. *Molinum fabrile*. MOLINVM. Gregor. Turon. lib. 3. c. 19. *Ante portam autem Molina mira velocitate diuertit*: quo loco Aimonius l. 2. c. 23. *Molendinos ſumma vertit velocitate*. MOLINIVM, eod. notione. Locus eſt in *Curuis*. MO-

Digitized by Google

MOLINVS, in Lege Salica tit. 24. §. 1. Praeceptum Caroli Reg. ann. 859. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 30. MOLINARIVM, eadem notione, in Tabulario Abbatiae Bellilloci n. 59. MOLENARE. Charta Lotharii Regis Franciae an. 987. apud Michaëlem Carbonellum in Chron. Reg. Hiſpan. MOLINARE. Donatio Monaſt. S. M. de Ouarra to. 3. Concil. Hiſpan. p. 125. MOLINARIA, eodem ſenſu, in Charta Adelgaſtri Principis ibidem p. 89. MVLINVM, in Lege Aleman. tit. 83. §. 1. et in Lege Bajwar. tit. 8. c. 2. §. 1. Vandalis *Mule*, et Slauis *Mlin* eſt molendinum, vt auctor eſt Orbinus. MVLNETVM, eadem notione, in Tabular. S. Cyrici Niuern. ch. 17. MVLINARE, eadem notione. Tabularium Caſaurienſe an. 24. Ludouici Imp. filii Lotharii. MVLINVM ANIMAL, V. *Animal de hoſte.*

MOLINAGIVM, idem videtur quod *Molta*. Charta an. 1192. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 649. *Sint liberi et immunes per totam terram noſtram . . . . abſque venda, telonio . . . paſnagio, Molinagio, fornagio, etc.*

MOLINAR, vt *Molendinarium*, V. in hac. voce.

MOLINARE. (1) V. *Molina.* (2) † Locus ad molendinum conſtruendum aptus, i. q. *Molendinarium 1.* Ch. Mſ. a. 1305. (3) † *Mola* fullonia pannos denſare, walken; vnde MOLINATVRA, ipſa haec actio. Ch. Mſ. a. 1316.

MOLINARIA, MOLINARIVM, V. *Molina.*

MOLINARIVS, molitor. Vetus Gloſſarium: *Molinarius*, ὑδρομύλης. Gloſſ. Lat. Gall. *Molendinarius*, *Molinier. Seruus Molinarius*, in Lege Salica tit. 11. §. 5. MOLINERIVS, ead. notione. Charta an. 1356.

MOLINELLVM. (1) Diminut. a Molina. Gloſſae Pithoeanae; *Fractillum*, *Molinellum ad frangendum piper.* (2) Vgutio: *Camus, quoddam genus ferri fraeni, vel pars, ſcilicet quod vulgo dicitur Molinellum.* (3) Vectis verſorius, Gall. *Moulinet*, ap. Murat. t. 3. Antiq. p. 1197.

MOLINVM, V. *Molina.* † MOLINVM FABRILE, i. q. *Molina ferrea*, in Reg. feud. Aquit.

MOLINVS, V. *Molina* et *Molendinum.*

† MOLIO, molitor, tom. 5. Sept. pag. 73.

MOLIONE, vt *Molina*, in Tabular. S. Millan. apud Moret. Antiquit. Nauar. p. 547.

MOLIRI. (1) V. in *Molendinare.* (2) † Strui, t. 7. Collect. Hiſt. Fr. p. 197. *Si molitum eſt*, ſi factum eſt, in Synod. ap. Vermer. a. 853.

MOLIS, V. *Moles.*

MOLITA ARMA, V. *Arma.*

MOLITIO, quidquid molitur. Charta an. circ. 1226. apud Hearn. ad calcem Annal. Edwardi II. Reg. Angl. p. 266. *Ita tamen quod Molitio mea et familiae meae in eisdem molendinis quieta ſit ab omni molitura.*

MOLITVRA. (1) Idem quod *Mixtura.* Charta Anſerici domini Montisregalis an. 1202. V. *Mixtum* et *Mouſturangia.* (2) MOLITVRA, Gall. *Mouture*, V. *Molta.* (3) † Granum molendum, tom. 11. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 14.

MOLITVS. *Molita arma*, ſamiata, acuta, V. in *Arma.*

† MOLIVS, vas vinarium, in Stat. Taurin. a. 1360.

† MOLLA. (1) Menſura lignaria, Gall. *Molle.* Ch. Mſ. a. 1293. V. *Mola 3.* et *Mollare.* (2) Typus, forma, Gall. *Moule.* Ch. Mſ. ann. 1350. V. *Molle* et *Mollis.* (3) Mola, Gall. *Meule*, in Ch. a. 1098.

† MOLLARE, menſura lignaria *molla* vocata, menſurare, in Ch. Mſ. ann. 1272.

MOLLE FERREVM, forma, Gall. *Moule.* Inuentarium MS. ornament. Eccl. S. Martialis Lemouicenſ. ann. 1227. *Item Molle ferreum cum quo fiunt oſtie.* V. *Molla 2.*

MOLLEGIVM. Charta MS. Galeacii Comitis Virtutum: *Officiales Mollegii frumenti Vercellarum compellere nituntur ipſos de Colobiolo ad Mollegii praedicti.* Alia an. 1370. *Quod ipſi poſſint percipere Molegium ab illis perſonis quae non ſoluunt toltam et fodrum Communi Terdonae ab illis*

personis de Molo et de Garbanea, et de Episcopatu et aliunde, quae ibunt ad niazinandum sive franzendum, bladum, legumina, etc. V. *Molta.* Ex his colligitur, *Mollegium* praestationem esse, quae ex frumento molito percipiebatur. Pro ipso molendino accipi videtur in statutis Astens. p. 107. vo. *Quod omnes et singuli introducentes farinam in dicta ciuitate, durantibus nundinis, qui pro ipsis farinis non soluissent reuam ad Molegium eiusdem ciuitatis, teneantur et debeant ipsam farinam consignare et pro ipso earum introitu soluere reuam Molegii Ast. consuetam.* MOLEGIA, bladum in farinam redactum, seu molitum. Statuta Arelat. MSS. art. 57. *Et si molendinarii portauerint Molegiam, habeant pro singulis portandis, 11. den.* Art. 180. *Quisque possit habere eminam . . . ad opus leuandi Molegiam.*

MOLLEIA, f. idem quod *Molta.* Computus an. 1219. apud D. Brussel tom. 1. de Vsu feud. p. 483.

MOLLES. (1) Inquit Alcuin. de Offic. diuin. *sunt effeminati, qui vel barbas non habent, sive qui alterius fornicationem sustinent;* seu, vt loquitur Saluian. qui *in semetipsis feminas profitentur. Viri qui nubunt in feminas,* in leg. 3. Cod. Th. ad Leg. Iul. de adult. S. Pauli. 1. ad Cor. c. 6. *Neque Molles enim, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt.* Οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται. Παῖδες ἁπαλοὶ, Dioni Chrysost. de Regno. Gloss. Graec. Lat. μαλακὸς, ὁ ἁπαλὸς, *Mollis.* Martial. lib. 2. Ep. 84.

Mollis erat, facilisque viris Paeantius heros.

Iulius Firmicus lib. 3. cap. 7. *Faciet Molles, cynaedos, et qui se dulcibus actibus dedant.* Caelius Aurelian. l. 4. Chron. cap. 9. *Molles sive subactos Graeci Malthaeos vocauerunt, quos quidem esse nullus facile virorum credit. Non enim hoc humanos ex natura venit in mores, sed pulso pudore, libido etiam indebitas partes obscaenis vsibus subingauit, etc.* MOLLITIES, peccatum ipsum mollium. Synodale MS. Eccl. Andegav. (2) † E[illegible] cera imago, specimen, in [illegible] Mf. a. 1397. (3) † Forcep[illegible] *Molle,* tom. 2. Aug. p. 463. [illegible] *letum 1.*

MOLLESTRA. Festus: *Molle[illegible] cebant pelles ouiles, quibus g[illegible] tergebant.*

MOLLETVM. (1) Forficula[illegible] lor, Gallis etiam *Molets,* [illegible] Mirac. MSS. Vrbani V. PP. *in oculo taliter grossum et in[illegible] sum, in quo superuenerunt v[illegible] iam offuscauerant visum; qui[illegible] traxit 24. vermes cum Molleto.* Vetus Charta apud Vghellum to[illegible] part. 1. p. 390. *Et de ipso Molleto, et de molino omnia exinde faciamus, etc.* † Forte tumulus terreus, V. *Molarium 3.*

† MOLLIA, locus cauus, per quem aquae decurrunt. Ch. Mf. a. 1377.

MOLLIARCERE, *extrahere, parcere.* Papias, vnde emendandus MS. Bituric. *Moliarcere, extrahere partem.*

MOLLICIA, tapes acupictus, opere plumario decorus. Expositio breuis antiq. Liturg. Gallic. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 98. *Ideo autem venientem sacerdotem symbolum tradere, expandetur super cancellum Molliciis plumarum, vel candida sabana.*

MOLLIDITAS, *mollities.* Vita S. Marculfi Abbat. n. 10. *Lectus eius, nec etiam quidquam Molliditatis habebat, sed tantum nuda iacens in humo, etc.*

MOLLIFICATIO, actio qua aliquid molle efficitur. Boncompagnus de de Obsidione Anconae c. 11. ap. Murator. to. 6. col. 936.

MOLLIMEN, mollities. Acta S. Monegundis t. 1. Iulii p. 314. *Nullum habens stratum foeni palleaeque Mollimen.*

MOLLINVM, V. *Molletum.*

MOLLIPES, Ἀπαλόπους, in Gloss. Graec. Lat. Cicero de Diuinat. lib. 1. num. 9.

Mollipedesque boues spectare lumina cœli.

† MOLLIRE, molere, in Ch. Mf. Hugon. de Montef.

MOL-

Digitized by Google

MOLLIS. (1) † Typus, exemplar. Ch. Mf. ann. 1344. V. *Molla*. (2) V. *Molles*.

MOLLITIES, V. *Molles*.

MOLLITIVVS, molliendi vim habens, Medicis Gallicis *Emollient*. *Mollitionem cataplasma* ap. Conſtant. Afric. lib. 4. c. 17.

MOLLVS. (1) Menſura lignaria, Gall. *Moule de Bois*. Ch. Mſ. ann. 1319. V. *Molla 1*. (2) Aceruus, meta, Gall. *Meule*. Ch. Mſ. a. 1280. V. *Mulus 2*.

MOLMAN. Tabular. Prioratus *de Lewes* in Anglia fol. 16. *Item omnis Molman inueniet equum, ſi habuerit, ad portandum corredium Prioris : et ſi habebit, duos panes hordei : et ſi panes portauerit, de iisdem 2. habebit, cum companagio, et flagellabit praebendam Prioris per vnum diem, cum corredio domini, et habebit 2. panes ad veſperam cum companagio, exceptis illis qui non dant vilager*. Vbi Spelmannus putat idem eſſe, quod *Maalman* et *Malman*. V. in hac voce.

MOLMVTINA LEX, V. in *Lex*.

MOLNAGIVM, idem quod infra *Molta*, *Droit de mouture*. Charta ann. 1183. apud Pillet. Hiſtor. Gerbored. p. 337.

MOLNAIRONVS, MOLNARIVS, MOLNERVS, voces eiusdem ſignificationis, quae molitorem aliosque in molendino ſeruientes denotant. Statuta Maſſil. lib. 1. c. 55. *De Molneriis et Molnaironis, et mulateriis et duobus officialibus ſuper hoc eligendis*. Occurrit ibid. pluries non ſine aliqua interdum vocum mutatione.

† MOLNARE, molere, in Ch. Mſ. a. 1190.

MOLNARIA, MOLNERAGIVM, MOLNEA, V. *Molta*.

† MOLNARIVM, moletrina, in Ch. Mſ. Theob. Chabot.

MOLNARIVS, V. *Molnaironus*.

MOLNEA, V. *Molta*.

† MOLNERIA, penſitatio pro molitura frumenti, in Ch. Mſ. an. 1342. V. *Molta 2*.

† MOLNERIATA, idem, in Chartul. Priorat. de Guilcio.

MOLNERVS, V. *Molnaironus*.

MOLOCENARII, *qui paſcunt canes, quia molos canum dicitur*. Ita Vgutio. Forte *Moloſſarii*.

MOLOCHINVS, MOLOCINA, V. *Melocineus*.

MOLOLVTA, V. *Molta*.

MOLON, vox Hiſpanica, eadem notione qua *Molaris* ſupra. Charta Adelgaſtri Principis to. 3. Concil. Hiſpan. p. 89. *Et per pena ſarnoſa et per illo Molon, de inter ambos rios et per lumbilas*. Vbi, quod notandum, de limitibus agitur.

MOLONVS, congeries *garbarum*, Maſſilienſibus *Molon*, vel *Garbairon* ; immo acerus cuiuslibet rei. Charta ann. 1330. in Tabular. S. Victoris Maſſil. *Soluant tertiam decimam garbarum . . . quod diuiſio fiat per Molonos ſiue garbaironos*. V. *Modulum*.

MOLONYMPHIVS, *qui nondum vxorem duxit*. Vocabul. Suiſſannaei.

† MOLOFIRICVS, mendoſe pro *Moloſericus*, apud Angel. Caloq. in Raccolta t. 9. p. 505.

MOLOSVS, grandis, qui eſt inſtar molis. Miracula S. Auguſtini Epiſc. Cantuar. t. 6. Maii p. 403.

MOLTA. (1) Caementum, V. *Malta*. (2) Penſitatio, quam a vaſſallis exigit dominus pro frumenti molitura in molendinis ſuis : *Moulte*, in Conſuetud. Andegau. art. 17. Cenoman. art. 36. *Droit de moulage*, in Conſuetud. Turon. tit. 1. art. 14. et Bourbon. art. 535. Charta Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1201. in Tabular. Calenſi p. 102. Germ. Mahlgroſchen, Mahlgeld. MOLTA SICCA, quae in pecunia numerata exſoluitur. Charta Ottonis Rotomagenſis Epiſcopi an. 1262. *Denarii oboli, vendae, furni, molendina, molta ſicca, eſtoublagia, etc*. Charta an. 1276. in Chartular. S. Vandreg. to. 1. p. 781. *Tenendas et habendas dictas duas pechias terrae libere, pacifice, ſine campipartu et ſine ſicca Monta, etc*. † MOLTA HVMIDA, VIRIDIS, quae frumento molito ſoluitur. Reg. S. Iuſti. MAVTVRA, idem quod *Molta*, in Statutis MSS. Eccl. Glandatenſis ann. 1327. MODVRA. Tabular. Cartuſiae Bellicarici. MOLAGIVM. Litterae a. circ. 1180. tom. 2. Hiſt. Eccl. Meldenſ. p.

Digitized by Google

67. MOLATVRA, non ſemel in veteri Notitia ann. 1174. in Tabulario S. Laudi Andegau. MOLDA. Tabular. Burgulienſe fol. 63. MOLDVREIRA. Tabular. S, Eparchii Inculiſm. fol. 130. MOLEARIVM in Charta a. 1239. Locus in *Molearia*. MOLENDINAGIVM. Bulla Pauli III. PP. an. 1537. to. 4. Gall. Chriſt. inter Inſtr. col. 118. MOLETVRA, in Charta ann. 1151. apud D. Calmet. to. 2. Hiſt. Lotharing. col. 340. MOLITVRA. Charta an. 1257. ex Schedis Pr. de Mazaugues. V. *Molitio*. MOLNARIA. Charta an. 1216. in Tabular. S. Barthol. Betun. fol. 32. MOLNEA, in Charta Iohannis dom. Pinchonii (*Picquigny*) a. 1199. e Tabular. Corueienſi. MOLNERAGIVM, in Charta apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. pag. 212. MOLOLVTA. Tabular. B. M. Piperac. MOLTRVM. Conſuetud. MSS. Eccl. Colonienſ. e Bibl. Eccleſ. Atrebat. MOLTVRA, in Monaſtico Anglic. tom. 1. p. 738. MOLVCIA. Charta Aegidii D. de Mailly an. 1230. in Tabular. Corbeienſi. MOLVETA. Charta Bartholomaei Beluac. Epiſc. an. 1164. in Tabular. Sangerm. MOLVTA, in Charta an. 1205. ex Tabul. Eccl. Cathed. Maſſil. MOSTIERA. Charta an. 1279. apud Thomaſſer. Conſuet. Bituric. pag. 114. MOTVRA, in Charta Guidonis D. de Dampetra apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 108. MOVSTVRA, in Charta apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. p. 197. MOVTA. Charta an. 1229. in Chartular. S. Vandreg. to. 2. p. 1840. MOVTVRA. Charta an. 1220. apud Miraeum to. 1. p. 740. MVLTAGIVM, in Charta an. 1088. apud Beslium in Epiſcopis Pictau. p. 73. MVLTVRA, in Monaſtico Anglic. to. 2. p. 426. Charta ann. 1201. apud Miraeum to. 1. p. 727. MOLDVRA, ex Gallico, *Mouture*, quae molitari ratione ſalarii competit. Charta an. 1152. apud Catellum in Comit. Toloſanis l. 2. *Molendinarii . . . non accipiant propter ſuam Molduram vltra ſexdecimam partem.* Eſt etiam *Moldura* menſurae genus; quod in ea *moltam* ſuam accipiat, molitor ſic dici videtur. H[illegible] bi *Mules* nuncupant : et[illegible] 20. vel 24. pattem *quartell*[illegible] Charta ann. 1324. ex Tab[illegible] Flamarens: *Et ſaluis et re*[illegible] *et ſuis vna cymina frumen*[illegible] *Molduris.* MOLTVRA, et[illegible] TVRA, vt *Molta*. Tabular. Ambian. (3) Ipſum frume[illegible] farinam redactum. Areſtu[illegible] menti ann. 1272. apud D. [illegible] Hiſt. Bleſenſ. cap. 22. pag. [illegible] † Praeſtatio agraria ſeu qu[illegible] ctibus agri ſoluitur, Gall. *M*[illegible] *Moulte*, i. q. *Agrarium*. Ch. M[illegible] 1205.

† MOLTARIVS, MOLTERIVS, qui *moltae* ſeu penſitationi pro molitura frumenti obnoxius eſt. Ch. Mſ. a. 1300.

† MOLTERIA, i. q. *Moleria* 2. in Bulla Coeleſt. III. a. 1196.

MOLTERIVS, V. *Moltarius*.

MOLTIRVM. Statuta Veronenſia l. 4. c. 33. *Nec aliquod vas calcinatorium ſeu Moltirorum, nec biſcotarum ponere, etc.* † Ital. *Molticcio*, limus coenum.

MOLTO, MOLTVNAGIVM, V. *Mullo*.

† MOLTONINA, pellis veruecina, in Leud. min. Carcaſſ.

MOLTRVM, MOLTVRA, V. *Molta*.

MOLTVNAGIVM, V. *Mutonagium*.

MOLTVRENGIA, variae molturae miſcellum frumentum. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 42. V. *Muſturangia*.

MOLVCIA, MOLVETA, V. *Molta*.

MOLVCRVM, *illud cum quo mola vertitur, i. tumor ventris.* Io. de Ianua: *Roet de molin, c'eſt ce qui fait tourner la mole*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm.

MOLVM. (1) Idem quod *Moles*. Chronic. Farfenſe apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 614. (2) † Menſura lignaria, i. q. *Mollus* 1. Ch. Mſ. ann. 1482.

MOLVMENTVM, pro Emolumentum, in Charta Eduardi II. Reg. Angl. an. 1315. apud Rymer. to. 3. p. 308.

MOLVRI, *verberibus atriores facti*. Vocabul. Suſſannaei.

MOLVTA, V. *Molta*.

MOLV-

MOLVTA ARMA, V. *Arma.*

† MOLZESQ, mulctus, a mulgere, in Ch. Mſ. a. 1308. V. *Mulſio.*

MOMAR, *Siculus, ſtultus, qui cito mouetur ad iram.* Plautus: *Quid tu, o Momar Sicule homo praeſumis?* V. Feſtum in hac voce, et quae ibi notat Scaliger.

MOMBOOR, V. *Mundiburdus.*

MOMENTALITER, idem quod *Momentatiue.* Fulgentius Mytholog. 2. 3.

MOMENTANA, libra De SS. Petro et Paulo to 5. Iunii p. 438. *Quod ſi beata auferre deſiderat pignora, palliolum aliquod, Momentana (id eſt libra) penſatum, iacit intrinſecus.* Sic etiam legendum pro *Momentanea* ap. Iſidorum, monet Graeuius.

MOMENTANEI LOCI. Iohannes in Vita S. Odonis ſaec. 5. Bened. p. 162. *Nec obſtantiae opponens querelas, ſed Momentanea: quaerens locos, terra proſtratus veniam eſt deprecatus.* Id eſt, opportuna momenta obſeruans.

MOMENTATIM, in ſingula momenta. Vita MS. S. Winwaloei: *Tum corda pauidorum Momentatim tremunt.*

MOMENTATIVE, in momento, ſtatim, derepente, in Hiſtoria translationis S. Guthlaci n. 6.

† MOMENTIOLVM, diminut. a momentum, t. 2. Iun. p. 233.

MOMENTVM, *ſtilus, quo momentaria inclinatur.* Gloſſ. Iſid. vbi Graeuius legendum putat: *quo mouente libra inclinatur.* Nihil mutandum videtur, cum *momentanam* pro *Libra* dixerint inferioris aeui Scriptores, quidni etiam *momentariam?* V. *Momentana.* Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. ex Iohan. de Ianua: *Momentum, Mouvement, ou moment, la 40 partie d'une heure, ou l'inſtrument où ſont perçus les momens, ou languette de balance.*

MOMERIVM. Commodianus Inſtructione 59.

Das tibi Momerium.

Id eſt, *te ridiculo exponis.* † Hinc Gallis *Momme* et *Mommerie*, Germ. Mummerey, perſonatorum turba. V. *Momus.*

MOMIA, V. *Mumia.*

† MOMVS, larua, in Teſtam. Mſ. ann. 1256. V. *Momerium.*

MONA, vidua, a Grraeco *μόνη*, ſola. Leges Normann. apud Ludewig. to. 7. p. 292.

MONACHA, ſanctimonialis, Monialis. Anaſtaſius in S. Leone p. 27.

MONACHARE, monachum agere, vel facere. Zacharias PP. in Epiſt. ad Anglos apud W. Malmesbur. lib. 1. de Geſt Pontif. *Vt prius probentur laici, quam Monachentur.* S. Bernardus Epiſt 261. *Vnus de Militibus templi voluit Monachari in ordine noſtro.*

MONACHATIO, monaſticae vitae Profeſſio. Teſtamentum ann. 1202. ex Schedis Pr. *de Mazaugues.*

MONACHATVS (1) Eadem notione. Charta apud *Madox* Formul. Anglic. p. 295. (2) Cella ſeu *obedientia* monaſtica ab Abbatia dependens. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 22. (3) MONACHATVS PLENARIVS, cibi et potus integra portio, quae monachis quotidie datur, idem quod *Praebenda.* Charta an. 1482. in Tabular. Cartuſiae de Bello-Larico: *Bartholomaeus habet Monachatum plenarium.* (4) † Monachorum orationes et ſuffragia. Ch. Mſ. a. 1390.

MONACHELLVS, Diminut. a Monachus, monachus iunior, in Geſtis S. Anſelmi tom. 2. Aprilis p. 927. *Abiecto Monachellorum teſtimonio.* MONACHOLVS, MONACHVLVS. Teſtamentum Herlemundi Epiſc. to. 3. Analect. p. 218. MONACVLVS, in Cerem. Carnot.

MONACHIA. (1) Pro *Monachiſmus*, apud Guibertum lib. 1. de Vita ſua cap. 9. et alibi. (2) Cella ſeu *obedientia* ab Abbatia dependens; (†idem quod prioratus ſeu praepoſitura.) Capitulum gener. S. Victoris Maſſil. MS. (3) MONACHIA SEMPITERNA. Sic poſſeſſiones Monachorum vocabant, quae ipſis iure monticinii conceſſae erant. Charta ann. circ. 854. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. p. 56. V. *Abbatia Sempiterna.*

MONACHICALIS, monaſticus. Charta apud Stephanot. to. 3. Antiquit. Bened. Pictau. MSS. p. 550.

MONACHILIS, monaſticus. Vita S. Idinneti in Chartul. Landeuen. MONACHILE CINGVLVM PROFITERI,

Digitized by Google

TERI, monasticae vitae nomen dare. Translatio S. Sebastiani saec. 4. Bened. part. 1. p. 385. † MONACHILE CONIVGIVM, *fraternitas* seu societas et communio inita cum monachis. Ch. Ms. a. 1118.

MONACHINA, diminut. a *Monacha*. Acta vener. Mariae Bagnesiae tom. 6. Maii p. 135.

MONACHISMVM PROFITERI, monasticae vitae nomen dare. Charta an. 1163. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1302.

MONACHITAS, idem quod *Monachatio*. Charta an. 1086. in Tabular. S. Florentii.

MONACHIVM, monasterium, ex Gr. μοναχεῖον, in lib. 13. Cod. de Sacrosanct. Eccl. Concil. Rotomag. a. 1231. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 182. *Cum contingat interdum quasdam excommunicationes generales ab Abbatibus in suo Monacho* (leg. Monachio) *promulgari, etc.*

MONACHIZARE, idem quod *Monachare*. Charta Rodulphi Episc. Leodiensis an. 1178. ap. Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 913.

MONACHOLVS, MONACHVLVS, V. *Monachellus*.

MONACHVS. *Monachi*, ex Gr. Μοναχοί, appellabantur, qui strictioris vitae Christianae intuitu, in solitudines recedebant, vitato omni hominum consortio. Gloss. Graec. MSS. Regiae : Μοναχὸς, ὁ μόνῳ ζῶν θεῷ. Rutilius Numatian. lib. 1. Itinerar.

Ipsi se Monachos Graio cognomine dicunt,
Quod soli nullo viuere teste volunt.

S. Hieronymus Ep. 1. *Interpretare vocabulum Monachi, hoc est, nomen tuum : quid facis in turba qui solus est ?* Triplex autem Monachorum genus statuit Cassianus Collat. 18. c. 4. et 5. primum *Coenobitarum, qui scilicet in congregatione pariter consistentes, vnius senioris iudicio gubernantur :* alterum *Anachoretarum, qui prius in Coenobiis instituti, iamque in actuali conuersatione perfecti solitudinis elegere secreta :* tertium denique *Sarabaïtarum*, de quibus omnibus agimus suis locis. Quat[illegible] dit S. Benedictus in Regula [illegible] *Quartum vero genus est mona[illegible] quod nominatur Gyrouagum, q[illegible] vita sua per diuersas prouinc[illegible] nis aut quaternis diebus per d[illegible] rum cellas hospitantur, sempe[illegible] et numquam stabiles, et propr[illegible] luptatibus, et gulae illecebris [illegible] entes, et per omnia deteriores [illegible] baitis.* Monachos Clericorum [illegible] ne interdum apud Veteres de[illegible] tos fuisse, probat Praeceptum Ca[illegible] li Calui an. 873. apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. col. 197. Voce *Monachus*, nullius familiae nota adiecta, *Benedictinum*, intellectum semper apud veteres, vti apud Graecos *Basilianum*, obseruat Seldenus ad Eadmerum p. 215. MONACHI LAICI, in lib. Miraculor. S. Winnoci Abbat. cap. 25. et apud Lanfrancum in Statut. Ord. S. Benedicti c. 1. sect. 4. qui *Fratres laïci* dicuntur sect. 5. MONACHVS MILES, idem qui *Advocatus*, V. in *Miles*. MONACHI SAECVLARES, qui strictionem regulam non amplectebantur, dicti Orderici Vitalis aeuo, vti testatur lib. 8. p. 716. Herimannus de Restauratione S. Martini Tornacensis cap. 67. MONACHI REGVLARES, in Concilio Lemouicino a. 1031. sess. 2. dicuntur, *qui illicita nolentes, non suo, sed alieno imperio viuunt : quibus omnia in medium conferuntur communia, nec aliquid habent, quod Abbas non dederit, aut permiserit.* MONACHI, *albi, nigri, grisei, etc.* V. *Ordo.* MONACHI AD SVCCVRRENDVM dicuntur, qui, dum extrema agunt, vel vrgente mortis periculo, monachicam vestem induunt, quo fratrum ac monachorum suffragiorum, seu orationum fiant participes, eoque ipso animae suae saluti consulant, ac *succurrant*, quomodo hac voce vtitur Inquisitio de Presbyteris apud Reginonem c. 87. *Similiter ordinem baptismi ad succurrendum infirmis.* Quo spectant orationes, quae describuntur in lib. 1. Sacrament. Eccl. Roman. c. 73. et 74.

† MONACIA, *la noce dura*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

Digitized by Google

MONACOSMVM, V. *Monocosimum.*

MONACVS, V. *Monocosinum.*

MONADES. Charta MS. a. 1162. *Ego Gaufredus Comes Rossellionensis, et Girardus filius meus . . . . donamus tibi Guillelmo de Apiano et omni tuae posteritati in feudum duas Monades aquae, vt ducas illam aquam ad Apianum per quemcunque locum per tuam terram volueris, ad faciendos molendinos quotquot tibi placuerit, et in quocunque loco volueris, ad irrigandos agros atque ortos, et generaliter ad omnes voluntates tuas faciendas, etc.* In dorso scriptum, *Originale de Monadex molendinorum de Apiano.* V. *Monale.*

† MONAGA, MONAGIA, vehiculum vna rota. Comput. Ms. a. 1481. V. *Moniga.*

MONAGIVM. (1) Idem quod *Monetagium*, id quod a vasallis domino praestatur, vt monetam mutare ei non liceat. († Seu etiam praestatio pro iure vtendi molendi, quo significatu aperte legitur, in Ch. Ms. an. 1322.) Charta an. 1192. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 649. (2) † Monasterium, in Ch. Ms. a. 1328.

MONALE, f. alueolus. Charta Calomontis ann. 1395. *Quoddam pratum et quoddam Monale.* V. *Monades.*

† MONANCIVS, qui praestationem *monagium* dictum debet, seu qui ad molendinum domini frumentum suum molere tenetur, Gall. ol. *Mounant.* Ch. Ms. a. 1308. V. *Monagium* et *Monare.*

MONANTESIVS, perperam pro *Mornantesius.* V. in hac voce.

MONARCHA, Episcopus. Fridegodus in Vita S. Wilfridi saec. 3. Bened. part. 1. pag. 184. MONARCHA *et Legum Euangelista* inscribitur Andreas de Ysernia in titulo Commentarii quem de vtroque iure edidit, quasi Iurisconsultorum Principes.

MONARCHES, titulus honorarius Comitum Flandrensium, in Vita S. Winnoci cap. 16. saec. 3. Bened. part. 1. p. 311.

MONARCHIAE. (1) In Vita S. Winnoci modo laudato, nominatur Comitatus Flandriae. V. *Monarches.* (2) MONARCHIA REGIA, pro Maiestas seu dignitas Regia. Charta Roberti Reg. Franc. tom. 4. Annal. Bened. p. 692. col. 2. (3) Regio, prouincia, eiusque dominium. Vita S. Romualdi Saec. 6. Bened. part. 1. p. 299. Vbi de prouincia Cameriana agitur. (4) Quiuis principatus, dominatio; vnde de iurisdictione Episcopi dicitur in Epist. 3. Hilari PP. apud Leontium Arelat. Episcopum; Abbatis, in Vitis Patrum apud Gregorium Turon. cap. 1. Capellani regii, in Chron. Hariulfi.

MONARCHIANI, haeretici, qui Praxeam sectantes, teste Tertulliano libro aduersus eumdem haereśiarcham, Deum vnum fatebantur, Trinum negabant.

MONARCHOPRAESVL COENOBITARVM, id est, Abbas, in sermone de Eleuatione S. Quintini pag. 25. vbi quidam *Monachopraesul* legendum putant.

MONARCHVS, aleae species, apud Iohan. Sarisberiensem lib. 1. de Nugis Curialium cap. 5. V. *Vulpes.*

† MONARE, molere, in Ch. Ms. a. 1323. V. *Monagium* et *Monancius.*

MONASTA, monachus, ex Gr. Μοναστὴς. Versus antiqui in Metropoli Salisburgensi to. 2. p. 518.

MONASTERIA. (1) Dicuntur cellae, in quibus vnicus degit Monachus. Ita Cassianus Collat. 18. c. 6. S. Hieronymus in Vita Paulae, S. Anastasius in Vita S. Antonii cap. 9. S. Nilus narrat. 5. p. 77. etc. Iidorus lib. 2. de Offic. Eccl. cap. 15. (2) MONASTERIA postea etiam ipsa Coenobia dicta. Synodus Romana sub Eugenio II. PP. an. 826. can. 27. MONASTERIA CANONICORVM, in Concilio Turonensi III. cap. 31. V. Molanum lib. 1. de Canonicis cap. 12. MONASTERIVM DVPLEX, διπλοῦν μοναστήριον, virorum scilicet et feminarum. Iul. Antecess. Const. 115. cap. 483. *In nullo loco Monachos et Monachas permittimus vnum Monasterium habere: sed nec ea quae duplicia vocant, etc.* MONASTERIVM CAPITALE, a quo alia dependent monasteria. Charta Bathildis Reginae an. 1030. tom. 1. Chartul. Gemetic. p. 303. MONA-

Digitized by Google

STERIA COENOBIALIA, in quibus Coenobitae degunt. Theganus de Gestis Ludouici Pii c. 24. MONASTERIA CONSISTORIALIA, dicta ea de quibus non nisi consistorialiter, seu in Consistorio Romano disponi consueuit. V. Octau. Vestrium lib. 1. de Iudiciis Aulae Rom. cap. 1. MONASTERIA EPISCOPALIA, qui iurisdictioni Episcoporum subiecta, in Synodo Vernensi an. 755. cap. 20. MONASTERIVM MONASTICVM, ad discrimen Monasterii Canonicorum, in lib 2. Miraculorum S. Bertini c. 9. MONASTERIA REGVLARIA, *vt secundum regulam viuant*, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 3. MONASTERIA REGALIA vocant quae a Rege nude pendent, *quae in mundio palatii esse noscuntur*; vt est in Capitul. Pippini Reg. *quae ad mundium palatii pertinent*, in Capitul. 6. Ludouici Pii an. 819. *quae ex regali largitate sunt*, in Capitul. eiusdem Imper. an. 823. *quae ad ius regium proprie pertinent*, apud Monachum Sangallensem lib. 1. cap. 14. *quae ad Regem pertinent*, apud Abbonem Floriacensem in Canonib. cap. 19. *quae pendent de manu regia*, apud Baldricum Nouiom. lib. 3. cap. 20. *quae ab Imperio dependent*, in Chronico Senonienſi l. 2. c. 1. *quae sunt iuris regii*, in Charta Ottonis IV. Imper. an. 1210. apud Vghellum in Episc. Dertonensib. In Charta Caroli C. quae habetur in Tornutio Chifletii p. 223. Compendium, *Regium Monasterium appellatur*, Monasterium nempe S. Cornelii, *cui*, ait idem Imp. in fundationis Charta, *Regium vocabulum dedimus*. FISCALIA etiam MONASTERIA, interdum dicuntur, quod in fiscis regiis exstructa essent, et ab ipsis Regibus dotata. Flodoardus lib. 4. c. 46. *Quod Monasterium Domnus Guntherus vir illustris in honore S. Petri construxisse traditur, quod Regale vel Fiscale vocatur, eo quod in Regali potestate vsque ad moderna tempora fuerit habitum.* Ea vero erat Monasteriorum Regalium vel Imperialium conditio, vt ab omni iurisdictione Episcopali exemta essent, nullique alii quam interquam Imperatori aut Regi immediate subiecta. Concilium Vernense an. 755. can. 20. Hinc olim *Monasteria libera* passim dicuntur, *Abbatiae liberales*, in Charta Ottonis Imp. in Metropoli Salisburgensi to. 3. p. 344. MONASTERIA LIBERA interdum etiam appellabant, quibus integra libertas erat in Abbatum electionibus. Chronicon Mauriniacense lib. 3. MONASTERIA LIBERA deinde appellata, quae ab omni saeculari iurisdictione exempta erant. Acta Murensis Monasterii p. 15. MONASTERIA LIBERA denique dicta, quae exempta erant a iurisdictione Episcoporum. Charta Ioann. Episcopi Pergamensis an. 1210. in Hist. Pergam. to. 3. p. 372. MONASTERIA LIBERA ab *ingenuis* interdum distincta fuisse, obseruat Mabillonius tom. 4. Annal. Bened. pag. 48. *Libera* dicebantur, quae Romano Pontifici in Spiritualibus, *ingenua* vero, quae soli Regi in temporalibus subiecta erant. MONASTERIA PATRIARCHALIA, quae solius Patriarchae Constantinopolitani iurisdictioni subdita erant, ab Episcoporum iurisdictione exempta. De iis prae caeteris Georgius in Vita S. Theodori Syceotae num. 72. V. Gloss. med. Graecit. in σκυροπήγιον. MONASTERIA MINVTA, *vbi Nonnanes sine regula sedent*, in Capitulari an. 789. cap. 3. (3) MONASTERIVM saepe sumitur pro Ecclesia cathedrali, quod plerisque in Ecclesiis Cathedralibus Monachi, non vt hodie Canonici, olim sacra munia obirent: vnde vsu seruato etiamnum in Germania Cathedrales Ecclesiae dicuntur Münster. Ita Ecclesias Cathedrales Atrebatensem et Cameracensem *Monasterii* nomine donat Baldricus Nouiom. lib. 3. cap. 4. et 48. Sic perinde Marianus Scotus an. 1081. Ecclesiam Cathedralem Moguntiae *Monasterium Episcopale*: Dodechinus an. 1137. *Monasterium principale* vocant. *Monasterium Cathedralis Ecclesiae*, apud Philippum Eystetensem in Vita S. Willibaldi c. 38. §. 5. pro ipsa Ecclesia seu Basilica.

Proba-

Digitized by Google

Probabilius forte quis existimauerit Ecclesias Cathedrales ob id potissimum *Monasterii* nomine designatas fuisse, quod Canonici, qui in iis sacra munia obirent, sub Episcopo suo vitam a Monastica non multo diuersam agerent; quare eorum habitatio *Monasterium* dicebatur, vnde ad Ecclesias quibus addicti erant, quemadmodum a Monachis ad aedes sacras Monasteriorum, Monasterii nomen fluxit. Nec dubium certe, quin vox *Monasterium* pro Canonicorum domo interdum vsurpata fuerit. Marianus Scotus in Chron. ad an. 1058. *Podelbrunna ciuitas cum duobus Monasteriis, id est episcopatus et monachorum, feria sexta ante Palmas igne consumitur.* Idem narrat Trithemius in Chron. Hirsaug. ad eumdem annum, vbi, quod mire sententiam nostram firmat, Ecclesiam Cathedralem a monasterio seu canonicorum domo distinguit: *Anno praenotato ciuitas Padelbronnensis in Saxonia cum duobus Monasteriis Cathedralique Ecclesia maiore, feria sexta ante Palmas incendio miserabiliter conflagrauit.* (4) Sed et vniuersim Ecclesiae omnes *Monasteria* dictae. Vita S. Protadii Episc. Vesontini n. 9. *Corpus vero eius* (Sancti) *delatum est ad B. Petri Monasterium.* Ea enim aedes non Monachorum, sed Parochialis est. Concilium Rotomagense ann. 1072. cap. 14. *Nuptiae non in occulto fiant, neque post prandium: sed sponsus et sponsa ieiuni a Sacerdote ieiuno in Monasterio benedicantur.* (5) Nude pro Ecclesia Monasterii. Imperius in Chron. S. Bertini part. 4. c. 21. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 541. (6) † Locus occultus vel solitarius, in Act. SS. t. 2. Aug. p. 420.

MONASTERIALIS, ad monasterium pertinens. *Monasterialis ecclesia*, quae monachorum est, in Ch. Ms. an. 1046. *Monasteriales*, monachi, in Conc. Clouesshou.

MONASTERIOLVM, paruum monasterium, in Ep. Hadriani II.

MONASTERIVM, V. *Monasteria.*

MONASTERIVS pro Monasterium, apud Marten. to. 1. Amplifs. Collect. col. 523.

† MONASTERVM, mendose pro *montanum*, in Accessi. ad Hist. Cassin. part. 1. p. 312.

MONASTIVM, contracte pro Monasterium. Testament. Henrici II. Reg. Angliae, ann. 1182. in Lib. nigr. Scaccarii p. 5.

MONASTRIA, monacha, ex Graec. Μοναστρία. Gregor. M. lib. 6. Ep. 23.

MONATARIA, f. locus Monetae. Concil. Legion. ann. 1012. inter Hispan. to. 3. p. 193. *Monatariae dent singulos argenteos Sayoni Regis per vnamquamque hebdomadam.*

MONATOR, σημαντὴρ, *monitor, significator.* Supplement. Antiquarii.

MONAZONTES, monachi, seu Eremitae, Μοναζοντες, apud Gregor. Nazianzenum in Carm. εἰς ἐπιπλάξεως μοναζοντας, Lex 63. Cod. Th. de Decur.

MONBORATIO, defensio, tutela; *Monboratus*, qui sub tutela viuit. Codex MS. Irmionis Abb. Sangerm. fol. 63. V. *Mundiburdus.*

† MONCA, vel MOVCA, cuspis, in Ch. Guil. Duc. Normann. Ms.

† MONCALDVS, pro *Mencaldus*, mensura frumentaria, in Ch. Ms.

MONCELLVS S. GERVASII, certum Parisiis territorium, ab aede S. Gerualio sacra sic dictum, Gall. etiamnum *Monceau S. Gervais*, apud Marten. to. 6. Amplifs. Collect. col. 224.

MOND-BAER, MOND-BOOR, MONDEBVRDIS, V. *Mundiburdus.*

† MONDECIA, mundities, ap. Murat. t. 2. Antiq. p. 92.

MONDIFICATVS, mundus. Statuta Pallauic. lib. 2. cap. 69. p. 127.

MONDINA, mensura frumentaria, eadem, vt videtur, quae *modius.* († Mendose pro *Mondura*, vt legitur in Ch. Ms. a. 1359.) Regestum 87. Chartophylacii Regii: *Item dimidium Iornalis terrae, situm in Vernanson iuxta terram Guilelmi Espa, pro quibus facit domino vnam Mondinam frumenti, quatuor denarios, vnam Mondinam et dimidiam auenae, etc.* Occurrit ibidem pluries.

MONDO-

Digitized by Google

MONDOALDVS, V. infra *Mundualdus.*

MONEATA VIA, lapidibus ſtrata, munita, Gall. *Pavée.* Forte a verbo *munire* ducta origo. Statuta Montis Regal. p. 208.

† MONEDAGIVM, i. q. *Monetagium*, in Ch. Mſ. a. 1047.

MONEDATVS, pro *Monetatus*, in lib. 6. Capitul. cap. 284. V. *Monetare.*

† MONEFACERE, commonefacere, t. 2. Aug. p. 678.

† MONEGAGIVM, profeſſio monaſtica, in Teſtam. Mſ. a. 1350.

MONEIA, pro *Moneta*, ex Gall. *Monnoie*, ſeu *Maneie*, vti efferunt. Domesdei tit. *Wirecestre:* vbi *vertebatur* idem valet ac *mutabatur.*

MONELLA, monitio, admonitio. Lucifer Calaritanus lib. 2. pro S. Athanaſio pag. 97.

MONELLVS, campanae ſpecies. Statuta Capitul. Tullenſis an. 1497. cap. 1. *de Pulſationibus: In Dominicis et profeſtis vltimae cum duabus mediocribus campanis ſimul; et in duplicibus cum Monellis.* V. *Maanellus* et *Meenellum.*

MONERIVS, molitor, Gall. *Meunier.* Charta apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Pictau. MSS. p. 944.

MONESTERIVM, pro Monaſterium, pluries occurrit in Charta Henrici I. Imp. ann. 1014. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 110.

MONESTERIVS, pro *Monetarius*, qui monetam cudit. Conſpectus Inſtr. ad Hiſtor. Occitan. ſpectantium a R. P. de la Porte Ord. Minimorum editus.

MONETA. (1) Monetae ipſius character ac figura, das Gepräge. Papias: *Moneta, ſimilitudo. Moneta, μνημοσύνη*, in Gloſſ. Lat. Graec. Sangerm. Curius Fortunatianus lib. 3. Artis Scholaſticae: *Verbis vtendum eſt, vt nummis publica Moneta ſignatis.* Ita *monetam latiaris eloquii* dixit Symmachus pro charactere. V. Iuretum ad hunc locum p. 315. (2) MONETA, apud Papiam, *eadem* et *trutina dicta, quia admonet ne qua fraus in metallo vel in pondere fiat.* Iter Camerarii Scotici cap. 10. §. 5. de Braſiatoribus. *Non habent men-ſuras, videlicet quartum, tertiam, et partes concordantes monetae domini Regis, per quas ſuras populus poſſit deſeruire cum indigueris.* Vbi *Moneta* pro menſura publica ac regia pretium *monetae* fixum habet. Officina, ſeu locus vbi moneta tur. Charta Agnetis Com. ann. circ. 1050. inter Anecd. ten. to. 1. col. 187. (4) Ius cu monetam, vel emolumenta quae netae domino obueniunt. C Pontii Comit. Toloſae a. 1037. to Hiſt. Occitan. inter Inſtr. p. 200. (5) MONETA ANNIVERSARIORVM, dicta quae iis diſtribuebatur qui Anniuerſariis intererant. MONETA BLENCHA, argentea, *Monnoie Blanche*, cui nigra ſeu aerea opponitur. Edictum pacis Iacobi Reg. Arag. ann. 1228. Spicil. Acher. p. 386. MONETA BOSSANAYA, monetae Barcinonenſis ſpecies. Locus eſt in *Boſſanaya.* MONETA BRVNA, eadem quae aerea ſeu *nigra* aliis dicitur. V. *Bruna* 1. MONETA CONTAMINATA, aerea, eadem quae *nigra.* Tabular. Mimat. ann. 1306. MONETA CORIACEA, *cum clauo argenteo.* Hanc tempore captiuitatis Ioh. Reg. Franc. cuſam ſcribit Guido Papa qu. 493. *Ponamus*, inquit, *quod a tempore venditionis citra facta eſt Moneta de corio, ſicut fuit tempore captiuitatis Regis Iohannis, de qua moneta licet curribilis ſit centum floren. non valent duos florenos de Moneta currente tempore contractus, etc.* Ex his tamen minime certo efficitur, iis temporibus exſtitiſſe eiusmodi monetam coriaceam, praeſertim cum nullum ſuperſit hac de re edictum; vnde opinionem hanc deliramentum fuiſſe atque puerilem fabellam, ait Molineus de Vſur. n. 799. neque probabilior videtur D. le Blanc, p. 230. De moneta itaque debiliori, quam vrgente neceſſitate cudi iuſſerat Carolus Regens, haec accipienda exiſtimo. Antiquioris vſus fuit haec moneta coriacea apud Francos, ſi fides Ioh. Iperio in Chron. S. Bertini c. 49. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 727. *Aliquando tempore per*

Digitized by Google

per regnum Franciae intermissum est fabricari monetam, et maxime quamdiu Rex erat absens, sed loco monetae curre (currebant) *fustra de corio cum infixo clauo aureo vel argenteo, maiori vel minori, et secundum hoc erat maioris pretii vel minoris.* Haec credat qui aliis quas ibi profert fabulis fidem habere volet. Monetam coriaceam apud Lacedaemonios in vsu fuisse, docet Seneca lib. 5. de benef. c. 14. quod et propter exhaustam diuturnitate belli Italici pecuniam feciſſe Frid. II. Imp. narrat Antonin. Florentin. in Chron. ad ann. 1240. MONETA DEBILIS, quae *forti* opponitur. V. infra. Occurrit praeterea in Priuilegiis Capituli S. Bernardi de Romanis ann. 1358. to. 3. Ord. p. 277. et alibi passim. *Nummi leues*, in Charta Phil. senioris *de Falkenstein* pro monast. Fuld. an. 1266. apud Schannat. MONETA FORTIS; vel *fortium*. Ita vocabant eam monetam, cuius materia purior erat minusque adulterata. Vetus scheda: *Ad Natiuitatem beatae Mariae 1306. incipit fortis moneta, et fuerat cursus debilis monetae ab Omnibus Sanctis 1303. vsque ad dictam Natiuit. Librae fortes, librae fortium*, in Chartis aliquot, in Histor. Monasterii S. Mariae Suession. p. 450. In Charta ann. 1162. apud Chirardaccum lib. 3. Hist. Bonon. p. 85. *Receptis ab eo centum libris afforciatorum. Denarii infortiatorum*, passim in Tabul. Abbat. Dalonens. fol. 4. 5. 7. 49. 55. etc. Ibidem fol. 70. *Acceptis 8. libris de forzats, vel Pictauinis. Solidi infortiatorum*, in noua Gall. Christ. to. 2. inter Instrum. col. 451. *Solidi reforciati*, in Charta an. 1323. to. 2. Hist. Dalph. p. 110. col. 2. *Lego . . . Esmendjardae filiae meae 500. libras Reforciatorum, siue Turonensium bonorum*, in Testam. Isnardi de Antrauenis apud Gaufridum tom. 1. Hist. Prouinc. p. 79. Hinc REFORTIVM MONETARVM, dicitur cum ad materiam puriorem monetae reuocantur, apud Franc. Marcum Decis. 432. part. 2. p. 224. MONETA CVM GRANIS. Chronicon Malleacense: *Ann. 1112. nummi mutati sunt, et cum granis alii facti sunt.* MONETA NIGRA, aerea, vel aere mixta, cui *alba*, seu argentea opponitur. Martialis L. I. Epigr. 100.

Vt conuiuia sumtuosiora
Toto quae semel apparas in anno
Nigrae sordibus explices monetae.

Sic enim *aeream* monetam censet Salmasius. Nicolaus Oresmius Episc. Lexou. de Mutatione Monetar. cap. 3. *Et quoniam aliquoties in aliqua regione non satis competenter habetur de argento, . . . imo portiuncula argenti, quae iuste dari deberet pro libra panis, vel aliquo tali, esset minus bene palpabilis propter nimiam paruitatem, ideo facta fuit mixtio, de minus bona materia cum argento: et inde habuit ortum nigra Moneta, quae est congrua pro Minutis mercaturis.* Charta Iohannis Nigellensis Domini apud Vassorium in Nouioduno pag. 952. *Centum solidos Nigrorum vel Atrebatensis monetae, in pretio 18. nummorum nigrorum me et haeredem meum soluturum concedo, etc. Turonenses nigri*, in Charta an. 1269. in Probat. Hist. Turonens. pag. 42. *Nigelli*, in Charta Communiae Crespiacensis ann. 1223. MONETA TERNALIS, *de terno, de quaterno, de duplo*, sic dicta moneta Barcinonensis in Vsaticis Barcinon. et in Charta Petri Regis Aragon. ann. 1285. Monetae *de bino*, in Catalania meminit Paulus Xammer lib. de Antiquit. Barcinonae §. 10. n. 41. MONETA SEPTENA. Charta Aimerici de Castio nouo ann. . . . in Regesto Tolosano Camerae Comput. Paris. ch. 70. *Hoc praedictum donum, nos et successores nostri 5. millib. solid. Tolos. Monetae septenae, vel Malgor duplos largos ad ipsorum electionem vel ex singulis 26. solidis Tolos. vnam marcham argenti fini, et de pure pro eadem ratione, si Tolos. et Malgor abiiciebantur vel minorabantur expenso de lege, etc.* MONETA OCTAVA. Tabularium Ecclesiae Viennensis, sub Guidone Archiep. fol. 71. *Acquisiuit a laicis hominibus aliam medietatem Ecclesiae cum decimis*

decimis et oblationis, et sepultura; a Barlione filio Barnardi quartam partem eiusdem Ecclesiae, et dedit ei inde 4. libras denariorum Viennensis octauae Monetae, etc. Infra: *A Falcone filio Isardi accepit Gatgeriam laudante Ademaro fratre suo, dedit ei 300. solidos Viennensis octauae Monetae, etc.* MONETA DECIMA. Tabular. Monasterii S. Andreae Viennensis . . . , *Vobis impignorauimus pro solid. vnius quadrannos duos de Moneta decima, etc.* Alibi: *Donec praedicti solidi integro numero iam dictis restituantur Monachis. Est autem Moneta decena et electissima.* Idem Tabular. apud Acher. to. 13. Spicilegii p. 284. *Longa per tempora stetit ipsa Moneta bona in pondere, et mensura decena. Moneta decima octaua.* Charta Arcembaldi de Soliaco ann. 1229. *Ad sciendum quod debemus Prioratui dictae villae de Capella triginta et octo solidos Monetae decimae octauae ad Parisiensem annuatim censuales, etc.* Cur autem Monetae istae *Ternae, Octauae*, et *Decimae* appellatae fuerint, haud facile est definire, nisi ad voces a Monetariis vulgo receptas, *Moneta prima, secunda et tertia, etc.* referri debeant, quarum mentio habetur in Consilio Curiae Monetariae sub Philippo Pulcro Reg. Franc. Haec vero loquendi formula, quae sub Philippo Pulcro in vsu esse coeperat, desiit sub Ludouico XI. ann. 1467. vt monet D. le Blanc p. 254. † MONETA DECIMA, pars decima monetae seu *monetagii.* Ch. Ms. a. 1167. MONETAE PERFORATAE, Fleta lib. 1. c. 22. §. 1. *Si quis denarium inueniat retonsum, vel de alio cuneo, quam de cuneis communibus Angliae, Hiberniae et Scotiae, statim illum faciat perforari et restitui.* Perforabantur monetae, cum earum cursus prohibebatur, vel inueniebantur adulterae. Litterae Philippi Pulcri an. 1309. tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. p. 469. V. *Copator Monetae.* MONETA VSVALIS, quae in *vsu publico constituta*, in leg. 1. Cod. Th. Si quis pecunias constituerit: *quae in vsu versatur*, apud Lampridium in Alexandro Seuero: *in conuersatione publica*, L. [illegible] tit. et L. 1. de Conlat. ueris. [illegible] tor in formula Comitiuae sac[illegible] Largitionum L. 6. Epist. 7. *H[illegible] beralitatem nostram alio decora[illegible] quio, vt figura vultus nostri [illegible] vsualibus imprimatur monetamq[illegible] cis de nostris temporibus futura[illegible] commonere. Vsualis*, in St[illegible] MSS. Augerii Episc. Conferan[illegible] 1280. *Cursibilis*, in Charta an[illegible] apud Calmet. to. 2. Hist. Lothar[illegible] 14. *Vsualis et cursibilis*, in Tabu[illegible] Palensi ap. Marcam in Hist. [illegible] harn. lib. 4. cap. 16. num. 7. et in Chronico Senonensi lib. 2. cap. 16. *Denarii vsuales et datini*, in Charta Caroli IV. Imp. ann. 1351. in Chron. Constantiensi. V. *Cursibilis.* MONETA CVRSVALIS, eadem notione, in Charta Libertat. Bellomont. ex Cod. MS. Coislin. V. *Cursualis.* MONETA CVRRIBILIS, in Charta Iacobi Regis Aragon. an. 1272. infra laudata. MONETA DATIVA *et accepta*, i. quae in vsu est, et datur et accipitur. Charta Friderici I. Imp. ann. 1156. in Hist. Pergamensi to. 3. p. 459. V. *Ambulare.* MONETA MISSIBILIS, Gall. *de mise*, in Charta ann. 1322. in Maceriis S. Barbarae Lugdun. p. 203. MONETA PONIBILIS, eodem intellectu. V. *Ponibilis.* MONETAE FORISFACTVM, quod fuerit, docet Charta Stephani Dom. Sacricaesaris a. 1178. *De forisfacto Monetae ita specialiter statutum est, quod qui accusauerit aliquem de hominibus praedictis, quod accepit monetam quam Dominus Sacricaesaris accipi noluerit, postquam voce praeconia prohibita fuerit, etc.* MONETAE PES, Germ. Münzfuß, Budelio *est meta monetariis praescripta in cudendis nummis, quam omnino obseruare tenentur.* MONETAE VESTITIO, eiusdem monetariis cessio sub aliqua praestatione. Charta Guillelmi Episcopi Cadurcensis in Tabular. eiusd. Eccles. MONETAE RELEVATIO. Charta Ludouici VII. Regis Franc. ann. 1159. ex Tabulario S. Maglorii Paris. fol. 67. et apud Brolium L. 1. Antiqu. Paris. *Praedia, possessiones, beneficia, libera*

Digitized by Google

libera sunt et quieta ab omni exactione, redditione, consuetudine, et relevatione, quae tertio anno a nobis exigitur. Idem videtur quod *Monetagium* in Normannia. MONETAE CONSVETVDO, *et releuatio* dicitur in Charta Ludouici VII. Reg. Franc. anno 1159. apud D. le Blanc, pag. 156. MONETAE REDEMPTIO, eadem notione, idem quod *Monetagium*. Charta Philippi Aug. Reg. Fr. a. 1187. laudata a D. le Blanc pag. 156. ex Reg. 8. MONETA TERRAE, quae in certo territorio in vsu est, eadem, quae *vsualis*, in Charta an. 1398. apud Schlegel. Dissert. de Nummis antiqu. Gothan. etc. pag. 61. 10. *libris denariorum bonorum vsualium seu Monetae terrae.* MONETA REGIA, dicebatur, quae a Rege cudebatur, Gallis *Monnoie le Roy*, vel *Monnoie du Roy*, ad discrimen Monetae Baronum, quibus id etiam iuris competebat. MONETA PALATINA, quae in Palatio cudebatur. Capitulare Caroli M. ad Legem Salicam tit. 3. cap. 11. et lib. 3. Capitul. c. 13. et Capitul. 3. ann. 805. c. 17. *De falsis monetis quia in nonnullis locis contra institiam, et contra Edictum nostrum fiunt, volumus vt nullo alio loco moneta sit, nisi in Palatio nostro: nisi forte iterum a nobis aliter fuerit ordinatum.* Capitulare eiusd. Caroli ann. 808. c. 7. *De monetis, vt in nullo loco percutiantur, nisi ad curtem; et illi denarii Palatini mercentur, et per omnia discurrant.* Meminit praeterea Monetae, quae in Palatio regio cudebatur, Edictum Pistense cap. 12. quae quidem pro Inscriptione hanc praeferebat ‖. MONETA PALATINA. Adde Capitul. ann. 823. cap. 18. Bureoum de Monetis Francicis pag. 287. 376. et D. le Blanc Tract. de Monet. pag. 49. 75. 98. et 109. (6) Matrix feminea, in qua formatur embryo, ap. Aegid. de Corbolio, vbi Gentilis de Fulgineo: *Matrix, moneta dicitur metaphorice, quia sicut super incudem moneta tunditur, sic in matrice foetus monetariorum.* (7) *Moneta* in Edicto Rotharis Regis Longob. tit. 60. §. 3. tit. 65. §. 1. 2. 4. scribitur, vbi Lex Longob. habet *Meta*. V. in hac voce. (8) † MONETA AVRI, nummus aureus, in Lib. cens. eccles. Rom. MONETVLA AVRI, ibidem. (9) † Instrumenta monetalia, in Testam. Ms. a. 1213. (10) † Tabula nummularia, in Ch. Otton. imp. a. 1001. t. 3. Gall. Christ. Instr. p. 1.

MONETABILIS POENA, mulcta pecuniaria. Statuta Eccl. Auenion. ann. 1337. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 560.

MONETAGIVM. (1) Id quod Monetarii, seu Monetae fabricatores, domino cuius est moneta, exsoluunt ex monetariae fusionis et signaturae prouentibus. Charta ann. 1047. to. 2. nouae Gall. Christ. inter Instr. col. 480. *Adiunximus autem donis nostris monetam et Monetagium, per cambitum totius Episcopatus Xantonensis.* Charta Philippi Aug. ann. 1202. *Euerardus de vineis homo noster concessit nobis et haeredibus nostris tertiam partem Monetagii Tornacensis, et ipse duas partes habebit.* V. D. le Blanc pag. 90. (2) Praestatio quae a tenentibus et vasallis domino fit tertio quoque anno, ea conditione vt monetam mutare ei non liceat, quae *Focagium* et *Releuatio monetae* dicitur, obtinebatque potissimum in Normannia. Charta Ludouici Hutini Regis ann. 1315. pro Normannis: *Item quod redditus nobis debitos pro dicta pecunia non mutanda, qui in dicto ducatu Monetagium, alias Focagium nuncupatur, leuari non faciemus, etc.* Haec eadem praestatio in minori Britann. obtinuit, vt in voce *Foagium* docuimus, concessa etiam aut vsurpata ab iis quibus ius cudendae monetae competebat, quod in plurimis Chartis legisse se testatur D. le Blanc, pag. 156. Sed et apud Aragonenses singulis septenniis in vsu fuit, sub nomine *Monetaticum*; quod primum Iacobo I. Regi ab Aragonensibus an. 1236. concessum est, vt non immutaretur moneta Iaccensis; subinde vero ad alia translatum est, vt videre licet infra in *Monetaticum*. Hanc consuetudinem in Francia penitus sustulit Carolus V. Rex Diplomate

Digitized by Google

plomate 16. Sept. an. 1380. quod ex Memoriali Camerae Comput. Paris. refert D. Brussel, to. 1. de Vsu feud. p. 216. (3) Ius cudendi monetam. Charta Philip. Pulcri Reg. Franc. ann. 1307. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1415. (4) Monetae officina, locus vbi cuditur moneta. Edictum Caroli Ioh. Reg. primogeniti ann. 1356. to. 3. Ordin. Reg. Franc. p. 106.

MONETALE, idem quod *Monetagium* 3. Charta ann. 1339. apud Ludewig. to. 5. Reliqu. MSS. p. 544.

MONETARE, Monetam cudere, fabricare, signare, münzen. Capitula Caroli M. ad Leg. Salicam, tit. 3. cap. 11. *Illi denarii qui modo monetati sunt, si pensantes et meri fuerint, habeantur.* Leges Athelstani cap. 19. *Placuit nobis vt vna moneta sit in toto Regni Imperio, et nullus Monetet extra portum.*

MONETARIS, idem qui *Monetarius*. Charta ann. 1284. apud Rymer. to. 2. pag. 284.

MONETARIVM, *locus Monetae*, Vgutioni.

MONETARIVS. (1) Αργυροκόπος, qui monetam cudit, signat. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Μονητάριος ὁ τὸ κέρμα ἐργαζόμενος. Willelmus Malmesbur. lib. 5. *Trapezitae, quos vulgo Monetarios vocant.* Senator. lib. 5. Epist. 39. *Monetarios autem quos specialiter in vsum publicum constat inuentos, in priuatorum didicimus transiisse dispendium.* MONETARIORVM DISTRICTIONES. Charta Gerardi Episcopi Cadurc. in in Tabular. eiusdem Ecclesiae: *Iustitiae vero et districtiones monetariorum, siue mutetur moneta, siue non mutetur, et ipsa mutatio absque cuiuslibet personae calumnia proprie erunt Episcopi.* (2) Ad quem pertinet, non tam ius cudendae monetae quam eiusdem cusionis emolumenta et commoda. Ita recte D. Lucas Acherius ad Herimannum de Restauratione S. Martini Tornacensis cap. 59. obseruat Goswinum fratrem Castellani Tornacensis *Monetarium* agnominatum, quod esset *Dominus monetae* Tornacensis, cuius cudendae ius ad Episcopum pertinebat, vt est in Charta Communiae Suessionensis ab eo edita to. 11. Spicil. pag. 351. (3) Ad monetam pertinens. *Turris monetaria*, in qua scilicet moneta cudebatur, in Charta an. 1125. inter Probat. Hist. Occitan. to. 2. col. 431. (4) Chron. Podiense ibidem col. 9. ad annum 1102. *Ciues Anicienses . . . elegerunt sibi Antistitem . . . Pontium: qui vnctus chrismate locatus in Pontificiali sede, milites superbos Monetarios vocatos, magnis iniuriis affligentes ciues vrbis, in tantum humiliauit, vt turres eorum et maxima sedes, quas in vrbe fecerant, terrae coaequaret.* Praecipui quidam milites hic indigitantur, atque inprimis Proconsules Prodomniacenses, de quibus in eod. Chron. ad ann. 1077. vbi legitur, D. Ademarum pretio 25000. sol. Podiensis monetae, libertatem Ecclesiae suae ab ipsis obtinuisse, quod et Pontium Ademari successorem datis 10000. sol. fecisse loco laudato memoratur: vnde *Monetarios* appellatos censeo, vel quod monetam quae Episcopi erat, sibi arrogare tentabant, vel quod pecunia numerata, pacem Ecclesiarum ab iis redimere, non semel coacti fuerant Episcopi.

MONETATICVM, tributum in Aragonia, et Catalania, impositum a Petro Rege Arag., quod eiusmodi erat, vt omnes duodecim denarios pro singulis rerum mobilium libris exsoluere tenerentur, a qua tamen pensitatione immunes erant Milites, vt scribit Surita lib. 2. cap. 52. Cui *monedatge* dicitur; vt et Ecclesiastici et Religiosi. Petrus II. Rex Aragon. in Charta pro liberat. Catalaniae: *Item, quod nos nec successores nostri, non recipiamus Monetaticum, nec Quintam ab hominibus Ecclesiarum, Religiosorum, Baronum, etc.* Eximinus Petri de Salanoua iustitia Aragonum, apud Hieron. Blancam, in Commentario Rerum Arag. p. 748. *Quod sine Monetatico locorum Regni Aragon. sunt aliquae assignationes factae, in generali, aliae super Merinatibus, aliae vero in speciali super terris et locis.* Infra: *Super Monetatico*

Digitized by Google

tatico specialis assignatio, censetur, ac si super certo loco facta esset assignatio. Hoc tamen attendendum est, quod qui habet assignationem super Monetatio in generali vel super Merinatu in generali, non potest exigere nec petere Monetaticum vnius loci; sed collectores omnes regni debent soluere illi qui habent assignationem generalem. Michaël *del Molino* in Repertorio Aragon. *Monetaticum non recipit D. Rex a vassalis Varonum, Militum, et Infancionum, quia illud tantum soluunt Dom. Regi eius Vassalli, et vasalli Ecclesiae, Ordinis, aut Religionis, etc.* Infra: *Monetaticum et Morabetinum solvitur D. Regi de septennio in septennium, etc.* Occurrit ibi pluries, vbi semper cum *Morabetino* coniungitur. Quippe primo institutum *Monetaticum* et concessum ab Aragonensibus Regi Iacobo I. in Curia generali Montisoni ann. 1236. vt non immutaretur moneta laccensis *seruatis lege, pondere et figura.* Tum enim promiserunt, seque ipsos obligarunt, haeredes et successores suos, *quod omnes habitantes pro singulis domibus, quod valeat suum decem aureos et vltra, de septennio in septennium Regi et successoribus vnum Morabetinum tantum dare tenerentur.* A qua pensitatione *homines Religionum et Ordinum et Ecclesiarum et Regis,* non eximuntur in eod. Diplomate. Sed postmodum immunes dicti, vt supra obseruatum. V. Foros Aragon. Edit. 1624. fol. 8. v. 129. v. 127. V. *Monetagium 2.*

MONETATIO, idem quod *Monetagium.* Matth. Paris. an. 1248. *Pondus veteris monetae, pro pondere nouae dabatur trutinatum, et praeterea pro opere fabrili, id est, Monetationis, quam vulgariter dealbationem vocant pro qualibet libra tredecim denarii soluebantur.*

MONETATOR, qui monetam cudit, in Edict. Pistensi c. 16.

MONETICVM, pro *Monetaticum*, in Charta Petri Reg. Aragon. apud Rymer. to. 2. p. 210.

MONETVLA, V. *Moneta 8.*

MONETVM. Will. Brito in Vocab. *Monetarium, locus Monetae, quod hodie Monetum dicitur.* Id est *la Monnoie.* V. *Monetarium.*

MONGERIVS, monticulus, Gall. *Mont-joye.* Litterae ann. 1447. in Cod. MS. Coislin. *Ad et prehendendum de podio de Montagii vsque ad Mongerium, Gallice Mont-joye, d'Achueres, et per viam etc.* V. *Mons gaudii.*

† MONGNALE, MONGNILE, molendinum, in Ch. Mss. a. 1343.

MONGNARIVS, molitor, Gall. *Meunier.* Charta anni 1258. in Chartul. S. Vandreg. to. 2. p. 1966.

MONIALE, monasterium monialium. Charta ann. 1550. apud Rymer. to. 15. p. 224.

MONIALIS, monacha, Sanctimonialis. Ildephonsus Toletanus aera 674. de S. Isidoro Hispalensi.

MONIALITER, cum habitu *Monialis.* Chron. Domin. de Grauina apud Murator. to. 12. col. 554.

† MONIANIVS. *Venditores moniamiorum*, in Hist. et Antiq. Oxon. Vniu. l. 1. c. 2. V. *Momerium* et *Momus.*

MONICA, vt *Monialis.* Bleyn. Instit. p. 272. *Adde quod et Moniae et Monicae interdum quoque appellentur, idque a pits et religiosis duorum Ecclesiae Doctorum matribus, si credamus Baronio in Martyrol. sub S. Augustino; ait enim Moniales a matre D. Gregorii Zazian. Nomas apud Graecos, sicut et a Monica matre B. Augustini Monicas apud Latinos fuisse appellatas.*

MONICVLVS, pro *Monachulus.* Testam. Bertichramni Episc. Cenoman. to. 3. Analect. Mabill. p. 133.

MONIETAS, idem quod *monachitas*, receptio in monachum. Tabular. Vosiense fol. 66. V. in *Monachi.*

† MONIGA, quantum *monaga* continetur. Ch. Mss. a. 1473.

MONILIVS. Charta Ottonis I. Imper. apud Vghell. in Archiep. Florentinis n. 15. *Habeatis . . . potestatem et in ipsa Ecclesia vestra Monilios in sui ibidem mittendum, et omnes Monilios quam ibidem inueneritis, quae de ista plebe et de ista curte pertinet, aut pertinere debet, foras trahendum et tollendum, et faciendi . . . quod vobis placuerit.* V. *Mundilio.*

MONIMEN. (1) Monimentum. Ebrardus Bethun. in Graecismo. V. *Munimina.* (2) † Monitio, t. 7. Coll. Hist. Franc. p. 421.

MONINERIVM. Iulianus Antecessor, Constit. 98. *Quarta autem* (processio Consulum) *ea quae Monimerium dicitur, vbi et quod pancarpum vocant, celebrandum est.* V. *Momerium.*

MONIMINA. (1) Monimentum, in Charta an. 1053. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 203. (2) † MONIMINAE, priuilegia, praecepta, *munimina*, ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 163.

MONINVS. Acta B. Torelli Puppiensis n. 7. *Ecce lupus, quem vulgo Moninum vocant, hoc est, humana carne vescentem, puerum rapuit.* Vbi Hieronymus Radiolanus *Homininum* legit, quasi scilicet etymon daturus lupo, qui homines vorat. Italis *Monino* et Occitanis *Mounino*, simiam sonat.

MONIPOLA, fraternitas, sodalitium, collegium. Telomonius de Bello cum ciuit. Brunsuic. apud Leibnit. to. 2. p. 91.

MONITAS, immunitas, seu districtus, qui aliqua immunitate, seu iure asyli gaudet. Charta an. 4. (i. e. 933.) Rodulphi Regis apud Stephanot. to. 8. Fragm. Hist. MSS. pag. 56. V. *Dextri* et *Munitas* 2.

MONITIO, proclamatio. Epistola Simonis Archiep. Bituric. apud eundem Stephanot. to. 13. Fragm. Hist. MSS. pag. 450.

MONITORIVM. (1) Citatio iuridica. Acta S. Petri Regalecti to. 3. Martii p. 873. (2) *Locus monentium, sicut Scholae, vbi discipulos docemus et monemus.* Vgutio et Iohan. de Ianua.

MONITVS, pro *Munitus*, in Exposit. breui antiqu. Liturg. Gall. ap. Marten. to. 5. Anecd. col. 94.

† MONIVM, *la catedra*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

† MONNARIVS, molitor, Gall. *Meunier*, in Ch. Ms. a. 1168.

MONOB. Charta ann. 1117. to. 2. nouae Gall. Christ. inter Instr. col. 107. *Haec autem carta Monob. facta est in communi capitulo perlecta est, etc.* Forte idem, quod authentica, originalis, vti coniectat Sammarthanus.

MONOCA. Charta Decani S. P[illegible] sulensis an. 1230. apud Hara[illegible] Castellanis Insul. p. 198. et [illegible] num lib. 2. Gallo-Fl. c. 13. [illegible] *lit etiam decem libras ad altar[illegible] annis, quod est in Monoca Ec[illegible]*

MONOCHORDVM, instrum[illegible] musicum, quod vnica chord[illegible] stat. Μονοχόρδιον ὄργανον, [illegible] lib. 4. cap. 9. Gallis vulgo [illegible] *cordion.* Chron. Trudonense, [illegible] p. 441. *In hoc profecit, quo[illegible] quid alicubi in Monocordo [illegible] potuit, de vsu Ecclesiae non pr[illegible] misit se praeterire.* V. Iul. Scaliger. lib. 1. de Arte poet. cap. 48.

MONOCHROMA, vnius coloris pictura, a μόνος, solus, vnus, et χρῶμα, color. Acta B. Petri Petronii, to. 7. Maii p. 226. *Cum illius effigiem passim sub obscuro Monochromate ... effictam aspiciamus.*

MONOCOLEI, semicastrati. Bleyn. Instit. p. 167. *Habemus Monocoleos, qui nempe vnum duntaxat amiserunt testem.* Ex Graeco μόνος et κολεὸς, *testiculus.*

MONOCOSMVM, Isidoro, Vgutioni, et aliis est genus vehiculi, quod ab vno iumento trahitur. V. Meursium in Κόσμον. *Monacosmum* edidit Graeuius ex Isidoro, vbi addit: Glossar. Arab. Lat. *Monacosmum, vehiculum vnum tantum portans*, a μονόπτης, μονοπτικός. V. *Monaga.*

MONOCOSSIS. Anastasius in Leone IV. p. 197. *Item aliam crucem de auro vnam habentem in medio Monocossim.* Vbi Bulengerus *Mancosum* legendum subdubitat, inani, ni fallor, coniectura. Videtur enim hic intelligi lapis quispiam pretiosus.

MONOCRATOR, Imperator. Anastasius in Epitome Chron. Casin. apud Murator. to. 2. p. 352.

MONOCVBITALIS CANDELA, hoc est, vnius cubiti, in Chartul. S. Vandreges. to. 2. p. 1949.

MONOCVLARE, V. mox in *Monoculus.*

MONOCVLVM BENEFICIVM, vnicum. Expositio compendiosa benefic. fol. 37. *Neque enim ... (beneficia) Monocula, duplicia, regularia, in nominationibus secularium, secularia*

in

Digitized by Google

in nominationibus regularium . . . . comprehenduntur. Consule Decisiones Rotae Decis. 40. 1. rescript. et alios, qui de Benefic. scripserunt. *Monoculare beneficium, vnicum, quo vnico homine clericus non priuandus.* Laur. in Amalth. ex Gonzal.

MONOCVLVS, cocles, μονόφθαλμος, vox hibrida, qua vtitur Guillelm. Armoricus in Phil. Aug. an. 1163. Regestum Cathri Lidi in Andibus f. 47. *Praeco habet consuetudinem caprarum de praedicta ipse habet capram Monosculam. Vnioculus* μονόφθαλμος. MONOCVLARE, altero oculo priuare. Occurrit apud Matth. Paris. ann. 1253.

MONOGAMVS, vnius vxoris vir. Vita S. Ioh. Gualberti to. 3. Iulii pag. 356. *Non alicuius pretii datione palam vel occulte aliquis ad ecclesiasticum promoueatur officium, non nisi virgo aut Monogamus.* Landulphi Mediolan. Hist. apud Murator. to. 4. p. 65. *Orta dissensio inter Sacerdotes Monogamos, et alios caste simulantes se viuere.* Vox notissima.

MONOGIVM, ex Gallico *Monnoie*, moneta minutior. († Idem videtur quod *Monagium 1.*) Gesta Willelmi Maioris Episcopi Andegau. c. 30. *Pedagaia, vectigalia, Monogia, et consuetudines exigunt, et extorquent.* Occurrit rursum infra.

MONOGRAMMA, ex Graec. μονόγραμμα, nomen compendio descriptum, ac certis literarum implexionibus concinnatum, *quod scilicet magis intelligi, quam legi promptum est*, vt ait Symmachus; seu, vt habet Plutarchus in Catone, σημεῖον ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχον. Rabanus Maurus Abbas Fuldensis de Inuentione linguarum: *Litterae Monogrammae scriptae nonnullis in locis inueniuntur, vbi pictura cum museo in pariete imaginis, aut in velis, vel alicubi aliter facta fuerit, ibi eorum nomina cum congerie literarum, vnum characterem, pictores facere soliti sunt, quod Monogramma dicitur.* Papias: *In fine* (Praecepti) *Monogramma est ponendum, in quo nomen Imperatoris, et Imperatoris Augusti, et Dei gratia connexum habeatur, vel alia quae Imperatorem deceant.* Vita S. Baboleni num. 21. ex Edit. Petri Chiffletii: *Sed et Rex ipse (Clodouaeus) fauens subscripsit, et suo Monogrammate facto, anulo regio insigniri iussit.* Historia Translationis S. Sebastiani: *Cum patena patris sui, Magni Caroli Monogrammate insignita.* MONOGRAMMA, femin. gen. Primasius Africanus Episc. S. Augustini discipulus in Apocalyps. lib. 4. c. 13. de nota Labari. Monogrammatum vero vsus non nuperus, vt ex Plutarcho et Symmacho innuimus, atque adeo in nummis. Siquidem exstat Marciani Imp. numisma apud Octauium Stradam p. 249. in quo eius Monogramma exaratur. Descripsit Cangius praeterea aereum insignem Placidii Valentiniani Medallionem in Familiis Byzantinis ex Archeio Regio, qui Bonifacii triumphum praefert, cui subduntur 4. monogrammata; quorum vim haud procliue sit diuinare. V. Notas Cangii ad Alexiadem pag. 253. et Descript. Aedis Sophianae num. 70. Verum si scrupulosius quaesieris, quis primus Regum Francorum perpetuum monogrammatis vsum ac morem in regia Diplomata induxerit, Carolum Magnum huiusce moris auctorem tibi assignat Mabillonius Diplomat. lib. 2. cap. 10. quamuis enim antiquorum Regum nonnulla proferantur monogrammata, interruptum tamen eorum vsum non semel licet aduertere; sed inductum a Carolo Mag. morem ceteri ad Philippum III. Francorum Reges retinuere; qui nec tum penitus desiit. Qua ratione autem id fecerit Carolus M. docet Eginhardus, *vt* scilicet *imperitiam hanc* (scribendi) *honesto ritu suppleret*, (inquit ille) *monogrammatis vsum, loco proprii signi inuexit.* Eadem ex causa eo interdum vsi sunt Episcopi. Quibus vero monogramma in vsu fuit, id *characterem nominis* sui appellabant, recte quidem, vt cum littera vnica esse videtur, omnes tamen nominis litteras exprimeret: vnde vsitatissima haec in veteribus Chartis formula, *nostrum character impressimus;*

simus; nostri nominis karactere et sigillo signari et corroborari praecepimus; sigilli nostri auctoritate muniri, nostrique nominis subter inscripto karactere; etc. nihil nisi monogrammatis descriptionem innuere videtur, licet nullum aliquando reperiatur appositum monogramma.

MONOGRAMMI SERMONES, quid admodum breues sunt, vel etiam concisi, minuti, exiles. Vita S. Syncleticae to. 1. Ian. p. 252.

MONOLINVM, filum, monile, quo margaritae insertae sunt. Aliis *Monolium*. Capitolinus in Maximo iuniore, *Manserunt apud eum arrhae regiae, quae tales fuerunt, Monolinum de albis, reticulum de prasinis vndecim, etc.* Gallis *un filet de perles*. Glossae vereres: Τετράλινον, *quadrifilum gemmarium*. V. Salmasium ad Hist. Aug. p. 255.

MONOLOR. Vopiscus in Aureliano: *Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, cum non nisi rectas purpureas accepissent, et quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, et vsque ad pentelores, quales hodie lineae sunt, facta compositio a loro. Monolores* Turnebo sunt vestes lineae viriles sub aliis vestibus, quibus vna tantum intexta fascia aurea aut sericea.

MONOMACHIA, singulare certamen; interdum et mulcta quae ad dominum spectabat ratione *Monomachiae*. Charta an. 1095. apud D. Calmet. to. 1. Histor. Lothar. col. 501. *Nullus aduocatus debeat habere placitum et seruitium, nisi pro Monomachia, et sanguinea percussura.*

MONOMACHICE, singulari certamine. Acta SS. Nicandri et Marciani to. 3. Iunii p. 275. Hinc

MONOMACHVS dicitur, qui contra Diabolum suo ductu pugnat, in Actis S. Cassiani apud Ill. Fontaninum in Antiquit. Hortae p. 341.

† MONOPAGIA, *in Passionario Garioponti, si vna pars capitis in acutum volorem venit.* Glossar. med. Sim. Ianuens.

MONOPALIVM, stola seu manipulus. Acta S. Meuenni MSS. *Vir autem domini Meuennus, intrepidus pergens, serpentem adiit, in Domino confisus. Hunc audacter innasus; Monopalium enim suum illius circumdedit collo baculique curuitate adnexus, veluti canem domesticum post se eum trahens, in nomine Iesu Christi Domine Ligeris eum praecipitauit.*

MONOPEDAE, genus hominum. Odo in Carm. de varia Ernesti fortuna, lib. 7. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 362.

Sunt homines vno tantum fulti pede cursu,
Auram vincentes, qui recto nomine dicti
Monopedae, faciunt vmbram sibi tegmine plantae.

Iidem qui *Monocoli* appellantur apud Gellium lib. 9. c. 4.

† MONOPHTALMVS, vox graeca, vno oculo captus, t. 6. Sept. p. 503. V. *Monoculus*.

MONOPOLIVM, *statio, vbi res vna venditur tantum*. Gloss. Isid. Est etiam societas hominum qui sibi solis ius vendendi comparant, vel aliquod genus mercaturae vnluersim emunt, quo carius vendant; quod vt obtineatur pensio interdum fit Principi, quae *Monopolium* etiam dicitur. Hinc denique eadem vox ad quasuis illicitas confoederationes fluxit, qua vltima notione saepius occurrit. V. *Manipolium* Statuta Collegii Thesaurar. an. 1268. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 288. *Non faciens ad partem conspirationem, aut Monopolium contra burfarios, etc.* Statura Vercell. lib. 4. fol. 68. *Item quod nulla societas, conspiratio, seu Monopolium, etc.*

MONOPTICVS, *mimus*, Gloss. Isidori.

† MONOPTOCVS, *che a vno solo caso*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

MONOS. (1) Monachus. Glossae antiquae MSS. *Monos, solus, Graeci; bene ergo monachus, singularis.* Canones Hibern. lib. 36. c. 35. (2) Vnus, μόνος. Inscriptio in Eccl. Mutinensi:

Mille Dei carnis Monos centum minus annis
Ista domus clari fundatur Geminiani.

Id

Digitized by Google

Id est, an. 1099. Alia ex Chronico Magdeburgensi MS. apud Io. Henricum Meibomium:

Post M. postque duos CC. post nonaginta Monosque
Harlinberg capitur, moritur Rex,
Dux superatur.

† MONOSVM, *lo logo de moneta*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

MONOTANVS, *rigidus*. Papias. Leg. *Monotonus*, vti habent Gloss. Isidori; ad quas Graecuius: *μονότονος, peruicax, pertinax*, in Glossis.

MONOTHELANI, haereticorum genus, quos alii *Monothelitas* vocant. Acta S. Iohannis Camilli boni to. 1. Ian. p. 622.

MONOXYLLVLA, linter vno ligno excauato constans, a Graeco *μόνος* et *ξύλον*, lignum. Ratherius Veron. to. 2. Spicileg. Acher. p. 114.

MONOZANTES, pro *Monazontes*, monachi, in opusculo Rabani Mauri to. 2. Annal. Bened. p. 734.

MONRERARE, MORRERARE, monstrare, ostendere, Gall. *Monstrer*. Notitia iudicati in Tabulario Casaurienst.

MONS, V. *Montes*. MONS GAVDII. (1) Monticulus, ex Gallico *Montjoye*, quae vox diminutiuum est ex *mont*: qua appellatione donatum potissimum Collem Vaticanum ad vrbem Romam ab Ottone Frisingensi lib. 2. de Gest. Frid. c. 22. Guntherο l. 4. Ligurini, et aliis, docuit Cangius in Dissert. 11. ad Ioinuillam. Ademarus Cabanensis p. 173. *Vbi tandiu reliquias eiusdem Confessoris in Monte gaudio tenuit, etc.* Supra: *Montanam* appellauit. Idem p. 272. *Leuauerunt corpus S. Martialis Apostoli, et in Monteu gaudii transtulerunt.* Vita S. Roberti Abb. Molismensis n. 21. *Cum autem venisset ad locum, in quo erat quaedam congeries lapidum, quae vocatur Mons gaudii Dei, etc.* Locos alios vide in laudata dissertatione. (2) Clamor militaris Regum Franciae, *Montjoie*, vel *Montjoie S. Denys*, ab eo monticulo ad Lutetiam, in quo S. Dionysius martyrium subiit, Decio imperante, vt ibidem docuit. Matth. Paris: *Et facto congressu acclamatum est terribiliter, Ad arma, Ad arma, hinc Regales, Regales, inde Montis gaudium, scilicet Regis vtriusque insigne.* Occurrit apud eumdem aliis locis. MONS PLACITI, V. *Malbergium*.

MONSTRA. (1) Pro *Monasterium*, si tamen mendum non sit. Charta an. 1202. apud Marten. to. Amplissi. Collect. col. 1039. (2) Militum recensio. V. infra *Monstrum*. (3) Item alio sensu mox in *Monstrae*. (4) † Ostensio, specimen, a Gall. *Montre*. Stat. Ms. a. 1391. (5) † Scyphi species, quo vinum gustandum offertur et *monstratur*, Gall. *Monstre*. Lit. remiss. Ms. a. 1358. (6) † MONSTRA MANICARVM, assutus manicis ornatus, Ital. *Mostra*. Inuent. Ms. a. 1449.

MONSTRABILIS, conspicuus. Sidon. lib. 3. Epist. 7. *Ob omnia felicitatis naturaeque dona Monstrabilis.*

MONSTRAE, vox Fori Aragon. instrumenta, documenta, quibus quis in lite ius suum asserit ac tuetur. Iacob. I. Reg. Aragon. in Foris Oscae an. 1247. fol. 17. *Cum aliquis infantio, aut alius homo demandauerit alteri homini ratione sui auolarii haereditatem, quam possidet, secundum forum bene potest eam petere, donec ille, qui possidet haereditatem illam, monstret sufficientem Monstram, pro qua possit se defendere, etc.* Rursum: *Non possent demonstrare demandatori quod antecessores eorum diuiserunt haereditates cum cartis, aut aliis certis monstris, etc.* V. *Ostensio* 1.

MONSTRALIA LEX, qua quis ius suum asserere et probare nititur. Leges Normann. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. p. 399.

MONSTRANFELIS, *equus detestabilis*. Ita Papias MS. et editus.

MONSTRANTIAE, phylacteria, seu arculae, in quibus reconduntur Reliquiae, atque adeo sacra Eucharistia, quomodo *Monstrances* in Belgio etiamnum vocantur, quod Fidelibus osculanda praebeantur et monstrentur. Acta S. Quirini Mart. n. 11. *Effluxi sanguinis testimonium . . . praebet quadrangularis argentea, vt*

Digitized by Google

vocant, Monſtrantia, in qua ſub vitro cryſtallino cruor . . . incluſus continetur. Chron. Vormat. apud Ludewig. to. 2. Reliq. MSS. p. 137. ad an. 1427. *Fecit autem fieri in ſuam memoriam magnam Monſtrantiam pro deportatione Sacramenti in feſto corporis Chriſti.* MONSTRVM, eadem notione. Inuentarium Eccleſiae Eboracenſis in Monaſt. Anglic. to. 3. p. 173. ſub titulo *Reliquiae: Item vnum Monſtrum cum oſſibus S. Petri in Beryl, et crucifixo in ſummitate, etc.*

MONSTRARE. milites cenſere, apud Matth. Pariſ. a. 1253. † MONSTRARE DVELLVM, monomachiam proponere et inire, in Chartul. Campan.

MONSTRATA, certa menſura nemoris, quae forte *monſtratur*, id eſt, deſignatur caedenda. Charta G. Abbatis Moliſmenſis ann. 1215. in Tabular. Campaniae. V. *Monſtreia.* V. *Moſtra 4.*

MONSTRATIO. (1) Probatio quae inſtrumentorum exhibitione ſit in re iudiciaria. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 123. V. *Monſtrae.* (2) Idem quod *Monſtrum*, militum recenſio. Lib. nig. Scaccarii p. 107. V. *Monſtrum.*

MONSTREIA, certa nemoris portio, quae a domino *monſtratur*, ſeu aſſignatur pro paſcendis porcis vaſſallorum ſuorum. Charta an. 1234. to. 2. Gall. Chriſt. inter Inſtr. col. 71.

† MONSTRIPARVS, qui monſtra parit, ap. Elmham. c. 54.

MONSTRVM. (1) Vel MONSTRA, ex Gallico *Monſtre*, cum milites recenſentur, vel ſe ſpectandos praebent ad militaria ſtipendia percipienda, Germ. Muſterung: δείξις ap. Pachymer. lib. 12. c. 23. Rotulus Parlamenti tenti apud Weſtmonaſt. an. 5. Henrici IV. apud Spelman. *Aſſignauimus vos coniunctim et diuiſim ad arriandum et triandum omnes et ſingulos homines ad arma, ac homines armatos et ſagitarios in comitatu praedicto, ... et ad Monſtrum ſiue ad Monſtrationem eorundem. hominum ad arma, ac hominum armatorum et ſagittariorum de tempore in tempus, quotiens indignerit, diligenter faciendum et ſuperuidendum, etc.* Hiſtoria Cortuſiorum, lib. i. *Dum Paduae fieret Monſtra . . etc. Monſtra publica, Monſtra armorum*, in Statuto Henrici gis Angliae tempore guerrae Vptonem pag. 136. Charta a to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 150 *mittet idem dominus Rex vel h ſui vni perſonae quam eliger Monſtram videat de gente ar* (2) Alia notione. V. *Monſtra*

MONSTVRAGIA, variae mi frumentum. Charta ann. 116 Tabular. Sangerm. *Decem ſext et plenam minam bladi Monſturagiae videlicet annui redditus . . . . quos ſiquidem ſextarios et plenam minam bladi, videlicet Monſturagiae . . . quod ſi proceſſu temporis alios redditus bladi ſeu Monſturagiae.* V. *Manſurangia.*

† MONTA, mendoſe pro *Monta*, ap. Ludewig. t. 7. Reliq. p. 223. V. *Molta.*

† MONTADA, mons, collis, i. q. *Montana.* Inquiſit. Mſ. a. 1268.

MONTAGIVM, MONTATIO, tributum, quod a nauigiis, quae in fluuiis aduerſa aqua remigant, exigitur, Gallis *Montage.* Charta Matthaei Dom. Montiſmorenciaci ann. 1200. *Et ego propter illa nemora 12. libras Eccleſiae B. Dionyſii annuatim ipſi reddendas in Montagio meo aquae Secanae aſſignaui.* Infra: *De primis redditibus Montagii aquae, etc.* MONTATIO, eadem notione. Charta Raymundi Comitis Toloſ. pro Aicardo Archiep. Arelat. in Tabul. Eccleſ. Arelat.

MONTAGNIOLA, mons parvus. Charta apud Rocchum Pirrum in Sicilia ſacra p. 486.

MONTALIS, mons. Chronic. Parmenſe ad an. 1294. apud Murator. to. 9. col. 828.

MONTANA, MONTANEA, mons, *locus montanus*, Innocentio Agrimenſori, *montuoſus* aliis Gromaticis. *Montana Cordubenſis*, apud S. Eulogium l. 2. c. 11. l. 3. c. 12. *Montana.* Odo de Diogilo, et Epiſt. 39. ex Sugerianis. MONTANEA, apud Tudebodum lib. 1. p. 785. MONTANENSVS, in Vita MS. S. Winwaloei in

in Tabular. Landeren. pag. 141. *Qui morabatur in quemdam Montaneum, qui vocatur Nin.* MONTANVM. Willelm. ab Oldenborg in Itinerario T. S. de Cypro insula. MONTANIOSVS LOCVS, apud Innocentium de Casis literarum pag. 246. De *Montanis* agnominatos Armeniae, seu potius Ciliciae Toparchas, quod haec regio montibus et rupibus altissimis passim aspera sit, docuit Cangius ad Bryennium lib. 1. n. 21. Otto de S. Blasio cap. 35. *Principibus Armeniorum ad eum undique confluentibus, et praecipue Leone illarum regionum nobilissimo Christianorum Principe qui in Montanis habitabat.* MONTANA, in Glossis antiquis MSS. *Circum castella in montibus posita.* MONTANARIVS, qui montes incolit, Gall. *Montagnard.* Memoriale Potestatum Regiens. ad a. 1250. apud Murator. to. 8. col. 1120.

MONTANERIVS, idem, in Annal. Victor. Ms.

MONTANIA, idem quod *Montana.* Testam. ann. 1035. tom. 6. Spicileg. Acher. p. 434.

MONTANIOSVS, V. *Montana.*

MONTANISTAE. (1) Haeretici, sub Arcadio Imp. Papiae, et ex eo Vgutio: *Montani, haeretici dicti quod tempore persecutionis in montibus latuerunt, unde se diuiserunt ab Ecclesia Catholica.* Hi et *Phryges* appellati. Synod. Trullana cap. 95. Μοντανιστὰς τοὺς τεῦθεν λεγομένους Φρύγας. V. Leges 34. 48. 57. et 65. Cod. Th. de Haeret. (2) Apud Hungaros, proceres quidam, in quorum territoriis montes erant, in quibus erant *minerae auri, et cupri,* vnde decimas Regi pendebant. De iis plura in Scheda subiecta Decretis Regis Hungariae p. 113.

MONTANVM. (1) V. *Montana.* (2) † Moletrina, in Ch. a. 1270.

MONTARE. (1) Valere. Charta Blanchae Comitissae Campaniae a. 1206. apud D. Brussel to. 1. de Vsu feud. pag. 452. *De omnibus autem donis et forisfactis quae non Montabunt plus quam XX. solidos, domina Comitissa habebit quatuor partes, et praepositi quintam.* Statuta Massil. lib. 2. c. 1. §. 12. *Quantum montaret pecunia debita pro qua fieret executio. Montance,* valor, pretium, in stabilim. Franciae lib. 2. cap. 41. *Monte,* pro fenus, vsura, Gall. *Interests de l'argent,* in veteri Poëta, MS. ex Bibl. Coislin. (2) In altum tollere, a Gall. *Monter.* Computus an. 1324. tom. 1. Histor. Dalphin. p. 132. (3) † Carius vendere, pretio augere. Stat. datiar. Riper. c. 2.

MONTARIVS, venator, qui in montibus venatur: Hispanis *Montero.* Rodericus Tolet. lib. 6. de Reb. Hisp. c. 17.

MONTATA, vt *Montana,* mons, in Statut. Montis Regal. fol. 292. V. *Montea.*

MONTATICVM, († idem quod Hispan. *Montasgo,* vectigal scilicet pro gregum in *montana* transmeatione. V. *Montitium.*) Charta Raimundi Comitis et Vrracae filiae Adelfonsi Regis, vxoris, aerae 1140. *Et adhuc damus vobis ex omni tertia parte Salamantinae ciuitatis census, quae in nostra parte euenerit, vt tertia inde pars sit vestra in quocunque loco, vel quolibet modo eam reperire poteritis, tam de portatico, quam etiam de Montatico, vel de calumniis, aut de facinore, vel aliquo reatu, qui in praedicta vrbe contigerit, etc.* Alia Adelfonsi, eiusdem Raimundi filii, aerae 1164. *Item vt ex omnibus reditibus eiusdem ciuitatis vbicunque possent inueniri, tam de Montatico, quam de portatico, de quinta, de moneta, de calumniis, vel homicidiis tertiam partem, et de aceniis et piscariis, etc.*

MONTATIO, V. *Montagium.*

† MONTATVS, equo insessus, in Ch. Ms. a. 1219.

MONTEA, MONTEIA, MONTATA, Burgundis, *Montée,* certa aquae quantitas sali conficiendo aptae; quod ex receptaculis aliquo vase 26. situlas circiter continente hauriatur, sic dicta. Chartular. Accinct. fol. 59. *Fratres de Acego habent de Comite Stephano vnam Montegam in puteo Ledonis de Rolant Santiz, de vxore eius et de Iohanne filio eorum vnam Montegam et 5. situlas de Huberto Magzaligne 15. situlas, de Duranno*

Digitized by Google

Corde et Pontio filio eius 26. fitulas. Charta Stephani Burgundiae Comitis a. 1173. *Notum facio . . . quod Eccleſiae Theoloci vnam Monteam ſalis apud Laudonium dederim.* Alia Stephani filii ann. 1213. *Tres Monteias muriae, etc.*

MONTENSES, Donatiſtae haeretici, ſic Romae appellati, quibus ex Africa ſolebat Epiſcopus mitti, vt auctor eſt S. Auguſt. lib. de Haer. cap. 69. ſic dicti, quod *Speluncam quandam foris a ciuitate cratibus ſepſiſſent, vbi conuenticulum habere potuiſſent*, inquit Optatus lib. 2. *eo quod Eccleſiam Romae primum in monte habere coepiſſent*, vt Hieronymus in Chron. Lex. 43. Cod. Theod. de Haeretic. *in Donatiſtas, qui et Montenſes vocantur.*

MONTERA, genus pilei per aeſtatem apud Hiſpanos, Ital. *Montiera.* Concil. Mexic. ann. 1585. inter Hiſpan. to. 4. p. 339.

MONTERIVS, idem qui *Montarius*, venator, de qua voce ſupra. V. *Deſparare.*

MONTES FORTES, ſeu etiam *Montes* ſine adiuncto vocarunt Maiores noſtri caſtella, quod in montibus, quo acceſſu difficiliora eſſent, aedificari ſolebant. Haec monuiſſe ſufficiat.

† MONTESCERE, montis inſtar attolli, t. 3. Aug. p. 743.

MONTESIANI. Apud Commodianum Inſtructio 21. inſcripta eſt *Monteſianis*, primusque verſus ita concipitur:

Monteſes deos dicitis, dominentur in auro
Obſcurati malo, etc.

In MS. ſcriptum *nominentur.* Vbi Rigaltius, *Montes et deos dicitis*, reſtituit, *Monteſianosque* exiſtimat, qui numina quaedam in montibus eſſe credebant, vt alii in lucis. Cui conjecturae fauet Lactantius de mortibus Perſecutor. num. 11. *Erat mater eius Deorum montium cultrix, mulier admodum ſuperſtitioſa. Deorum Montenſium* mentio eſt in vet. inſcript. apud Grurer. p. 21. Sed *Montenſes deos* malim reponere procliuiori emendatione, vel potius *Mon* quomodo Epiphanius Nouat Μοντησίους vocat. *Monteſes a* Praedeſtinati lib. 1. haer. 44. *Donatiſtas, et Monteſes, et Par anos vocamus, Donatiſtas a De Monteſes a montis latebra, et* haereſi 69. *Hi haeretici in pa Italiae Monteſes appellantur, i teriore Africa Parmeniani, in C ginenſi Donatiſtae.*

MONTEYA, V. *Montea.*

MONTICELLVS, collis, vox Agrimenſoribus familiaris. Chron. Farfenſe apud Murator. to. 2. part. 2. col. 537.

MONTICIVM, continui montes, Germ. Gebirge. Vita MS. S. Winwaloei.

MONTICVLOSVS, montuoſus. Lambertus Ardenſis p. 11.

MONTIFODINA, fodina, Gall. *Miniere.* Charta Henrici V. Reg. Angliae ann. 1414. apud Rymer. to. 9. pag. 176.

† MONTISCILIVM, montis vertex, ap. Gualt. Hemingford.

† MONTITIVM, i. q. *Montaticum*, apud Murat. tom. 6. Antiq. p. 563.

MONTO, V. *Multo.*

MONTONGIVM, V. *Mutonagium.*

MONTONINA, vox Italica, veruecina pellis, *Peau de mouton.* Statuta Aſtenſ. vbi de *intratis* portarum.

MONTONVS, aceruus, Ital. *Montone*, Gallis *Mouceau.* Statuta Vercell. fol. 83. *Et teneantur fornaſarii predicti de qualibet fornaſata lapidum facere tres Montonos, ſcilicet vnum de blanchis, et alium de ferriolis, et alium de vermeliis, et Montonos duos de cupis.* Occurrit rurſum fol. 72. V. alia notione in *Multo.*

† MONTORIVM, i. q. *Monticium*, continui montes, in Conſtit. Mſ. Rob. reg. Sicil.

MONTRAGIVM. Charta Arcembaldi D. Borbonenſis pro libertatibus Villaefranchae, etc. ann. 1217. apud Thomaſſerium: *Omnes liberi homines Domini Borbonii poſſunt venire apud Villamfrancham cauſa Montragii; ſi haereditare venerint aliquem de parentela ſua, poteſt manere licite in Villafrancha.* Mendum librarii, legendum enim ex emendatione eiusdem

Digitized by Google

iisdem Thomasserii : *Causa maximi magii, si haereditates venerint alicui, etc.*

MONTVOSITAS, eminentia. Nicolaus de Iamsilla de Gestis Friederici Imp. apud Murator. tom. 8. col. 550.

MONVBILIS. Sidonius lib. 2. Epist. 2. *Porticus columnis inuidiosa Monubilibus.* Itinerarium Burdigalense : *Inde non longe, quasi ad lapidis missum, sunt monumenta duo, Monubiles mirae pulcritudinis factae.* Cyprianus in Vita S. Caesarii Arelatensis : *Et vt conferret sacris Virginibus, quas congregauerat, curam necessariam sepulturae, Monubiles arcas corporibus humandis de saxis ingentibus nouiter fecit excidi.* Variae sunt super hac voce eruditorum sententiae, quarum fere nulla arridet. Sirmondus ad Sidonium, *monubiles*, insignes ac praeclaros, vt sunt monumenta, interpretatur. Salmasius in itinerario Burdigal. *volubiles* legendum censet, id est, concameratos εἰλημματικάς. At vox *volubilis*, columnis etiam conuenit, quas concameratas dicere absurdum fuerit. Anastasius in Gregorio III. pag. 72. *Columnas sexaginta onychas volubiles.* Vnde emendandus locus alter apud eumdem Scriptorem p. 132. *Simulque et columnas volatiles :* legendum enim *volubiles*, nisi vtrobique *monubiles* legatur. Ludouicus Cerda *monubilis, columnas adstructas ad monumenta* esse putat. Denique Vossius nescio quid de machinis bellicis hic commentatur, quae ad vim vocis percipiendam nihil conferunt. Sane in praeallatis locis, *monubiles* non modo *columnae* dicuntur, vt apud Sidonium, sed et *monumenta*, vel sepulcra, in Itinerario Hierosol. et *arcae*, seu corporum conditoria, apud Cyprianum, adeo vt quid insigne ac praeclarum denotari hocce vocabulo par sit credere, tametsi incertum hactenus maneat etymon. Mihi vero *Monubilis* idem videtur quod *monumentalis*, ad monumentum seu sepulcrum pertinens ; vel quod *memorialis*, cui notioni egregie, nisi me fallit animus, praeallati loci conueniunt.

MONVMEN, charta, instrumentum publicum. Acta S. Maioli, t. 7. Maii p. 689.

MONVMENTARIVS, bustuarius. Apuleius in Floridis n. 4.

MONVMENTVM NOMINIS, lapis sepulcralis cum epitaphio. Vita S. Ansegisi saec. 4. Bened. part. 1. pag. 635.

† MONVS, tegulae species. Stat. Taurin. a. 1360. *Habeatur modus monorum et coporum fornasariorum ripolarum.*

MONZIA, mansio, domus cum aliqua agri portione. Chartularium Camalar.

MOPSICVS, Μόψος, *luscitiosus.* Supplem. Antiquarii.

MORA. (1) Erica. Statuta Roberti III. Regis Scotiae cap. 11. *Non fiat combustio Morum, siue brnarii, nisi in mense Martii, etc.* Vbi Skenaeus : Nostrates *muirburne* vocant. Erica enim *heat or hedder*, in suo ericeto incenditur, quae breui reuiuiscens, teneris agnis pascendis matura inseruit. Fleta lib. 1. cap. 71. §. 7. (2) MORA, MORVS, locus paluster aquaticus, palus, stagnum, Gall. *Marais*, Angl. *Moore*, Germ. **Moor.** Hinc dictos *Morinos* plerique censent, populos Galliae, scilicet ad Oceanum Britannicum, quod palustres regiones incolerent, vt sunt *Flandrenses*, quos peculiari vocabulo, *Morinos* vocat Otbertus Abbas Gemblacensis lib. de Mirac. S. Veroni c. 2. Chartul. SS. Trin. Cadom fol. 44. *Robertus gener Symonis tenet de dominio duas particulas et vnam Moram.* Consuet. Furn. MSS. *In More Comitis vbicumque aqua est, erunt Comitis et pisces et aues.* MORVS, eadem notione. Charta ann. 1191. t. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 123. *Octo mensuras Mori ad fodiendas turbas.* MERA, eodem etiam significatu, ex *Moere*, in Charta Philippi Alsatii Comit. Fland. apud Malbrancum lib. 10. de Morin. cap. 28. (3) Vox Italica, columna structilis, Gall. *Pile.* Chron. Parmense ad ann. 1279. apud Murator. to. 9. col. 793. *Cuilibet ex pontibus de Galeria et dominae Giliae facta fuit vna Mora seu*

Digitized by Google

pila, per Commune Parmae. Ibid. ad ann. 1287. col. 813. *Incoeptus fuit pons Salariorum, et factae sunt ibi septem Morae et quinque Voltae. Morra* ibid. col. 830. (4) Mansio, habitatio, Gall. *Logement.* Mandatum ann. 1314. apud Rymer. to. 3. p. 476. *Et ei cameram infra dictum castrum competentem, pro Mora sua assignari.* V. *Moratus.* (5) Pro *Morum*, Gall. *Mûre.* Miracula B. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii, pag. 206.

MORABATINVS, MORBOTINVS, etc. V. in *Marabotinus.*

MORABIDES, V. *Mosarabes.*

MORACVM, V. *Moratum.*

† MORADA, modus agri vineis consitus, in Ch. Ms. an. 1162. V. *Morata* 2.

MORAGIIS, *nutibus longis*, Papias. Vnde emendandum vetus Glossar. MS. Sangerm. *Moragis, nucibus longis.*

† MORAIA, vestis seu ornatus species videtur in Comput. Ms. a. 1245.

† MORALEA, locus, ni fallor, oliuis, Ital. *Mordnoli*, consitus, ap. Murat. to. 1. Antiq. p. 919.

† MORALIGATVS, mendose pro *Moralizatus*, apud Ludewig. tom. 9. p. 200.

MORALIS. (1) MORALE COLLOQVIVM, longum. Guidonis Discipl. Farfens. L. 2. cap. 54. (2) MORALIS, perperam apud Guichenonem, in Vita S. Domitiani, pro *Moralis.* V. in hac voce.

MORALISATIO, moralis sermo, apud Dionysium Charthus. in Enarrat. Iohannis.

MORALITAS. (1) Morum probitas. S. Ambrosius tom. 2. p. 1039. (2) † Actio scenica formandis moribus destinata, Gall. *Moralité.* Stat. Ms. eccl. Tull. V. *Ludus* et *Pius* 2.

MORALITER, *diuturna aliqua mora, aut commansione.* Gasp. Barthii Glossar. ex Hist. Palaest. Fulcherii Carnot. apud Ludewig. to. 3. p. 354.

MORALIZARE, dicta ad mores aptare. Epistola Roberti Prioris Celsin. an. 1419. apud Marten. t. 7. Ampliss. Collect. col. 1119.

MORALIZATOR, qui moralia docet. Chronic. Triuetti to. 8. Spicil. Acher. p. 573.

MORALLA, cadiuus ferae pessulus, Gall. *Moraillon*, Germ. Klinke, ferrum, quod arcae operculo annexum in seram immittitur. Armoricis *Morail*, idem est, quod ille posticus opex quo portae clauduntur, qui Gallis *Loquet* dicitur: hinc forsan vocis etymon. Tabular. Dunense Charta 93.

† MORALLVS, mensurae vinariae species. *Vnius modii vini constituentis XLII. morallos mensurae capituli*, in Stat. eccl. Tull.

MORAMENTVM, mora, impedimentum. Apuleius in Floridis cap. 21.

MORAPETINVS, V. *Morabotinus.*

MORARE. (1) Remanere. Spicileg. Acher. tom. 9. pag. 133. Gloss. Lat. Graec. MSS. Sangerm. *Morare, degere*, διάγειν, διατρίβειν. (2) † Morari, to. 5. Ordin. p. 601.

MORARI AD SOLDOS, de militibus dicitur, qui stipendiis merent. Barthol. Scribae Annal. Genuens. lib. 6. ad ann. 1255. apud Murator. to. 6. col. 438.

MORARIVS, morus, *Meurier*, in Capitulari de Villis c. 70.

MORATA. (1) Breue temporis spatium. Translatio S. Thomae Aquin. to. 1. Martii pag. 730. (2) † Modus agri. *Vnum hortum tenentem dimidium de morata*, in Ch. Ms. an. 852. V. *Morada.*

MORATORES, incolae, ciues, in Chartis Hispan. apud Brandaon. in Monarch. Lusitan. tom. 3. p. 287. to. 4. p. 237. Gloss. Isid. *Moratores, advocati:* Vbi Graeuius: sed Papias: *Morator, cessator, segnis, piger.* Si sic dicti sunt advocati aliquando, facilis est ratio. Quia moras semper faciunt, et lites prorrahunt quaestus sui causa. † Leg. f. *Narratores, advocati.*

† MORATORIA, litera, qua iuridica actio retardatur, ap. Murat. tom. 6. Antiq. p. 862. V. *Moratorius.*

MORATORIVS, quo mora affertur, in Statut. Auenion. lib. 1. rubr. 21. art. 19. p. 91. Vitur Paulus IC.

MORA-

Digitized by Google

MORATVM, potionis genus, f. ex vino et moris dilutis confectae. Capitulare de Villis c. 34. *Vinum, acetum, moratum, vinum coctum, etc.* Adde c. 62. Henricus Huntindon. l. 6. Hist. *Singulis vasis vini, medonis, cereuisiae, pigmenti Morati, sicerae, etc.* Perperam *moraci*, editum, ap. Bromptonum, ann. 1056. MORETVM, eadem notione. Statuta antiqua Canonicorum S. Quintini in Viromanduis. Antiquis haud ignotum.

MORATVS. (1) Mansio, habitatio. Vita S. Dunstani, tom. 4. Maii pag. 351. V. *Mora* 4. (2) † Niger, fuscus, Ital. *Morato*, Ch. Ms. a. 1496. (3) † MORATA GALLIA, quae moribus suis regitur, ap. Mornacum.

MORBATVS, morbo aliquo et pestilentia infectus. Chron. Bergom. ad ann. 1339. apud Murator. tom. 16. col. 916.

MORBERE, aegrotae, morbo laborare. Gloss. Gr. Lat. MS. ἀσθενῶ, *aegroto. langueo, Morbeo, languesco.* In Edito *morueo.*

MORBIDARE, morbo afficere. Acta S. Valeriani etc. tom. 2. Aprilis p. 206.

† MORBIDVS, pretium acquisitionis factae ab hominibus *manus mortuae*, t. 6. Iul. p. 56.

MORBIFICATVS, aegrotus, apud Perrum de Vineis. l. 3. Epist. 8.

† MORBLLOSVS, *morbillis* laborans, ap. Henr. ab Heers.

MORBILLVS. Gloss. MSS. ad Alexandrum Iatrosophist. *Turpedo nihil aliud est nisi cutis deturpatio facta, ex varia maculorum diuersorum distinctione. Hanc possessionem quidam Morbillum, i. minimum morbum communiter dixerunt, eo, quod patientes per totum corpus minutas videntur habere postulas. Alii lepram, quod sit lepra similis etc.* In sequentibus, quatuor turpedinis species explicantur.

MORBITER, instar morbi. Vita B. Bernardi poenit. tom. 2. April. pag. 693.

MORBOSVS, V. *Malignosus.*

MORBOTINVS, V. *Marabotinus.*

MORBVS S. ANTONII, qui et *infernalis*, sacer ignis. Miracula B. Edmundi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1896. V. *Ignis inferni.* MORBVS CALIDVS, febris ardens, in Ch. Ms. a. 1355. † MORBVS DRAGVNCVLI, vlceris vel cancri species, ap. Murat. tom. 4. Antiq. p. 975. MORBVS S. ELIGII, seu vt Galli efferunt, *Le mal. S. Eloi.* Miracula B. Edmundi ibidem: *Ermengardis de sancto Iuliano de Saltu a Morbo sancti Elegii curator.* V. Vallorium in Annalibus Nouiomensibus pag. 469. MORBVS FRANCIOSVS, Italis et Germanis Morbus Venereus, quem Galli contra *mal de Naples* vocant, quod eundem in obsidione Neapolitana recenter ex nouo mundo advectum, contraxerint, atque inde reuertentes, primi sparserint quacumque transibant. Vita S. Columbae Reatinae Maii t. 5. p. 361. *Ita Morbo Francisco laborabat, vt laberetur in desperationem.* MORBVS GALLICVS, scabies: († Rectius strumae.) Miracula S. Bennonis tom. 3. Iunii p. 190. MORBVS INIQVVS, sacer ignis, V. *Iniquus.* MORBVS S. IOHANNIS, Gall. *Mal de saint Iean*, epilepsia. Chartophylacio regio Reg. 80. Ch. 214. ann. 1350. V. infra. MORBVS S. IVLIANI, S. *Fiacrii.* Anonymus de Mirac. S. Thomae Cantuar. edit. a Stapletono, cap. 33. † MORBVS S. LVPI, epilepsia, in Ch. Ms. ann. 1252. † MORBVS B. MARIAE, qui FLORES vel ROSAE B. MARIAE etiam vocabatur, Scorbutus, vel Erysipelas, sacer ignis, Ital. *Rosellia*, Germ. die Rose. Ch. Ms. a. 1248. MORBVS S. MARTINI, Gall. *Le mal de S. Martin*, ebrietas, propter vina quae in feriis seu nundinis vinariis circa festum S. Martini distrahuntur. Chron. MS. Bertrandi Guesclini. MORBI OFFICILIALES, V. Constantinum Africanum, lib. 5. de Morb. cur. cap. 1. 5. lib. 4. Pantechn. c. 7. lib. 6. cap. 7. MORBVS PAPICI. Vita B. Humilianae, to. 4. Maii p. 397. *Sicut cum recessisti a me, nunquam illi et lateris dolorem sensi . . . Infirmitas illa vulgo Papici vocabatur, alio autem vocabulo ignis volatilis, alio modo gutta salsa nominatur.* MORBVS PERSICVS,

Digitized by Google

CVS, paralysis, vel potius Erefipelas, vt interpretantur Bollandistae, qui morbus Belgis vulgo *Rosa* dicitur a roseo seu persico, quem affectae parti inducit, colora. Acta S. Bennonis, tom. 3. Iunii, pag. 177. MORBVS PONDERVM. Miracula S. Mariae Magd. de Pazzis t. 6. Maii. p. 310. *Dominus Fabius . . . grauem infirmitatem quam Ponderum vulgus nominat, cum febri continua intenſisque doloribus patiens, etc* MORBVS REGIVS, icterus recentioribus, Gall. *Iauniſſe*, antiquioribus vero *Lepra*, Gall. *Lepre*. Epist. Zachariae Episc. ad S. Bonifacium, tom. 1. Rer. Mogunt. p. 262. MORBVS ROMANVS. Petrus Cluniacensis lib. 2. de Miracul. c. 13. *Irruit poſt paucos dies, tam in victos, quam in victores, Romanus ille peſtifer Morbus et paene omnes tam Monachos quam famulos in breui proſternit.* Infra de Pontio Cluniacensi Abbate: *Ille quidem Morbo romano aliquandiu fatigatus moritur.* Mox apud eumdem *Febres Romanae* dicuntur pestiferae, contagiosae. Petrus Damianus lib. 1. Epist. 9. MORBVS SAGITTAE, quo celerrimus noxii alicuius humoris motus et dolor significatur. Vita S. Bernardi poenit. tom. 2. Aprilis p. 694. MORBVS SONTICVS, epilepsia, Plinio aliisque. Vita B. Simonis de Lipnica tom. 4. Iulii p. 528. Idem qui MORBVS VALENTINI dicitur in Miraculis S. Bennonis tom. 3. Iunii, pag. 186. Gallis *Mal de ſein*, vel *Mal de ſaint Iean*. V. supra.

MORCHIDVM, V. *Morth.*

MORCIDARE, macerare. Supplem. Antiquarii. *Morcidat, τήκει, macerat.*

MORCVFLEX, V. *Martiphlo.*

MORDACIVM, fibula, Gall. ol. *Mordant.* Arest. Parlam. a. 1304. V. *Morſus 2.*

MORDAD. V. *Morth.*

† MORDANTVS, i. q. *Mordacium*, in Comput. Ms. a. 1245.

† MORDANVS, idem, t. 3. Hist. Nem. Prob. p. 170.

MORDAX, instrumentum ad euellendas ex corpore, si quae infixae fuerint, spinas, *Pince*. Regula S. Pachomii c. 82.

MORDENS CANDIDVS, dens lupinus in scutis gentilitiis. Charta ann. 1402. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 83.

MORDER, paruum animal, sic dictum quod maxime mordeat, et cuius pellis vestibus idonea est, (Germ. Marder. V. *Martures.*) Ita Interpres Ioan. de Gallandia in Synonymis, ad ista:

Dant pelles pallis Morder, beur, Cyrogrillus
Id quoque cuniculus, ciſimus dant et lareones.

MORDERE. (1) Attingere, coniungere. Vetus Agrimensor. (2) Expositio in Regulam S. Benedicti, quam quidam Paulo Diacono adscribunt, cap. 38. de *Mixto* commentans: *Illius terrae conſuetudo fuit, vnde nos dicimus Mordere, Mixtum vocare.*

† MORDICATVS, actio morsibus, veluti forcipibus laniandi, t. 3. Iul. p. 443. V. *Morficare.*

MORDICIVM, morsus. Acta S. Winebaudi, t. 1. Aprilis p. 575.

MORDOSVS, Δηκτικὸς, in Gloss. Gr. Lat. Qui mordet.

MORDRIBADVS, MORDRVM, V. *Morth.*

MORECA, morbi genus. Academ. *della Cruſca, Moricé*, in plurali dicitur haemorrhoidum morbus, ex copia sanguinis ad venas secretarum partium concurrentis. Acta SS. tom. 7. Maii p. 159. *Monachus quidam . . . infirmitatem quae a medicis malum Moreca vocatur, incurrit, et nec quieſcere poterat, nec dormire.* MORENA, idem, a Prouinc. *Mourano*, haemorrhois. Miracula MSS. Vrbani V. PP. ex Tabul. S. Victoris Massil. *Patiebatur dolorem grauiſſimum de Morenis circa poſteriora.* Vbi legendum *de Morecis.* † MORENE, eadem notione apud Cotgrauium.

† MORELLA. (1) *Siue Maurella, ſolatrum et ſtrignum, et in libris de Graeco vna lupina; ſed apud Arabes vna valpis dicitur.* Gloss. med. Sim. Ianuens.

Digitized by Google

enſ. V. *Maurellum*. (2) MORELLA, MORELLVS, tigni genus, in Ch. Mſ. an. 1297. apud Lam. in delic. erud. V. *Morenare* et *Morta* 2.

MORELLVS. (1) Subfuſcus. Michaël Scotus de Phyſionomia c. 46. *Cum ſanguis regnat, homo ſomniat ſe videre . . . ſcarlatam ſindonem rubeam, vel violaceam, Morellum, roſam inſam ingranatem, etc.* Item Color equi, Gall. *Cheval moreau*. (2) *Vitellus ſine meditullium ovi*. Vgut.

† MORELVS, i. q. *Morellus*, ſubfuſcus, niger, Ital. *Morello*, ap. Murat. tom. 2. Antiq. p. 903.

MORENA. (1) Contextus, ni fallor, et ſeries palorum, vel materiatura, Gall. *Charpente*. V. *Morrenum*. Vetus Chron. S. Martialis Lemouic. MS. Anno 902. *obiit Fulbertus* (abbas S. Martialis) *et ſucceſſit Stephanus anno XVII. et fecit Morenam et turrem de cortine*. V. mox *Morenare*. (2) Imago. Chron. Gaufridi Prioris Voſienſis apud Labbaeum to. 2. nouae Bibl. MSS. p. 312. *Claſſo perſonato, conueniunt omnes ſuper Eccleſiam S. Pauli cum tentis, crucibus, . . ferentes Morenam, id eſt, imaginem Protomartyris cum gleba ſanctae Flauiae*. V. *Moreta*. (3) Haemorrhois, V. *Moreca*. (4) † Ciſtae ſpecies, in Tabul. Maſſil.

MORENARE, palos ligno transuerſo munire, ligare. Charta an. 1347. to. 1. Hiſt. Dalph. p. 66.

MORENTES, manentes, habitantes. Charta D. de Linieriis ann. 1268. apud Thomaſſerium Conſuetud. Bituric. p. 196.

MORESC, vox Gallica obſoleta, eadem notione qua *Morellus*, ſubfuſcus. Teſtamentum Beatricis de Alborega an. 1367. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1523. *Item, legamus eccleſiae B. Mariae de Craſſa vnum pannum aureum Moreſc vermellum, foratum de tela liuida*.

† MORETA, pannus niger, in Conc. Treuir. a. 1310 V. mox.

MORETVM. (1) Panni ſubfuſci ſpecies. Concil. Treuir. ann. 1227. ap. Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 121. *Praecipimus diſtricto vt abbates et monachi, abbatiſſae et moniales, nec mantella, nec furchotos portent de cetero, nec habeant pannos de nigra bruneta, nec de Moreto*. Rurſum infra occurrit. Hinc perperam editum *de Moreta* ex alio itidem Treuir. Conc. an. 1310. apud eund. Marten. tom. 4. Anecd. col. 249. (2) Potionis genus. V. *Moratum*.

MOREX, *tarditas*. Papias.

MORFOSIS, *transformatio*. Idem Papias. A Μορφὴ, forma, et μορφωσις, formatio, etc.

MORGAGIFA, V. *Morganegiba*.

MORGAGIVM. Gall. *Mortgage*, hypotheca creditori ſic oppignorata, vt fructus, quos durante tempore oppignorationis producit, omnes fiant creditoris, idque ſine computo inde faciendo debitori. Ita Cowellus L. 2. Inſtit. tit. 4. §. 1. Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1421. apud Rymer. t. 10. p. 144. *Qui Ducatus in pignus, ypothecam, ſcu Morgagium obligatus ſiue impignoratus exiſtit*. V. *Vadium*.

MORGANATICA, *matrimonium ad Morganaticam*. Vim vocis profert Lib. 2. Feudorum tit. 29. ad calcem Nou. Iuſtin. edit. Pariſ. ann. 1552. *De filiis natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto. Quidam habens filium ex nobili coniuge, poſt mortem eius non valens continere, aliam minus nobilem duxit : qui nolens exiſtere in peccato eam deſponſauit ea lege, vt nec ipſa nec filii eius amplius habeant de bonis paternis quam dixerit tempore ſponſaliorum : verba graiia decem libras, vel quantum voluerit dare, quando eam deſponſauit, quod Mediolanenſes dicunt accipere vxorem ad Morganaticam, alibi Lege Salica*. V. Berengarii Fernandes Commentar. in hunc tit. Eadem docet Iacobinus de S. Georgio Turinenſis IC. in Tract. de Feudis, cap. vlt. V. *Vadium*.

† MORGANATICVM, idem videtur doctiſſ. Schoepflino ac *Vidium*, quod Argentinenſes vocant ein Widem. Ch. an. 1436. ex Lib. Sal. S. Thom. Argent.

MORGANEGIBA, MORGINGAB, etc. dos a marito profecta, *donum matutinale, dotis* vero nomine donatur,

Digitized by Google

tur, licet reuera aliud sit a dote. Glossarium Saxonicum Aelfrici: *Dos Morgengifa*, vox formata ex Saxonico et Germanico *Morgen*, aut *Morghen*, *mane*, et *Gife*, aut *Gift*, *donum*, *munus*, quod ita appellarent donum illud, quod maritus vxori offerebat, in die nuptiarum, ante *nuptiale conuiuium*, vt est apud Kilianum: seu, vt est in Speculo Saxon. lib. 1. art. 20. §. 1. *quod vnusquisque militaris ordinis siue vxori sine haeredum assensu, nomine dotis erogare valet, antequam cum ea ad prandium discubuerit.* Verum libellus dotis, qui ex Tabular. Casaurienſi descriptus est a Gallandio in Tractatu de Franco alodio p. 323. prorsus indicat donum illud matutinale factum *mane*, post primam noctem nuptialem, quasi ob pretium virginitatis, cuius spolia proxime praeterita nocte reculerat, vti fuere apud Graecos διαπαρθένια. Munus autem illud fuit, apud Longobardos potissimum, quartae partis bonorum mariti, et est apud Papiam. Notandum vero, donum illud voluntarium omnino fuisse, adeo vt modo maius, modo minus pro mariti erga coniugem suam maiori vel minori amore et caritate, exstiterit; hinc gratuitam donationem vocat Lex Longobardor. lib. 2. tit. 1. c. 8. seu, vt merito suspicatur Baluzius, vetus quidam eiusdem legis interpres: *Per gratuitam donationem, id est, Morgengap.* Cum autem in profusam et dissolutam liberalitatem aliquando abiret eiusmodi donatio, modum huic intemperantiae lege lata adhibuit Rex Longobardorum Luitprandus anno quinto regni sui, qua vetuit, ne quis in *Morgincap* vxori tribueret supra quartam partem bonorum suorum. Hinc *Quartisium* dicitur in Testam. ann. 1193. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 365. Plura vide apud laudatum Baluzium in notis ad Capitular. Adde Origines Gallicas D. *de-Caseneuve* in hac voce. Varie autem haec vox effertur. MORGANEGIBA, apud Gregor. Turon. lib. 9. cap. 20. *Tam in dote; quam in Morganegiba, hoc est, matutinale dono.* MORGENGEBA, in Lege Burgund. tit. 42. §. 2. MORGANGEBA, in Lege Aleman. tit. 56. §. 2. in Lege Ripuar. tit. 37. §. 2. MORGINCAP, apud Papiam: *Morgincap, id est, quarta pars in Leg. Longob.* MORGINCAP, in Leg. Longob. lib. 2. tit. 9. §. 12. MARGINHAP, in laudato mox Testam. apud Murat. ibid. MORGENGAB, MORGENGABA, in Lege Longob. lib. 2. tit. 1. §. 4. et 8. tit. 4. §. 1. tit. 12. §. 1. tit. 14. §. 15. MORGAGIFA, in Legib. Kanuti Reg. cap. 99. apud Bromptonum. MORGANGIFA, et MORGANGIVA, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 11. et 70. MORGICAPVD, in Capitulari Adelchis Principis Beneuentani c. 3. MORGANATICVM, in Charta an. 1310. descripta in Probat. Hist. Sabaudicae Guichen. pag. 559. MORGICAPH, apud Rollandinum in Summa Notariae cap. 2. rubr. *de Donat propter nuptias.* MORGHENGAB, in Charta anno 1396. Ernesti Ducis Bauar. ex originali: Ex his etiam restituenda vox *Morgingab*, pro *Mortinapli*, in Charta Longobardica ap. Vghell. tom. 7. Ital. sacr. p. 581. MVRGANALE, MVRGITATIO, Dofred. in L. cum multae C. de Donat. ante nupt. fol. 283. Aliis vocibus a praeallatis multum diuersis idem significatur inter populos, qui alio vruntur idiomate. *Screix* id donum nuncupatur apud Catalaunenses testante Fontanella de Pact. nupt. to. 2. claus. 7. gl. 1. part. 1. *Greix* dicitur in Valentinae regno, in Aragonia *Haereditamentum maritorum*, vel *Firma dotis*; Arrhae vero a Castilienſibus apud eundem Fontanell. ibid. n. 8. in Leg. Taur. 50. et 41.

† MORGARIVS, fibula, Gall. *Morgant.* Comput. Ms. a. 1481. V. *Mordantus.*

MORHEL, *id est, homicidium in absconso, in Lege Longobarda.* Papias MS. Bituric. V. *Morth.*

MORIA. (1) *Carnes de Moria*, hoc est animalium ex quouis morbo mortuorum, carnes morticinae. Statuta Massil. lib. 2. c. 33. Veteribus Gallis *Morie*,

Digitized by Google

Morie, Damnum quod morte accidit. V. *Morina* 1. (2) † MORIA, MVRIA, aquae sali conficiendo aptae receptaculum. Ch. Mſ. an. 1177. V. *Mora* 2. et *Mortarium* 4.

MORIANDA, impedimentum, haud dubie quia moram facit. Statuta Arelat. MSS. art. 144. *Si aliquod lignum ſteterit . . . . ad ſtricam vel ad Moriandam de paſſono, etc.*

MORIBVNDVS, lethifer. Vita S. Godebertae to. 2. April. p. 35.

MORIFICARE, *Moram facere*, in Gloſſis Iſid.

MORIGERALITAS, idem quod *Morigeroſitas*. Auxilii libellus t. 4. Analect. Mabill. p. 614.

MORIGERARI, morem gerere, accommodare, componere. Gordianus in Vita S. Flacidi Martyris n. 3.

MORIGEROSITAS, morum probitas. Vita S. Endei Abbatis Arianenſis n. 1. V. *Morigeralitas*.

MORIGINATVS, idem quod *Morigeratus*; *Moratus*, Plauto, Gallis, *Morigené*. Ebrard. Betunienſ. in Graeciſmo cap. 13.

Eſt homo moroſus, ſi ſit bene Moriginatus.

MORIGENATVS, apud Ioan. de Deo in Poenitentiario lib. 5. c. 17.

† MORIKINVS, Maurorum ſeu Hiſpanicae monetae ſpecies, ab Hiſp. *Moriſco*, Maurus. Ch. Mſ. an. 1360. V. *Meloquinus*.

MORINA. (1) Lues, Gall. *Maladie, mortalité*. Fleta lib. 2. cap. 79. §. 6. *Lana* (ouium aegrotarum) *per ſe vendatur cum pellibus, Morina mortuarum*. §. 9. *Venire faciat Ballivus coram eo omnes pelles ouium occiſarum, nec non et Morinas mortuorum* §. 16. *Cum aliquis pro mortua fuerit praeſentata, et viſa fuerit, quod mortua ſit per Morinam, infirmitatem, vel ex caſu inopinato, etc.* Wilhel. Wyceſter Annal. Rer. Angl. ad an. 1363. *Hoc anno . . . . fuit magna Morina animalium*. V. *Mortitius*, et *Moria*. (2) *Diuina potio, quae appellatur a Graecis Falernum vinum*. Papias. V. *Moratum*.

MORINVM, Σμῆγμα ἀπὸ ψυλλῶν συκίνων γενόμενον, *Smegma ex ficulneis foliis*. Supplem. Antiqu.

MORIO. S. Auguſtin. Epiſt. 7. *Illi quos vulgo Moriones vocant, quanto magis a ſenſu communi diſſonant, magisque abſurdi et inſulſi ſunt*. Idem Epiſt. 28. *Quidam tantae ſunt fatuitatis, vt non multum a pecoribus differant, quos Moriones vulgo vocant*.

MORIOC, vox Longobardica, cuius vim profert Lex Longob. lib. 1. tit. 6. §. 6. *Si quis homini libero brachium ſuper cubitum, hoc eſt, Morioc, ruperit, componat ſol. 20*. Edictum Rotharis Regis tit. 121. §. 4. habet *morioth*.

MORIRE, pro *Mori*. Decretio Childeberti Regis cap. 5.

MORISCVS. Concil. Tolet. an. 1582. inter Hiſpan. to. 4. pag. 218. *Praecipua . . . cura adhibenda eſt in his Chriſtianis inſtituendis atque in fide confirmandis, qui ex Saracenorum ſecta ad fidem recens converſi ſunt, vel ab illis proxime genus ducunt, quos noſtri tum neophytos, tum Moriſcos vocare conſueuerunt*.

† MORIVM, *Gallice Morvel*, in Gloſſ. Lat. Gall. a. 1348.

MORLANVS. *Libra morlana, ſolidi morlani*. Moneta Bencharnenſis, ſic dicta ab oppido *Morlas* ſito prope ciuitatem Palenſem, in quo cudebatur. Morlanus Turonenſem triplo cum quadrante ſuperabat; ita, vt ſolidus Morlanus tres valeret ſolidos et tres denarios Turonenſes. Currebat haec moneta non per Beneharniam tantum, ſed et per totam Vaſconiam. Vide Marcam Hiſt. Beneharn. lib. 4. cap. 16. pag. 306. et 307. Teſtament. Dominici Epiſc. Baion. an. 1302.

† MORMYLVS, *hodie a Romanis Mormillo, a Venetis Mormyro, Maſſiliae et in toto Liguriae ſinu Mormo, in Gallia Narbonenſi Mormo, in Hiſpania Marmo*. Tract. Mſ. de Piſc.

MORNANTESIVS, Gall. *Mornancet*, f. a vico *Mornan* nomen habens: Menſura frumentaria apud Lugdunenſes, quae duos bichetos Lugdunenſes vel tres Vimiacenſes continet. Statu-

Digitized by Google

Statuta Eccleſiae Lugdunenſis c. 21. tom. 9. Spicileg. Acher. p. 76. Hinc emendanda Charta ann. circ. 1225. tom. 4. Gall. Chriſt. col. 138. Vbi pro *Monanteſios* legendum *Mornanteſios*. MORTENTARIVS, eadem notione, in Charta an. 1123. apud Meneſter. Hiſtor. Lugdun. p. 23.

MOROBATINVS, moneta Hiſpan. V. *Marabotinus*.

MORONA. Supplement. Antiquarii: *Celumcrudum ὠμοτάριχος, edulium ex thymi piſcis carne ſalita, quod Veneti Moronam appellant*. Italis *Morona* thynnum ſonat.

MORONVS, morus, *Meurier*, Ital. *Morone*. Statuta Montis Regal. fol. 230.

MOROSITAS, cura, attentio, diligentia. Vita S. Catharinae Senenſ. to. 3. Aprilis p. 955.

MOROSVS. (1) *Nimis exacte omnia fieri cupiens*. Laurent. in Amalth. Hinc *Moroſa confeſſio*, quae *cum mora et non ſuperficialiter* fit, in Summa Magiſtri Pauli apud Duellium to. 1. Miſcell. pag. 62. (2) Paludoſus, to. 1. Monaſt. Angl. pag. 648. V. *Mora* 2. (3) † Duplici notione accipitur ap. B. de Amor. in Spec. Sacerd. Mſ. nempe pro bene moratus et pro tardus.

MORPHEA. (1) Fruſtum, Gall. *Morceau*. Tabular. Piperacenſe: *Morphea panis et pintaplus vini*. Quo in tractu *Morfier* dicunt pro comedere, Gall. *Manger*. (2) Infirmitas, cum color in alium mutatur. Medicina Salern. edit. 1622. pag. 242. Rochus le Baillif in Dicton. Spagyrico pag. 124. *Alboras eſt maculoſa defoedatio planae cutis, neque in principio eſt vlla exulceratio, ſed in proceſſu temporis idem quod Morphea*. Italis *Morfea* eſt ſpecies ſcabiei, Gall. *Gale*.

† MORPHEATICVS FACIE, qui faciem ſcabioſam habet, ap. Oefel. t. 2. Script. p. 567.

MORRA, columna ſtructilis. V. *Mora* 3.

MORRENVM, materiatura, Gall. *Charpente*. Statuta S. Claudii ann. 1448. p. 79. V. *Materia*.

MORREKARE, monſtrare, V. *Monrerare*.

† MORRIA, i. q. *Mora* 1. in Conſuet. Carcaſſ.

MORRONENSIS ORDO, vulgo *Caeleſtinorum*, cuius auctor et inſtitutor fuit S. Caeleſtinus PP. ante Pontificatum agnominatus *de Morrone*. Charta Philippi Pulcri Oct. 1313. in Regeſto Chartophylacii Regii 49. n. 172.

† MORRVDE, piſcis genus, V. *Circulus* 2.

MORS. (1) Sic nuncupatur ſexta e nouem particulis, in quas frangitur Hoſtia in Miſſa, ritu Mozarabico celebrata. V. *Hoſtia* 1. (2) MORS CIVILIS, reditus ad meliorem frugem. Regula reformat. monaſt. Mellicenſ. in Chronic. eiusd. p. 349.

MORSARIVS. Wichbild Magdeburg. art. 26. *Ad haereditatem pertinent, . . . vaſa ſeu dolia quae vacua ſunt, et item galli et alia aues, canes et cati, Morſarius, ac omnis generis armatura, clypeique etc.* V. *Morſus* 2.

MORSELLA, buccella, fruſtulum. Io. de Ianua: *Buccella, Marſella panis*. Proceſſus de Vita S. Yuonis tom. 4. Maii p. 574.

† MORSELLVM, pars, portio. Reg. S. Iuſti.

MORSELLVS. (1) Fruſtulum, Gall. *Morceau*. Auctor Mamotrecti ad cap. 23. Eccleſiaſtic. *Infrunitus, guloſus, qui ſaporem non quaerit in Morſello quem deuorat ſemicoctum*. (2) MORSELLVS TERRAE, agri portiuncula, quomodo Galli etiamnum dicunt, *un morceau de terre*, in Monaſtico Anglic. tom. 2. pag. 82. Charta an. 1289. in Chartular. S. Vandreg. t. 1. p. 289.

† MORSERIVM, fruſtum, Gall. *Morceau*.

MORSI, pro Momordi, in Miracul. S. Zitae tom. 3. Aprilis pag. 525. *Vna ſerpens Morſit ſibi in calcaneo*.

MORSICARE TENALEA, ſontis carnes laniare forcipe, Gall. *Tenailler*. Chron. Mutin. apud Murator. t. 15. col. 613. Apud Apuleium *Morſicare* eſt ſaepius mordere.

MORSVS. (1) Buccella, fruſtum. Gloſſae Iſonis: *Offas, morſus*. Hinc (2) Fibula, *Fermail*, *Morſus fibulae*, ap. Tertull.

Digitized by Google

Tertull. lib. de Pallio cap. 6. Virgil. lib. 12. Aeneid.

. . . *et lateram iuncturas fibula mordet.*

Matth. Pariſ. ann. 1250. *Firmaculum quod vulgariter Morſus dicitur, aunlſit.* Idem in Vitis Abbatum S. Albani: *Capam vnam purpuream, Morſu et taſſellis cariſſimis redimitam.* (3) Stimulus conſcientiae, Gall. *Remords.* apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 71. (4) Roſtrum, Gall. *Muſeau.* Charta ann. 1309. tom. 1. Hiſt. Dalphin. p. 98. (5) MORSVS INFERNALIS, morbi genus, idem, vt videtur, quod *ſacer ignis.* Charta ann. 1226. apud Marten. in Itinerar. 28. pag. 102. V. *Ignis.* (6) MORSVS, et REMORSVS, CANDELARVM, f. reliquiae, Gall. *les Reſtes.* Ordinatio Hoſpitii S. Ludouic. Reg. Franc. ann. 1261. edita in Notis ad Ioinuillam de Valletis Camerae: *Quilibet eorum habet vnum valletum, ad curiam comedent, pro roba 100. ſol. per annum, quilibet partem ſuam aequaliter Morſuum candelarum.* Infra: *Candelam, fabricam, et partem ſuam Remorſuum candelarum, ſicut Valleti Camerae.* (7) Petrus de Creſcentiis lib. 9. de Agricult. c. 1. de Equorum aetate: *Maſticare equorum eſt per dentes molares: dentes autem primi, quos tibi mittant, ſunt duo ſuperiores et duo inferiores, qui vocantur primus Morſus, et vocatur pullus primus Morſus, quod quidam dicunt fieri ſecundo anno, etc.* Hinc prouerbium, *Prendre le mors aux dents.* (8) † MORSVS MALVS, fraus, fallacia, vt videtur, in Ch. Mſ. a. 1166.

MORTA. (1) Locus in quo aqua Fluuii ſtagnat, et quaſi mortua videtur, vnde vocis etymon. Charta Thoſſiacenſis ann. 1404. (2) † Lignum vt videtur, tigni ſpecies. Stat. Taurin, V. *Morella 2.*

† MORTAILLIA, ius domini in bona hominum *manus mortuae* defunctorum. Ch. a. 1213. apud Thaumaſſer. in Conſuet. Bitur. Germ. der Todsfall. V. *Mortalia 2.*

MORTAILLIABILIS, qui ſeruituti *mortuae talliae* ſeu *manus mortuae* obnoxius eſt. *Mortaillable.* Charta Caroli VII. Reg. Franc. ann. 1446. ap. Thomaſſerium in Biturig. p. 107. V. *Mortalia 2,*

MORTALAGIVM, quod ex mortuis ſeu ex decedentium legatis, Eccleſiis obuenit. *Ius Mortalagii,* in Charta ann. 1192. apud Gallendum in Notitia Eccleſiae Dignenſis pag. 139. Alia Raimundi Archiep. Arelatenſis ann. 1166. apud Sammarthanos: *Cum coemeteriis et Mortalagiis, et cum omnibus ad ipſas Eccleſias pertinentibus.* Mox: *Deinde dimidiam partem Mortalagii et omnium obuentionum mortuorum, etc.* MORTALITAS, eadem notione. Charta ann. 1103. apud Sammarthanos in Archiep. Arelat. Eſt et *Mortalagium,* ius quod domino competit in bona decedentis Vaſalli, cum de iis teſtamento minime diſpoſuit. Charta an. 1315. tom. 1. Hiſt. Dalphin. pag. 108. V. *Mortalia 2.*

MORTALE PECCATVM, quod mortem aeternam infert, paſſim. Pro *crimine,* cuius poena mors eſt. Capitula Caroli M. de Partib. Saxoniae cap. 13. *Si quis pro his Mortalibus peccatis latenter commiſſis ad Sacerdotem confugerit, etc. Mortalis culpa,* in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 5. *Mortale crimen,* tit. 6. cap. 3. §. 1. et in Concilio Colonienſi can. 56. apud Abbonem Floriac. in Canonib. cap. 36. *Mortifera crimina,* in Inquiſitionibus Synodalibus c. 56. apud Reginonem lib. 2. de Eccleſiaſtica diſciplina cap. 5.

MORTALIA. (1) S. Auguſtin. Enarrat. in Pſ. 78. *Mortiſcinia* (θνησιμαῖα) *dicuntur mortuorum, Mortalia vero viuorum corporum nomen eſt.* Eadem habet Beda lib. de Orthogr. V. eumdem S. Auguſtin. in Pſalm. 8. (2) Idem quod *Mortua manus,* quaſi *mortua tallia,* vel *mortui tallia,* quod ſcilicet poſt mortem alicuius exigitur. *Mortaille,* vnde eidem ſeruituti obnoxii, *Mortaillables* dicuntur in Conſuetud. Marchenſi cap. 17. art. 125. 126. 127. etc. vbi eiusmodi ſerui, a ſeruis conſuetudinariis (*Conſtumiers*) diſtinguuntur. Charta ann. 1269. in Tabul. Virzion. *Hominem Stephani*

de Mellano Militis et Marquisiae matris suae, de capite et corpore talbabilem et explectabilem et de Mortalia ad voluntatem eorum. Priuilegia S. Palladii ex God. MS. Coislin. n. 522. pag. 1. *Quietamus ab omnimodo iugo seruitutis, seruicii, talliae Mortaliae etc.*

MORTALIS, V. *Mortale.*

MORTALISSIME PECCARE, grauissime, in Summa Magistri Pauli apud Duellium tom. 1. Miscell. pag. 72.

MORTALITAS. (1) Pestis, lues, quae in populo grassatur. Gloss. Graec. Lat. Θνῆσις, *Mortalitas, Mortalitas animalium*, in Capitul. 2. a. 810. et in Epist. Ludouici Pii a. 828. etc. (2) Pro *Mortalagium*, V. in hac voce. (3) Clades, strages, Gall. *Carnage, Massacre.* Memoriale Potestat. Regiens. ad ann. 1229. apud Murator. to. 8. col. 1107. V. *Mortarium 3.*

MORTALITER, lethaliter, Gall. *Mortellement.* Bartholomaei Scribae Annal. Genuens. ad ann. 1239. apud eundem Murator. tom. 6. col. 480.

† MORTALOGIVM, necrologium, in Necrol. Auenion. V. *Mortilegium.*

MORTAREISIVM, querneus, ni fallor, puluis coriarius, quo coria subiguntur; quod in mortariis contundatur, sic dictus videtur. Statuta Montis Regal. fol. 270.

MORTARIOLVM. (1) Vel MORTARIOLVS, Bollandistis, igniariae marchinae genus aliquod. Miracula S. Angeli Mart. tom. 2. Maii pag. 87. Acta S. Humilitatis tom. 5. Maii p. 217. Adde tom. 2. Aprilis pag. 364. V. *Mortarium 1.* (2) Species pulmenti, idem quod *Mortairol.* Statuta an. 1208. in Archiuis S. Victoris Massil.

MORTARIVM. (1) Tormenti bellici genus; Gall. *Mortier.* Epistol. ann. 1480. apud Ludewig. to. 5. Reliqu. MSS. p. 291. Adde Rymer. to. 15. p. 213. (2) Arenatum, Germ. Mörtel, Gall. *Mortier.* Liber Miracul. S. Sulpitii Episc. Bituric. *Mortarium arripit, illudque in gremio caeca mulier proticit.* (3) Vt *Mortalitas 3.* Laudes Papiae apud Murator. tom. 11. col. 21. (4) † Idem videtur quod *Moria 2.* apud Murat. to. 5. An pag. 419. (5) † Stagnum, aquae stagnantis receptacul Ch. ann. 1137. V. *Morta 1. teria.*

MORTARIVS, pro *Mortarium un Mortier.* Inuentar. vtensil. bul. Compend. *Duos Mortar pestallis suis et 10. sedes qu etc.*

MORTAS, pro *Mortuae*, vt vide Form. Vet. Andegau. 24. tom. 4 nalect. Mabill. p. 248. *Quasi ani lia per sua menata eos ducere hui set, et ipsa animalia per sua, a lia aliquas Mortas fuerant, et pecora illi excorticassit, posteaque M tas fuerunt.*

MORTAVDIRE, MORDAVTVS, V. *Morth.*

MORTEA, († pulmenti genus ex p ne et lacte, Germ. Mährte.) C suetudines Monast. Floriac. *Ipso in refectorio ad prandium Morteas. nerale piscium, mortariola, pisanc de optimo vino debemus habere, a coenam trutas.* † Ibidem: *Pro Mortearum facias signum panis e ctis, quia ex vtroque fit.* Proinde idem quod *Mortia* Barberino, Gloss. ad Documenti d'amore, f men de crassiore lucanica bene interpretatus Vbaldinus in suo L xico.

MORTELLA. (1) Processus de Vit Thomae Aquin. n. 39. *Vidit ea sanum et laborantem cum dicto hi chio de arte Mortellae, de qua consu rat laborare in dicto Monasterio.* I certum viris doctis, cuiusmodi fue *Mortellae* ars. Fortassis ars est materiariae, a Gall. *Mortoise*, quae materiarios artifices spectat; nisi officium crassiores lucanicas, G *Mortadelles*, condiendi referas, tamen id artem dixeris. V. *Mortarium 2.* Erunt fortean, qui a finp triturando vocis etymon accersa *Morteile* enim etiam nunc pro *Mortarde* vsurpant rustici Dumbens († Forte est ars *mortarium* subigendi. V. *Mortarium 2.*) (2) Vox Italica, myrti granum. Acta S. Abb. Pulsan. to. 4. Iunii pag. 42. (3) Mortarium, Gall. *un Mortier.* Vi

S

Digitized by Google

. Coëmgeni tom. 1. Iunii pag. 15.

R TENTARIVS, vt *Mornatensius.* ibi.

ORTERIA, palus, locus, vbi aqua agnat, in Ch. Mſ. a. 1279. V. *Mortrium* 5.

R TERIVM. (1) Mortarium. Inentar. ann. 1342. in Tabular. S. ictoris Maſſil. *Vnum Morterium et unum peſtellum.* (2) Arenatum, non mel, in Reparationibus MSS. Seneſalliae Carcaſſon. a. 1436.

R TGATGIVM, V. in *Vadium.*

RTH, MOROTH, MORDRVM, VRDRVM, etc. homicidium, ex axonico *Morth, mors, letum, perdio, interitus:* vnde *Morth-lag, hoiciđa, Morth-lage, homicidium.* Paias: *Mordon, i. e. homicidium in bſconſo, in Lege Longobarda.* Ita 1SS. Editus habet *Morbou.* Eadem ex Longob. L. 1. tit. 2. §. 8. *Omnes egales cauſae, quae ad manum Regis ertinent, vnde compoſitio expectatur ut culpa quaeritur, dupliciter ſecunum antiquam conſuetudinem componantur, excepto mundio de libera, aut Morth, aut aliis quae ſimiles ſunt, vne ɣoo. ſolid. indicantur.* MORTH, n Edictus Rotharis Regis Longob. itulus 5. inſcribitur de *Moroth,* vbi gitur de eo qui *homicidium in abconſo perpetrauerit.* † MORDTHOVM, in Vet. Poenit. Cod. 3878. ORCHIDVM. Concilium Moguniacenſe: vbi Lindenbrogius et alii *nortridum* praeferunt. V. Capitul. 4. nn. 803. cap. 12. MORDAD. Conſuetudines Arkenſes ann. 1231. in Tabular. S. Bertini. MORTRAIDVS. Conſtitutio Fridr. I. Imp. an. 1158. pud Goldaſtum to. 3. Conſtit. Imp. . 231. MORDRVM, eadem origine t notione. Lex Saxon. cap. 1. §. 6. MORDVM. Conradus Vrſpergenſis n. 1198. *Vnde et illi rei habiti ſunt, le tali Mordro.* MEVRTRVM. Charta Henrici domini de Salico a. 1031. MVLDRVM. Charta ann. 1230. in Tabular. Centul. MVLTRVM. Charta Hugonis Vicecom. Bruciae an. 1282. in Tabular. Floriac. MVLTRICIVM, in Legibus Norman. cap. 55. apud Ludewig. tom. 7. Reliqu. MSS. p. 257. MVLTRIVM. Charta Roberti Magdun. domini a. 1177. apud Thomaſſerium Conſuet. Bituric. p. 73. MVRDIFICATIO. Conſuetud. Furnenſes in Archiuo Audomar. MVRDREDVM. Charta Elizabethae Reg. Angl. ann. 1566. ap. Rymer. to. 15. p. 660. MVRDRVM. Charta Henrici Regis Angl. a. 1134. in Hiſt. MS. Monaſt. Beccenſis p. 36. MVRTRE, in Charta Bernardi de Turre, an. 1256. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 510. MVRTRVM. Statuta Ludouici VIII. Reg. Franc. ann. 1223. apud Acher. tom. 1. Spicil. p. 646. MVTRVM, in Charta a. 1265. in Tabular. S. Albini Andegau. MVRDRVM, vox quae paſſim occurrit, Gallis *Meurtre. Murdrum,* autem *homicidium furtim factum* definitur in Charta Willelmi Comitis Pontiui ann. 1250. in Hiſt. Eccleſ. Abbatis-Villae cap. 46. Lex Bajwar. tit. 18. §. 1. *Si quis liberum occiderit furtiuo modo, et in flumen eiecerit, vel vitalem locum, vt cadauer reddere non quiuerit, quod Bajwarii Murdrido dicunt, etc.* Lex Friſionum tit. 50. §. 2. *Si quis hominem occiderit et abſconderit, quod Mordritum vocant, etc.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 92. *Murdritus homo antiquitus dicebatur, cuius interfector neſciebatur; vbicunque quomodocunque eſſet inuentus, nunc adiunctum eſt, licet ſciatur quis Murdrum fecerit. Homicidium per proditionem,* ap. Matth. Pariſ. ann. 1216. de Iohanne Rege: *Arthurum nepotem ſuum propriis manibus per proditionem interfecit, peſſimo mortis genere, quod Angli Murdrum appellant.* Ita *murdrum* opponitur homicidio, quod *per infortunium* fit, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiae cap. 15. §. 4. ſeu *calore iracundiae, videlicet Chaudemelle,* in Statutis Roberti II. Regis Scotiae cap. 3. Duplex autem ſtatuitur *murdrum,* in Legibus Malcolmi Regis Scotiae cap. 15. *publicum et priuatum. Publicum murtrum,* quod et *apertum* dicitur, quod in loco publico coram teſtibus fit. *Priuatum, cum aliquis eſt interfectus, vel ſubmerſus vel in aliquo loco inuentus.*

Digitized by Google

MVRDRVN, *pecunia quae solet dari pro Murdro.* Hinc *quietum esse a Murdro*, in Leg. Henrici I. Regis Angl. cap. 2. hoc est, a mulctis pecuniariis, quae villanis locorum, in quibus *murdrum* perpetratum fuerat, irrogabatur. MVRDREDVM, eadem notione, in Charta Henrici II. Reg. Angl. ann. 1156. apud Kennet. in Antiquit. Ambrosden. p. 114. Haud scio an eodem significatu accipienda sit vox *Murthra*, in Charta a. 1153. apud Hickesium Dissert. pag. 36. ibi enim *Murthra* intelligitur tributum, quod de terris exigi solitum erat, a cuius praestatione immunes dicuntur terrae, quas *dominicas*, hoc est, a nullo dependentes, vocabant. *De ista eadem terra quidam Vicecomes Radulphus Picot nomine scottum et denegeldum et de Murthra et caetera quae de terris reddi solent, exigebat iniuste . . . Per iudicium totius Comitatus ostensum et diratiocinatum est, a iusticiis vel ministris Regis, vel ab alio aliquo, nihil omnino de praedictis exigi vel accipi debere . . . quia Dominica terra eorum est.* V. *Murtrare.*

MORTH-BOSCH, mortuus boscus, hoc est, siccus. Bullarium Fontanell. V. *Boscus mortuus.*

MORTIA, V. supra *Mortea.*

MORTICINIVM. (1) Vel MORTICINVM. Gloss. Lat. Graec. *Morticina*, θανάσιμα. Papias: *Morticinium, quod ab hominibus non vtitur, eo quod non occisorum sed mortuorum animalium est morbida caro, nec apta ad salutem corporis, cuius causa sumitur. Prius quidem obseruatum propter vnitatem duorum parietum. Sed nunc quis Christianus obseruet vt turdos vel minutiores auiculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est, aut leporem non edat, si manu a ceruice percussus, nullo cruento vulnere occisus est.* Theodorus Cantuar. in Capitul. cap. 83. *Qui manducat Morticinum, 40. dies ieiunet.* (2) Idem quod *Mortuarium*, de quo infra. Charta Fridr. I. Imper. ann. 1153. apud Hondium in Metrop. Salisburg. to. 2. p. 377. *Stabilimus ei vt Morticinia, quae vel dicuntur*, (quidam reponunt, *vendicantur*,) *de hom[illegible] saepe dicti Monasterii, vbicunq[illegible] functi fuerint, Monasterio sal[illegible] et custodita nec in eis alicuius [illegible] bertate iniuriam patiatur.* (3) [illegible] tifer et grauis morbus. Mira[illegible] Gengulphi tom. 2. Maii pag[illegible] (4) † Licentia tenendi possessi[illegible] *manu mortua*, Gall. *Amortis[illegible]* vnde *morticina possessio*, apud [illegible] pin. de Leg. Andium. V. *M[illegible] catio.*

† MORTICINIVS, mortuus, di[illegible] de ligno exsiccato, Ital. *Morticino*, [illegible] Stat. Taurin.

MORTICINVS, lethalis, ibid. pag. 654.

MORTIDATOR, homicida, idem qui *Murdritor*, Gall. *Meurtrier.* Lambertus Ardensis. V. *Morth.*

† MORTIETVM, arenatum, Gall. *Mortier.* Comput. Ms. ann. 1386. V. *Mortarium 2.*

MORTIFERABILITER, lethaliter. Vita S. Bibiani Sancton. Episc. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 767.

MORTIFEROR, νεκροῦμαι, *interimor.* Gloss. Lat. Graec. MSS. Sangerm.

MORTIFICARE. (1) Idem quod *Amortizare*, de qua voce supra, in manum mortuam ponere. Charta ann. 1280. in Tabular. Prioratus S. Nicasii de Mellento fol. 40. (2) Pro morti dare, occidere. Venericus de Vnitate Ecclesiae conseruanda. pag. 24. *Quaerebant omnibus modis Mortificare Regem Henricum.* (3) Grauiter vulnerare, mutilare. Charta ann. 1244. tom. 1. Hist. Dalphin. p. 22. V. *Mahamium.* (4) Corpus macerare, poenis affligere, Concil. Ilerdense inter Hispan. tom. 2. p. 283. (5) Forte pudore suffundere. Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Reg. apud Murator. to. 8. col. 606. *Irruunt quidem equites numero forte mille in Saracenos praedictos, quod Mortificati vniuersaliter cum arcubus, et quodammodo facti exanimes solo metu, se nemine adhuc percutiente, prosternuntur.* (6) Abrogare, rescindere. Statuta Astens. cap. 10. fol. 26.

(7) †

Digitized by Google

(7) † Extinguere, tom. 6. Aug. p. 822.

MORTIFICATIO. (1) Gall. *Amortiſſement*, licentia, tenendi poſſeſſionis in manu mortua. Sine domini feudalis permiſſu non licebat eccleſiis aliisque communitatibus aliquod praedium tenere, ſiue emptum, ſiue datum, vltra vnius anni ſpatium, debebantque illud *extra manum ſuam ponere*. Hinc illa nata lex dandi *hominem morientem et viuentem*, quo nomine bona ab eccleſiis occupata domini feudalis iuri caducario aliquatenus ſunt obnoxia; communitates quippe ſunt caducariae legis peremptoriae clientes, propter quamdam immortalitatem, corporis; In Tabular. Calenſi omnes Chartae, quibus caducaria lex aboletur, ſic inſcribi ſolent, vt p. 158. *De Mortificatione facta ab eccleſia Calenſi abbati et conuentui Frigidimontis.* V. *Mortificare 1.* et *Admortizatio.* (2) † Coercitio, cohibitio, in Capit. Caroli M. ann. 859. to. 7. Collect. Hiſt. Fr. p. 635. V. *Mortificare 4.*

MORTIFICATVRA. (1) Vulnus leue, ſine ſanguinis effuſione. Vitalis Epiſcopus Oſcenſis. V. *Ictus orbus.* (2) † Abrogatio, reſciſſio, in Stat. Mont. V. *Mortificare 6.*

MORTHILEGIVM, necrologium, in quo nomina benefactorum defunctorum inſcribuntur. Charta an. 1513. apud *Madox* in Formul. Angl. pag. 272.

† MORTILOGIVM, liber de morte diſſerens, apud Oefel. to. 1. Script. p. 630.

MORTIMANVS, V. *Manus mortua*, in *Manus 3.*

MORTIMENTVM, idem quod *Manus-mortua.* Charta ann. 687. apud Miraeum, to. 2. p. 1125.

MORTINA, vox Italica, Myrtus. Chron. Eſtenſe ad an. 1347. apud Murator. to. 15. col. 442.

MORTITIVM, caducum, ius caduci, *mortua manus.* Charta Tancredi Comitis Licii ann. 1185. apud Vghell. tom. 9. pag. 67. *Et aquarium iuxta eum, qui ex parte Mortitii ad noſtras peruenit manus, et quicquid Mortitii habemus in terricellis iuxta Eccleſiam.* Occurrit in Conſtitut. Sicul. L. 1. tit. 84.

MORTITIVVS. Monaſticum Anglic. tom. 2. p. 114. *Praeterea conceſſi eis ad pellicias Fratrum, omnes pelles agnorum de omnibus maneriis meis, . . . tam de his quae eduntur, quam de Mortitiuis*, Id eſt, quae moriuntur. *Carnes Mortitiuae*, in Statutis Auen. MSS. V. *Morina 1.*

† MORTIZATIO, conceſſio in manum mortuam, Gall. *Amortiſſement.* Stat. eccleſ. Barchin. ann. 1423. V. *Mortificatio 1.*

MORTORIVM, pro *Mortarium.* Charta ann. 1329. in Tabul. S. Victoris Maſſil. *Item vnum Mortorium cum ſuo triſſono.*

MORTRAIDVS, homicida, V. *Morth.*

MORTVA. Vim vocis docet Concil. Tarrac. an. 1591. inter Hiſpan. t. 4. pag. 530. *Singulares perſonae tam eccleſiaſticae quam ſeculares, huiusmodi pecuniis indigentes, vt cum minori incommodo eas habere poſſint, per vendtiones annualium cenſualium, quae Mortua nuncupantur.*

MORTVAGIVM, idem quod mox *Mortuarium.* Bulla Clementis V. PP. an. 1309. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. p. 461.

MORTVAMANVS, V. *Manus mortua.*

† MORTVARE, in manum mortuam ponere, Gall. *Amortir.* Necrolog. S. Io. in Valle. V. *Mortificare 1.*

MORTVARIVM. (1) Ius illud dicitur, quod Eccleſiae ſeu illius Rectori debetur, cum quis decedit quod ius, *canonica portio* dicitur, in Statutis Eccleſ. Cadurc. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 736. Germ. der Todfall. Quippe *ſi decedens* parochianus *tria vel plura cuiuscunque generis in bonis ſuis habuerit animalia, optimo, cui de iure fuerit debitum, reſeruato, Eccleſiae ſuae, a qua Sacramenta recepit, dum viueret, ſine dolo, fraude, ſeu contradictione qualibet, pro recompenſatione ſubtractionis decimarum perſonalium, nec non et oblationum, ſecundum melius animal reſeruatur poſt obitum, pro ſalute animae ſuae, huiusmodi liberandum. Quodſi duo tantum in bonis decedentis extite-*

Digitized by Google

rint animalia, de manſuetudine Eccleſiae exactio quaelibet nomine Mortuarii remittitur. Eodem *mortuarii* nomine deſignatum reperimus tributum, quod a dómino poſt mortem vaſalli exigebatur, niſi fortean et illud inter iura eccleſiaſtica a laïcis vſurpata recenſeas, atque adeo a iure *mortuarii*, de quo mox dictum eſt, indiſtinctum velis. Charta an. 1348. ap. Kennet. Antiquit. Ambrosden. p. 470. *Iurati praeſentant . . . quod Willelmus Foul, qui de domino tenuit vnum meſſuagium . . . . diem ſuum clauſit extremum, et debentur domino nominibus lieriettae et Mortuarii, 2. vaccae pret. XII. ſol.* V. *Mortalia* 2. (2) MORTVARII appellatione, in Statutis Ordinis Hoſpitaliorum S. Iohannis Hieroſol. tit. 5. §. 4. tit. 17. §. 1. tit. 19. §. 16. intelliguntur *fructus Commendae, qui colliguntur a die obitus Commendatarii ad proximum feſtum Natiu. S. Iohann. Baptiſtae.* (3) Necrologium. Ludewig. tom. 8. Reliqu. MSS. p. 223. (4) † Funus, exequiae, i. q. *Mortuorium*, in Ch. Mſ. a. 1308.

MORTVATVS, morti datus, occiſus, ſeu potius per *morth*, id eſt, *murdrum*. Capitula ad Legem Alamannor. c. 23. Edit. Stephani Baluzii. V. *Morth.*

MORTVORIVM, funus, Gall. *Enterrement.* Epitome Conſtit. Eccleſ. Valent. inter Concil. Hiſpan. tom. 4. p. 199.

MORTVOSVS. (1) Mortuo ſimilis. Caelius Aurelian. lib. 1. Acut. c. 3. (2) † Morticinus, dicitur de carne animalis ex morbo mortui. Conſuet. Carcaſſ.

MORTVVS, pro *Occiſus*. Hiſtor. Cortuſior. lib. 1. cap. 13. MORTVVM, *ſuper mortuum ponere.* V. *Biſonum.* MORTVVS SAISIT VIVVM, Gall. *Le mort ſaiſit le vif*, Practicis Gallicis eſt, cum haeredis et defuncti poſſeſſio cohaeret et continuatur. Charta Caroli Reg. Franc. an. 1322. apud Miraeum tom. 1. pag. 308. V. Gloſſ. Iuris Gall. in hac voce. † MORTVORVM DIVISIO, quod ex decedentium legatis eccleſiis obuenit. Ch. an. 1154. † MORTVVS ET VIVVS, dicitur Cenſus, qui pr cultate depaſcendi, in pecuni pecude ſoluitur. Ch. Mſ. an. † MORTVVS CENSVS, qui r nequit. Conſtit. Mſ. Feder. Arag.

MORVA, Gall. *Moruë*, piſcis g Charta an. 1309. to. 1. Hiſt. Dal p. 98.

† MORVBVLA, horreum videtu quo decimae reconduntur. Ch. 962. tom. 9. Collect. Hiſt. Franc 699.

MORVCLA, boletorum ſpecies, Gallis *Morille.* Monachus Sauinienſis, in vita S. Matthaei Abbatis Cluniac. cap. 14.

MORVISIVS, ita dicta moneta aurea, Alphonſi Regis Hiſpaniae, voce, vt videtur, detorta ex *maraudinus.* De hacce monetae ſpecie multa commentatus eſt Couarruuias in Collat. veterum numiſmatum, cap. 6.

MORVLA, breuis mora. Bernhardi de Breydenbach Iter Hieroſol. p. 274.

MORVLARE, moram trahere, manere. Guillelm. Gemmet. lib. 2. Hiſt. Norman. c. 8. *Cumque diu Morulans Walgras depopularet.*

MORVLI, *verberibus atriores facti, a moris nigris dicti.* Amalth.

† MORVLVM, dimin. a *Morum*, in Gloſſ. Prou. Cod. 7657.

† MORVLVS, a Gall. *Mors*, frenum, in Ch. Mſ. a. 1361.

MORVS. (1) Forte moroſus, in Charta Alfonſi Reg. Aragon. V. *Maix.* (2) Locus paluſtris. V. *Mora* 2.

† MORVTA, vel MORVCA, piſcis genus, Gall. *Morue.* Comput. Mſ. a. 1244. V. *Moruа.*

† MOS, penſiratio, quae ex more praeſtatur, in Ch. Mſ. a. 1235. V. in *Conſuetudo.*

† MOSAGIA, *lo fluxo de ſangue*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. pro *Moragia.*

MOSAICVM, V. *Muſiuum.*

MOSARABES, dicti Chriſtiani in Hiſpania, qui ſub Arabum dominatu viuebant, quaſi mixti Arabibus, vti cenſet Stephanus Praecentor Vlyſſiponenſis de Miraculis S. Vincentii Vlyſſipone editis, cap. 1. n. 3. Surita lib. 1. Indic. Aragon. aera 752. et ex iis Baronius anno 633. num. 87.

Quippe

Quippe *Musa* Arabice Christianum significat, vt auctor est Blanca ann. 714. quod etymon attigit Iulianus Toletanus, cui *Mixtarabes* dicuntur. Alii volunt Mosarabes dictos a Muza Arabum duce, qui Hispaniam domuit. Horum Officium diuinum, *Mosarabis* inde appellationem retinuit, iam olim, et maxime D. Leandri Hispalensis et D. Isidori temporibus vsitatum. Imo hoc vsa est Hispania vsque ad Alphonsum VI. quo tempore auctoritate Gregorii VII. PP. mutatum est, aera 1109. vt est in Charta Ramirezii Regis Aragon. descripta in Hist. Pinnatensi lib. 3. cap. 16. licet et Toleti adhuc in sex Parochiis seruetur, et in Cathedrali Ecclesia in sacello Fratris Francisci Ximenes, ac Salmanticae statis diebus in sacello Doctoris Talabricensis. Ordinem vero diuini istius officii descripsit et edidit Eupenius Roblesius, ex quo in Bibliothecam Patrum relatus est, to. 6. vlt. Edit. MORABIDES, perperam, ni fallor, pro *Mosarabes*, editum in Chronico Mauriniacensi p. 379.

† MOSATA, praestationis species ex vino, vel modus agri vineis consilus. Ch. Ms. a. 1350. V. *Morada* et *Morata*.

† MOSCADVS, maculis, quasi muscis distinctus, Ital. *Moscado*. Ch. a. 1339. V. *Moscosus*.

MOSCATELLVS, Ital. *Moscadello*, Apiana vua, Gall. *Raisin Muscat*. Statuta Estens. cap. 97. fol. 35. V. *Muscatellus*.

MOSCHEDA, templum Mahumetanorum, Ital. *Moschea*, Gallis *Mosquée*. Continuat. Chronic. Andr. Danduli ad ann. 1291. apud Murator. to. 12. col. 403. V. *Meschita* et *Muscheta*.

† MOSCHETA, idem, t. 1. Aug. p. 78.

MOSCHETTA, telum quod balista validiori emittitur. Chron. Estense ad ann. 1309. apud Murator. to. 15. col. 365. V. *Muschetta*.

MOSCHETTVM, V. in *Muscarium*.

MOSCHVS, MOSCVS, V. *Muscus*.

MOSCIA, telae tenuioris species; Picardis *Musquinier*, qui eiusmodi telas texit. Gobelinus Persona in Cosmodromio cap. vlt. V. *Melocineus*.

† MOSCLARIS, hamus, Massil. *Musclau*. Ch. Ms. a. 1252.

† MOSCOSVS, i. q. *Moscadus*, in Ch. a. 1339.

MOSENA, species bladi, *Mousseue* apud inferiores praesertim Occitanos, Vasconibus *Mouzene*. Sententia arbitralis ann. 1292. inter abbatem et consules de Gimonte: *Alia vero blada quae ligari non possunt, in eorum paleis vt est milium, fabae et Mosena, et alia similia partiantur.*

† MOSSENA, in Gloss. Prou. Lat. V. *Mossola*.

MOSIBVM, MOSIVVM, V. *Musiuum*.

† MOSICHA, *pocha*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

MOSLEMES, V. *Musulmani*.

MOSNARE, f. mansio, domus molitoris. Charta Oliuerii abbatis S. Iohannis Angeriac. an. 1285. in Tabular. eiusd. monast. p. 196. *Item praedictum Mosnare nostrum situm subtus molendina de Cadreto in aqua . . . cum omni iure et deuerio quod habemus et habere debemus in dicto Mosnari, et aqua et circumstantiis ipsius.*

† MOSNERIVM, molendinum, vel aqua, qua mola versatur. Chartul. S. Ioann. Angeriac. V. *Mosnare*.

† MOSO, *lo factore*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

MOSSA, V. *Mussa* 2.

MOSSEN, in Aquitania, Occitania, Vasconia, Benearno, et alibi, voce composita ex *Mos* et *Sen*, quasi diceres *Meus Senior*, idem esse quod Francis *Messire*, observat Petrus de Marca lib. 3. cap. 9. Marcae Hisp. col. 261.

MOSSES, locus vliginosus, stagnum. Anglis *Mosse*. Cambdenus in Descriptione Lancastrensis agri. V. *Mussa* 2.

MOSSICLVM, in Gloss. Saxonico Cottoniano; in alio *Mosicum*, *Rogu*. Voces admodum incertae. Legendum forte ex Somnero *Mosylicum*, et Rubus Mosylicus intelligendus.

† MOSSOLA, i. q. *Mosena*, in Ch. Ms. a. 1469.

MOSSVS, dimotus, seu luxatus. Processus de S. Thoma Aquinate to. 1. Martii pag. 695. *Ex qua percussione*

Digitized by Google

os ipſius brachii quod iungitur cum humero, eſt as totaliter Moſſum et fractum.

† MOSTA, penſitatio pro molitura frumenti, f. pro *Molta*, in Ch. a. 1209.

MOSTALE, ſpecies tenementi, ad excolendum ſub onere praeſtationis, cenſus et operarum conceſſi. Charta an. 812. to. 2. Annal. Benedict. p. 719. V. *Motalis*.

† MOSTARDERIA, a Gall. *Moutardier*, in tritae ſinapis vaſculum, in Inſtr. a. 1438. V. *Muſtarda*.

† MOSTASAFVS, publicarum menſurarum et ponderum curator, aedilis, in Hiſpania; MOSTASAFIA, eius officium. Ch. Mſ. Petri III. Arag. a. 1339. MVSTAÇAFVS, et MVSTAÇAFIA, in ead. Ch.

MOSTAYLA. Charta an. 1327. in Tabul. S. Victoris Maſſil. *Tertia menſis praeteriti fecit carricari LXII. giaras alquitrani, et tria pondera de Moſtayla.* An muſtela ſeu muſtelinae pelles? Gallis olim *Mouſtoille* vel *Mouſtille*, pro muſtela, *Belette*.

MOSTELLVM, φάσμα, *Monſtrum*. Supplem. Antiquarii et Gloſſ. Lat. Graec. MSS. Sangerm. † An *Monſtrellum?*

MOSTERINVM. Anonymus, quem Nicolaum de Iamſilla eſſe docet Murator. tom. 8. col. 576. de Rebus geſtis Friderici II. Imp. pag. 843. *Inter quos currus vnus inuentus eſt. Moſterinis et ſtabellis tantum oneratus, quae pro infirmis deferebantur ad muſtas depellendas, vel ad refrigerium caloris incendii faciendum, et aliis rebus medicinalibus oneratus, etc.* Codex alter apud laudatum Murator. habet: *Moſternis*. Legendum *Moſcherinis:* muſcarium enim Italis eſt *moſcherino*, voce a Latino formata.

MOSTIERA, V. *Molta* 2.

† MOSTILLVS, MOSTVLVS, *dimin. a Mos, coſtuma, Prou.* Gloſſar. Prou. Lat. Cod. 7657.

† MOSTONAGIVM, tributum ex veruecibus ſeu *mutonibus*. Ch. Mſ. a. 1358. V. *Multonagium*.

MOSTRA. (1) Pro *monſtra*, militum recenſio, ab Ital. *Moſtra*. Charta an. 1372. apud la Faille, to. 1. Annal. Toloſ. inter Inſtrum. p. 96. V. *Monſtrum* 1. (2) † Oſtenſio, ſpecimen, Ital. *Moſtra*, Gall. *Montre*. Ch. a. 1454. (3) † Inſtrumentorum habitio, quibus quis in iure ſe titimum poſſeſſorem rei alicuius demonſtrat. Areſt. Mſ. a. 1331. (4) † MOSTRA, MOVSTRA, certa menſura nemoris, quae *monſtratur*, i. e. deſignatur caedenda. Ch. Mſ. a. 1263. V. *Monſtrata*.

MOSTVLVS, V. *Moſtillus*.

MOSTVRANGIA, V. *Mouſturangia*.

MOSVM, vel MOSVS, f. pro Manſum. Regeſt. feodor. Campaniae fol. 82. apud D. Bruſſel to. 2. de Vſu feud. p. 946. *Henricus de Hans, ligius poſt Comitem Barriducis, et Comitem Grandisprati, vt dicit; de his quae Comitiſſa Sueſſionenſis tenuit apud Hans; ſcilicet de boſco, Moſo et charuagio.*

MOTA. (1) Collis ſeu tumulus, cui inaedificatum caſtellum, idem quod in Delphinatu aliisque prouinciis *Poypia* nuncupatur. V. in hac voce, *Mote*, in Conſuetud. Aruernenſi cap. 12. art. 51. *Mote Seigneuriale*, in Conſuetud. Trecenſi arr. 14. et Caluimontenſi art. 8. Lambertus Ardenſis pag. 147. *Motam altiſſimam, ſine dunjonem eminentem in munitionis ſignum firmauit, et in aggerem concerauit.* Orderic. Vitalis lib. 10. p. 772. *Et fortiſſimam, quam apud Balaonem poſſidebat, Motam Regi tradidit, per quam totum oppidum aduerſariis ſubactum paruit.* V. *Mota* 1. *Mota* vero ea notione duplicis eſt generis: vna, quae praecipuum eſt feudi manerium, de qua Conſuetud. Trecenſis tit. 2. art. 14. *Le principal chaſtel ou maiſon, fort, Mute, ou place de maiſon ſeigneuriale.* Altera, quae in *villenagio* poſſidetur, cuius tenentes in Annal. Fuldenſibus dicuntur *homines Motales* et *Motales ſerui*, quorum conditio eadem eſt, ac eorum qui *ſerui glebae*, Gall. *Mortaillables*, nuncupantur. V. Cuſtumar. gener. to. 4. part. 1. p. 411. et ſeqq. MOTTA, eodem ſignificatu. Charta ann. 1112. apud Muſnier in Auguſtodun. part. 3. p. 44. *Confiteor teneri in feudum . . . domum*

Digitized by Google

num et Mottam meam de Cluniaco, etc. (2) Quaeuis eminentia. Charta an. 1319. in Tabular. Montis S. Michaëlis. (3) Curia, placitum, conuentus, ex Saxonico *Gemote, conuentus.* V. in *Gemotum.* Chartular. 2. Campaniae ex Bibl. Colbert. fol. 166. apud D. Bruſſel to. 2. de Vſu feud. p. 776. *Comes habet cenſus ſuos apud Chableias, in quibus habet vendas, et homines ſuos et Motam et plateas circa Motam, et domos in Caſtro et in Burgo. Credentiae et Mottae fuerunt ſimiliter,* XXXII. in Annal. Mediolan. ad ann. 1258. apud Murator. to. 16. p. 659. V. *Muta 6.* (4) Expeditio bellica, Gall. *Muete,* t. 6. Spicileg. Acher. p. 407. V. *Mouere.* MOTIO, idem ap. Erkempertum in Hiſt. Long. (5) MOTA, MOTARIVM. Charta Philippi Regis Franc. an. 1200. in Magno Paſtorali Eccleſ. Pariſienſ. lib. 21. Ch. 21. 26. *Motas quoque et piſcationes, ſiue in Motariis ſiue in aqua mortua, ſiue in magno foſſato, etc.* († Agger, quo continentur aquae, cui conſtruendo facultas conceditur, ceſpites, Gall. *Motes* eruendi.) *Motarium* paluſtris eſt locus, vnde eiusmodi *Motae* eruuntur. Charta an. 1210. in Tabular. Calenſi p. 226. *Nos vero Anſello et hoſpitibus, qui in praedicta poſſeſſione continentur ad vſus ſuos mareſcum conceſſimus, vt Motas accipiant, et brueriam in ſcopulo.* Charta ann. 1472. apud Th. Blount in Nomolex. Anglicano. *Rogerus tradidit praefato Thomae tria ſtagna et vnam Motam piſcariam exiſtentem infra Manerium D. de Yeſſyn habenda, et tenenda praedicta tria ſtagna, et praedictam Motam cum tota piſcatione in eisdem.* V. *Motaticum.* (6) Campanula, V. *Muta 4.* (7) MOTA CANVM, ex Gall. *Meute de Chiens,* V. Prynneum in Libertat. Eccleſ. Angl. tom. 3. p. 930. 931.

MOTACISMVS, V. *Metaciſmus.*

† MOTADENCHIVM BLADVM, miſcellum frumentum. Ch. Mſ. a. 1313. V. *Mitademquum.*

MOTAGIVM. (1) V. *Motaticum.* (2) † Obligatio qua vaſſallus *placitis* domini intereſſe tenetur; *Mota* quippe i. q. *Curia, Placitum.* Ch. Mſ. a. 1361.

† MOTALDVS, idem Muratorio qui *Mundualdus,* tutor, t. 2. Antiq. p. 135.

MOTALIS, modus agri, iugerum. Tradit. Fuld. lib. 1. cap. 3. *Trado in eleemoſynam . . . quicquid proprietatis habeo, in Larungum et in Sulzidorphero Marcu, niſi tamen in Larungam 20. Motales, id eſt, iugeres et vnam vrialem.* Occurrit praeterea haec vox, ſed neſcio an eadem notione, in Charta Garſiae Regis Nauarrae aerae 1034. apud Antonium de Yepez, in Chron. Ordin. S. Bened. tom. 1. *Id eſt, de Guardia de Comite per Semitam ad vallem de Pozos, de ſurſum ad illam arboream vallis de Fabrici, et per illum Motalem vsque ad portellum medianum.* Vbi *Motalis,* ni fallor, idem ac *Mota,* eminentia. Hinc emendanda videtur Vita S. Domitiani, apud Guichenonem: *Et ipſum campum ſecundum morales defunctos, cum integritate vobis donamus.* Legendum enim cenſuerim, *Morales definitos.* † Recte *Motales* pro *Morales* emendat Cangius; ſed neſcio an non retinenda ſit vox *defunctos;* ita, vt ſenſus ſit, campum, qui mihi iure manus mortuae mortalium hominum competit, vobis donamus. Bonis quippe *Motalium* hominum ſuccedebant, domini feudales, vbi non aderant haeredes maſculi, V. in *Mota 1.*

MOTARIVM, V. *Mota 5.*

MOTATICVM, quid ſit, docet Tabul. Maioris Monaſt. Turon. ſeu Vindocinenſe Thuani, Chart. 87. *Et quidem cenſus 4. denar. de terra illa reddebatur, non tamen pro palatico, ſed pro Motatico, hoc eſt, pro eo, quod ex ipſa terra prenditur ad opus excluſae molendine illius.* Eſt ergo *Motaticum* praeſtatio, quae pro facultate eruendi *Motas* ſeu ceſpites exigitur. V. *Mota 5.* MOTAGIVM, eadem notione. Charta ann. 1225. in M. Paſtorali Eccl. Pariſ. lib. 16. Ch. 14.

MOTATIO. (1) Lis, controuerſia, qua quis a poſſeſſione amoueri poteſt. Charta apud Hickeſium Gram-

Digitized by Google

mat. Anglo-Sax. pag. 174. (2) Vulnus non graue, leuis percussio. Canones Hibern. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 6.

† MOTAVITOR, vel MOTAVITVS, artifex, sed incertum quis, in Libert. Petrae assisiae a. 1341.

† MOTELETVS, globulus, in Lit. remiss. Ms. a. 1354.

MOTELLA, diminut. a *Mota*. Charta ann. 1256. in Tabular. S. Nicasii Remensis. *Vendidit totam tenuriam iardinum, Motellam, terras, etc.* † Pro parua insula legitur, in Ch. Ms. a. 1319.

† MOTEONVS, mensurae annonariae species, Gall. *Moiteon*. Ch. Ms. a. 1278.

MOTETVM, cantus ecclesiasticus, quem *Motet* vulgo dicunt. Guillelm. Durandus de Modo generalis Concilii celebrandi cap. 19. *Videtur valde honestum esse quod cantus indenoti et inordinati Motetorum et similium non fierent in Ecclesia etc.*

MOTHA, idem quod *Mota* 1. Charta Henrici VII. Reg. Angl. ann. 1509. ap. Rymer. to. 13. p. 243.

MOTIBILIS, qui non est perpetuus, sed moueri potest. Ita autem dicitur leguleis Anglis persona, quae cum sit in aliquo statu vel dignitate, ex ea amoueri potest, verbi gratia Prior, Religiosus, proinde in iure conueniri non potest. Fleta lib. 6. cap. 6. §. 22. *In carceribus detenti Canonici, vel alii Religiosi, Motibiles, furiosi, . . . surdi, muti, . . . conueniri non poterunt. Motibilitas*, ibid. lib. 2. c. 54. §. 9. *Amotibiles* lib. 6. c. 37. §. 3. c. 38. §. 1. 4.

MOTIO, expeditio bellica, V. *Mota*.

† MOTIONEM SVMERE, e loco moueri, in Stat. eccl. S. Vulfr.

† MOTIRE, monere, declarare, a vet. Gall. *Mosir*. Ch. Ms. a. 1218. V. *Motitio*.

MOTITIO, in Statutis Ordinis Hospital. S. Iohannis Hieros. tit. 19. §. 22. vulgo *Smutitio*, *Gallica dictio est, et significat nominationem, seu pronuntiationem: Nam veteri Gallorum lingua Motir, idem est, quod dicere, nominare, vel pronuntiare. Eo vtuntur Fratres in linguis, cum declaratur cui commenda, cuius administrati conceſſa fuerit.* V. *Smutitio*.

MVNDITIA. Leges Luitprandi Regis Longobard. tit. 69. §. 1. *Si quiscunque liber homo ancillam suam pro religionis et Munditiae causa vestem religiosam induerit, etc.*

MVNDIVM, MVNDIO, ex Saxon. *Mund*, pax, securitas, protectio, tutela, tuitio, patrocinium, defensio; *mundan*, tueri, protegere. Apud Longobardos quaeuis feminae *in mundio* erant, ac puellae quidem in mundio ac tutela parentum, vel si deessent, agnatorum; feminae vero nuptiali iugo deinctae, in *mundio* erant maritorum. Quemadmodum olim feminae erant in perpetua tutela apud Romanos, vt docet Vlpianus in fragm. instit. de tutelis. Lex Longob. lib. 2. tit. 10. *Nulli mulieri liberae sub regni nostri ditione Lege Longobardorum viuenti liceat in suae potestatis arbitrio, id est, sine Mundio viuere, nisi semper sub potestate viri, aut potestate curtis Regiae debeat permanere: nec aliquid de rebus mobilibus aut immobilibus sine voluntate ipsius, in cuius Mundio fuerit, habeat potestatem donandi aut alienandi.* Capitul. Caroli M. an. 793. cap. 12. *nostri et ecclesiarum nostrarum nolumus Mundium recipere, sed ipsa nostra mancipia habere*, id est, *Pretium pro mundio*, vt habet Glossa interlinearis in vno codice regio, teste Baluzio. MVNDIVM FACERE, tutelam gerere, in Lege Longob. lib. 1. tit. 30. §. 2. CAVSA DE MVNDIO LIBERAE, inter *Regales*, seu quae ad regem pertinent, accensentur, in Lege Longob. lib. 1. tit. 27. §. 8. MVNDIVM, pro haereditaria portione in bonis paternis, in Leg. Longob. lib. 2. tit. 14. §. 8. 9. 15. tit. 35. 3. 5. MVNDIO FILIORVM, tutela, in Lege Aleman. tit. 51. §. 2. MVNDIATA mulier, quae in mundio est. In Legib[illegible] prandi Regis Longob. tit. 68. [illegible] bitur: *De Mundiata in sacra[illegible] missa, etc.* Ita tit. 109. §. 3. Ac[illegible] sae Isidori videntur legisse *mund[illegible] Freta vel Mundiana, de paren[illegible] relicta.* MVNDIVM, quaeuis p[illegible] ctio. *Ecclesiae et Monasteria, et [illegible] dochia, quae ad Mundium palatii [illegible] tinent, aut pertinere debent*, in[illegible] pitul. 5. ann. 819. cap. 5. *Qua[illegible] Mundio palatii esse noscuntur, ve[illegible] iam in Mundio episcopi, vel ceter[illegible] rum hominum*, in Capit. Pipini Reg. Ital. an. 793. c. 18.

MVNDMAN, qui in *mundio* seu tutela alterius est, qui se alterius potestati commendat, idemque qui *Commendatus:* ex *Mund*, tutor, protector, et *Man*, homo. Laudum seu sententia lata ann. 1258. apud Maximilianum Henric. in Apolog. pro Archiep. Colon. 21. *Item quod diuersi ciues et potentes recipiunt, et recipere consueuerunt populares et impotentes in suam protectionem, nominantes vulgari nomine Muntman: Ita quod quando tales populares delinquant, clandestina seruitia dant potentibus, et ob hoc ipsorum excessus defendunt.*

MVNDOBARDIA, tutela nobilis pupilli, Gall. *Garde noble.* Charta Friderici II. Imp. ann. 1235. apud Ludewig. to. 2. Reliqu. MSS. pag. 220. V. *Mundiburdis.*

MVNDVALDVM, idem quod *Mundiburdum.* Charta Vgonis et Lotharii Regum Italiae c. 934. ap. Vghellum to. 2. p. 123.

MVNDVALDVS. (1) Tutor, qui tenet in *mundium*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 16. §. 8. Charta Richildae Comitissae ann. 1085. in Bullario Casin. tom. 2. p. 77. *Bonifacius marchio iugale et Mundualdo meo.* MVNDOALDVS, eadem notione, in Charta ann. 1033. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 98. (2) Procurator, quia partes alterius tuetur. Constitut. Caroli II. Reg. Siciliae lib. 2. tit. 44. Edit. 1560. p. 189.

MVNDVS. (1) Vulgo *Saeculum*, Gall. *le Siecle.* Epitaphium Afrodites Christianae laudatum a Grutero p. 1177. et

Digitized by Google

et a I. Sponio in Itin. p. 14. *Reſtiſtitit haec Mundo, ſemper coeleſtia quaerens, etc.* Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 31. *Habet Mundus veredarios, commentarienſes, ... habet Eccleſiæ acolytos, lectores, etc.* (2) Muliebris ſupellectilis. Lex Alaman. inter Addit. cap. 30. *Si maritus vxorem ſuam dimittit, quadraginta ſolidos ipſe componat, et de Mundo ſuo non habeat poteſtatem, et omnia ei reddat quod ei per legem obtingit.* Eleganter Tertull. *Mundum* muliebrem ſic deſcribit lib. 1. de Cultu fem. cap. 4. *Habitus feminae duplicem ſpeciem circumſert, cultum et ornatum. Cultum dicimus, quem Mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro, et argento et gemmis, et veſtibus deputatur: iſte in cura capilli, et cutis, et earum partium corporis quae oculos trahunt.*

MVNDVM, neutr. gen. eadem notione, apud Nonium ex Lucilio. (3) † Multitudo, certus hominum numerus, Ital. *Mondo*, Gall. *Monde*. Ch. Mſ. a. 1377.

MVNECMA. Fragmentum Petronii: *Tu laeticuloſus, nec Munecma arguta ſuaſus fictilis.*

MVNERA, ciborium, quo altare tegebatur. Vide in hac voce. Ademarus Cabanenſis in Abbatibus S. Martialis Lemouic. de Abbate Stephano: *Hic compoſuit ſuper altare Saluatoris Eccleſiam ex auro et argento, quam vocant Muneram.*

MVNERARE. (1) Honorare, in L. 3. Cod. Th. de Princip. agent. (2) † Munire, inſtruere, Gall. *Garnir.* Form. Mſ. Cod. 7657.

MVNERARIVM, ſ. villa, praedium ruſticum. Vita S. Turketuli ſaec. 5. Bened. p. 503. *Tranſiens itaque venerabilis Cancellarius . . . regali ſanguine generoſiſſimus . . . . ſexaginta Munerariorum dominus, diuina gratia diſponente, etc.*

MVNERARIVS. Gloſſ. Graec. Lat. Φιλότιμος, *Ambitioſus, Munerarius, liberalis.* Eaedem Gloſſae: Αγωνόθετης, *Munerarius*, id eſt, *qui gladiatorum munus impendit*, in leg. 2. Cod. Th. de Gladiator. Cuius vocis primum auctorem facit Auguſtum, Quintilianus lib. 8. V. Columellam lib. 7. cap. 7. Hieron. Epiſt. 26. *Munerarius pauperum et egentium candidatus, ſic feſtinat ad coelum.* Vbi *Muncrarius* idem qui eleemoſynarum diſtributor. Gloſſ. ver. MS. Sangerm. *Munerarius, qui munera dat.*

MVNERATIONES SACRAE, id eſt, *Sacrae largitiones*, apud Symmachum lib. 10. Epiſt. 43.

MVNERATOR, qui ſpectaculo, quod *munus* vocabant, praeſidebat. Aldelmus de Virg. cap. 19.

MVNERBA, lagenae vel vrcei ſpecies. Sic cucurbitae cuiusdam fructum appellant, qui Gallis vocatur *Callebaſſe*, in vrcei modum cauari ſolitus, etiam ab antiquis. Itinerarium S. Willibaldi: *Quando erat in Hieruſalem, emebat ſibi balſamum, et repleuit vnam Munerbam. Tulit igitur vnam Munerbam quae fuit concaua, et habuit linum: et illam replenit de petrae oleo, et fecit intus in Munerbam, et ſecuit illam cannam paruam Munerbae, ita vt in margine ambae ſimiles eſſent, et ſic claudebat os Munerbae.*

MVNERIVS, molendinarius, ex Gall. *Muſnier.* Occurrit in Tabulario Eccleſiae S. Laudi Andegauenſis, f. 92.

MVNGOS, nomen eiusdem animalis Indici, quod ad plantam quamdam qua libenter vtitur translatum eſt. V. Diarium Triuolt. menſis Octobr. an. 1715. p. 1844.

MVNIACI. Papias: *Munia, officia ciuitatum, tributa. Muniaci, Regis Conſiliarii.* Gloſſae antiquae MSS. *Muniaces, Regis Conſiliarius.*

MVNICEPS. (1) Πολίτης, in vett. Gloſſ. Will. Brito in Vocab. MS. *Municeps, et Municipalis et Municiparis, omnia dicuntur in eodem ſenſu: hoc enim nomine cenſentur Caſtellani in municipio nati et permanentes, et etiam milites ſtipendiarii, qui pro cuſtodia municipii munia capiunt, et etiam originales, etc.* Cerre pro *Caſtellanis*, ſeu Caſtellorum praefectis, non ſemel vſurpat Ordericus Vitalis, lib. 4. p. 532. *Guillelmum de Firmitate, aliosque Regis Municipes expugnant et eiiciunt.* Lib. 11. p. 805.

Digitized by Google

Consul de Mellento per partem Vuonis, qui Municeps erat et Vicecomes, et Firmarius Regis, callide intrauit. (2) *Teloncarius, minister, vel ciuis*, in Glossis Isonis Magistri.

† MVNICIALIS, i. q. *municipalis*, ciuilis, publicus, t. 1. Hist. Nem. Prob. p. 19.

MVNICIO. Statutum Iohannis Reg. Franc. ann. 1358. to. 4. Ordinat. p. 188. *Quod cum oblacione praedicta cessant penitus omnia alia subsidia ac etiam mutua tam vniuersitatum quam personarum, nec non Municiones et Missiones propter haec seruientium gratis ab eis procederent.* Vbi *seruientes* seu apparitores, qui in debitorum aedes tributa exacturi immittebantur, intelligit D. Secousse. Mallem ego accipere de expensis cibariis aliisue quae pro iis exactoribus fiunt, et a quibus eximuntur ciues. V. *Munitio* 1. † De expensis apparitorum qui in domum debitoris a iudice mittuntur, tom. 8. Ordinat. p. 544.

MVNICIPALIA GESTA, instrumenta publica. Charta ann. 8. Regni Theoderici tom. 2. Annal. Bened. p. 702.

MVNICIPATVS. (1) Castellania. Ordericus Vitalis L. 4. pag. 522. (2) Praefectura. Vita S. Praeiecti saec. 2. Benedict. p. 640. (3) † Patria, apud Tertull. de Corona c. 13.

MVNICIVM, castrum, castellum muris cinctum. Sugerius in Vita Ludouici Grossi apud Ducheſn. tom. 4. Hist. Franc. p 284.

MVNICIVM, quidquid vsui humano necessarium ad victum. Charta Alfonsi Reg. Castiliae apud Stephanot. tom. 3. Fragm. Hist. MSS. V. *Munitio* 1.

MVNIE. Chronicon Andrense: *Anno* 1161. *praefato Domino Petro Munie, id est, paruo, ad regimen huius loci diuinitus, sicut credimus, transmisso, etc.* Legendum videtur *munio*, id est, Monachulus, quippe Picardi pueros chorales Symphoniacos *Momiots* vocant.

MVNIFER, *qui munera fert.* Gloss. Isid. *Munifex, munera dans*, in vett. Gloss. MS. Sangerm. Vita S. Abundii tom. 1. Aprilis p. 91. *Summa conia tuis studiis et meritis pa de artifice eloquentia, sed de ce sunt sapientia, quae dedi laticem fundere.*

MVNIFICARE, munera largi do apud Duchesnium Hist. N p. 71.

MVNIFICATIO, munus, *m* praebitio. Isidorus Pacensis E pus in Chronico aera 750.

MVNIFICENTIA, *publicum* Gloss. Isidori.

MVNIFICES, milites gregarii *qui munia facere coguntur*, diuersi *a Principalibus qui priuilegio muniuntur*, apud Vegetium lib. 2. cap 7. Ammianus L. 16. *Munificis militis et fortuito cibo contentus.* Glossae vett. *Munifex, λειτουργός.* Glossae antiquae MSS. *Munerarius, munera dans, Munus facit, i. officium aliquod.*

MVNIFICIA, pro *Munificentia*, nisi ita legendum sit, in Hist. Translationis SS. Rognoberti et Zenonis cap. 18.

MVNILIA, Papiae; *Pectora equorum, vel ornamenta in cervice mulierum*; pro *monilia.*

MVNIMEN, defensio. Concil. Ouetense inter Hispan. to. 3. pag. 159 MVNIMEN SIGILLI, sigilli impressio, appositio. *Et vt hoc firmum et stabile permaneat praesentem Chartam sigillorum nostrorum Munimine confirmauimus* Frequens haec formula in veteribus Chartis, qua authenticae probantur. V. *Munimina.* MVNIMEN VILLAE. Historia Archiep. Bremensium ann. 1142. *Concessit etiam omnes colonos Ecclesiae ab omni censu, expeditione, villae vel vrbis Munimine et petitione precaria immunes et liberos.* V. *Fossatum, Muragium.*

MVNIMENTVM, MVNIMENTATVS, V. *Munimina.*

MVNIMINA, MONIMINA, MVNITIONES, priuilegia, praecepta, diplomata Principum pro Ecclesiis et in earum favorem, quod iis eae *muniantur* aduersus inuasores bonorum ecclesiasticorum. Charta Ludouici Vltramarini Reg. ann. 849. ex Tabul. Humolariensi: *Isdem vero Comes*

mes noſtrae ditionis eandem (Abbatiam) *obtulit, ea ſcilicet ratione, vt praecepto noſtrae auctoritatis ita hanc muniri iuberemus, quo absque vlla omnino diminutione, et ſine alicuius ſubiectione Abbati regulari conceſſa inuiolabilis in perpetuum permaneret.* Charta Karlomanni Regis ex Tabul. S. Crucis Pictau. *Munimina Chartarum.* Petr. Diac. lib. 4. Chr. Caſin. cap. 70. *Simul etiam et Munimina noſtra ſecum deferens.* Cap. 89. *Renoluite Caſinenſis Coenobii Munimina, eiúsque libros perſcrutate.* V. eund. cap. 111. Notitia Iudicati ſub Conrado I. Imp. apud Vghellum tom. 7. p. 1417. *Oſtenderunt ibi in iudicio Monimen vnum*, id eſt, *doctum* (leg. *documentum*) *de praedicta Eccleſia, etc.* MVNITIO, apud Gregor. M. lib. 12. Epiſt. 2. lib. 3. Epiſt. 43. lib. 9. Epiſt. 24. Charta Pandolphi Ducis Beneuent. in Chron. S. Sophiae: *Vt concederemus in eodem Monaſterio cuncta . . . de quibus petiit a noſtra Excellentia Munitionem fieri, etc.* Hinc emendandae, ni fallor, Gloſſae Iſid. *Mulitiones, ardianum, ſerretum, ſiue conſtitutionis.* Sic enim legendum puto: *Munitiones, archiuum, ſecretum, conſtitutiones.* MONIMENTVM. Vocabular. vtriusque iuris: *Muninenta dicuntur probationes et inſtrumenta quae cauſam muniunt.* Charta an. 1381. apud Rymer to. 7. p. 338. MVNIMENTVM SCRIPTVM, ſubſcriptione munitum. Acta S. Nennocae tom. 1. Iunii pag. 411.

MVNIONES, defenſores munitionum. Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 739. V. *Municeps.*

MVNIPARIS, V. *Municeps.*

† MVNIRE INFIRMOS, ſacramenta illis adminiſtrare, Germ. ſie berichten. Ch. a. 1193. to. 1. Praemonſtr. Prob. p. 115. V. *Adreſciare.*

MVNIS, officioſus, qui munia lubens praeſtat. Feſtus: *Munem ſignificvre certum eſt officium; vnde e contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur officio.* V. Lexic. Martinii.

MVNITAS. (1) Forte Manſio, Gall. *Séjour*, vel, vt coniectant docti Hagiographi, Exactio pecuniaria. Vita S. Meinwerci tom. 1. Iunii p. 528. *Denique contra ius et ſas vbique fidelium res inuadens et diripiens. . . . . quodam tempore iter ſuum ad monaſterium Herinordiae direxit, faciensque ibi magnam Munitatem Sanctorum ibidem requieſcentium et ſuae ſororis abbatiſſae nomine Godeſti, et congregationis S. Mariae theſaurum confregit, et inde plus iuſto pecuniae detraxit.* (2) Pro immunitas. Arbitramentum Rudolphi Regis apud Schilt. in Gloſſ. Teut. ex Frehero. V. *Dextri* et *Monitas.* (3) Charta immunitatis. Diploma Ludouici Regis Franc. ann. 877. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunſuic. pag. 373. (4) † Munimen, arx, caſtrum. Saec. 3. Bened. part. 1. p. 597.

MVNITIO. (1) Omnis generis annona, cibaria, Gall. *Vivres, Munitions de bouche.* Computus an. 1202. apud D. Bruſſel t. 2. de Vſu feud. p. CLX. *De famulo qui cuſtodiuit arietes et vaccas Munitionis, etc.* Infra p. CCVII. *Pro III. feſtariis et plena mina piſarum et Fabarum ad Munitionem Feritatis, XXII. ſol.* Hiſt. Dalphin. p. 284. V. *Municio* et *Municium.* (2) Quo veſtes ornantur et inſtruuntur, Gall. *Fourrure, Garniture.* Computus an. 1334. tom. 2. Hiſt. Dalphin. p. 278. *Item, Vgolino ſutori pro Munitione robarum domini factarum ibidem*, taren. X. gran. X. Hinc MVNITA VESTIS, in Contractu matrimonii inter Fulconem de Fortia Margaretam Bermunde ann. 1349. ex Archiuis D. de Flamarens. (3) Priuilegium, diploma, V. *Munimina.* (4) † Reditus, fructus, quidquid eccleſiae *muniendae* et conſtituendae aſſignatum eſt, tom. 6. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 280.

MVNITIOSVS, munitus, Gall. *Fortifié.* Tabular. S. Iohannis apud Moret. Antiquit. Nauarrae p. 298.

MVNITIVM. Ioh. de Ianua: *Obſidio, vnde*, inquit, in 4. *Regum dicitur: Rex Aſſyriorum non ingredietur vrbem hanc, nec circumdabit eam Munitio.* Vulgatae editiones habent *munitionibus.* MVNITIVM, etiam dixit Guill. Apul. l. 5. de Geſtis Norman.

MVNI-

Digitized by Google

MVNITORIA, *praecinctoria, succinctoria*, in Gloss. Isid. Ioh. de Ianua: *Munitorium, locus in quo sunt munimenta, vel ipsum munimentum.* Gloss. Lat. Gall. *Munitorium, Garnisons, lieu de Garnisement.*

† MVNITVS, ornatus vesti assutus. Form. Ms. Cod. 7657.

† MVNIVM. (1) *Lo tributo*, in Gloss. Lat. Ital. Ms. (2) Functio, munus, officium, apud Laur. in Amalth.

† MVNIVS, pro *Muneris*, mendose, in Diar. Virdun. 1764. mens. Dec. ex Ch. a. 1210.

MVNSTERIVM, *munsterialis*. Synodus apud Celchyt, ann. 816. can. 2. *Sicut in libro Munsteriali habet.* Et mox: *Per Munsterium.* Et can. 11. *Aliquid alterius Munsterii ad se pertrahere.* Sed opinor legendum *Ministerium, Ministerialis*, nisi idem sit quod *Monasterium*, Gall. *Monstier.*

MVNTATOR, idem, Hearnio, qui fossor cuniculorius, Gall. *Mineur*, in lib. mg. Scaccarii p. 142.

MVNTMAN, V. *Mundman.*

MVNTO, veruex, V. *Multo.*

MVNVA, piscis genus, f. idem qui capito fluuiatilis, seu mugil, Gall. *Munier.* S. Wilhelmi Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 8. *Pro signo Munuae; generali signo praemisso, manum dextram extentam per medium pollicis, et indicis alterius manus, quasi ferrum trahere simulando.*

MVNVS. (1) Ipsum Christi corpus mysticum, quod offertur per commemorationem verae illius oblationis. Canon missae: *Supplices rogamus et petimus, vti accepta habeas haec dona, haec Munera, haec sancta sacrificia illibata, etc.* Rationem reddit eiusce appellationis Hildebertus Episc. Cenomanensis, de officio Missae:

Munera sunt, quoniam Deus hic donatur, inde
Munerat auctorem, cui dedit auctor eas, etc.

MVNVS ECCLESIASTICVM, MVNVS ROGIFICVM, Charta Edmundi Regis Angl. pag. 838. Vbi vtrobique perperam *minus*, pro *munus*, editum. Est autem *Munus ecclesiasticum*, panis qui benedicitur ex quo particula sumitur ac distribuitur; *Rendre le pain benit.* Est autem *Munus rogificum*, non nisi percepi; nisi praestatio sit, quae ab ecclesiasticis quasi rogando exigebatur. (2) Beneficium, feudum. Marculfus L. 1. form. 12. *Dedi tur praedictus vir ille per manum stram iam dictae coniugi suae ill. las nuncupatas ill. sitas in pag quas aut Munere Regio, aut de dio parentum, vel vndecunque ad praesens tenere videtur, etc.* Vbi Bignonius *munere Regio*, per beneficium Regis, quod postea feudum dictum est, interpretatur. (3) Pugna gladiatorum vel bestiarum, spectaculum, ab officio, quod munus est, dictum, quia in parentum funere exhiberi coeptum est, vt docet Tertull. de Spectac. cap. 12. Passio SS. Perpetuae etc. t. 1. Martii p. 635. *Munere enim castrensi eramus pugnaturi.* (4) Praestationis vel *coruatae* species, quae sub nomine *muneris* exigebatur. Conuentio inter Ludouic. Reg. Sicil. et Arelatensem vrbem ann. 1385. ex eod. MS. D. Brunet fol. 4. vo.

MVNVSCVLARIVS, Vgutioni, *qui pro munere seruit, vel qui manus dat.* Vnde Augustinus de Ciuitate Dei: *Tanquam Munuscularios vectigalium conductores. Munuscularios* vocat Ioh. Sarisberiensis lib. 3. Policrat. cap. 11. 12. qui datis muneribus Magnatum fauorem caprant.

MVRA. (1) Specula. Monachus Paduanus L. 1. Chron. an. 1252. *Fossatis magnis districtum suum circumdederat, et super ipsa fecerat speluncas, quas Marchiani* (incolae Marchae Treuesinae) *Muras appellant, in quibus erant die ac nocte speculatores.* Vbi videtur legendum *minas.* V. in hac voce, et in *Merulum.* Forte etiam pro *Mueta*, quod vide. (2) † Mansio, domus, quod lapidibus exstructa, seu quod muro cincta, sic dicta. Acta Ms. capit. Lugdun. ann. 1347. (3) † Mus, in Cod. reg. 4609.

MVRAENVLAE, V. *Murenae.*

MVRA-

Digitized by Google

MVRAGIVM, vectigal ad muros vrbium aedificandos, aut reparandos, vt *Pontonagium* ad pontes reficiendos. In Addit. ad Matth. Paris. pag. 132. *Si Rex concesserit alicui ciuitati vel burgo, quod possit accipere Muragium, vel aliquibus nonum concedat Selonium.* Fleta lib. 1. cap. 20. §. 84. *de ciuibus et burgensibus capientibus Muragia sibi a Rege concessa aliter quam facere deberent.*

MVRAILLIA, murus, a Gall. *Murailles.* Computus a. 1347. t. 1. Hist. Dalph. p. 84. V. *Murayllia.*

MVRALE. Vgutio: *Murale, idem est quod murus*, Gall. *Muraille*, Italis *Muraglia.* Henric. Huntindon. L. 8. p. 392. *Resonabant colles, resonabant vrbis Muralia.* MVRALIS, in Notis Tyronis p. 163.

MVRALHA, murus. Charta an. 1413. ex Schedis D. Lancelot: V. *Murailia.*

† MVRALHIA, forte fudaria muro appensa, tom. 4. Hist. Nem. Prob. p. 55.

MVRAMEN, murus, Italis *Muramento.* Charta a. 1239. (to. 7. Spicil. Acher. p. 271.) V. *Murata 1.*

† MVRANVS, muralis, to. 2. Aug. p. 689.

MVRARE. (1) Murum circumducere, muro oppidum munire. Concilium Narbonense sub Recaredo ann. 598. *Die dominico nullam operam faciant, nec boues iungantur, excepto si in Murando necessitas incubuerit.* Vbi quidam reponunt *metendo.* (2) Munire, claudere. Memoriale Potest. Reg. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1088. *Et illico ligna et trabes in fluuio submergi fecit, et ripam ipsius fluminis petreriis et manganis et aliis machinis Murauit, et castris lignorum.* (3) MVRARE VIVOS IN CRVCE, ad muros crucifigere. Chron. Pisanum ad ann. 1017. apud Murator. to. 6. col. 108. (4) † *Muro*, seu carcere includere, apud Elmham. c. 4. p. 9.

MVRARII, murorum artifices. Einhardus an. 821.

MVRARIVM. Gloss. Graec. Lat. τειβὰς, *Tritorium, Murarium.*

MVRATA. (1) Monasterium, proprie Sanctimonialium, muris vndique obseptum, claustrum. Vita S. Iustinae de Aretio n. 3. (2) Vox Italica, pro burgo muris clauso. Bulla Vrbani VI. PP. apud Vghellum to. 2. p. 477. (3) † Agger, moles, quia instar muri est, in Ch. Ms. a. 1259.

MVRATIO, eadem ferme notione ac *Murata 2.* Brompton. in Stephano Rege.

MVRATOR, confector murorum. Matth. Paris. Mamotrectus ad 4. Reg. c. 25.

MVRATVM, murus. Acta Synodi Cicestrensis an. 1157. *Ipsum Hugonem in quodem castro suo, ... obsedit, valloque et castris vndique circumdedit, omnemque illi egrediendi spem Murato intercluſit.*

MVRAYLLIA, murus, a Gall. *Murailles.* Computus a. 1324. t. 1. Hist. Dalph. p. 132. V. *Muraillia.*

MVRCA, pro amurca. Acta SS. to. 3. Febr. p. 740.

MVRCARE, MVRCINARIVS, V. *Murcus.*

† MVRCINA. Steph. de Infest. Ms. *Cepit multas murcinas rusticorum secure metentium et ibi laborantium.*

† MVRCORIVM, MVRCVM. Gloss. Prou. Lat. Cod. 7657. *Nerca, Prou. Nerca, Murcum. Nercas, Pron. Murcorium.* Ital. *Morchia* et *Morcia*, amurca.

MVRCVS, segnis, ignauus, mutilus. Ita Magister in Gloss. ad Prudentium: *Murcus, qui praecisum habet nasum.* Ammianus lib. 15. *Nec eorum aliquando quisquam, vt in Italia, munus Martium pertimescens, pollicem sibi praecidit, quos iocaliter, (al. localiter) Murcos appellant.* Innocentius I. PP. Epist. ad Felicem Nucerianum Episc. *Scripsisti in his Clericos quos constituas non habere, aliquos vero Murcos, aliquos bigamos esse. Murciam segniam Deam* statuit Arnobius lib. 4. adu. Gentil. Hinc *Murcidus*, pro ignauo, apud Plautum et al. et *Murcinarius, mutilus*, in Glossis Isid. V. L. 5. Cod. Th. de Tyronib. et ibi Iacob. Gothofredum, praeterea Menagium in Amoenitat. Iuris p. 12. Edit. Martini. MVRCA-

RE

RE VNGVES, Resecare vngues, ap. Monachum Sangallensem lib. 1. cap. 34.

MVRDIFICATIO, V. *Morth.*

MVRDRARE, V. *Murtrare.*

MVRDRATOR, qui *murdrum* perpetrat, ein Mörder, in Legib. Edw. Confess. cap. 15. 19. MVRDRITOR, apud Thom. Walsingh. MVLTRARIVS, in Ch. Ms. ann. 1195. MVRTRARIVS, apud Stephanot. tom. 1. Fragm. Hist. Ms. MVLCTRARIVS, apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. p. 1144. MVRTRIARIVS, in Consuet. Lemouic. V. *Morth* et *Murtrare.*

MVRDRIRE, V. *Murtrare.*

MVRDRITOR, V. *Murdrator.*

MVRDRVM, V. *Morth.*

† MVREA, f. sedile lapideum, Ital. *Murello*, apud Murat. tom. 4. Antiq. p. 669.

MVRELDEN. Charta Waldemari Regis Daniae a. 1326. apud Pontanum L. 7. Rerum Danic. pag. 443. *Si aliquis incausatus fuerit quod alecia in aquis emerit, ipse tertia manu se purgabit, et hac de causa conuictus Aduocato nostro tantum tres Murelden tmen emendabit.*

MVRELEGINVS, V. *Murilegus.*

MVRELEGIS, cuniculus, Gall. *Lapin*, quia *Murilego* seu feli non dissimilis. († Seu potius feles sylvatica.) Consuetudines et Assisae Forestae.

MVRELLVS, parvus murus. Miracula B. Simonis tom. 2. Apr. pag. 830.

MVREMIVM, V. *Materia.*

MVRENAE, MVRENVLAE, mulierum ornamenta aurea, quibus metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena collum cingebatur, vt scribit D. Hieronymus Epist. 15. et ex eo Isidorus lib. 19. Orig. c. 31. Gillebertus Episc. London. in cap. 1. Cantici Canticor. n. 10. *Murena piscis est, sed proceritate decorus, colorisque varietate conspicuus: vnde dicuntur Murenulae catenae ex auro fabrefactae, quae collo circumdatae protenduntur in longum, et annexae monili hoc immobiliter fasciae pectorali restringunt.* Leges Angliorum tit. 6. §. 6. *Murenas, muscas, monilia, inaures.* MVRENVLAE. Moses L. 4. c. 31. *Periscelides, et armillas, et dextralia, et Murenulas.*

MVRES, *eminens saxum*, in Glossis antiq. MSS.

MVRETVM, murus paruus. Charta an. 1375. tom. 1. Gall. Christ. inter Instr. p. 52.

† MVRETVS. (1) Paruus murus, Ital. *Muretto*, in Lit. Ms. ann. 1384. (2) Purpureus, murice tinctus, in Testam. Ms. a. 1372.

MVREZNVS, piuma, vt videtur, Gall. *Creneau.* Fori Oscae ann. 1247. fol. 26. *Si villanus, qui habet domos prope murum, in muro trabes fixerit, debet ipsum murum cum ipsis Murezuis, quoties necesse fuerit, reparare.* Infra: *Nullus debet in haereditatem suam construere castrum, . . nec munitionem cum Murezuis.* V. Foros Aragon. fol. 145.

MVRFACA. V. *Marfaca.*

MVRGANALE, MVRGITATIO, V. *Morganegiba.*

† MVRGERIVM, aceruus, congeries, maxime lapidum, a vet. Gall. *Murgier*, Ch. Ms. a. 1260.

MVRGISO, *callidus, murmurator, irrisor, illusor*, Papias. Festus: *Murgisonem dixerunt a mora et decisione.* V. Martinii Lexic.

MVRI MARIANI, *furculae, quibus viatores farcinas ferunt a Mario inuentae.* Vocab. Sussannaei.

MVRIA. (1) *Puteus muriae*, aquae sali conficiendo accommodatae receptaculum. V. *Montea* et *Moria* 2. (2) † *Fex olei*, in Gloss. ad Doctr. Alex. de Villa Dei.

MVRICA, inter animalia domestica recensetur, in Monastico Anglic. to. 2. p. 666. *Item de multonibus* 381. *de burtis et Muriçis* 207. *de bogris* 121. *et de agnis* 100.

MVRICEPS. (1) Felis, quae *mures capit.* Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. c. 98. (2) Auis quae mures capit. Poenitentiale MS. Thuanum.

MVRIGINVS. Charta Amati Archiep. Salernitani apud Vghellum tom. 7. p. 506. de quadam Ecclesia: *In his hanc Salernitanam ciuitatem, inter muro et Muricino, etc.* Italis *Mu-*

Digitized by Google

Muriccia est aceruus lapidum : *muricio* vero et *muricionolo*, paruus murus.

VRIES. Charta Principis Adelgastri tom. 3 Concil. Hispan. pag. 89. *Et quicquid infra istos terminas continetur, villas populatas et illa villa de Sancto Romano, et Muries Vaccello et Villaluz.*

VRILEGVLI, Κογχυλευταὶ, in Gloss. qui legendis conchyliis, seu murice, vel purpura, ad fucationem, seu ad colorandam et tingendam blattam sericam et meraxam in vsus Principis, operam dabant, de quibus copiose agit titulus Cod. Th. et Iustin. *de Murilegulis*, vbi et *Conchyloleguli* dicuntur, V. ibi Cuiacium et Iacobum Gothofredum.

VRILEGVS. (1) Felis. Glossae Isid. *Murilegus, Catus.* Glossae Aelfrici : *Muriceps, vel musio, Murilegus*, Catt. Vgutio : *Murilegus, catus vel cata, quia legit, i. colligit mures.*

Murilegus bene scit, cuius gernobada lambit.

MVRELEGVS, apud Knyghtonem lib. 3. pag. 2535. MVRELEGINAE PELLES, in Statutis Abbatum Nigri Ordinis an. 1249. (2) Catus, machina quam *Catum* vocant. Willel. Brito lib. 1. Philipp. V. *Catus.*

VRINA. (1) Ἀρωματεῖον, in Gloss. Graec. Lat. V. *Mus.* (2) V. *Mazer.*

VRINVS SONIPES, equus a murium colore sic dictus, Gall. *Poil de Souris.* Angellus in S. Felice PP. ap. Murator. to. 2. p. 161.

VRIONES. Papias: *Murio, morio.* V. in hac voce. Gregorius Turon. lib. 9. c. 14. *Exurgens turba Murionum praefatorum, tanta eos in ipsa sancti Hilarii Basilica caede mactauit, etc.* Supra cap. 40. dixit, *congregatis secum furibus, homicidis, adulteris, omniumque criminum reis, etc.* Putat Vossius legendum *Miriones*, quae vox occurrit apud Tertull. lib. de Praescript. *Attius* apud Varron. lib. 6. de Ling. Lat. ita appellari ait *personas distortas oribus.* Glossae Isid. et Pithoei : *Miriones, Miratores. Miriones, fantasiarum inanium numeratorum* (miratorum) *imitatores.* V. *Murones.*

MVRITIVM, paruus murus. Testament. Adelaidis Vicecom. Narbon. an. 989. adud Marten. to. 1. Anecd. col. 103.

† MVRMARATIO, pro *Immuratio*, in carcerem inclusio, in Ch. Ms. ann. 1234.

† MVRMIRE, *peragrare, circuire*, in Gloss. vet. Cod. 7641.

MVRMVRIOSVS. Glossae veteres : *Murmuriosus, γογγυστής.*

MVRMVRIVM, pro *Murmur.* Vita S. Bertilae cap. 2.

† MVRMVROSVS, iurgiosus, rixarum amans. Reg. Visitat. Odon.

MVROBRECHARIVS, V. *Myrobrecharius.*

MVROLVS, diminut. a Murus. Statuta Capit. Tull. a. 1497. c. 37.

MVRONES, idem qui *Muriones.* Formula 15. inter Baluzianas.

MVRRA, V. *Mazer.*

MVRRARE, pro murmurare. Gloss. Isid. *Murrat, murmurat.*

† MVRRECHVS, i. q. *Murretus*, in Inuent. Ms. a. 1295.

MVRRENA, lues, Anglis *Murraine.* Henr. Knyghton. lib. 5. *Murrena damnum, ferarum.* V. *Morina 1.*

MVRRET, *leuiter destillat.* Ita Papias MS. vbi editus habet *mueret.*

MVRRETVS, *muretus*, xerampelinus color, pullus et ater, ex Anglico *Murrey.* Visitatio Thesaurariae S. Pauli Londinensis a. 1295.

MVRREVS, MVRRINVS, V. in *Mazer.*

MVRRHINA, *vinum myrrha conditum.* Papias. V. *Mazer.*

MVRRIRE, *clamare, proprie murinum.* Gloss. Isid.

MVRRVZ, morua, Gall. *Morue.* Charta ann. 1339. apud Rymer. tom. 5. pag. 146. *Quingenta* (lasta) *de Murruz, ... allecia, Murruz et Stokfisch.*

MVRSIA, V. *Murcus.*

MVRT, vt *Morth*, V. in hac voce.

MVRTA. (1) Myrthus, apud veterem Agrimensorem. Supplem. Antiqu. *Murta, μυρσίνη, myrtus.* (2) † Tomaculum, Ital. *Murtadella.* Conuent. Saonae a. 1526. V. *Mortairol.*

MVR-

Digitized by Google

MVRTARIVM, θυία, *mactatio*. Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm. V. *Morth*.

MVRTETA, *quasi Morteta, id est, aquae refusae a loco mortuorum, id est, inferis*. Papias.

† MVRTETVM, *lo bagno e aqua calida de bagno*, in Gloss. Lat. Ital. Ms. V. *Murteta*.

MVRTHRA, V. *Morth*.

MVRTIPHLO, flos cordis. Ita Guntherus in Hist. Constantinopol. c. 8. vbi de Alexio Duca Imp. CP. cognomento Μουρτζούφλω : *Consilio cuiusdam cognati sui, nobilis quidem viri, sed perfidi, qui Murtiphlo, id est, Flos cordis, in gente illa vocabatur*.

MVRTRARE, per *murtrum* occidere, ermorden, apud Ludew. tom. 7. Reliq. pag. 276. MVLTRARE, ibid. MVRDRARE, apud Rymer. to. 10. p. 159 MVRDRIRE, in Fleta l. 1. cap. 18. MORDRIDARE, in Conc. apud Theodonis Vill. ann. 821. V. *Morth* et *Murdrator*.

MVRTRARIVS, V. *Murdrator*.

† MVRTRERIVS, i. q. *Murdrator*, in Ch. Ms. a. 1321.

MVRTRIARIVS, V. *Murdrator*.

MVRTVS, V. *Muretus*.

† MVRVLENTVS, mucidus, apud Barel. in Serm.

MVRVM, pro murus, Gall. *Muraille*. Charta ann. 1277. in Chartular. S. Vandreges. t. 2. p. 1500.

MVRVS, carcer. Concilium Tolosanum ann. 1229. cap. 11. de haereticis. IMMVRARE, carcere includere. Concilium Narbonense a. 1235. c. 9. MVRVS ANTEPECTORALIS, murus breuior, V. *Anpits*. MVRIS ECCLESIASTICIS EXCLVDI, excommunicari, apud Facundum Hermianensem lib. 6. cap. vlt. et alibi. † MVRVS FALSVS, quo porta, dehino aperienda, occluditur, in Ch. Ms. ann. 1180. † MVRVS PLENVS, lapidibus et saxis exstructus, in Ch. Ms a. 1242.

MVRVSCVLVM, *bellicum machinamentum, vnde muri dissoluantur, vnde* et *dicitur*. Papias. Vbi *Murusculum* pro *musculum*, irrepsisse opinatur Carolus de Aquino in Lex. milit. V. *Musclus* 1.

MVS PEREGRINVS, mu[illegible] *Hermine, Peregrini muri*[illegible] apud S. Hieron. lib. 2. [illegible] uin. MVRINA, pellis m[illegible] tici. Alcuinus in Poemate [illegible] lo M.

Lactea quippe ferunt p[illegible] *colla M*[illegible]

Quidam legunt *Murenam*, [illegible] voce supra : sed potior vide[illegible] *rina*, pro pelle collum ambien[illegible] iusmodi Roberto Regi tribui[illegible] gaudus, quod *ornamenta pe*[illegible] *collo dependentium vocat* p. 65. [illegible] etiam *Murina*, lapidis pretiosi species, de qua Isidorus lib. 16. Orig. c. 12. MVS PONTICVS, ordo Equestris de Britannia, institutus aut restauratus a Ioanne V. Britanniae Duce, circa ann. 1365. His torques aureus maculis distinctus, symbolum *Ama vie*. Hofman. ex Sammarthano.

MVSA. (1) Instrumentum musicum, a *Musa* dictum, Gallis *Cornemuse*. Herodianus lib. 4. πάσης τε μούσης ὄργανα πανταχοῦ διακείμενα ποικίλον ἦχον εἰργάζετο, *Omnifaria Musica instrumenta*. Lib. 3. Miracul. S. Dionysii cap. 7. *Cum quidam rusticus irrefragabiliter Musa caneret, etc.* Eiusmodi instrumento musico pro tuba in bellis ac praeliis vtuntur Hiberni, vt testatur Richard. Stanihurstus lib. 1. de Reb. Hibernicis. (2) *Confectio quaedam opiata*. Gloss. MS. ad Alexandr. Iatrosoph. (3) Pro *Musiuo* opere, V. in *Musiuum*. (4) *Musa*, seu μοῦσα, inter ministeria sacra apud Graecos inferioris aeui, de cuius vocis notione consulendi Meursius in Gloss. et Leo Allatius lib. de Recentior. Graecor. templis p. 149. et de Concordia vtriusque Eccl. p. 1604. (5) † Polypt. Matiscon. fol. 12. *Curati et rectores . . . assistere debent circumcirca altare . . . quando episcopus celebrat in pontificalibus . . quae astantia seu statio vulgo Musa nuncupatur*.

MVSACHINVM, dorsi armatura, Gall. *Musequin*. Academicis della Crusca : *Musachino, parte di armatura di dosso, della quale sle perduto l'uso*. Computus ann. 1334. tom. 2. Hist.

Digitized by Google

ist. Dalph. p. 278. *Item pro arnen- vno de malla de aczario sine Musa- nis et collario cum paro vno de ca- is vnc.* V.

SAEVM. (1) Aegyptia erat mensa ntinens viros in toto terrarum or- e doctrina celebres. Vocabul. Suf- nnaei. (2) MVSAEVM OPVS, VSAICVM. V. infra *Musiuum.*

SAICVS, musicus, apud Elmham. 30.

SALAMII, V. *Musulmanni.*

VSARABES, V. *Mosarabes.*

MVSARDVS, otiosus, piger, stupidus, forte ex Germanico, Muße, otium: aut ex *Musare* Papias: *Musat, dubitat in loquendo, timet, murmurat. Musare*, Florentinis, est *stare senza farniente, come stupido.* Ita etiam *Mu- ser* Gallis est otiari, vel rebus nul- lius momenti immorari. Ordinat. Reg. Franc. p. 131. Adelbero Lau- dun. Episc. in Carmine ad Robert- um Reg. *Si musas celebres, clament Musarde sacerdos.*

MVSARE. (1) Musicae operam dare. Hugo Merellus Epist. 40. t. 3. Ana- lect. Mabill. pag. 463. V. *Musardus.* (2) Visere, adire, salutare. De B. Notkero Balbulo saec. 5. Bened. p. 14. *Nam Rex* (Carolus) *cum ob ca- ritates agendas fratribus, vt solebat, caenobio veniret, totumque triduum gratia reuerentiae conuersantium ibi- dem moraretur, sanctisque nostris, vt et Ratpertus scribit, munificus abba- te iam Musato obire paratum esset. etc.*

MVSATICVS, V. *Pierius.*

MVSATILIS, V. in *Musiarius.*

MVSATOR, V. *Mugissor.*

MVSCA. Auctor Mamotrecti ad 8. Iu- dic. *Monile ornamentum quod dicitur Musca.* Monasticum Anglicanum to. 1. pag. 240. *Dedit vnum aureum ca- licem, . . . et vnam auream Muscam pulcre gemmis ornatam.* V. *Muscari- um*, et *Nusca.*

MVSCADELLVM, vinum ex *muscatel- lo* confectum. Charta an. 1345. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 519. V. *Mu- scatellus.*

† MVSCALE, i. q. *Muscarium*, in In- uent. Ms. a. 1363.

MVSCARDA, V. *Muscerda.*

† MVSCARDVS, accipitris species, tertiarius, Ital. *Moscardo*, Gall. *Mon- chet.* Stat. Cadubr. l. 3.

MVSCARIVM, Μυοσόβιον, in Gloss. Lat. Graec. Gloss. Lat. MS. Reg. *Fla- uellum*, *Muscarium.* Ioh. de Ianua: *Flabellum*, *Muscarium*, *scilices quo muscas abigimus.* V. *Flabellum.*

MVSCATA, nux aromatica, Gall. *Mu- scade.* Rolandinus de Factis in mar- chia Taruisina lib. 1. cap. 13. apud Murator. tom. 8. col. 181.

MVSCATELLA, eadem notione qua *Muscatellus.* Charta an. 1461.

MVSCATELLVM, vinum Apianum, Gall. *Muscat.* Computus ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 285. V. mox *Muscatellus.*

MVSCATELLVS, vitis species, ex qua vinum Apianum conficitur, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4. sic dicta, inquit Oct. Ferrarius, quod *Muscae* et apes huiusmodi Vuas ap- petant. V. *Moscatellus.*

MVSCATORIA, emunctoria candela- rum, *Mouchete*, vel *Emuchoir.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 12. de Officio Refectorarii.

MVSCATORIVM, idem quod *Musca- rium.* Visitatio Thesaurariae S. Pau- li Londinensis an. 1295.

MVSCATVM, V. *Muscus.*

MVSCERDA, *stercus murium.* Papias. Male in Gloss. Isid. *Muscarda.*

MVSCETVS, accipitris vel falconis species, quem alii *Fragellum* vocant, apud Albertum M. lib. 23. de Ani- mal. et Anonymum de Natura re- rum. *Muschetus*, dicitur Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 2.

MVSCHEA, vt mox *Muscheta, Mosquée.* Iacobus de Voragine in Chron. Ia- nuensi apud Murator. to. 9. col. 32.

MVSCHETA, Mosquea, templum Ma- humetanum. Will. Apul. lib. 3. Rer. Norman. V. *Moscheda.*

MVSCHETTA, telum quod balista validiori emittitur, apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 22. *Potest praeter- ea fieri quod haec eadem balistae tela possent trahere quae Muschettae vul- gariter appellantur.* Hist. Cortusior. lib. 2. apud Murator. tom. 12. col.

Digitized by Google

795. *Alia tertia pars immediate baliſtas ſuas ponderet cum Muſchettis, et quod telis etiam ſagittet.* Hinc fortaſſe Gallis ſclopetariae machinae, *Monſquets*: nam vt a falconibus venaticis machinas tormentarias *Falcones* et *Falconia* appellantur; ita et *Muſchetas*, quo nomine dicuntur *ſparuarii* maſculi, vulgo *Mouchets*: Germanis vero *Sprintz*, vnde *Springalles*, et *Eſpringales*, eiusmodi machinae, quibus emitti *muſchetas* innuit Guignevilla, vt auctor eſt Oct. Ferrarius in V. *Smeriglio*. *Eſpringalarum* meminit Chronic. Flandriae cap. 110. extremo, et alii paſſim. V. Gloſſ. Graec. Barb. in Μύα, et ſupra *Moſchetta*.

MVSCHETVS. V. *Muſcetus*.

MVSCHTEA. V. *Muſcheta*.

MVSCHVM. V. *Muſcus*.

† MVSCIDVS, muſtarius. *Vinum muſcidum*, muſtum, in Ch. Mſ. ann. 1315.

MVSCILLAGINOSVS, apud Roch. le Baillif in Dictionario Spagyr. *Aqua lubricata eſt, Muſcillaginoſa, vt ſirupi.*

† MVSCINARIVS, i. q. *Muſardus*, otioſus, piger, in Gloſſar. vet. Cod. 7641.

MVSCIO. (1) MVSCIO, MVSCINO, vel *Muſmo* et *Muſimo*, aſinus. Io. de Ianua: *Muſcino vocatur animal quod ex capra et ariete naſcitur, et eſt dux gregis.* Henricus Monachus de Miraculis S. Germani Autiſiod. Epiſc. cap. 52. *Tum exanime atque extenſum* (aſini) *cadauer oſtenditur: ad quod accedens ait, ſurge Muſcio, et reuertamur hoſpitio. Hic baculo ammonitus contremiſcit, et ſtatim proſiliens, dorſo auribus concuſſis, nihil aduerſitatis ſe paſſum alacri vigore teſtatur.* Supra *Aſinulum* appellauit. Iſthaec aſini fabula integra omittitur in veruſtiſſimo Sangerm. eiusd. Henrici MS. Codice. Apud Papiam, *Muſciones, vulgo a muſcis vocantur: iidem et bibiones, ſicut et Poëta ait: In oculis ſuis bibiones volant.* Gloſſ. vetus MS. Sangerm. *Muſmo, vocatur animal quod ex capra et ariete naſcitur.* V. Iſid. l. 12. Orig. cap. vlt. (2) V. *Muſſio*.

MVSCIPVLA, ſelis, quod muribus inſidias faciat, ſic dictus. V. *Muſcipulus*. Boncompagnus de Obſid. Anc. cap. 11. apud Murator. tom. 6. 936.

MVSCIPVLARE, inſidias componere alicui quiddam machinari. Fredegarius in Chron.

MVSCIPVLATOR, *deceptor*, Vgutioni et Iſid.

MVSCLVS. (1) Pro *Muſculus*, licentia poëtica, machina bellica, de qua Caeſar lib. 2. de bello ciuili, Vegetius lib. 4. cap. 16. Iſidorus lib. 18. Orig. et alii paſſim. (2) Pro *Muſculus*, mytilus, piſcis genus, Gall. *Moule*. Charta Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1401. apud Rymer. tom. 8. p. 634. (3) † Fuſtis, ſeu baculi ſpecies videtur, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1415.

MVSCO, *magna muſca*. Vocabul. vetus apud Marten.

MVSCVLA, concha magaritifera, Germ. Muſchel. Henricus Huntindon. lib. 1. Hiſt. *Inter quae ſunt et Muſculae, quibus ſaepe incluſam margaritam omnis quidem coloris optimam inueniunt.* Eſt *Muſcula* vel *Muſculus*, conchae ſpecies, in qua margaritae reperiuntur; Graecis μύαξ, Athenaeo μύες.

† MVSCVLARIVM, diminut. a *Muſcarium*, in Gloſſ. Prou. Lat. 7657.

† MVSCVLATVS, ad modum *muſculae* ſeu conchae effictus, in Inuent. Mſ. a. 1295.

MVSCVLVS. (1) Nauigii ſpecies. Gloſſ. Iſid. et Vgutio: *Muſculus, parua nauis.* Occurrit praeterea in Notis Tyronis inter alia nauigiorum vocabula. (2) † *Inſtrumentum, quo murus cito laceratur*, Gall. Pic. Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 521. Pro machina bellica, de qua Caeſar l. 2. de bello ciu. occurrit in Tract. Mſ. de re milit. V. *Muſclus* 1. (3) † Os, facies, Gall. *Muſeau*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1372. V. *Muſum*.

MVSCVS, MOSCVS, MOSCHVS, odoramentum, quod ex vmbilico cuiusdam animalis colligitur, quod deſcribitur a Paulo Veneto lib. 1. c. 62. *Gazelam* vocat Iulius Scaliger exercit. 211. in Cardanum §. 3. 4. 5. 6. Vita S. Pelagiae cap. 11. *Totum im-*

Digitized by Google

mouit aërem ex odore Muſci. Muſco fragrare, apud Hieronymum in Ieremiam cap. 13. MVSCATVM, muſci odor, apud Ruffin. lib. 3. de Vitis PP. num. 39.

MVSEA, MVSIA, MVSIARIVS. Gloſſae Iſidori: *Muſea, nidi ſoricum. Muſiae, nidi ſoricum. Muſiarius, qui per muſia quaerit.* Hinc forte *Muſardi*, de quibus ſupra, dicti, quod rebus nihili immorentur, dum in foraminibus quidpiam quaerunt. Gloſſae Pithoeanae: *Muſea, ea vi murium.*

MVSEIARIVS, V. *Muſiuarius.*

MVSELENENSES, pro *Moſellanenſes*, populi ad Moſam, apud Ditmarum lib. 5. pag. 54. quam vocem non intellexit Editor.

MVSELEVM, V. *Muſiuum.*

MVSELLA, tributi ſpecies, apud Turcos Aſiaticos. Guibertus lib. 8. Hiſt. Hieroſol. cap. 8. *Satrapa itaque pacto inter eos inito, comiti eidem portam illam aperuit, per quam eatenus Hieruſalem introeuntes peregrini, et introire, et perſiones, quas Muſellas vocare ſolebant, ſoluere nimis indebite ac crudeliter cogebantur.*

MVSELLARE, os paſtomide occludere, fnebeln. Chron. Farfenſe apud Murator. to. 2. part. 2. coll. 662.

† MVSELLATVS, appellans, apud Speculat. de Appellat.

MVSELLVM, V. *Muſum.*

MVSELLVS, roſtrum, rictus, Gallice *Muſeau.* Charta ann. 1309. tom. 1. Hiſt. Dalphin. p. 86. V. *Muſum.*

MVSEVM, V. *Muſiuum.*

MVSEVS, qui penui praeeſt. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. tom. 3. Iunii p. XX. Ex his videtur vocis etymon a veteri Gallico *Muſſer*, abſcondere, ſeruare, non abſurde poſſe deduci; *Muſei* quippe erat, ſeruare ea quae ad penum ſpectabant.

MVSFVLAE. V. *Muffulae.*

MVSIA, MVSIARIVS, V. *Muſea.*

† MVSIARIA ARS, ars *muſiuum* opus faciendi, apud Leon. Oſt. l. 3. c. 219. MVSATILIS ARS, apud Gualt. in Antiq. Sicul. p. 77. V. *Muſiuum.*

MVSIBIVM, V. *Muſiuum.*

MVSICA, nude pro *Cantus.* Vetus Codex MS. Fontanell. de modo canendi. MVSICA CORDVLA, quae fidibus canitur. Statuta antiqua Canonic. Regul. apud Duellium to. 1. Miſcell. p. 86. MVSICA MVTA, V. *Mutas.*

MVSICALITER, cum notis, ap. Marten. de Diſcipl. celebr. diuin. Offic. p. 222.

MVSICARE, inſtrumentis muſicis ludere, canere. Lambertus Ardenſis ap. Ludewig. tom. 8. Reliqu. MSS. pag. 558.

MVSICARIVS. (1) Inſtrumentorum muſicorum artifex. Vetus Inſcriptio apud Gruter. *Colocaſio vernae dulciſſ. et Muſicario ingenioſiſſ.* (2) † *Muſicarius, qui voce caneret*, apud Salmaſ. in not. ad Tertull. de Pall. p. 443.

MVSILEVM, idem quod *Mauſoleum*, Papiae. Gloſſae antiquae MSS. *Muſuleum, monimentum.* Innocentius Agrimenſor: *Circa Muſileum in pedes 70. amplius pedes minus inuenies.* Aggenus *Maeſileum* dixit: *Maeſilea vero habent iuris ſui hortorum modum circumiacentem, vel praeſcriptum agri finem.* Vbi vterque loquitur de tumulis ac monumentis, quae in agrorum finibus collocabantur. Quae *locos* eadem ratione vocat Frontinus. V. *Loculus.* Anaſtaſius in Leone III. PP. *In Muſileo beatae Petronillae, quod ponitur ad B. Petrum Apoſtolum, fecit coronam ex argento penſantem libras 20.* MESOLEVS, in veteri Inſcriptione Tarraconenſi, ap. Gruter. 607. 1. V. *Muſiuum.*

MVSIDIVM, V. *Muſiuum.*

MVSIMO. V. *Muſcio.*

MVSINARI, *mulcere, placare, lenire.* Papias MS.

MVSIO, *dictus quod moribus infeſtus ſit, hunc vulgo Catum a captura vocant*, etc. Papias.

MVSIPVLA, catus, felis. Anonymus de Deſolatione Monaſterii Morimundenſis in agro Mediolanenſi: *Perſequebantur Fratres fugientes per abdita loca, quemadmodum ſolet Muſipula perſequi mures, etc.* V. *Muſcipula.*

MVSITARE, pro *Muſſitare*, ap. Goſfridum Vindocinenſem lib. 2. Epiſt. 28. lib. 4. Ep. 31.

† MVSITATVS, notis muſicis deſcriptus. Stat. S. Viet. Pariſ. Mſ.

MVSIVARIVS, *muſaei artifex*, vt eſt apud Leonem Oſtienſ. lib. 3. cap. 27. Senator lib. 7. Epiſt. 5. *Quidquid enim aut inſtructor parietum, aut ſculptor marmorum . . . aut gypſoplaſtes, aut Muſiuarius ignorat, etc.* Ita *Muſiuarii* dicuntur in L. 1. Cod. Iuſtin. de Excuſ. artif. L. 10. et ap. Iulium Firmicum L. 3. ex emendatione Scaligeri: *Inauratores aut Muſiuarios*, pro *in vſu varios*. Sed et idem forte muſarius, qui ποικιλτὴς, *variator*, in Gloſſis vett. de qua voce Valeſius ad Ammiani lib. 28. MVSEIARIVS, qui *Muſiuarius*. Vetus Inſcriptio Romae.

MVSIVATVR, *mulcet, placet, lenit; muſiuanter, leniter*. Papias. Vnde emendandae Gloſſae, vbi perperam *mulſitanter* editum. Mallem, *muſitanter*, vt in Excerptis legitur.

MVSIVM, ex Graeco μουσεῖον, Schola Alexandriae, apud Spartianum in Hadriano: *Apud Alexandriam in Muſio multas quaeſtiones profeſſoribus propoſuit.*

MVSIVVM OPVS, dicitur illud quod teſſelatum eſt lapillis variorum colorum, ψηφίδων λεπτῶν ἐπιθέσεσι, vt eſt apud Nicetam in Alexio Man. F. n. 6. qui μουσεγικαὶ ψηφίδες dicuntur in Synodica Orientalium ad Theophil. Imp. p. 113. erantque ex vitro confectae. Gloſſae MSS. *Muſiuum quod fit de vitro parietibus.* Vetus Scheda apud Marlotum de Eccl. S. Nicaſii cap. 3. *Eſt quaedam Eccleſia in ſuburbio Remenſi poſita miro columnarum ornatu, arcubus, auro et vitro lapillis interpoſito micantibus etc.* Eiusmodi autem muſiuum videre eſt paſſim Romae, CPoli, et in variis Chriſtianorum templis in Italia, Gallia, etc. quod quidem a concinnitate et elegantia dictum vult Scaliger ad S. Manilii, cum μῶσαν, et ἔνμουσον, et μουσικὸν, in eam partem accipiant Graeci. Quae ſententia longe probabilior ea quam profert Ant. Nebriſenſis, qui *Muſaicum* dictum putat, quod eiusmodi picturae *Muſaeae* adornarentur. A Graecis Byzantinis *Muſiuariam* artem in caeteras Europae prouincias tranſiiſſe ſcribit Manuel Chryſoloras in Epiſt. de comparatione veteris et nouae Romae compoſita p. 122. quod Conſtantinopoli paene aedes publicae ac ſacrae muſiuo exornatae eſſent; hinc que *Muſiuarii* peti ſolerent, quod teſtatur Leo Oſtienſ. lib. 3. c. 27. Edit. Italic.

MVSIVVM AVRATVM, quod confectum eſt ex *minutis vitreis lapidibus auro fuluo ſupertectis*: vt eſt in Vita S. Laurentii Epiſc. Sipontini. Anaſtaſius in Leone IV. *Abſidamque eius ex Muſiuo aureo ſuperinducto colore glorifice decorauit.* MVSEVM, ex μουσεῖον. Trebellius Pollio in Tetrico Iuniore: *Coronam ciuicam picturatam de Muſeo.* Vetus inſcriptio ann. 153. apud Iacob. Sponium in Itinerario: *Et hoc amplius pro ſua liberalitate cameram ſuperpoſuit, et opere Muſeo exornauit.* MVSIVM, perinde ex Graeco Μουσεῖον, quomodo in vett. Codd. Spartiani legi obſeruat Salmaſius, pro *muſiuum*. Anaſtaſius Bibl. in Hiſt. Eccl. *Iconas ex Muſio factas, etc.* MVSA, idem quod *Muſiuum*. Ioh. Diacon. in Vita S. Gregorii M. lib. 4. cap. 40. MVSIDIVM, pro *Muſiuum*, in Chronico MS. Romualdi Archiepiſcopi Salernitani an. 1166. *Muſibii*, edidit Murator. tom. 7. col. 207. MOSIVM, apud Mabillon. Muſaei Ital. tom. 2. p. 161. MOSIVVM, in Notis Tyronis pag. 163. Inſcriptio Epiſtolae 67. Codicis Carolini: *In qua continetur de Muſiuo atque marmore Palatii Rauenat. ciuitatis.* In ipſa Epiſtola: *Palatii Rauennatis Muſiua atque marmora.* MOSAICVM OPVS, quod alii *Muſiuum*; hanc enim vocem confictam contendit Scaliger ad Manilium, vt μουσαϊκὸς dictum ſit a μῶσαι, vt ἀχαϊκὸς, ab ἀχαιὸς, licet aliter ſentiat Salmaſius, qui a μουσεῖος. Guilelmus de Baldenſel in Hodoeporico cap. 5. MVSAICVM, in Appendice ad Agnellum, apud Murator. to. 2. p. 207. MAVSOLEVM OPVS, eadem notione. Vita S. Laurentii Epiſcopi Sipontini n. 11. *Et aliam* (Baſilicam)

Digitized by Google

silicam) *quam disposuit incipiens, praeclara et admiranda speciositate diuersis coloribus, minutisque vitreis lapidibus fuluo auro superectis, opere Mausoleo, . . fabricare et consummare studuit.* Vbi perperam viri doctissimi ad Mausoleum Aegypriacum vocem referunt. Sed legendum videtur *museleo.* Papias. *Musiunm,* (Edit. *musium*) *museleum, opus depictum.* De Musiuo porro legendus omnino Andreas Agathopoeus, seu Felibianus lib. 3. de Architecturae elementis cap. 11.

MVSMO, V. *Muscio.*

† MVSNARE, molere, in Ch. Ms. a. 1222.

† MVSONES, MVXONES, vermium genus, de quibus Guido de Vigev. Ms.

MVSQVATA NVX, aromatica, Gall. *Muscade.* Peregrinatio B. Odorici t. 1. Ianuarii p. 989.

† MVSQVETA, telum quod balista validiori emittitur, t. 4. Hist. Occit. Prob. p. 162. V. *Muschetta.*

MVSSA. (1) *Almucium* Canonicorum amictus, Gall. *Aumuce,* Germ. Mütze. Statura Eccl. Valent. tom. 4. Concil. Hisp. pag. 134. V. *Muza.* (2) Locus vliginosus, stagnum, Anglis *Mosse,* vt auctor est Camdenus in Descriptione agri Lancastrensis. Charta Edwardi III. Reg. Angl. in Monast. Anglic. to. 1. pag. 499. *Mossa,* eod. tom. 2. pag. 632. V. *Mosses* et *Mussula.*

MVSSAL. Tabularium Prioratus de Paredo p. 7. *Cum vercheria quae debet 2. sextarios aucnae et 2. panes, et 2. capones, et 1. denar. et 1. Mussal de canauo.* Fol. 34. *Et reddit ipse masoerius porcum bonum et multonem vestitum, . . . et taschiam de fructibus, et 1. caponem, et Mussal de canabo.* Fol. 51. *Sex panes et taschiam ipsius terrae, et 1. caponem, et 1. Mussal canabi, et per vindemiam plenam refectionem.* Vbi *Mussal* forte *fascículum* sonat.

MVSSANTER, occulte, tecte, latenter, a veteri Gall. *Musser,* abscondere. Charta an. 1170. to. 13. Fragm. Hist. MSS. Stephanot. p. 19.

† MVSSIA, locus secretus et occultus, Gall. ol. *Muce, Muche, Musse* et *Mucheure.* Litt. remiss. Ms. a. 1397.

MVSSIARE, διακρίνειν, diiudicare. Gloss. Lat. Graec. MSS. Sangerm.

MVSSIO, *est qui in vino nascitur.* Ita Glossae Arabico-Lat. Supra in iisdem : *Bibones dicuntur, qui in vino nascuntur.* Ioannes de Ianua : *Muscio, dicitur quasi mustio, quod mustum bibat, Item et bibio, onis.*

MVSSVLA, mussus, seu *musculus,* Gallis *Mousse.* Gregorius Turon. lib. de Gloria Confess. cap. 44. V. *Mussa.*

MVSSVS, vel MVSSVM. Caesarius lib. 6. Mirac. cap. 5. *Cum pauperes Musso, quem de nemore collegerant, oneratos praeterire cerneret.* Fascis lignorum vel herbarum, aut muscus, herba seu lanugo arborum et locorum palustrium, inquit editor, Gallis, *Mousse.* Gloss. Graec. Lat. Βοτάνη τοῖς τοίχοις καὶ φλοιοῖς συνημμένη, *Muscus.*

MVSTA. (1) Monasticum Anglic. t. 2. pag. 426. *Donationem quam fecit Canonicis eiusdem loci de terra et tenemento . . . cum illa medietate nouae Mustae, quae est versus Aquilonem.* Forte *Mussae.* V. in hac voce. (2) Orbis, ni fallor, in quo, ne mensa inquinetur, reponuntur pocula. Vsus Culturae Cenom. *Surgant fratres inniores et accipiant cyphos, et impletur de vino, et deponant vnicuique super Mustam suam.*

MVSTAÇAFIA, MVSTAÇAFVS, V. *Mostassafus.*

† MVSTACIA, *mala vina,* in vet. Gloss. Cod. 7613.

† MVSTALIS, mustarius. *Vinum mustale,* mustum, in Ch. Ms. a. 1244.

MVSTARDA, sinapis, a Gall. *Moutarde,* t. 2. Hist. Dalphin. p. 312.

MVSTATICVM, mustum. Codex MS. Irminonis abb. Sangerm. fol. 108.

MVSTELLARIVM, auiarium, cauea, γαλεάγρα. Gloss. Lat. Graec. MSS. Sangerm. V. *Muta.*

MVSTELLINVS COLOR, *subluridus ac lentiginosus, qualis est in vestibus cruore maculatis.* Vocabul. Sussannaei.

MVSTELLVM, φάσμα, *monstrum.* Supplem. Antiquarii. V. *Mostellum.*

Digitized by Google

MVSTIO, V. *Mussio.*

MVSTO, pro *Multo*, vel *Muto*, moneta aurea regum Franciae. Ch. Mſ. a. 1330. V. *Multo.*

MVSTOLIVM, miſcellum frumentum, Gall. *Bled méteil.* Charta ann. 1261. in Tabular. Portus-regii. V. *Mixtum.*

MVSTRICOLA, *machina ad ſtringendos mures.* Gloſſ. Iſid. vbi Graeuius: Forte *ad ſtringendos pedes*, hoc eſt, ad calceum ſuendum, qui pedes tegit et ſtringit. Eſt enim, ſi Feſto fides, *Muſtricola*, forma in qua calceus ſuitur. V. Lex. Martinii in hac voce.

MVSTRVM. Palladius de Architectura, ex MS. Cod. Pithoeano: *Muſtrum autem, quod pro colore purpureo temperatur, etc.*

MVSTVRA, pro *Multura*, Gall. *Mouture.* Charta an. 1236. apud Marten. t. 1. Anecdot. col. 998. V. *Molta.*

MVSVERE, pro *Minuere*, damnum inferre. Bulla Clementis VI. PP. in Chartul. Gemmet. to. 1. p. 129.

MVSVLEVM, V. *Muſileum.*

MVSVLMANI, inquit Leunclauius in Pand. Turc. n. 22. dici volunt Turci, vel potius Saraceni, *tanquam recte credentes*, vbi ille plura. *Moslemes*, appellantur in Charta Aragonica aerae IIII. in Hiſt. Pinnatenſi lib. 3. cap. 5. V. Meurſium in *Μουσουλμανίζειν.*

MVSVM, roſtrum, rictus, Gallis *Museau.* Michael Scotus de Phyſionomia c. 20. *Muſellum*, apud Petrum de Creſcentiis lib. 9. c. 8. V. Aegid. Menagium et Octau. Ferrarium in Orig. linguae Italicae.

MVSVS. (1) Eadem notione qua *Muſum*, in Epiſt. Hadriani PP. an. 784. apud Mabill. Diplom. p. 492. (2) Fructus ſpecies, qui quauis parte ſcindatur, figuram crucis exhibet. Bernhardi de Breydenbach Itiner. T. S. p. 211. *Sunt autem poma illa dulciſſima quando ad debitam peruenium maturitatem et dicuntur Muſi et quacunque parte ſcindantur, vtraque pars ſciſſurae crucem cum Crucifixi imagine gerit impreſſam.*

MVTA. (1) Menſa publicanorum, Germanis eine Mauth, Gallis *le Change.* Helwicus in Rationario Stylae: *Primo moneta et Muta, et iudicium intra muros oppidi Graetzenſis, etc. Mutarii et Monetarii* iunguntur in Metropoli Salisburgenſi to. 3. p. (2) Pro Menſa communi, Gall. *Mense commune.* V. in hac voce. Statuta Eccleſ. S. Stephani Vienn. art. XV. apud R. Duellium lib. 2. Miſcell. p. 91. *Omnia et ſingula emolumenta percipiat . . . exceptis dumtaxat his quae de Muta in primo anno recipi conſueuerunt pro anima et anniuerſario defuncti.* (3) Quoduis vectigal. Charta Arnolfi Reg. a. 898. in Metropoli Salisburgenſi tom. 1. p. 128. Hinc MVTARIVS et MVTNARIVS, publicanus, exactor vectigalium, Germanis ein Mauthner. Occurrit in Metropoli Salisburgenſi tom. 2. pag. 581. (4) MVTA, MVDA, MVTATIO, MVTATICVM, pretium quod datur pro mutatione praedii, cum alteri ceditur. Literae Philippi I. Reg. Franc. an. 1079. tom. 4. Ordinat. pag. 46. *De donationibus autem, vel pignoribus . . . non accipiatur laudimum vel Muta, vel etiam de ſucceſſione hereditaria.* Tabularium Eccleſiae Cadurcenſis: *Raimundus Caput-bouis . . . feuum, quem tenebat de dominis ex Caſtronouo, donat Muda 3. ſols.* Occurrit pluries. MVTAGIVM, eadem notione. Conſuetudo municipalis Bellaici in Pictonibus, in Regeſto Inculiſmenſi. MVTAMENTVM, eodem ſignificatu. Charta an. 1325. apud Rymer. tom. 4. p. 165. MVTATIO, idem quod *Muta.* Tabularium Eccleſiae Viennenſis fol. 89. MVTATICVM, eodem etiam fortean ſignificatu. Hugo Flauiniacenſis, in Chronico Virdun. a. 755. (5) Accipitrum morbus, Gallis *la Muë*, Germ. die Mauſe: accipitres enim quotannis pennas *mutant*, vetusque ſpolium deponunt, quo tempore vehementer aegrotant, etiam vsque ad periculum mortis. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venatione cap. 46. *Et ad ſingulas mutas mutantur colores plumagii.* (6) Domuncula in qua includuntur falcones, cum plumas mutant. Deſcribitur illa a Guillelmo *Tardif* part. 1. *de Fauconn-*

Digitized by Google

commerie, cap. 47. Idem Friedericus lib. 2. in Praefat. *In mutam includere*, eidem. MVTARE, Petro de Crescentiis lib. 10. cap. 7. quod μουτεύειν est apud Demetrium Constant. lib. 2. Hieracosophii cap. 49. Albertus M. lib. 23. de Animalib. cap. 20. *Domus autem Mutae apta et ampla sibi quaeratur, et de muta quando perfectus est, trahatur.* ACCIPITER MVTATVS, qui *mutam* euasit, *Qui a mué, qui a passé la muë*, μούτατος ἱέραξ, apud Demetrium Constant. lib. 1. cap. 41. Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis c. 13. (7) Species campanulae monasticae, quod forte surdum, vt loquimur, haberet sonum, id est, minus acutum. Vitae Abbatum S. Albani pag. 91. *Facta nola, cui Muta vel scilla est nomen.* MOTA dicitur in Ordinario MS. Ecclesiae Rotomagensis. V. *Skella.* (8) MVTA MVSICA, quae χειραγωγία, *Pantomimus*, apud Senatorem lib. 1. Epist. 20. *Hanc partem musicae disciplinae Mutam nominauere maiores, scilicet quae ore clauso manibus loquitur, et quibusdam gesticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut scripturae textu possit intelligi.* (9) Curia, conuentus, concilium, coetus. Chron. Parmense ad an. 1292. apud Murator. to. 9. col. 822. V. *Mota.* (10) MVTA, dici videtur de nauibus, quae securitatis causa simul nauigant. Chron. Parmense ad an. 1307. apud Murator. to. 9. col. 867. *Commune Venetiarum . . . voluit et exposuit ducere salem et alias eorum mercationes per Padum, et transire sursum cum ipsis, sed Commune Parmae viriliter prohibuit ne transirent. Et Commune Venetiarum multos ambaxatores misit Parmam, vt permitterent ire naues eorum et Mutam suam, dicendo quod iter Padi erat suum. Sed nihil eis factum fuit seu prouisum per Commune Parmae.* MVDA, eadem notione, in Continuat. Chron. Andr. Danduli ex Cod. Ambros. apud Murator. to. 12. col. 427. in Notis. (11) † Mensurae species, Germ. ein Muth. Ch. a. 1335. t. 4. Sept. p. 729. *Praedium in Pfons — pendet decem mutas partim siliginis, partim hordei, et XI. modios betarum.*

MVTAGIVM, V. *Muta 4.*

† MVTAMEN, idem quod *Muta* 4. in Ch. Ms. a. 1331.

MVTAMENTVM, idem, V. *Muta 4.*

MVTANDAE, mutatoria, vestes quae mutantur. Papias: *Mutandae, mutatoriae vestes, et camisiae, et bracae.* V. *Mutatoria 2.*

MVTARE. (1) Falcones in domuncula, quae *muta* dicitur, includere et curare. Charta an. 1425. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. p. 559. V. *Muta 6.* (2) Commutare, permutare, Gall. *Echanger.* Tabular. Rothon. (3) † MVTARE SE, e loco moueri, abire, in Act. Ms. Carcass. V. *Monere.*

MVTARIVS, V. *Muta 3.*

MVTATICVM, V. *Muta 4.*

MVTATIO. (1) Locus, in via regali, vbi veredi vel animalia mutabantur in cursu publico: quarum *Mutationum* mentio est in Legg. 34. 36. 53. 58. 60. de Cursu publ. leg. 9. de Tribut. Cod. Th. in Itinerariis Antonini, Hierosolymitano, et aliis, apud Senatorem lib. 4. Epist. 47. etc. ἀλλαγαὶ, Annae Comnenae pag. 139. (2) MVTATIONES AVRI, perperam editum pro *Mutones*, apud la Faille inter Probat. Annal. Tolos. to. 1. p. 97. V. *Multo.* (3) MVTATIONES DOMORVM, praestationes quae fieri solebant ab eo qui alteri in domum succedebant. Ch. a. 1124. ap. Spon. inter Instr. Hist. Geben. t. 2. p. 5. MVTATIONES PRESBYTERI, praestationes quae fieri solebant domino loci in quauis mutatione Sacerdotum seu Curionum. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 31. V. *Muta 4.*

MVTATORIVM. (1) *Mutatoria, dicuntur vulgo diuersoria vel fullonica, quasi secreta aedificia.* Vocabul. Iuris vtriusque. Ridicule omnino; genuinam vocis originem vide in *Mutationes.* (2) Vestes quae aliis mutantur: *vicaria indumenta*, apud Cassianum lib. 4. c. 10. ἐξημοιβὰ ἱμάτια, Homero. *Mutatoriae vestes*, apud Cogitosum in Vita S. Geraldi lib. 1.

Digitized by Google

cap. 34. *veſtimenta Mutatoria*, in Teſtamento Guillelmi D. Montiſpeſſulani an. 1212. Will. Tyrius lib. 6. cap. 6. *Veſtes etiam prae continuis laboribus lacerae, et aſſiduitate vtendi praetendentes veteſtatem, non enim erant populo peregrinanti diuerſa, quibus alternatim vterentur, Mutatoria.* Lambertus Ardenſis: *Alii ſcutellas metalli ſimilis cum calicibus, alii veſtium Mutatoria, alii pictas culcitras et tapetia . . . diſtribuit.* (3)

MVTATORIVM CAESARIS, de quo Rufus in deſcriptione Romae, intelligitur de domo, vbi feceſſus oblectamentique cauſſa aliquando maneret. V. quae hac de re diſſeruit Dom. Bern. de Montfaucon to. 3. Antiquit. explic. part. 1. c. 5.

MVTATVS. (1) V. *Muta* 6. (2) † *Scabinus*, aedilitius, forte quia quolibet anno mutatur. Ch. Mſ. a. 1230.

† MVTERE, *eſtre muet*, in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684. V. *Mutitas.*

† MVTIBERNI, vox ignota Argentraeo l. 1. c. 18. Hiſt. Brit.

† MVTICVLARE, pro mutilare, in Ch. Mſ. a. 1214.

† MVTILITAS, vitium, defectio. Gloſſale Mſ. ſuper III. libr. Salom.

MVTILO, V. *Multo.*

MVTINVS. Aelfricus in Gloſſ. Anglo-Saxon. cap. de nominibus ferarum: *Mutinus, Gadinca, vel Hnoc.* Non liquet, inquit Somnerus. *Mutinae carnes*, in Conſuet. MSS. Eccl. Colon. e Bibl. Eccl. Arrebat. eaedem quae veruecinae. V. *Multo.*

MVTIO, *id eſt Fatuus.* Vocabul. vtriusque Iuris.

† MVTIS, truncus, ſtirps, in Ch. Mſ. a. 1343.

MVTITAS, Αφωνία, in Gloſſ. Graec. Lat. Mirac. S. Bernhardi Epiſc. to. 5. Iulii p. 112.

MVTNARIVS, V. *Muta* 3.

MVTO, MVTTO, MVTONAGIVM, V. *Multo.*

MVTOFEDA, ouis, Maſſilienſibus *Moutonfede*, Lugdun. *Feye.* Charta an. 1390. *Quilibet Mutofeda ſoluat XVI. denarios.* V. *Feda* 2.

MVTONIVM, κυδώνιον, *malum cotoneum.* Supplem. Antiquarii et Gloſſ.

MSS. Lat. Graec. Sanger
itidem Gloſſ. *Mutonium*,
Additio.

MVTPHARACHAE, genus
equitatus, quod deſcribit
Hiſt. l. 14.

MVTRELLA, perperam pro
capitis tegumentum, quod
capparonem vocabant. Gall.
to. 4. col. 782. V. *Mitrae.*

MVTRVM, homicidium, V. *Mu*

† MVTTATGIVM, i. q. *Muta*
Terrear. villae de Buſſeul.

MVTTVM, γεύ, in Gloſſ. Lat
Hinc vox *Mot*, apud Gallos,
quendi formula, *ne Muttum quidem audet dicere.* V. Scaliger ad Feſtum in *Mutire.* Epiſtola Ludouici II. Imp. ad Baſilium Maced. Imp. Conſtantinop. *Verum ſuper hoc ſi eſt, qui ſummo Pontifici ſaltem vnum faciat Mutum, congruo profecto illius non carebit reſponſo.* Vita S. Odonis ſaec. 5. Bened. pag. 167. *Quodſi fortaſſis aliquis a noſtris famulis non ferens eorum improbitatem, aliquid Mutum reſponderet eis aſpere, etc.* Quo ſpectat illud Hieron. in Epiſt. 65. ad Pammachium: *Et Mu vltra non faciam, iuxta Ennium.*

MVTVARE, *mutuum*, ſeu exactionem nomine *mutui* impoſitam ſoluere. V. *Mutuum.*

MVTVATIM, pro *Mutuo*, in Vita S. Antidii Archiep. Biſonticenſis cap. 5.

MVTVATIO, pro Mutatio, in Conſuet. MSS. Auſcior. art. 3.

MVTVLA, ex Ital. *Mutola*, mura. Occurrit in Vita B. Iuſtinae de Aretio n. 9.

MVTVLATVS, idem quod *Expeditus*, in Charta Foreſtae cap. 9. forte pro *mutilatus.*

MVTVLOSVS, ψιλὸς, nudus, glaber. Gloſſ. Lat. Graec. MSS. Sangerm.

MVTVLVS. Lex Ripuar. tit. 60. §. 4. *Si autem ibidem infra terminationem aliqua indicia ſua arte, vel butinae, aut Muuli factae extilerint, ad ſacramentum non admittatur, etc.* Vbi *muuli* ſunt machinationes clandeſtinae, vel ſeditiones clam excitatae, a veteri German. *Meuten*, clandeſtine agere, vnde

Digitized by Google

vnde *Meutmacher*, fiabellum seditionis, Gall. *Mutin.*

MVTVNVS, veruex, Gall. *Mouton.* Charta an. 1307. ex Archiuis S. Victoris Massil. V. *Multo.*

† MVTVRIVM, motio, contentio, rixa, t. 5. Ordinat. p. 723. V. *Monita.*

MVTVS. (1) Obscurus. *Mutus verba*, apud Abbonem in Praefat. ad libros de Bellis Parisiac. (2) MVTI, inter diuinatores reponuntur apud Paschasium Ratbertum in Vita Arsenii seu Walae Abb. Corbeiensis lib. 2. cap. 9. *Diuini, coniectores, et Muti.* Atque hi putantur esse *Engastrimythi*, seu *ventriloqui.* (3) MVTORVM POENA, V. *Panis fortis.* (4) MVTI LAPIDES, sine inscriptione, apud Hygenum de Limitibus constituendis.

MVTVVM, exactio nomine mutui. Charta Rogerii I. Reg. Sicil. an. 1129. apud Murator. to. 6. col. 623. *Nulla angaria, parangaria, echioma, gabella, Mutuum, extorsio iaciatur, imponatur.* V. *Credentia, Creditum.* MVTVVM COACTVM, exactio, quae a dominis in vrgentibus negotiis suis ac necessitatibus fiebat super subditos, vassallos, ac tenentes cum restitutionis conditione ac pollicitatione: a qua quidem exactione exempta pleraque oppida, quibus concessae libertates, leguntur. Charta libertatum Aquarum Mortuarum an. 1246. *Omnes habitatores loci illius sint liberi et immunes ab omnibus questis, talliis, et toltis, et Mutuo coacto, et omni ademptu coacto.* MVTVVM VIOLENTVM, in Charta libertatum Iasseronis, apud Guichenonum in Histor. Bressensi pag. 106. *Roga coacta*, in Charta Ludouici Comitis Blesensis et Claromontens. an. 1197. pro Credulienſi villa: *Omnes homines Credulio manentes taliam mihi debentes, et eorum haeredes, a talia, ablatione, impruntato et Roga coacta de caetero penitus quitos et immunes esse concedo.* MVTVVM EBRALDVM. Charta Henrici Comitis Portugalliae tom. 3. Monarchiae Lusitanae p. 282. *Non introducam Mutuum ebraldum Colimbriam.* † MVTVVM, stipendium datum in antecessum, t. 9. Ordinat. p. 363.

† MVTVVS. *Mutua gratia*, Gall. *Don gratuit*, in Ch. Mi. a. 1326.

MVWES, mensurae species, nisi ab Angl. *Mow*, quod aceruum, cumulum sonat, accersas. Charta Henrici VI. Reg. Angl. an. 1432. apud Rymer. to. 10. p. 514. *Duo millia Muwes salis, in Insula de Gerrau . . . in Britannia.*

MVXONES, V. *Musones.*

MVZA, vestis species, qua caeteri Clerici aeque ac Episcopi vtebantur. Epitome Constit. Eccl. Valent. to. 4. Concil. Hispan. p. 175. *Rectores autem vicarii perpetui, beneficiati altari maioris, diaconi et subdiaconi ecclesiae, Muzas panni nigri ex saga nigra liuidi seu viridis coloris fodratas* (portent). V. *Birrus.*

MVZECTA, eadem notione, qua *Muza.* Notitia Eccles. Catanensis apud Rocchum Pirrum in Sicil. Sacra p. 77. *Canonicalis habitus ex Pii V. litteris almutium et superpellicium erat, sed dein rochetum et birrum seu Muzecta nigri coloris.*

MVZZETTA, eodem significatu. De S. Iuuenale Episc. to. 1. Maii p. 399. V. *Mozzetta.*

MYCETIAS *vocatur tetri rudoris inquietudo terrena.* Ita Apuleius de Mundo. A Graeco nimirum *μύκω*, Mugio, reboo.

MYLLEWELL, piscis genus, qui alius videtur ab eo quem Spelmannus piscem viridem vocat. Computus an. 1425. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosden. p. 577. *Et in III. copulis viridis piscis . . . Et in XV. copulis de Myllewell minoris sortis X. sol. VI. den. et in XX. Myllewell maioris sortis XII. sol.* V. *Mulluellus.*

MYNECENAE, moniales, ex Anglo-Saxon. *Mynecene*, vel *Minicene*, hodie Anglis *Minneken* et *minnekenlasse.* Concil. Stenhamiense in Anglia an. 1009. c. 1.

MYOBARBVM, apud Ausonium in lemmate Epigrammatis 30. Cantharus potorus Scaligero, qui a similitudine muris et barbae, quae in conum desinit, *Myobarbum* voce ibrida dictum

Digitized by Google

dictum existimat. Turnebus vero Aduers. lib. 3. cap. 19. putat verbum compositum a *mure* et *barbo*, quod mensuram liquidorum sesunciam pendentem sonat, vt sit, tanquam muris cyathus. Quidam legunt *Myhobarbum*, alii *Myohobarbum*; emendat Lil. Gyraldus *Myxobarbarum*, quod non placet. V. Cuperum in Harpocrate p. 78.

† MYOCEPHA, MYOCEPHALVM. Alex. Iatrosoph. Mſ. l. 1. Passion. c. 100. *Ad staphylomata enim et ad ypopias et myocephala facit cum oui liquore albo inunctum. - - Si autem myocepha aut ypopius fuerit, post inunctionem ligabis oculos etc.*

MYOPARO, nauigii piratici genus a Paro insula et Myunte vrbe, vt placet Turnebo lib. 3. Aduersar. cap. 1. nomen adepti. Melius Scaliger, a forma *μυῶνες*, hoc est, angusta et oblonga, dictum tradit.

MYRACH, vox Arabica, quam Medici vsurpant pro partibus continentibus stomachi. V. Mundinum in Anatomia p. 43.

MYRIONYMA, Isidis epitherum, quod illa variis nominibus afficeretur. Mabillonius in Itiner. Germ. p. 91. tom. 4. Analect.

MYRMICOLEON, formicarum vorator, leo formicarius, Gr. *μυρμηκολέων*. Vita B. Columbae Reatinae to. 5. Maii p. 373.

† MYROBRECHARIVS, a Graeco *μυροβρεχος*, qui vnguento perfundit et madefacit, ap. Gudium vet. Inscript. CLXV. 6. MVROBRECHARIVS, in Inscr. CCXCIX. 3. V. Martin. in h. v.

MYRONES, *fantasiae*, *miratores*. Papias.

MYRRHINVM, MYRRINVS, V. *Mazer*.

MYRTA, pro myrtus, in Statutis Montis Regal. fol. 318.

MYRTHA, eadem notione, vsurpant Caelius Aurelianus, Celsus, et Apicius. V. *Murta*.

† MYSTACE INCEDERE, grauiter, composite ambulare, in Chron. Ditmari Mersburg. episc.

MYSTARCHVS, sacerdotum [illegible] situs, titulus honorarius [illegible] Tolerani ex Hierolex. Macri.

MYSTERIALES, V. *Ministeri*

MYSTERIARCHES, mysteriorum ritus, vel princeps. Prudent. Asteph. 2. 349.

MYSTERICVS, pro Mysticus. Zachariae PP. an. 748. to. 1. Mogunt. p. 255.

MYSTERIVM. (1) Officium, [illegible] Liturgia. Pelagius Episcop. Oue[illegible] sis in Ferdinando Rege Hispan. (2) MYSTERIVM CHRISTI, sac[illegible] cium missae, t. 2. Aug. p. 728. † MYSTERIVM DEFVNCTORVM, officium solemne pro defunctis, t. 6. Gall. Christ. Instr. p. 445. Statuta Roberti I. Regis Scotiae c. 8. §. 4. *Saluis ipsis custodibus, non rationalibus Mysteriis suis seu necessariis impensis:* sed legendum indubie *missis*. V. in hac voce. (3) Tragoedia sacra. Comment. P. Soucherii Canon. Lemouic. ap. Stephanot. to. 2. Fragm. Hist. MSS. (4) MYSTERIVM NVPTIALE, nuptiae solennes cum caeremoniis ecclesiasticis celebratae. Capitul. lib. 7. c. 165. (5) Pro *Ministerium*, ars, V. *Misterium* 1. (6) † Pro Ministerium, in Stat. Synod. Tornac. a. 1366.

MYSTICARE, sensum arcanum exprimere, includere. Petrus Rigensis in Leuitico:

. . . *Ecclesiam Mysticas illa domus.*

Hugo a S. Victore in Speculo Ecclesiae c. 1. *Cancellus humilior reliquo corpore Ecclesiae, Mysticat quanta humilitas debet esse in clero.* Obseruat Vgutio, *mysticum* dici de temporalibus; *mysterium* de spiritualibus.

MYSTICVS, V. *Sarica*.

MYSTILE, *panis qui canibus obiicitur, Lat. Canice; vel panis excauatus sorbitioni accommodus.* Vocabul. Suffannaei. V. Lex Martinii.

MYTHISTORIA, fabulosa historia Iul. Capitolinus in Macrino.

MYTHISTORICVS, apud Flau. Vopiscum in Firmo.

MYTRVM. Testament. Hugonis I. Episcopi Tolosani apud Catellum p. 858. *Dono itaque vnum Mytrum ab auro sancto*

Digitized by Google

ſancto Stephano, et vnum miſſalem, etc. Mitram forte.

MYXVS, MIXVS, ex Gr. Μύξα, ellychnium lucernae, Gall. *Méche.* Anaſtaſius in S. Silueſtro: *Myxum ex ſtuppa amanthi.* Item: *Poſuit lucernam ex auro puriſſimo Mixorum 10. penſ. lib. 30.* In S. Hilario p. 28. *Lucernam auream cum Mixis luminum decem.* Sed ibi perperam *nixis*, vt et p. 14. 16. 17. 28. 258. pro *mixis*, vti praeferunt alii Cod.

MYZINVM, V. *Imizilum.*

MYZQVITA, i. q. *Meſchita*, in Actis SS. quinque martyrum.

N.

N (1) Littera numeralis, quae 90. denotat. Vnde verſus apud Vgutionem:

N. *nonaginta capit, quae ſic caput eſſe videtur.*

Ita etiam in Notis antiquis. L. LXXXX. *nonaginta.* At apud Baronium N. 900. efficere dicitur hoc verſu:

N. *quoque nongentos numero demonſtrat habendos.*

Eidem litterae ſi recta linea ſuperaddatur, nonaginta millia ſignificat. (2) Literam loco nominis proprii poni coepiſſe paulo ante annum Chriſti milleſimum, obſeruat Hugo Menardus ad librum Sacramentorum Gregorii: cum nota haec *ill.* i. *ille*, poneretur. V. in voce *Ille.* At Ioan. Mabillonius tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti p. 291. tum ex variis MSS. tum ex Frotharii Epiſcopi Tullenſis editis Epiſtolis ante annos octingentos literam N. eo ſenſu adhibitam contendit. V. *Neſtigantio.* (3) *N. in ſuperſcriptione cantilenae, notare, hoc eſt, noſcitare, notificat.* Ita Notkerus Balbulus Opuſc. *Quid ſingulae literae ſignificent in ſuperſcriptione cantilenae.* V. *A.*

NA, in Aquitania vicinisque prouinciis, a mulieribus, quae maritorum luce fulgebant, praepoſitum fuiſſe, docet Petrus de Marca Marcae Hiſpan. col. 262. V. *En, Ena.*

NABALIS, *campi culture dediti*, in Gloſſ. Sangerman. MS. num. 501. An corrupta vox a *Nauare*, operam collocare?

NABATAE, *ex adulterio concepti.* Suſſannaeus.

NABETINVS, f. *fundici* curator, inferior *fundegario*, aut exactor *nabuli.* Statura Maſſil. lib. 1. cap. 18. §. 14. *Similiter ſtatuimus ne aliquis fundegarius vel Nabetinus, vel qui ſuum vinum vendit vel vendi faciat ad minutum, ne aliquis qui praeter mercadariam, miniſterium ſuum vel corratoriam exerceat, in terra illa poſſit fieri vel conſtitui conſul.* Ibid. §. 16. *Si aliquis fundegarius vel Nabetinus, vel aliqui quandocunque facient contra ſacramentum, quod fecerint vel facient Rectori Maſſiliae, in redemptione dicti fundici perdant incontinenti omne ius, quod tunc haberent in dicto fundico, et ab inde non ſint fundegarii fundici ſupradicti.* V. *Funda* et mox *Nabulum.*

NABILIS, *ad nandum habilis*, *Nabundus, facilis ad nandum, vel ſimilis nauti*, Iohanni de Ianua. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerman. *Nablis, Bien noant ou nagent; Nabundus, Idem.*

† NABINVS, napus, Hiſpan. *Nabo*, in Leud. maior. Carcaſſ. Mſ.

NABITA, *nauicta.* Gloſſ. Iſid. Emendandum cum Graeuio: *Nauita, Nauta.*

NABLISARE, *pſalmiſare*, ψάλλειν. Gloſſ. Graec. Lat. *Nablio*, ψάλτης, *Pſalta*, ex quibus corrigendae Gloſſae aliae: *Naulio*, ψάλτης. *Nabilium* erat Phoenicium organum lyrae vel cytharae ſimile. Eucherius Lugdun. *Nablum, quod Graece appellatur Pſalterium, quod a pſallendo dictum eſt, ad ſimilitudinem cytharae barbaricae in modum Delta.*

† NABVLLVM, naulum, in Ch. a. 951. apud Murat. t. 5. Antiq. p. 965.

NABVLVM, *merces nautica*, Iohanni de Ianua. Imo tributum pro merce nauti-

Digitized by Google

nautica, *naulum*, Italis *Nolo*. Statuta Venetorum lib. 6. c. 68. *Quod vertitur . . . in damnum patronorum, et aliarum mercationum propter dacias, Nabula, et vareas.* Ita et cap. 70. vbi interpres *Nolo* vertit.

NACA. (1) Nauigii ſpecies, ſcapha, Germanis Nachen; quam vocem quidam a Graeco νᾶυς deducunt. Monachus Altiſiodorenſis pag. 96. *De Flandriis quidem 60. rates mediae quantitatis, quas illi Nacas vocant, neceſſariis omnibus praemunitae mare ingreſſae ſunt.* NECCHIA. Iac. de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Orient apud Marten. to. 3. Anecd. col 283. *Nam diebus paucis euolutis venerunt Daci, Normanni, Franci, Scoti et ceterae gentes, quae inter Occidentem et Septentrionem ſitae ſunt . . . nauibus iocundis, quae Necchie dicuntur ac nocte.* Locum hunc mendis ſcatentem ex ſubſequenti corrigendum eſſe liquet. Legi tamen poſſet *Nachiae* pro *Necchie*, vel *Hilnachiae*. HILNACHIA, apud Conradum Vſperg. an. 1177 *Caeterae gentes inſularum, quae inter Occidentem et Septentrionem ſitae ſunt, . . . nauibus rotundis, quae Hilnachiae dicuntur, aduectae.* ISNECIA, vel ILNECHIA, eadem notione, Scriptoribus Gallicis *Eſnechus*, Theutonibus *Snack* et *Sneck*. Miracula S. Wlfranni Epiſc. num. 8. *Ecce repente ingens paro, qui barbara lingua Iſnechia dicitur, apparuit.* Sanutus lib. 3. part. 10. c. 3. *Iacobus de Aueſnis cum multitudine nauium, quas Eſneches appellant, adducens Flandrenſes, etc.* NACELLA, diminut. a *Naca*, Gallis *Nacelle*. Matth. Pariſ. *Tranſitum* (fluminis) *per Nacellas et alia vaſa praeparauit.* NASELLA, in Geſtis S. Ludou. p. 351. to. 5. NANCA, pro *Naca*, vt videtur, nauicula piſcatoria. Transactio Guillelmi Comitis Forcalquerii cum Monachis Montis-maioris an. 1212. *Teſtes probauerant Monaſterium habuiſſe pacifice ab omnibus ibi piſcantibus, ſingulis ſeptimanis, leuatam piſcium, excepto die lunae et ſingulis noctibus, ſingulos obolos pro ſingulis Naucis aut tres denarios pro una ſeptimana.* (2) *cancer*, apud Papiam.

NACARA. (1) Crotalum, pani ſpecies. Academici Ct *Nacchera, ſtrumento ſimile burro che ſi ſuona à cavallo. nium, ſeneſe dicono anco Nacch un certo cerchio ò triangolo dì che ſi percuoto con una vergh ferro: Latine* Crotalum. Script ſimi aeui in codice MS. 1343. oth. Regiae fol. 81. *Quidam ſ co iocabant, grauatos dulciter antes: quidam Nacaria baculab magnum ſonum facientes, etc.* Petrus de Valle in Epiſt. 6. ita appellari ait *Tamburlorum*, ſeu tympanorum bellicorum ſpeciem, qua equitatus militaris Alemannicus, Septentrionalis praeſertim, vti ſolet: *Tamburi a cavallo, che noi in Italiano chiamomo Nacchere. Tymbales* Galli vocant. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 20. 21. *Sint quatuor tubatores, tibicines, tibiatores, et qui ſciant pulſare Nacharas, Tymbana ſeu Tamburla.* Areſtum 24. Ian. an. 1320. *Luſor ſeu menetherius Nacariarum.* Hinc emendanda Geſta Ludouici VII. Reg. Franc. cap. 8. *Tympanis et Nacariis, et aliis ſimilibus inſtrumentis reſonabant.* Perperam enim editio praefert *Macariis*: quo loco tribuuntur *Nacarae* Turcis ac Saracenis. A Turcis igitur ea noſtri hauſere: nam et Francis non ſemel tribuuntur a Scriptoribus laudatis in Notis ad Ioinuillam: vbi etiam obſeruatum interdum ab iis *Anacaires* appellari, vt eſt apud Graecos Ἀνάκαρα, Codino de Off. cap. 6. n. 15. Ἀνακάραδα apud Niceram vnde Ἀνακαρίσαι, Tympaniſtae dicti apud eundem Codinum loco citato, et Nicetam in Man. lib. 5. n. 7. et in Iſaac. lib. 1. n. 10. qui eiusmodi tympana pulſabant. Vett. Gloſſ. Lat. Gall. *Tinctitare, Jouër des Nacaires.* Alibi: *Tarantarizare, Tromper, ou Naguairer: Jouër des Nagaires.* V. Octauium Ferrarium in voce *Guaccare.* NACTARIVS, vel potius *Nacarius* aut *Nacharius*, tympanotriba, Gall. *Timbalier.* Computum an. 1333. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 277. (2) † NACARA, NACCHARA, conchy-

conchyliorum genus, Hisp. *Nacara*, Ital. *Nacchera*, Gall. *Nacre*. Inuent. Mſ. theſ. Sed. Apoſt. a. 1295. V. *Nacrum*.

NACCVM, NACHVM, V. *Nactum*.

NACE, piſcaria, V. in *Naſſa*.

NACELLA, V. *Naca* 1.

NACER, V. mox *Nacrum*.

NACHSCHAIT, V. *Naſtaid*.

NACISTERNA, *aquarium vas*, apud Papiam.

NACRVM, vel NACER, concha margaritifera, Gall. *Nacre*. Hiſp. *Nacar*. Inuentarium an. 1347. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 556.

NACTA, apoſtema, V. *Nasta*.

NACTARIVS, V. in *Nacara*.

NACTINA, V. *Nactum*.

NACTVM, vel NACTVS. Iacobus Stephaneſcus Cardinalis lib. 1. de Coronatione Bonifacii VIII. cap. 9.

Poſt ipſum quadratus equus, detextus ad ante,
Velatusque rubro ſcarleti tergora Nacto
Cygneus ad dextram vehitur.

Et infra:

Cornipedemque ſedens niueum ſub tegmine Nacti.

Hinc emendandus Alexander III. PP. Epiſt. 52. ad Philippum Colonienſem Archiepiſc. *Inſigne quoque feſtiui equi, quod a quibusdem vulgo Naccum vocatur, . . . confirmamus.* Ita etiam praefert illa quam deſcripſit Maximilianus Henric. in Apolog. Archiep. Colon. p. 3. Et Innocentius III. PP. lib. 1. Epiſt. p. 34. Edit. Colon. et 36. Edit. Venetae: *Denique vt Piſana ciuitas . . . amplius honoretur, equo albo, cum Nacho albo in proceſſionibus vtendi tibi licentiam damus.* († Vox *Naccum* frequentius legitur, quam vt mendum eſſe poſſit; praeter enim allata, *Naccum* habet Bulla Bened. VII. a. 975. t. 1. Hiſt. Treuir. p. 313. Vtrumque igitur retinendum videtur.) Ita perperam *Nauo*, editum apud Vghellum to. 4. p. 1200. Legendum enim vtrobique *Nacto*. Quod porro hi *Nactum*, alii *coopertorium*, vel *vdonem* appellant, ita vt *Nactus* fuerit ſtragulum, quo totus equus inſternitur. Balſamo in Nomocan. Photii tit. 8. cap. 1. ait, magnum Chartophylacem in Feſti SS. Notariorum proceſſione, Καβαλικέυειν τὸ πατριαρχικὸν ἄλογον μετὰ ὀθονίου λευκοῦ. Voſſius *nachus* retinet, et a νάκος, i. vellus vel lana, deducit: ſed vix eſt vt aſſentiar. Vetus Interpres Iuuenalis Sat. 6. v. 80. *taſtudinum conopeum Poëtae interpretatur, linum tenuiſſimis maculis Nactum.* Quo loco Pithoeus *netum* aut *nexum* fruſtra conatur reponere: eſt enim *Nactum*, quod in Gloſſ. Gr. Lat. νακτὸν, τὸ πεπιλωμένον, dicitur, denſum, preſſum, a νάσσειν, premere, denſare. Hinc fullo, νάκτης, a denſando et premendo, *Nactina*, fullonis vxor apud Apuleium. Heſychius νακτὰ, πίλως, ἐμπίλια, etiam interpretatur. V. *Thoracomachus*. NACTVM, metaphorice, ſtragula ſeu caſula ambiens totum corpus Sacerdotis, vt coniectat Sollerius. Translatio S. Apollinaris, tom. 5. Iulii pag. 378. NACVM, pro *Nactum*, ſtragulum. Gualuaneus Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1047. † Pro panni ſpecie, Gall. *Nac* non ſemel legitur in Inuent. S. Capellae Pariſ. a. 1363. V. *Nattus*.

NACVM, V. *Nactum*.

NADILHA. Reparationes factae in Seneſcallia Carcaſſonae ann. 1435. e MS. D. Lancelot: *Item pro vno alio ferro et Nadilha poſitis in alio molendino, et pro alia neceſſaria reparando, XXX. ſ. tur.* *) Germ. Nadel eſt acus, aut quidquid in acumen exit.

NADIVVS, pro *natiuus*. Capitulum generale S. Victoris Maſſil. an. 1718.

NADONES, NADONI, agni, capreoli, Prouincialibus *Nadons*, quaſi recens nati. Elenchus Eccleſiarum Cellae Cariloci ſubditarum, apud Domnum Chanteloup in Hiſt. MS. Montis-maioris: *Medietate omnium decimarum Nadonorum ad eas ſpectantium* NADI, eadem notione. Charta an. 1416. ex Archiuo S. Victoris Maſſil.

NADVS, V. *Nadones*.

† NAGA-

† NAGALE, animalis genus, in Gloss. super III. libros Salomon. et Lament. Ierem. ex Bibl. Heilbr. p. 54.

NAGARE. In Gloss. Isid. *Vacillare, huc et illuc fluctuare.* Quidam putant idem esse quod *Natare*, nare, vnde Galli *Nager* hauserunt: sed videtur legendum, *vagare*, vel *vagari*, nisi ita etiam haberet Papias: *Nagat, vacillat, huc illuque fertur.* Graecuius mallet *nutare*, si quid tamen mutandum.

NAGARIA, f. pro *Angaria*, de quo supra. Charta Alexandri Leodicensis Episc. ann. 1131. apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. col. 710. † Leg. esse *Wagaria* monet Martenius in Gloss. ad calcem ampliss. Collect. V. in *Waga*.

NAGDEDEN, V. mox in *Nagleden*.

NAGELLVS, Germ. Nagel, clauus, apud Marten. to. 2. Itiner. Liter. p. 365.

NAGEVM, *nugium, pallium tenue*, apud Papiam. Gloss. Sangerman. MS. num. 501. *Nageum, Nugeum; palleum tenuem.* V. *Nactum*.

NAGLEDEN. Charta Balduini Comitis Guinensis an. 1228. in Tabul. S. Bertini: *Propter hoc autem quod Castellanus de Broborgh in initio Augusti, et etiam per totum Augustum debet Nagleden prohibere, praeter de decimis*, etc. In autographo legitur *Nagdeden:* quod erat interdictum aliquid exportandi ante solis ortum et post occasum, mense Augusto. *Ban d'Aoust*, in Consuetud. Atrebat. art. 48.

NAIBIS, f. fritillus seu alueolus aleatorius. Vita S. Bernardi Sen. to. 5. Maii pag. 281. *Naibes, taxillos tessaras, et instrumenta insuper lignea, super quae auare irreligiosi ludi fiebant, combustos esse praecepit.* † Ital. *Naibi*, ludi puerilis genus.

NAICVS, natiuus. Hist. Gemmetic. MS. p. 59.

† NALIS. Stat. Auellae a. 1496. c. 124. *Nulla persona - - portare audeat - - aliquem cultellum - - maiorem et longiorem vno pede et dimidio cum Nalibus.*

NALVM. Acta Murensis Monasterii p. 39. *Vnusquisque enim debet ex constitutione 4. boues praestare; drias supradictae mensurae et omnia quae sunt necessari parte dare, nisi Nalum ad vn que, aut iugum nisi ad u dant tamen panem vnum qui bet restitui a Praepositо.*

NAM, secundo loco in oration vox *Enim. Vetus Interpres I lis Sat. 7. Armaria Nam ad rum apud veteres Scalas hab* Vtitur et Sat. 7. vers. 192. et non semel. NAM NON, pro *vero.* Testam. Notherii Episcopi Veronensis sub Berengario Rege.

† NAMARE. (1) *Narrare* in vet. Gloss. Cod. 7641. (2) V. *Namiare.*

NAMFILVM, V. *Namplili.*

NAMIARE, pignorare, pignus auferre. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 51. EXNAMMIARE, idem. Vetus Charta in eodem Tabulario Fiscannensi f. 71. NAMARE. Leges Burgorum Scotic. cap. 4. NANNEARE. Tabular. Maioris Monast. circa an. 1200. NANTARE. Charta Ludouici Comitis Blesensis et Clarimontis an. 1197. pro Credulio. V. *Namium.*

NAMBIPAYA. Georg. Marcgrauius de vestitu Brasilienſium lib. 8. cap. 6. *Auriculas perforant in tantum, vt digitum immittere possint foramini. Huic immittunt vel os aliquod cercopithecorum et vocant Nambipaya: vel lignum aliquod digiti humani magnitudine, filis gossypinis circumuolutum.*

NAMIVM, pignus, ex Saxonico *Nam*, pignoris ablatio, et *Nyman*, distringere, Germ. nehmen, vt vult Lambardus: vel vt vult Ioannes Stiernhookus lib. 1. de Iure Sueonum vetusto cap. 10. a voce Suecica *Nema*, et *Nam*, quae *capturam* sonat: *Nam*, apud Petrum de Fontanis in Consilio cap. 10. et in veteri Consuetud. Normanniae 1. part. vbi complura habentur capita de eiusmodi *Namiis;* et in noua art. 63. et seqq. Hickesio tom. 1. Thesauri Lingu. Sept. p. 164. vbi de Grammatica Anglo-Saxon. *Namps* cum Latino-Barbaro *Nampta* videtur factum a *Namfes, Namfi* per contractionem a plurali *Namfeos*

vel

vel *Namfeobs*, quod pecora districta significat, vt *Namfae* in vetustis Danicae et Scandicae linguae libris; *Nams* vero elisо p. a *Namps* vocabulo. *Namium Capere*, pecora seu pignus auferre. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 2. *Per Namia distringere*, ablatis pignoribus compellere. Charta Matillis apud Th. Madox Formul. Anglic. p. 313. *Namium excutere*, datum vel ablatum eripere. Leges Henr. I. c. 51. *Namium vetitum*, illegitima pecorum prehensio, et in locum illicitum abactio, sub praetextu damni per ea abigenti facti, quo casu clarigationis ius conceditur, quod *Placitum de Vetito Namii* dicitur. *Namium* enim *extra Hundredum duci* vetatur, in Legibus Henrici I. c. 29. NAMMIVM, NAMMIARE, in Consuetudinibus municipalibus, *Natir*, passim. Charta Henrici Abbat. Fiscan. in Tabulario Fisc. fol. 36. *Nammia quae capta fuerint in terra Abbatis non nisi in terra Abbatis ponentur in parcum . . forestarius sequetur forefactum vsque in villam de Asiaco per roeriam, et si equus attelatus fuerit, Nammiabit, et Praeposito Abbatis vsque ad placita replegiabit.* NAMNVM. Concilium Islebonense cap. 19. NANNVM. Charta Willelmi Comitis Pontiuensis an. 1145. NANTISSAMENTVM, eadem notione, Gall. *Nantissement*. Litterae Philippi Pulcri Franc. Regis ad Archiepiscopum Senon. et Episc. Altissiod. NAMPTVM. Regestum *Olim* an. 1273. fol. 195. NAMTVM. Leges Norman. cap. 7. apud Ludewig. to. 7. p. 159. NANTVM. Charta an. 1247. NAVTVM, idem quod *Nantum*, ni ita legendum sit. Tabular. Calense pag. 116. V. *Namiare*.

† NAMMA, i. q. *Namium*, in Ch. a. 1259. t. 1. Probat. Hist. Brit. p. 974.

† NAMMEARE, i. q. *Namiare*, in Ch. a. 1281. ibid. p. 1059.

NAMMIVM, V. *Namium*.

NAMPHILI, vox quae non semel occurrit in Chartis Comitatus Venuxini, ac praesertim in licitationibus seu auctionibus Carpentoractensibus saeculi XIV. quae factae dicuntur *sono tubae vel Namphili*. An tympani? Sed vnde nata vox? † Pro tympano voces NAMPHILE et NAMPHILVM leguntur in Ch. a. 1321. t. 2. Probat. Hist. Nem. p. 30. p. 172. NAMFILVM, in Ch. Ms. a. 1387.

† NAMPIVM, forte pro *Namptum*, pignus, in Ch. Ms. Henr. reg. Angl. V. *Namium*.

NAMPTVM, NAMTVM, V. *Namium*.

NANCA, f. nauicula, V. in *Naca* 1.

NANCTVS, pro nactus, non semel vsurpat S. Paulinus. NANCTVS, densus, pressus, V. *Nactum*.

NANDOMEAT. Tabul. Prior. Paredi in Burg. Ducatu f. 61. *Dedit praetellum cum terra arabile, qui terminatur de vna parte terra Assidei; . . . de tertia, terra S. Gregorii; de quarta Liger fluuius Nandomeat.* Quid id sit, non percipio, nisi vox diuidenda, *nando meat*, i. vbi Liger fluit.

NANGVINATA. Maffeius Hist. Ind. lib. 12. vbi de Iaponiis: *Accedit pilum auro argentoue bracteatum falce praefixum, Nanguinatam appellant.*

† NANITIRE, mendose pro *Nantire*, pignorare, apud Bened. abb. Petroburg. t. 1. p. 249. V. *Namiare*.

NANNA, auia, in Actis B. Iacobi Bitectensis, tom. 3. April. pag. 530. V. in *Nonnus*.

NANNEARE, V. *Namiare*.

NANNVM, V. *Namium*.

NANSIA, († forte pro *Nansa*, quae vox Ital. est *aggiunto d'acqua odorifera*, Gall. *Eau de fleurs d'orange*.) Miracula B. Felicis Cappucini, tom. 4. Maii pag. 270. *Cumque inuenisset aquam odoratam ex floribus aurantiorum vel gelsominorum (Nansiam vulgus appellat) in amphora quinque circiter quartalium, naturalem ratus, totam ebibit.*

NANTARE, pignus auferre, V. *Namiare*.

NANTISSAMENTVM, NANTVM, V. *Namium*.

† NAOFILAX, pro *Naophylax*, vox Graeca, aedituus, t. 2. Aug. p. 690.

NAPA, mappa, Gall. *Nape*. Charta an. 1181. ex Archiuo Eccl. Dolensis.

NAPARIA, seu *Mapparia*, officium in aula Regia, cui incumbit mappas, cana-

Digitized by Google

canabum, manutergia, et similia prouidere, in Fleta lib. 2. cap. 19. *Napes*, Galli mappas vocant. Vide Octau. Ferrarium in Orig. Ital. V. *Nappa*.

NAPATICA, († naporum cultura.) Polyptychus Ecclesiae Floriacensis: *Debet vnusquisque mansus seruilis per totas hebdomadas dies 15. et vnam Napaticam in vineis.* Alibi: *Soluit vnusquisque mansus seruilis per totas hebdomadas in anno dies 5. . . . debet Napaticas 11.* etc. Rursum: *Debet vnusquisque mansus seruilis per totas hebdomadas dies 5. et vnam Naparicam in vinea de qua recipit tertiam partem, etc.* V. *Nappa*.

NAPERII, Angl. *Napery*, linteum ad mensam, vt mappae, Gall. *Napes*. Ordinatio Henrici VI. Angl. Regis an. 1430. apud Rymer. to. 10. pag. 471.

NAPINA, ager napis consitus, Pictauis *Nabine*, in Lege Salica tit. 29. §. 13. *Napinam, et rapinam*, pro satione naporum et raporum habent Cato et Columella lib. 11. c. 2.

NAPLIA, Neapolis, Gall. *Naples*, in Actis S. Francisci de Paula to. 1. April. p. 122.

NAPOCAVLIS, *ex duobus oleribus compositum nomen habet, quia dum sit sapore napo similis, non in radice, sed in tyrso conscendit, vt caulis*, Isidoro lib. 17. cap. 10. et Iohanni de Ianua; *une maniere de chos semblans a naven*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS.

NAPPA, († f. idem quod *Napina*, vnde NAPATICA, naporum cultura, in Ch. Mf. a. 1407.) Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 33. v. *Et inde reddant 3. sol. censuales*, et *12. pro auena, et quaestam, et agrerium terrae, exceptis Nappis, et agrerium sine monacho S. Eparchii vel eius misso non excutietur.* V. *Napatica*.

† NAPPETVM, diminut. a *Nappus*, in Inuent. Mf. thes. Sed. Apost. an. 1295. V. mox

† NAPPVS, NAPVS, Ital. *Nappo*, poculum, crater, scyphus, Germ. Napf. Ch. a. 936. ap. Murat. t. 2. Antiq. p. 1064.

NAPTA, pro *Naphtha*, bitu[illegible] facile accenditur, scribun[illegible] Vgutio et Iohannes de Ianu[illegible] in Glossis Lat. Gall. Sangerm[illegible] *pta, Norrissement de feu, olive, ou purgement de lin, tre chose*.

NAPVS, V. *Nappus*.

† NARANCVM, malum aureum *Narancio*, Gall. *Orange*, [illegible] rat. t. 3. Antiq. p. 1203.

† NARCHA, *Stephano est piscis, si quis manu tenuerit, tremit eius ob frigus.* Gloss. Medic. Mf. Simon. Ianuens.

† NARCISSVS, NARCISVS, coloris species, i. q. cineraceus. Inuent. Mf. S. Capellae Paris.

† NARCVS, *lo magistro de la nane*, in Gloss. Lat. Ital. Mf. V. *Nargus*.

NARDIFICARE, *fragrare*, in Gloss. Arabico-Lat. Spirare odorem nardi. Gr. νᾳρδίζειν.

NARDINVN, *id est oleum*. Ita Ioannes de Garlandia in Synonymis Chymicis.

† NARDIVM, f. molendinum olearium. Ch. a. 1195. t. 1. Probat. Annal. Praemonstrat. p. 455. *Grangiam de Masiil, allodium cum molendino, nardium de Noirant etc.* V. *Nardinum*.

NARDOSTACHYVM, spica nardi, apud Apicium lib. 7. cap. 6. V. in *Pisticus*.

NARDVS EQVVS. Processus de Vita S. Yuonis, to. 4. Maii p. 558. *Qui quemdam equum Nardum, valoris 40. librarum vel circa, de domo episcopali ceperat.* Videtur legendum *Liardus*, Gall. *Gris pommelé*, vt suo loco dictum.

NARES PRAECIDERE, V. *Denasatus*.

NARGVS, *nauis magister*, Papiae in MS. Bituric. ex *Nauargus* pro *Nauarchus*, per syncopen.

NARICI, *bruti*. Gloss. Isid. Recte Graeuius: *Narycii, Brutii*, Narycia enim in Brutiis posita. Vide Virgilium lib. 3. Aeneid. et ibi Seruium.

NARICIA, Papiae, *locus est in quo abundant picae*, vel potius *piceae*, vt Grae-

Digitized by Google

Graeuius reſtituit, qui emendationem confirmat hoc Poëtae verſu:

Naryciae picis, aut Actaei mellis Hymetti.

De pice Brutia, vide Plinium lib. 14. cap. 19.

† NARICVS, *a chi goça el naſo.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† NARIGIA, ferrum cauatum, cui vectis impoſitus facile voluitur. Guido de Vigeu. Mſ.

NARINOSI DII, ſi haec vera lectio apud Lactantium lib. 5. cap. 12. dici videntur quod odoribus thuris colantur; ſed alii legunt *carioſi*, alii *varicoſi*. Vide ibi notas Thomaſii.

NARIRE, *nares fricare, ſubſannare*, Iohanni de Ianua; in Catholico paruo, *Nariller, froter la narine, ou mouquer.* Hinc *Nario, ſubſannans*, in Gloſſis Iſid. *Nario, ſubſannator*, in aliis.

NAROD, tributi ſpecies apud Bohemos, in Charta Ottocari Regis Bohem. an. 1221. in Bohemia Pia, p. 88.

NARRATIO. (1) Cauſa, lis intentata. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiae cap. 15. (2) † NARRATIO FEODATA, quae et *Nominatio* dicitur, vaſſalli clientelaris profeſſio, qua feudalium praediorum deſcriptionem domino offert. Tabul. Trenorch. V. *Denominatio* et *Numeramentum.*

† NARRATIVE, computando. Chron. Io. Whethamſt. p. 442.

NARRATORES, aduocati, patroni cauſarum, *Conteurs*, in veteri Conſuetudine Normanniae c. 64. Matth. Pariſ. an. 1239. *Cum Prolocutoribus Banci, quos Narratores appellamus.* Vitae Abbatum S. Albani: *Placitantium aduocatorum, quos Banci Narratores vulgariter appellamus.* In Gloſſis Iſidori lego, *Moratores, Aduocati.* Vbi ſorte legendum *Narratores* vel *Oratores.*

† NARSIA, nemus. *Partem narſiae ſeu nemoris ſui*, in Necrol. Prior. S. Rob. Cornill.

NARTA. (1) Species ſolearum ligneārum, quibus in transmittenda glacie altiſſimisque niuibus vtuntur Scricfinni aliaeque gentes finitimae. Nil aliud ſunt, vt Hofmannus exponit, quam lignum tenue et longiuſculum, anteriori ſui parte incuruum, in cuius medietate anſa eſt ex corio, cui pes inſeritur, ſubiecta ex contorto vimine alia, qua poſteriora pedis firmantur. Plura vide apud eumdem Hofmannum et apud Bened. Balduinum de calceo antiquo cap. 6. (2) Tuber, ganglionis ſpecies. Miracula S. Antonii de Padua, to. 2. Iunii p. 738. *Mulier . . . quaedam morbum periculoſum, quod Narta dicitur, in cranio capitis radicatum, in quantitate pugni, paſſa fuit decem annis.*

NARVS, ἐπίγνωσις, ἔννοια, in Gloſſis Lat. Graec. Sangermann. cognitio, cogitatio. Emendo *Narritas*, quod dictum ſit pro *Gnaritas*, quemadmodum *Narus* pro *Gnarus*. Ioh. de Ianua: *Narus, ſciens, peritus; Sages*, in Gloſſis Lat. Sangerm.

NAṢALE, NASILE, pars caſſidis demiſſa, quae naſum tegit, Italis *Naſale*, Lat. *Errhinum.* Catholicon paruum: *Naſile, Ce qui défend le nez.* Ioh. de Ianua: *Naſilis, pertinens ad naſum, Naſale, quod naſum protegit.* Gloſſ. Lat. Gall. Sangermann. *Naſilis, Naſile, Appartenant au nez, naziere.* Matth. Siluaticus: *Naſale, intectorium naſi.* Vgutio: *Naſale, quod naſum protegit. Naſale*, in Gloſſ. Iſid. *Ornamentum equorum.*

NASANVS, inter piſces numeratur ab Angelo Rumplero lib. 1. Hiſt. Monaſt. Formbac. apud Pezium to. 1. Anecd. p. 3. col. 433.

NASARE CANAPVM, cannabem macerare; aqua ſubigere. Statuta Saluciarum Collat. 3. cap. 103.

NASCALE, *quod matrici imponitur, ſimile ſuppoſitorio, peſſarium vero ſimile clyſteri, quamuis pro Naſcali peſſarium in libris antiquis ſaepe inueniatur.* Matth. Siluaticus.

NASCARDVS. Ioh. Eremita in Vita S. Bernardi Abb. lib. 2. num. 11. *Eſt dictus Teſcelinus Naſcardus, quia de aqua fuerat ſublatus et piſcatus ſicut piſtis.* Lubentius legerem *Naſſardus*, vel *Naſſatus*, a *Naſſa*, vel *Nacardus* ſeu *Natus*, a *Naca*, de quo ſupra.

NASCENDO ESSE. Lex Longob. lib. 2. tit. 21. §. 9. *Et ille qui pulsat et wadiam suscepit, proximiores sacramentales, qui Nascendo sunt, debent nominare tantum, etc.* Id est, qui genere proximiores sunt. Vbi Edictum Rotharis Regis tit. 109. §. 4. *Qui Nascendeim.*

NASCENTIA. (1) Horoscopus, *Genitura*, Suetonio, Spartiano, Firmico et aliis: *Geneſis*, Iuuenali: *Natiuitas*, sancto Ambrosio lib. 4. Hexaem. Vita S. Eligii lib. 2. Vide *Geneſis.* (2) Origo, genus. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 123 col. 1. (3) Apostema, nascens seu excrescens tuber. Acta B. Gerardi tom. 1. Iunii pag. 770. (4) NASCENTIA TERRAE, fructus qui ex terra proueniunt, apud Luciferum Calaritanum lib. 1. pro S. Athanasio pag. 15. 1. Edit. ex lib. Paralipom. cap. 28. *Maledicti filii ventris tui, et Nascentia terrae tuae.* (5) † Fetura. Stat. Vallis-Ser. Mſ. *Quod quaelibet vacca - - peperit - - vnam nascentiam quolibet anno.*

NASCIO, *nire*, *nascendi proprietas*, *actus vel passio nascendi*, apud Vgutionem.

NASDA, gibbus, V. *Natta* 2.

† NASELLO, piscis marini genus. Tract. Mſ. de Pisc. c. 117. *Asellus*, *aliis asino*, *aliis Naſello*, *nostris merlus dicitur.* V. *Nasanus.*

NASELLVS, *Naſicelus*, *Naſitellus*, *a Naſus*, Iohan. de Ianua. *Petit nerf*, (*nef vel nez*) in Gloſſis Lat. Gall. Sangerman. † Gloſſ. Prou. Lat. *Naſellus*, *Naſiculus*, *Naſitellus.*

NASIDIANITA, († forte irrisor, V. *Narire.*) Ioan. Sarisberiensis lib. 8. Policr. cap. 8. *Ab his ergo* (conuiuiis ciuilibus) *Naſidianitae arcentur, et quicunque ſupercilii grauitate et inamoeno vultu admiſſorum hilaritatem offendit.*

NASILE, quod tegit nasum, V. *Naſale.*

NASIS, V. *Greſa.*

NASISTERGIVM, vel NASITERGIVM, linteolum quo nasus emungitur, Gall. *Mouchoir.* Sebastianus Perusinus in Vita B. Columbae to. 5. Maii pag. 351.

NASONA, species glareae. Statuta Astensia fol. 32. *Si quis de cetero tauerit alicui capere Naſonas vel rauellam vel ſablonum in glarea, nisi gri vel burburis etc.*

† NASOSVS, nasutus, in Gloſſ. Gall. Lat. Mſ.

† NASOYRVM, forte locus vbi aliquid reponitur et seruatur, in Stat. Auellae a. 1496.

† NASPVM, instrumentum ad modum alabri, quod Ital. *Naſpo* dicitur, factum, carchesii versatilis species. Tract. Mſ. de re milit. et mach. bell. c. 39.

NASSA, piscaria, († gurges, locus in fluuio coarctatus piscium capiendorum gratia, Gall. ol. *Nauſe.*) Charta an. 1216. in Tabular. Abbatiae Frigidi montis fol. 88. *Quitaui etiam Naſſam dictae Eccleſiae quam contra eam in molendino de Cires reclamabant.* Lit. Eduardi III. an. 1341. apud Rymer. to. 5. p. 229. *Querelam dilectorum et fidelium noſtrorum Maioris Iuratorum . . . ciuitatii noſtrae Baionae recepimus, continentem quod ratione . . . cuiusdam fortaliſii ibidem per ipſum conſtructi* (prope) *quandam Naſſam ſiue piſcariam, in aqua vocata la Dore, vbi naues et batellae tranſire . . . hactenus ſolebant.* Notum est *Naſſam* esse *Piſcatorii vaſis genus*, ex vimine fere contextum, *quo*, vt habet Festus, *quum intrauit piſcis, exire non poteſt*, Germ. eine Reuſe, hinc piscaria, *Naſſa* generatim dicta; in piscariam enim ingressus piscis, vt in *naſſam*, euadere non potest. NACE, NASSE, eadem notione. Charta ann. 1409. apud Rymer. to. 8. pag. 580. Charta Girardi Hamensium Domini a. 1145.

NASSALE, V. *Macepediculum.*

NASSELLA, nauicula, V. *Naca.*

NASSERIVM, († idem quod *Naſſe*, Gall. *Naſſier.*) Inuentarium *Piquet* n. 18. c. 41. de Volta fol. 14. vo. ex Archiuo Principis de Rohan: *Item quoddam Naſſerium cum tentmento itinere medio ſcitum . . . confrontans oriente cum flumine Rodani.* An legendum *Maſſorium*, quod idem sit

Digitized by Google

sit ac *Manſus* vel *Maſſa*. Vtramque hanc vocem vide.

NASTAID. Lex Alem. tit. 56. §. 2. *Licet illi mulieri iurare per pectus ſuum: et dicat: Quod maritus meus mihi dedit in poteſtate, et ego poſſidere debeo. Hoc dicunt Alamanni Naſtaid.* Vbi Editio Heroldi habet *Naſthait*. Vox compoſita, vt volunt, ex *Naſt*, ſiue *Naeſt*, hoc eſt, proximum, et *aid*, ſiue *eed*, i. iuramentum; quia, aiunt, nihil corde ſiue vita propius hominem tangit. Aliam lectionem tum verbis legis, tum praxi forenſi conuenientiorem affert Schilterus, ſcilicet *Naſchchait*, quod ſignificat, inquit, donationem propter nuptias poſt pacta dotalia, durante matrimonio factam.

NASTALAE, Ioſepho, Ἀρπεδόναι: Gallis *Eſquilettes*, Germanis Neſſel, vnde Neſſeln, vt obſeruat Ioſephus Scaliger Epiſt. 205. Gloſſ. Gr. Lat. Ἁρπεδών, *pendicium*, ἁρπεδόνιον, *pendiculus*, *peniculum*. Vgutio: *Naſtale, cingulum, vel fibula quae reſtringit pallium circa collum*. Vetus Interpres Ioſephi Annal. I. *Naſtale ex vtraque parte eiusdem a parte pectoris et ſcapularum aſtringit.* NASTOLA, eadem notione. Tabularium S. Remigii Remenſis. NASTVLA, et NASTILA, apud Petrum Comeſtorem in Hiſtor. Scholaſt. cap. 63. Exod. NASTVLVS. Statuta Ord. Praemonſtrat. diſt. 2. cap. 13.

NASVS. Charta Silonis Regis Oueten-ſis in Hiſpania an. Ch. 777. apud Sandouallium: *Calicem argenteum, et patenam, cum aguamanili et cum ſuo Naſo*, etc. Vbi ita reddit Sandouallius: *con aquamanil y con ſu pico*. Videtur legendum *vaſo*, ſeu *vaſe*, hoc eſt, pelui. V. *Vaſſus*. D. Chatelain in Notis ad Martyrologium Romanum pag. 439. retinet *Naſo*, qua voce calamum intelligit, quo fideles ad hauriendum ſacroſanctum Chriſti Domini ſanguinem olim vtebantur. Hanc interpretationem confirmat verbis mox ſequentibus: *Seruiet ad dandum ſanguinem Domini populo. Naſi Abſciſſio*, V. *Denaſatus*.

NATA. (1) Vt *Natta*, Gall. *Natte*, ſtorea. Vſus Fontanell. MSS. (2) † Idem quod *Noa* 1, locus paſcuus ſed vliginoſus. Areſt. Param. a. 1536.

NATALE. (1) Conditio, ſtatus, dignitas. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 64. *Si quis de homicidio accuſetur, et idem ſe purgare velit ſecundum Natale ſuum*, etc. Id eſt, productis teſtibus ſuae conditionis. Cap. 68. *Si quis liber aut ſeruus occidatur, Natalis ſui pretio legitime componatur*, etc. Adde cap. 69. 75. 76. *Pretium Natiuitatis*, c. 88. *Natalitium*, in Legibus Edwardi Confeſſoris. *Secundum Nataliciam meam*, in Teſtamento an. 1452. ex Schedis Praeſidis de Mazaugues. V. *Pretium*. (2) Γενέθλιον, in Gloſſ. Gr. Lat. Praefat. ad Libellum precum Marcellini et Fauſtini pag. 11. de Damaſo PP. *Quos etiam cum ad Natale ſuum ſolemniter inuitaſſet*, etc. Senator. lib. 8. Epiſt. 33. *Qui ad Natale S. Cypriani religioſiſſime venerant peragendum* etc. (3) Acclamatio Gallis olim familiaris in laetitia publica, *Noël, Noël*. Frodoardus de Pontif. Roman. in Leone III.

. . . . *Proceres praeconia Chriſto*
Laeta fuerunt, Regique poli Natale frequentant.

Chronicon Beccenſe an. Dom. 1390. *Receptus cum gladio magno, cunctis calamitatibus Noël, Noël*. Huiusmodi vſus etiamnum viget apud Rotomagenſes, die Aſcenſionis Domini, in celebri illa proceſſione, in qua vinctus vnus dignus morte cum ſociis ſuis, ſi quos habet, tribus vicibus S. Romani capſam ſubleuat, in abſolutionis ſignum, toties acclamante populo *Noël, Noël, Noël*. (4) NATALIA, oblationes pro baptiſmo, Gallic. *Nataux*, vt in Chartulario Gemmeticenſi to. 1. p. 34. (5) † Nude, feſtum Natiuitatis B. M. V. Ch. Mſ. a. 1257.

NATALICIA, V. *Natale* 1.

NATALICIVM. (1) Natiuitas, natalis dies. *Anno a Dominico Natalicio* 1476. apud Madox Formul. Anglic. pag. 336. (2) † Donum quod die natalitio alicui offertur. Cenſorin. de die nat. c. 1.

NATALICVM, V. *Nauaticum*.

Digitized by Google

NATALIS. (1) Festus dies Sanctorum a Christianis cultus. Beletus de Diuin. off. cap. 4. *Natiuitas proprie appellatur festum illius Natiuitatis qua est in carne et in mundo, ita vt hinc solum dicatur Natiuitas Christi, B. Mariae et Iohannis Baptistae, quod horum Natiuitates duntaxat ab Ecclesia celebrentur. Natalis et Natale, et Natalitium vocatur Sanctorum ex hoc saeculo commigratio: quia vt saeculo et mundo moriuntur, ita tunc coelo nascuntur.* S. Augustinus Serm. 10. de Sanctis: *Digne Natalem istorum colimus, quos beatius aeternae vitae mundus edidit, quam mundo maternorum viscerum partus effudit.* Item in Psalm. 39. *Mortes in quas Pagani saeuierunt, in illis hodie reficimur, Natalem Martyrum celebramus, exempla Martyrum nobis proponimus.* NATALIS, vox etiam vsurpata in festo Translat. Reliquiarum. Martyrologium S. Hieronymi. NATALIS CALICIS, dies coenae Domini appellatur, cuius nomenclaturae rationem affert Eligius Nouiomens. Episcop. Homil. 10. NATALES, quatuor praecipue anni festiuitates, Gallis *Jours Nataux*. Charta Pontii Episcopi Atrebatensis in Tabulario S. Bertini: *Singulis annis 20. solidos cursalis monetae reddere tenebitur 4. Natalibus, scilicet in festo omnium SS. sol. in Natali Domini 5. sol. in Pascha 5. sol. et reliquos 5. sol. in Pentecoste.* NATALIS, dies solennis, seu anniuersarius, quo quis in dignitate quapiam inauguratus est. *Natalis imperii*, apud Capitolinum in Pertinace, et Eumenium Paneg. 9. *Natalis Valentiniani purpurae*, in Laterculo Siluii. *Natalis adoptionis*, apud Spartian. in Adriano. *Natalis Cathedrae S. Petri*, cuius festum agunt Christiani, de quo Augustin. Serm. 15. de Sanctis. *Natalis Templi, Basilicae*, seu eius dedicationis, in Sermone de Dedicatione Ecclesiae edito a Iac. Petito. (2) Patria, Gall. *Pays natal*. Vita MS. S. Winwaloei. (3) Fraternus, vel naturalis. Gesta Consulum Andegau. tom. 10. Spicil. Acheriani p. 489.

NATALITIVM, V. *Natale 1. talicium.*

NATALITIVS DIES, V. Nat

NATATICVM, V. *Nauaticum*

NATATORIA, *piscina*, in Gl MS. Regio, et in Auctario I ad Glossar. Isid. *Natatoria S* han. c. 9. Ambrosius autem *natatoriam* vsurpat, modo p cap. 4. de iis qui myst. init. Graec. Lat. Κολυμβήθρα, *Natatura*, leg. *Natatoria*. V donium lib. 2. Epist. 2.

NATATORIVM. (1) Fons baptismatis, κολυμβήθρα. Hist. Miscella in Zenone: *In Natatorio sancti Martyris Barlaae.* (2) † Idem quod *Nata* 2, locus pascuus, sed vliginosus. Ch. Ms. a. 1135.

NATATVS. Charta Piscatorum Massil. an. 1451. *Petierunt quod valeant visitare tonairas omnes, quotiescumque voluerint, vt sint stagnae et Natatus*, hoc est, suberis frustis seu particulis instructae ex vna parte, vt natent, et ex alia plumbi globulis, vt in profundum descendant ex ea parte, vt in retibus passim videmus.

† NATELLVS, dimin. a Natus, puerulus, t. 2. Aug. p. 767.

NATHA, gibbositas, V. in *Natta* 2.

NATHNAEVS, deditivius, V. *Natineus.*

NATICAE, clunes, Ital. *Natiche*, praesertim Danti in Inferno cant. 20. Vetus Interpres Moschionis apud Scaligerum in Epistolis: γλυτοί, *Naticae*. Gloss. Graec. Lat. πυγή, *Natica*. S. Ambrosius de Noe et Arca cap. 7. *Latera, Naticae femora et crura mensurae latitudinem ipsa specie significant.* † Glossar. Prouinc. Lat. Cod. 7657. *Natica, natulae*, dimin. *nates, ancas Prou.* V. *Naca.*

† NATICIDIVM, flagrum natibus exceptum, apud Scioppium.

† NATIMEATO, pro *anathematizatus*, apud Murat. t. 3. Antiq. pag. 1080.

NATINARI, *negotiari*. Gloss. Isid. ex Festo, apud quem: *Natinatio, negotiatio et Natinatores*, (Negotiantes vel Negotiatores, vt supplendum videtur, et) *ex eo seditiosi. Natinare* dictum pro *natare*, docet Martinius

Digitized by Google

tinius in Lexico, exponitque *More natantium semper in negotiis fluctare:* vbi et illud Catonis: *Auditio tumultus Macedoniae Etruriam et caeteros Natinare*, redditur *tumultuari.*

NATINEVS, acolythus. Vita S. Hugonis Monachi Aeduensis, saec. 5. Benedict. p. 94. Vitae scriptor alludit ad vet. Testamenti *Nathinaeos* seu Gabaonitas perpetuo famulitio addictos decreto, de quo Ios. cap. 9. tumque dictos *Nathinaeos*, cum Dauid constituit vt Leuitis seruirent, sicut Leuitae Sacerdotibus, *Nathinaei* memorantur lib. 1. Paralip. 9. 2. et passim apud Esdram. Quidam legunt *Nethinaei.* † NATINNEVS, t. 1. Hist. Cassin. p. 62.

NATIO. (1) Natiuitas, generis et familiae conditio. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 16. *Pro homine libero secundum Nationem suam.* Hinc emendandae vet. Glossae *Nauitio, γενεᾷ.* Legendum enim *Natio.* (2) Agnatio, cognatio, familia. Chartularium Matiscon. fol. 25. (3) NATIO, pro *Natatio*, apud Cellum l. 3. c. 24. qua scilicet aestate vtebantur veteres, vt balneis hieme. Vide eumdem cap. 21. eiusdem libri, et lib. 4. c. 5. (4) NATIONES, in quas *Studiorum*, seu Academiarum Scholastici diuiduntur, quae in singulis quaterno fere semper definiuntur numero; verbi gratia Parisiensis quatuor nationibus constat, Franciae, Picardiae, Normanniae, et Germaniae, quae olim Angliae dicebatur. Ita in Priuilegiis Academiae Viennensis in Austria ab Alberto III. Duce Austriae concessis ann. 1384. eadem Vniuersitas *in quatuor partes, quas solitum est, Nationes vocari, ad instar Parisiensis studii* diuiditur, in Nationes scilicet *Austrialium, Rhenensium, Vngariae, et Saxonum.* Vide Lambecium lib. 2. Comment. de Bibl. Caesar. cap. 5. et Histor. nuperam Academiae Parisiensis. (5) Regio, in Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 26. (6) † NATIONES, plebeii, in Ch. a. 1059. t. 11. Gall. Christ. Instr. p. 15.

† NATITENVS, vsque ad nates, t. 3. Sept. p. 293.

NATIVITAS. (1) Annonae abundantia, fructuum collectio, Gallis *Recolte.* Gregorius M. lib. 1. Ep. 70. *Tantum hic parua Natiuitas fuit, vt nisi . . . . frumenta de Sicilia congregentur, fames vehementer immineat.* V. *Nascentia.* (2) Dies Sancti natalitius. *Martyrum natiuitates*, in 1. Indice Concilii Clouesshouiensis an. 747. c. 13. V. *Natalis 1.* (3) Ingenuitas, sinceritas, quomodo *Naïveté* dicunt Galli. Dinamius Patricius in Vita S. Maximini Episc. Regiensis. (4) Corporis habitus, dispositio, temperamentum, qua notione vtitur Gariopontus in Passion. l. 4. c. 4. (5) Secunda ex nouem partibus Hostiae in Missa Muzarabica, V. *Hostiae fractio* in *Hostia 1.* (6) Seruitus, V. mox in *Natiuus.* (7) Aetas, tempus a *natiuitate*, ab ortu. Inscriptio vetus apud Gruterum 712. 11. *Variae Iucundae defunctae anno Natiuitatis XVIII. Natiuitas* pro ortu seu natali die, quae desideratur apud melioris notae Scriptores, passim ab aliis vsurpatur, ab Vlpiano, leg. 1. dig. ad municipal. Minutio Felice p. 143. Tertulliano de Anima cap. 39. *Secundum Suam Natiuitatem Componere*, in Capitulari 3. an. 813. cap. 6. 7. V. *Weregeldum.*

NATIVITVS, a natiuitate, ab ortu. Tertull. de Anima c. 12.

NATIVVM. (1) *Natum, genitum*, Ottoni Frisingensi. (2) NATIVVM, pro *Natalis* festo. *In Natiuo S. Mariae*, in Hepidanni Annalibus Goldastinis.

NATIVVS. (1) Oriundus, quomodo *Natif* Galli dicunt. Catholicon paruum: *Natiuus, Natif.* Hincmar. Remensis Ep. 7. ex Labbeanis. (2) NATIVI, serui glebae, origine et natiuitate, eoque ipsi dominis suis obnoxii, Anglis *Niefes: Naifs*, in Legibus Willelm. Nothi vernaculis cap. 23. *Neifs*, Littletoni sect. 286. 287. cui proprie ita dicuntur ancillae, seu seruituti obnoxiae, vt e contra viri, *Villani. Natiuitate serui*, in Legibus Henrici I. Regis Angliae cap. 10. Bracton. lib. 1. cap. 6. §. 4. *Serui aut nascuntur aut fiunt. Na-*

Digitized by Google

scuntur autem ex Natiuo et Natiua alicuius copulatis vel solutis, etc. *Item nascitur seruus qui ex Natiua soluta generatur, quamuis ex parte libero, quia sequitur conditionem matris, quasi vulgo conceptus. Item dicitur seruus natione de libero genitus. Quia se copulauit villanae in villenagio constitutae, siue copula maritalis interuenerit, siue non.* SEQVELA NATIVORVM, Cowello appellatur *Regale priuilegium, quo qui fruitur, habet Villanorum, i seruorum et mancipiorum intra feudum suum propagiuem, et potestatem de illis, vt de caeteris suis, seu liberis, seu bonis mobilibus pro libito disponendi.* V. in *Theam.* PLACITVM DE NATIVIS, *id est, de seruis fugitiuis a veris dominis suis*, ad Vicecomites pertinere dicitur in Regiam Maiest. lib. 1 cap. 3. §. 4. Adde L. 2. c. 11. 12. et Quoniam Attachiamenta c. 56. vbi plura de eiusmodi Natiuis. NATIVITAS, seruitus, *Naïverie*, in Legibus Willelmi Nothi vernaculis c. 23. Quoniam Attach. c. 56. *Si autem natiui domino suo negent Natiuitatem suam, siue bondagium, etc.* NAYVITAS, idem quod *Natiuitas*, natiua seruitus. Fleta L. 4. cap. 2. §. 8.

NATRIX, serpens, hydrus, Columellae, lib. 1. c. 5. Gloss. Lat. Gr. *Natrix*, βόα; ἰχθύος εἶδος. Nonio c. 1. num. 334. *Natrices, angues natantes.* Sulpitius Seuerus lib. 3. de Vita S. Martini: *Serpens ipsum flumen secabat, et ripam in qua constiteramus, adnatabat.* Germ. Natter.

NATTA. (1) Storea, *Matta*, Gallis et Germ. *Natte.* Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 18. *Illud quod intextis iunci virgulis fieri solet, quas vulgo Nattas vocant.* Will. Malmesburienses: *Natta in qua cubare solebat.* Quo loco Ranulfus Cestrensis habet *Mattam.* (2) Tuber, ganglion, Ital. *Natta.* Miracula B. Simonis Erem. Aug. tom. 2. April. p. 829. *A die suae originis ortus fuit cum vna magnissima Natta in capite dextero, magna vt ouum anseris.* Ambr. Taegius in Vita S Petri Mart. to. 3. April. pag. 691. *Sanctum rogauit virum, vt ipsum manu sua tangens eum a Natta, quam decem annis habuerat, curaret.* Laurenti[illegible] malthea: *Natta Steatoma.* [illegible] Toxites in breui Onomastic[illegible] voces a Paracelso vsurpatas e[illegible] *Nacta, apostema pectoris.* [illegible] post: *Nasda, vel Natta*, [illegible] Rochus le Baillif in Diction. [illegible] *Nasda vel Natha, gibbositas.* [illegible] origo forte Νάσσειν, premere [illegible] sare, et in Gloss. Graec. Lat. [illegible] *re;* vnde in iisdem Glossis [illegible] *Farsa*, id est, *Farta*, tumor [illegible] densus, oppletus. V. *Nactum.*

† NATTVLA, ligula, vitta. Comput. Ms. a. 1239. V. *Nastala.*

† NATTVS, panni species, in Inuent. S. Capellae Paris. a. 1335. Vbi leg. videtur *Nactus.* V. *Nactum.*

† NATVLA, diminut. a *Natica*, quam V.

NATVRA. (1) Pars corporis, qua quis aut vir est, aut femina: *Naturalia*, Iustino lib. 1. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 83. *Pensandum autem est per visum accusantibus, visum concubitus propensius aduertendum, vt scilicet ipsas coeuntium Naturas viderint commisceri.* Ita vsurpant Cicero lib. 2. de Diuinat. Vegetius lib. 1. de Arte veterin. c. 61. (2) Vetus Interpr. Iatrosoph. Alexandri I. 1. Pass. *Educi enim oportet materiam extrinsecus, quod ipsa Natura facere festinat.* Vbi Glossae MSS. *Natura, id est, virtus expulsiua.* Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 592. *Agnouit tamen se Naturas corporis sui, quibus physici perniciem hominibus vel incolumitatem praedicunt, amisisse.* V. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 70. † NATVRAS AVDIRE, physicae studere, vnde NATVRALIS, physicus, in Act. Ms. Inquis. Carcass. † NATVRAE CONCEDERE, mori. Bonincont. hist. Sic part. 1. (3) NATVRA, pro Sexu, in lege 17. Cod. Theod. de Praetoribus. (4) NATVRA, pro Vita, apud Iul. Firmicum lib. 8. Matth. c. 30. *Qui in desertis locis a bestiis lacerati Naturam perdent, etc.* (5) Natio, patria. Aimoinus lib. 1. de Miracul. S. Benedicti cap. 26. *Peregrino sermone rusticitatem causandi exeque-*

Digitized by Google

exequebatur, nam Natura Germanus erat. (6) † Pars. *Qui* (homo) *quamuis in duabus naturis sit, animae et corporis, vnum tamen aedificium est*, to. 5. Sept. p. 688.

NATVRABILIS, naturalis. Apul. lib. 2. Floridorum. Idem de Dogmate Platonis.

NATVRALESIA, († i. q. *Naturalitas* 3.) Charta Hugonis de Mataplana Comitis Pallarienſis an. 1304. in Camera Computor. Pariſienſi: *Abſolnimus, liberamus, et quitamus ab homagio, Naturaleſia, et fidelitate, aliis omnibus vinculis et obligationibus, etc.*

NATVRALIA, idem quod *Natura* 1. pars qua viri ſumus. Collector Canonum Martini Bracarenſis cap. 21.

NATVRALIS. (1) Filius nothus. Adrevaldus Floriac. L. 1. de Mirac. S. Benedicti cap. 6. *Remigium Rotomagenſem Epiſcopum Naturalem ſuum ac Carlomanni fratrem cum Imperio dirigit.* Fuit autem Remigius filius nothus Caroli Martelli. *Filius Naturalis*, Gallis *Fils naturel*, in Reginiminibus Paduae apud Murator. to. 8. col. 451. In Appendice ad Marculfum form. 52. *Filii naturales* dicuntur ex coniugio procreati, ſi vir vxori ſuae *libellum dotis*, vt lege iubebatur, dare neglexerat: *Ideoque ego ille, dum non eſt incognitum, quod femina aliqua nomen illa, bene ingenua ad coniugium mihi ſociaui vxorem, ſed quales cauſas vel tempora me oppreſſerunt, vt chartulam libelli dotis ad eam, ſicut lex declarat, minime exceſſit facere, vnde ipſi filii mei ſecundum legem, Naturales appellantur.* Adde formulam 54. et notas Bignonii ibidem. (2) † Legitimum quoque et ex legali coniugio procreatum ſignificat, in Ch. Mſ. an. 1354. Proprius, domeſticus, ſubditus. Baldricus Dolenſis Epiſc. in Vita B. Roberti de Arbreſſello p. 9. *De quo loquimur, Robertus, domine*, (ſermo fit ad Epiſcopum Redonenſem) *tuus Naturalis eſt: nam et Redonenſis eſt, tuisque inſtitutionibus ſatis accommodus, etc.* (3) NATVRALES, iidem qui *Natiui*, de quibus in hac voce. Eadmerus lib. de S. Anſelmi ſimilitudin. c. 73. (4) Incola, ciuis. Charta Henrici Comitis Portugalliae apud Brandaon. to. 3. p. 828. *Iudex et Alcaida ſunt nobis ex Naturalibus Colimbriae. Naturalis de regno Aragoniae*, in Concilio Turiaſonenſi inter Hiſpanica to. 3. p. 494. *Naturales monachi*, coenobii incolae ſeu poſſeſſores legitimi, in Chartula an. 1063. (5) NATVRALIS DOMINVS, legitimus, qui iure dominium obtinet. Charta an. 1351. apud Ludewig. to. 5. p. 542. NATVRALES PETRAE, *lapides naturales*, qui *natiui*, ex ipſo ſolo, ex ipſo metallo, apud Agrimenſores. (6) † Phyſicus, V. *Natura* 2.

NATVRALITAS. (1) Qua quid naturale eſt et neceſſarium. *Naturalitas ſomni*, apud Tertullian. de Anima cap. 43. (2) Cohaerentia, neceſſitudo. Carolus M. de Gratia ſeptiformis ſpiritus: *Sapientia enim et intellectus adeo ſibi Naturalitatis nexu coniuncta ſunt, vt vnum ſine altero nullo pacto ſubſiſtere queat.* (3) Fidelitas, ſeu fides, vt videtur, quam ſubditus debet Regi ſuo. Litterae Alphonſi Regis Aragoniae an. 1179. inter Concilia Hiſpan. tom. 3. p. 657.

NATVRALITVS, naturaliter, natura. Sidonius lib. 9. Epiſt. 11.

NATVRARE, creare, res naturales condere, iis naturam donare. Verbum eſt Theologorum Scholaſticorum, quibus Deus dicitur *Natura Naturans*, *non natura naturata*, id eſt, Auctor naturae ſeu omnium in rerum natura conſtantium, non natura *Naturata*, ſeu res creata, ab alio condita, conſtituta. Charta Henrici Angl. Regis a. 1417. *Inter quos natura Naturans ipſe Deus naturale foedus inſtituit.* Sallas Malaſpinae lib. 3. Rer. Sicul. apud Baluzium to. 6. Miſcell. pag. 258. *Gallicorum non aliter Naturata complexio.* Hinc

NATVRATVM, res creata, opus. Willibrandus ab Oldenborg in Itinerario Terrae ſanctae, de Antiochia.

NATVS, VS, ortus, dies natalis. Acta S. Georgii Martin. tom. 3. Aprilis p. 215.

NAVA. († Acad. Hiſpan. eſt vox Arab. campi planities.) Nebriſſenſis

Digitized by Google

in Praefat. ad libros de bello Nauarrienſi : *Nauaria nomen eſt nouum, nuperque excogitatum, dicta, quantum aſſequi poſſumus coniectura, quod Hiſpani vocant Nauas camporum areas planas, arboribusque purgatas, quae tamen habent in circuitu ſilnas, dumetaque fruticoſa : et inde Nauarria fortaſſe dicta loca, quae complures habeant eiusmodi Nauas.* Nebriſſenſi ſubſcribunt Garibaius lib. 21. cap. 2. et Vaſaeus in Chron. c. 17. At Ludouicus de Lacerda in Aduerſ. c. 39. n. 10. *Nauas*, apud Hiſpanos ſignificare ait mapalia paſtorum, et caſas ruſticas, cuius vocis originem ab Hebraea, *Neoth* arceſſit, quae idem ſonat.

NAVACVLVM, nauale, nauium ſtatio. Gloſſae Graec. Lat. Ναυσταθμὸν, (Ναοσταθμὸν, minus recte in Supplemento Antiquarii;) *Nauaculum*. In MS. Cod. S. Germani Pariſ. *Naualium* habetur. Infra : Νεώριον, *Naualium*.

NAVADA, nauis onerata. Tabul. Dalonenſis Abbat. ſub anno 1179. V. *Nauata*.

NAVAGIVM, onus quod tenentibus incumbebat res domini nauigio deducendi quo vellet, vel vectigal ex nauium tranſitu. Monaſtic. Anglic. tom. 1. p. 922. *Liberi ſint ab . . . . omni cariagio, ſummagio, Naungio, paſſagio, muragio, etc.* Charta Ricardi Regis Angl. an. 1192. pro Grandi montenſibus Monachis Regeſt. 106. Tabularii Reg. Chart. 293. *Ab omni pedagio, fortalitio, venda, teloneo, paſſagio, foagio, riuagio, pondere et manſiuo,* (ſic) *excutuis, exercitu, equitatu, vinagio, foſſagio, muragio, paſnagio, molinagio, fornagio, ponsagio, tallia, Nauagio, minagio, blanno, et ab omnibus emendis, et forfactis, etc.* Pro *manſiuo, menſura* legendum, vt apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 649. V. *Nauaticum*.

NAVALE, nauis onerata, vel onus nauis. Will. Heda in Rixfrido Epiſcopo.

NAVALIA, tubi aquae ductus. Meiſterlinus in Hiſt. Noriberg. ap. Ludewig. t. 8. p. 34.

† NAVALIS. (1) Onus nauis. Prob. Annal. Praemonſtr. p. (2) Adiect. *Nauale flumen*, bile, in Ch. Mſ. a. 1333.

NAVALITIVM, nauale, ſtatio um. Vita S. Illidii, tom. 1. Iu 428.

NAVALIVM, V. *Nauaculum*.

† NAVARE, in aliquem irruer remiſſ. Mſ. a. 1383.

NAVARETIVS, NAVARGVS. Io de Ianua : *Nauargus, Nauis ſter, a nauis et argus ſecundum Papiam.* Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Navargus, Maitre de nef.* Sed legendum *Nauarchus*, a Graeco Ναύαρχος. Gloſſ. Iſid. *Nauregus, Nauaretius*, pro *Nauaregius* aut *Nauem regens*, vt videtur Graeuio. Detorqueri potuit *Nauregus*, vt *Nauargus* a *Nauarchus*.

† NAVAROLVS, nauarchus, nauicularius, in Stat. Mant. l. 1. c. 143.

NAVATA, onus nauis. Tabularium Matiſconenſe fol. 167. vo. V. *Nauada*.

NAVATICVM. Chartae Caroli C. et Caroli Simplicis pro Monaſterio Trenorchienſi, apud San-Iulianum et Chiffletium : *Praecipimus vt nullus . . . neque in mari aut Rhodano, ſeu Sagona aut Dou, vel Ligeri fluminibus nauigantibus, aut littoribus commorantibus, requirere audeat, aut praeſumat, aut Nauaticum, aut teſpitaticum, aut ſalutaticum, aut pontaticum, aut in terra rotaticum.* Quo loco *Nauaticum* quidam volunt eſſe vectigal illud, ſeu *coniectum*, quod ad *nauium compoſitionem*, vt loquuntur Capitula Caroli C. tit. 38. ad repellendos Normannos et inhibendos eorum incurſus, populis indixit idem Carolus. Alii *Nauaticum* eſſe contendunt, quod *nauale telonium* appellant. Charta Henrici III. Imp. ann. 1052. apud Meuriſſium in Epiſcopis Metenſibus pag. 359. Henrici Ducis Bajoariae an. 1170. et Celeſtini PP. ann. 1191. quae exſtant inter Priuilegia Eccleſ. Hamburg. quod *Naulage* dicitur in Foris Beneharnenſ. Rubr. *de peages*, art. 13. 14. Perperam *Nataticum* pro *Nauaticum*, habetur tom. 5. pag. 1561. V. Capitula-

Digitized by Google

tulare 3. ann. 819. cap. 4. lib. 4. Capitul. cap. 47. Capitul. Caroli Cal. tit. 13. cap. 5. etc. NAVIGIVS, eadem notione. Charta Dagoberti Franciae Regis ann. 630.

NAVATIM, per mare, nauibus. *Nauatim venire*, in Literis an. 1322. ap. Rymer. to. 3. p. 947.

NAVBARE. Petrus Damian. lib. 8. Epist. 11. *Ne qui quietus poterat dormire sub tecto exclusus foribus compellatur Naubare sub dio.* Vbi Caetanus, f. *Cubare.*

NAVCELLA, nauicula. Vita S. Dunstani Epiſc. to 4. Maii pag. 346. V. *Naca 1.*

NAVCHERIVS, nauta, Gallis olim *Nocher*, vel *Naucher*, Italis *Nocchiere. Naucherius ligni*, i. nauis, in Charta ann. 1273. apud Ioh. Lucium lib. 4. de Regno Dalmat. c. 9.

NAVCHERVS, idem, in iisdem Statutis lib. 1. cap. 18. §. 13.

NAVCI. Chartular. S. Vandregisili tom. 2. p. 1288. *Limonagium etiam quod de decima habuerat, et Naucos qui bubulcis dabantur, iam dictae Eccleſiae in perpetuum condonauit.*

NAVCLEARIVS, nauclerus, nauicularius, nauta, Italis *Nocchiere, gouernatore di navilio.* Arnoldus Lubec. lib. 7. cap. 10. V. in *Naucherius.* NAVCLEVS, eadem notione. Caffari Annal. Genuenſ. apud Murator. to. 6. col. 253.

NAVCLERARE, nauclerum agere, in Onomaſt. ad calcem tomi 2. SS. Maii.

NAVCVLA, nauicula. S. Paulinus Epiſt. ad Citherium v. 247.

† NAVCVM, NAVCVS, vaſis genus ad modum nauis excauatum, canalis, alueus. Inquiſit. Mſ. ann. 1268. V. *Nauci* et *Nauia.*

NAVCVPES, *ad eundem acutum habens pedem.* Gloſſ. Iſid. *Ad eundum*, poſt Martinium recte reſtituit Graeuius, putatque pro *Naucupes* legendum *Acupes*: quod videtur probabiliſſimum. V. *Acupedium.*

NAVCVPLETIO, V. *Nauipletio.*

NAVDA. Charta ann. 1215. in Tabulario Eccleſiae Carnotenſis num. 305. *Praeterea terram capientem 18. ſextatarios ſeminis, et vnam Naudam, quae eſt prope illud herbergamentum.* Charta ann. 982. in Probat. Hiſtor. Lotharingiae col. 391. *In Gisboni manſum vnum, in Beuerone Naudam quae dicitur S. Mauſueti, campum vnum in Vercilliaco, Naudam quoque Widonis: haec omnia in vſus Monachorum in eodem loco Deo deſeruientium delegamus.* Similia habentur in Charta ann. 965. ibid. col. 374. Videtur eſſe modus agri. Qui ſi idem quod *Hoba* nonnihil detorta voce. V. *Huba.* † Idem prorſus videtur, ac *Noa 1.* locus ſcilicet paſcuus, ſed vliginoſus. V. *Nata 2.* et *Nauſa.*

NAVDIVM. Chronicon Breue Cremonenſe: *Fuit eaptus Burgus Piſonit et combuſtus, et fere omnes habitantes fuerunt, et totum ſuum Naudium.* Videtur leg. *Nantum*, quod vide in *Namium.*

NAVEGIVM, vt infra *Nauigium*, claſſis. Literae a. 1263. apud Rymer. to. 1. p. 772.

NAVELLVM, ſepulchrum, tumulus, arca ſepulcralis, ex Italico *Naviglio*, forte quod nauiculae formam refert. Gualuaneus Flamma in Chronic. Mediolan. c. 284.

† NAVELLVS. (1) Nauis, nauicula, Gall. *Navel.* Litt. remiſſ. Mſ. a. 1358. (2) Napus, Gall. *Navet*, tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 445. V. *Nappa.*

† NAVENCVM MOLENDINVM, naui ſuperimpoſitum, Schiffmühle, V. *Molendinum.*

† NAVERIA, gurges, locus in fluuio coarctatus piſcium capiendorum gratia. Ch. Mſ. a. 1333. V. *Naſſa.*

NAVETA. (1) NAVETA, NAVETTA, nauicula. Annal. Genuenſ. lib. 10. ad ann. 1288. apud Murator. to. 6. col. 594. *Et inde in Hiſpaniam nauigantes, quam inueniſſent quamdam Nauettam . . . . oneratam ſale, etc.* A nauiculae forma *Navetta* vulgo dicitur vaſculum ſeu cymbium, vbi micae thuris aſſeruantur, Gall. *Navette.* Inuentarium Eccleſ. Nouiom. an. 1419. *Item vna Naueta argentea cum paruo cocleari argenteo tenente ad paruam cathenam, ad ponendum thus:*

Digitized by Google

V. *Nauicula.* (2) † Napi granum, a Gall. *Navette.* Litt. Mſ. a. 1349.

† NAVFFRAGIVM, ius quod principi vel domino competit in naufragiis, tom. 3. Prob. Hiſt. Nem. pag. 321.

NAVFICVS, *nauis factor*, in Gloſſis Iſid. vnde emendandus Papias, qui perperam habet *Nauſitus.*

NAVFRAGALIS, naufragus, Mart. Capella L. 6.

NAVFRAGARE. (1) Diſperdere, diſſipare. Charta Deodati Clerici an. 32. regni Caroli glorioſiſſimi Regis ex Archiuo S. Bertini. NAVFRAGIARE, idem. Charta Childeberti Regis Franc. ann. 697. apud Felibianum Hiſt. San-Dionyſ. p. XVII. V. *Naufragium 2.1* (2) † Nauigare, Gall. olim *Naufrager*, in Ch. Mſ.

NAVFRAGIOSVS, naufragio expoſitus, periculoſus. *Naufragioſum pelagus*, apud Claudium Mamertum de ſtatu animae lib. 1. cap. 1. et Sidonium lib. 4. Epiſt. 12. NAVFRAGOSVS, eadem notione, in Capitul. Caroli C. tit. 27. c. 15. extr.

NAVFRAGIVM. (1) Ius, quod Principi vel domino competit in naufragiis, ſeu in *nauibus* vi tempeſtatis *fractis. Naufragia quae Curiae debentur*, lib. 1. Conſtit. Sicul. Diploma Caroli Simplicis pro Eccleſia Narbonenſi: *Concedimus praeterea medietatem ſalinarum, telonei, portatici, et raficae, ſiue Naufragii, atque paſcuarii. Naufragium* igitur interpretor *nauim fractam*, quae ad littus a mari eiicitur, quod Angli *Schip-wrech* vocant, id eſt, *Wreicum de nauibus.* Charta Edwardi Confeſſoris in Monaſtico Anglic. t. 1. p. 237. *Cum omnibus quaecunque maris procelloſis tempeſtatibus in aquam vel in terram eiecta fuerint, quod Anglice Schipwrech promulgatum eſt onomate.* V. *Lagan, Wrech.* (2) IN NAVFRAGIVM PONERE, diſperdere, diſſipare. Formulae vett. Pithoei cap. 19. V. *Naufragiare.*

NAVFRAGIVS, infortunium, damnum. Formulae Andegau. art. 33. apud Mabillon. tom. 4. Analect. p. 253.

NAVFRAGOSVS, V. *Naufragioſus.*

NAVFRAGVS, decoctor. Gl[illegible] tiquae MSS. *Prodigus*, N[illegible] Leges Luitprandi Regis tit. [illegible] et Lex Longob. L. 1. tit. 25[illegible] *Si quicunque homo qui eſt pau[illegible] Naufragus, qui vendidit aut d[illegible] ſubſtantiam ſuam, etc. Naufrag[illegible] nes*, eadem notione L. 2. tit. 5[illegible] V. *Naufragiare.*

NAVFVS, ſarcophagus, locu[illegible] *Noffus.*

NAVI, *operarii*, in Gloſſis San[illegible] MSS. n. 501. A *Nauus*, induſ[illegible] ſolers, ſic dici videntur Operari[illegible]

NAVIA. (1) *Sapientia, ſtrenuitas, vigilantia*, Ioh. de Ianua in *Nauus.* Hinc in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm. *Nauia, Sageſſe.* (2) † *Lignum cauatum inſtar nauis, linter. Item vas vindemiatorum*, apud Laur. in Amalth. *Nauium* ap. Macrob. l. 1. c. 7.

† NAVIARE. Aurel. Vict. S. auctor Orig. gent. Rom. *Vnde hodieque aleatores, poſito nummo opertoque, optionem colluſoribus ponunt renuntiandi quid putent ſubeſſe, caput aut nauem; quod nunc vulgo corrumpentes nauiandi dicunt.*

NAVICELLA, ornamenti ſpecies in Nauicellae ſpeciem. Anaſtaſius in Gregorio IV. p. 165.

NAVICIES, *induſtria, virtus*, ἀρετὴ, in Gloſſis Graeco-Lat. Ex *Nauus. Nauities*, in Gloſſ. Sangerm.

NAVICIO, γενεὰ, *Generatio.* Suppl. Antiqu. *Nauitio*, in Gloſſis Lat. Gr. Sangerm.

NAVICLERVS. Veteres Gloſſae MSS. *Nauigium, omnis claſſica profectio. Nauiclerus, omnis conſortii naualis exercitus.*

NAVICVLA, *nauetta.* Italis: *Acerra*, Tertulliano de Adorat. Gentil. c. 9. Gloſſae Iſonis ad Prudentium: *Acerra, vas thurarium, turibulum.* Magnum Paſtorale Eccleſ. Pariſ. lib. 20. Ch. 208. *Duas Nauiculas argenteas cum quibus ponitur incenſum in thuribulis. Nauis*, in Monaſt. Angl. t. 3. pag. 171. 311. V. Brouium a. 1280. et ſupra *Naueta.* NAVICVLA. Vgutio: *Radius inſtrumentum texendi, ſcilicet pecten, vel Nauicula.* Galli etiamnum *Navette* vt et Germani das Schiff appellant. NAVICVLA

PEDIS.

Digitized by Google

PEDIS. Constantinus African. lib. 2. Pantechn. cap. 8. *Pedis calcanei diuisio est necessaria : est enim cauilla, est et calcaneus, et pedis Nauicula, et racha, quae sic lingua vocatur Arabica, est et pecten, sunt et digiti.* Infra : *Os Nauiculae ad modum nauis est factum superius et retro, et vtrumque operiens extremitatem cauillae : ante est ligatum, sicut esset concatenatum, per hoc pedi datur liberalis motus. Vtrinque ista cum calcaneo est ligata, etc.*

NAVICVLARIVS. (1) Isidoro l. 19. Orig. cap. 19. *nauium est fabricator et artifex.* Aliis est nauta. (2) Non gratuitus, sed mercenarius, et pro quo aliquid exigitur, vt pro transuectione naulum et merces a nauicularijs, *Institorius. Nauicularia benedictio*, non gratuita, apud Goffridum Vindocin. L. 2. Ep. 11. V. *Nauticatio.*

† NAVIGEX, *faiseur de nefs.* Glossar. Gall. Lat. Cod 7684. V. *Nauficus.*

NAVIGALE, idem quod supra *Nauaticum.* Charta Theodorici III. ann. 688. apud Felibian. Hist. San-Dionys. pag. IX.

† NAVIGALIS, nauigabilis. Ch. Ms. a. 1339. V. *Naualis 2.*

† NAVIGATVM, i. q. *Nauaticum*, vectigal ex nauium transitu. Dipl. Caroli M. an. 781. to. 5. Collect. Hist. Fr. p. 745.

NAVICER, Nauclerus, in Charta ann. 1547. apud Rymer. tom. 15. pag. 161.

NAVIGERIVM, iter, via nauī emensa, *nauigatio.* Visio Taionis : *Quumque ab eis interrogaretur . . , quis ab Occidente properans tam longum peteret Nauigerium.* Vbi Isidor. Pacensis aera 680. eamdem visionem referens, habet *Nauigium.*

NAVIGIATA, nauis onerata. Charta a. circiter 1330. to. 2. Hist. Dalphin. p. 230. col. 2.

NAVIGIVM. (1) *Classis*, apud Barthium in Glossario ex Baldrici Hist. Palaest. Epistola de expugnatione vrbis CP. per Latinos an. 1205. apud Miraeum tom. 1. p. 111. col. 2. (2) NAVIGIVM FACERE, nauī vehere. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 99. col. 2. (3) Res nautica, Gall. *Marine.* Chron. Angl. Thom. Otterbourne p. 229. (4) † Canalis ad nauigandum idoneus, apud Murat. to. 2. Antiq. p. 900. V. *Nauilium 3.*

NAVIGIVS, V. *Nauaticum.*

NAVILAGIVM, portorium, vt videtur, dandum pro traiectione. Charta an. 1480. V. *Naulum.*

NAVILE, nauis. Statuta Massil. lib. 6. cap. 45.

NAVILIO, pro *Nablio*, V. *Nablissare.*

NAVILIVM. (1) Classis, ex Ital. *Nauilio.* Occurrit non semel in Historia Cortusiorum. (2) Nauis, nauigium. Informationes Ciuitatis Massil. de passagio transmarino in MS. Sangerm. (3) I. q. *Nauigium 4.* ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 385.

† NAVIMACIA, *la pugna de la naue*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

NAVIOLVM, nauicula, nauigium. Vita S. Francae, to. 3. Aprilis p. 393. † Lege *Nauilium.*

NAVIPLETIO. Charta Edgari Anglor. Regis ann. 964. pro Ecclesia Wigorn. to. 1. Monast. Anglic. pag. 141. *Quatenus posset ipse cum Monachis suis vnam Nauipletionem, quod Anglice Scypfilled dicitur, per se habere.* Et infra : *Constituant vnam Nauipletionem, quod Anglice dicitur Scypfilled, Oththe Scyphorne, in loco, quem ob eius memoriam Oswaldes-lag deinceps placuit appellari, vbi querelarium causae secundum morem patriae et legum iura iuridice discernantur. Nauipletio*, vel vt Hickesius legit ad calcem Dissertationis Epistolaris, *Naucupletio*, tributum erat, quod ad nauium constructionem exigebatur, Anglis hodie dictum *Ship-money*, alias *Scypfylled*, vel *Scypfocne*, vt habet Wanleius p. 309. Antiquae suae Litteraturae Septentr. vbi ex laudata Edgari Charta, quamuis eam censura sua notet Hickesius Dissertat. Epist. pag. 86. luculentum testimonium ducit ad probandum, inquit, in antiquis temporibus regiam illam exactionem obtinuisse. Eidem Wanleio Charta haec scripta fuisse videtur circa tempora Henric. I. Anglorum Regis.

NAVIRE,

NAVIRE, pro *Nauare*. Papias: *Nauit, ſtrenue agit.*

NAVIS. (1) Pars aedis ſacrae, in qua plebs conſiſtit. Ordericus Vitalis lib. II. *Nauem quoque Baſilicae . . . . auxit.* Et lib. 12. *Ingens Baſilicae Nauis quae nuper edita fuerat, corruit.* Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 27. *Feneſtras omnes et Nauis et Tituli plumbo ac vitro compactis . . . incluſit.* Sugerius lib. de Adminiſtr. ſua cap. 29. *Media Eccleſiae teſtudo, quam dicunt Nauim.* (2) Teſtamentum Philip. Epiſc. Bellouacenſis an. 1217. *Do, lego Eccleſiae B. Petri Beluacenſis . . . calicem vnum aureum, et nauem argenteam, et Miſſale, etc.* Vbi *Nauis* forte ſumitur pro *Nauicula*, in qua thus aſſeruatur, Germ. Napf, de quo vaſe ſupra egimus. Nam et *Nauis* dicitur in Concilio Mertonenſi ann. 1300. c. 4. *Turibulum cum Naui et ture.* NAVIS AVRI. Glaber Rodulphus lib. 3. c. 2. extremo: *At Henricus* (Imp.) *cernens amici* (Roberti Regis Franc.) *liberalitatem, ſuſcepit ex illis tantum librum Euangelii, . . vxor vero illius pares auri tantum Naues accepit; caetera autem egrediens in gratia dimiſit.* (3) Apicius lib. 6. c. 9. *Pullum aperies a Naui, et in quadrato ornas, etc.* Vbi Gabriel Humelbergius: hoc eſt a parte poſteriori ventris, qui, vt nauis, cauus et figurae eius non diſſimilis eſt. (4) † Ius piſcandi cum naue. Ch. ann. 1138. Probat. to. 2. Hiſt. Occit. p. 486. (5) † NAVIS DE PORTV, qua *portantur*, ſeu transuehuntur homines, equi et currus. Ch. Mſ. Ioann. abb. S. German.

† NAVISEA, inſtrumentum piſcatorium. Stat. Peruſ. p. 31. V. *Naza.*

NAVITIES, V. *Nauicies.*

NAVITIO, V. *Nauicio.*

NAVITOR, nauta, nauigator. Vita S. Columbae Abb. tom. 2. Iunii p. 203.

NAVIVM, Annales Francor. Fuldenſes an. 888. *A Rege eſt clementer ſuſceptus, nihilque ei antequaeſti Regni abſtrahitur: excipiuntur curtes, Nauium et ſagum.* Editio Freheri habet, *curtes nauium*, absque virgula.

NAVLA, V. ſupra *Ius Naula.*

† NAVLAGIVM, naulum, in Ch. an. 1269.

NAVLEIARE, nauem locare, conuento. Statuta Maſſil. lib. 4. 25.

† NAVLIGARE, NAVLISARE, uem ad vecturam conducere, NAVLISATIO ipſum naulum. Mſ. a. 1268. V. *Nauleiare.*

NAVLIGIARE, de *naulo* conue. Litterae Poteſtatis Piſanorum. V. cario Maſſil. a. 1340.

NAVLIZARE. (1) Idem quod *Nauligiare.* Charta Maſſil. an. 1357. (2) Naui imponere accepto *naulo*, apud Murator. to. 12. col. 396. in Notis.

NAVLVM. (1) Gregor. M. lib. 12. Epiſt. 16. *Propterea miſimus lanas 15. rachanas 30. lectos 15. pretium quoque de emendis culcitris vel Naula dedimus.* An *Naulum* ad transuectionem? Gloſſ. Graec. Lat. ναῦλον, *nauis vectura, Naulum.* (2) Portorium pro traiectione, *Nolis*, in Ordinat. Gallica maritima. Charta an. 1257. ex Schedis Praeſidis de Mazaugues. (3) Quaeuis exactio de nouo impoſita. Concilium Andegauenſe, an. 1365. cap. 28. *Nouas exactiones, ſeruitutes Naulum intelligimus in hoc caſu, quorum impoſitio ſine exactio hominum memoriam non excedit.* V. *Nauicularius* 2. (4) V. *Naminm.*

NAVO, vox Italica, Gall. *Navea* vel *Navet.* Laudes Papiae apud Murator. tom. II. col. 42. *Olera cuiuscumque generis, rapae ſuo tempore, et napi, quos Nauones appellant.*

NAVPEGIARIVS, vt *Naupegus*, apud Sponium Miſcell. Erud. Antiqu. p. 67. et Reineſium Inſcript. p. 602. V. mox *Naupicus.*

NAVPEGO, *nauis inunctio*, Papiae, ναυπηγία, *nauium aedificatio.*

NAVPICVS, *nauis factor*, Papiae ex Gr. ναυπηγὸς, *faber naualis*, in Gloſſ. Gr. Lat.

NAVPREDA, piſcis genus, idem, vt videtur, quod *Lampreta*, Gall. *Lamproie. Piſcis qui vulgo Naupreda dicitur*, in Vita S. Hermenlandi Abb. An-

Digitized by Google

Antrenſ. ſaec. 3. Benedict. part. 1. p. 393. V. *Lampreda* et *Laupreda*.

NAVRATVS. Chartae Regales ac Parenſales, cap. 13. apud Bignonium: *Taliter ei fuit profeſſus, quod ipſam rem ſuperius denominatam, per ſuum neglectum et per ſuum facinus fuit perdita vel Naurata.* At in Cod. MS. *Naufragata* legi monet Baluzius. Vtcunque ſit, ab hiſce vocabulis nata videtur vox Francica *Navré*, pro laeſus, vulneratus. † Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. 7657. *Nafra, Prouinc. laeſio, plaga, vulnus. Nafrar. laedere, vulnerare.*

NAVREGVS, V. ſupra in *Nauaretius.*

† NAVSA, locus paſcuus, ſed vliginoſus, i. q. *Noa 1.* Ch. a. 1195. to. 11. Gall. Chriſt. Inſtr. pag. 141. V. *Nauda.*

† NAVSARE, pro *Nauſeare* in Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. 7657.

NAVSIA. Papias: *Heluus, rufus, pallidus vel Nauſia.* Videtur legendum *Nauſea*, vel *Nauſeator*, vt *Helueus* pro *Heluus.*

NAVSIFICVS, nauſeam prouocans. Willelm. Brito lib. 10. Philippidos.

NAVSITARE, clamor palumbis. Carmen de Philom. Mſ.

NAVSIVM, pro Nauſea. *Nauſii faſtidium*, in Miraculis S. Vdalrici to. 5. pag. 130. et ſaec. 5. Benedict. pag. 470.

NAVSVM, ſpecies nauigii Gallici. Auſonius Epiſt. 22. *Nauſo aliaue quauis naui.* Rurſum vtitur infra. Bulla Frederici Imp. ann. 1157. inter Inſtrum. tom. 4. Gall. Chriſt. col. 17. *Conceſſimus . . . omnia iura regalia in . . . . comitatibus, foris, duellis, mercatis, monetis, Nauſis, teleonis, pedagiis, caſtellis.* An *Nauſis* hic indicantur portoria pro traiectione? Mallem *Naulis* hoc ipſo ſignificatu. V. *Naulum.*

NAVTA, genus magiſtratus in portubus nauigationi et commercio praepoſiti. Vetus inſcriptio relata in Commentariis litterariis Treuoltianis April. 1717. p. 627. *Tib. Caeſare Aug. Ioui Optum. Maxſumo Ramo.* (ſ. *aram.*) *Nautae Pariſiaci publice poſierunt.* Hic non eſſe intelligendos nautas vectores, ibidem probatur p. 639. ex eo maxime quod Eques Romanus *Nauta Araricus* dicatur in alio veteri monumento ibidem pag. 640. memorato.

† NAVTATICVM, i. q. *Nauaticum*, t. 2. Annal. Bened. p. 746. NAVTICVM, ibidem.

NAVTELLA, nauicula, ſeu nauicella, Gallis *Nacelle.* Eradius Presbyter de Lection. Euangel. c. 2.

NAVTEO, ὀσμὴ βύρσης, odor corii, in Gloſſ. Lat. Graec. Sangerm. legendum *Nautea*, *quae* Nonio dicitur *Aqua de coriis, vel, quod eſt verius, aqua de ſentina, dicta a nautis.* Vox eſt Plauti.

NAVTICATIO. Anaſtaſius in S. Vitaliano: *Et talem afflictionem poſuit in populo, ſeu habitatoribus . . . per diagrapha, ſeu capita, atque Nauticationes per annos plurimos, quales a ſaeculo numquam fuerant.* Codd. alii habent *Nauticationem.* Tributum forte, cuiusmodi imponitur nautis, vel mercatoribus in mare negotiantibus, vel potius *nauicularia* praeſtatio, ſeu quoduis tributum. V. *Nauicularius 2.*

NAVTICI, nautae. Chronicon Caſin. lib. 3. c. 60. (al. 61.)

NAVTILENI, nautae, *Nautileni galearum*, in Pactis initis inter Michaëlem Palaeologum et Genuenſes ann. 1261. Ναυτίλοι, Ariſtophani.

NAVTOLOGI, qui naulum a vectoribus exigunt: Ναυτολόγοι, ap. Clementem L. 1. Conſtitut. Apoſt. c. 57. vbi Latina Editio vetus, ſeu eiusd. Pontificis Epiſtola ad Iacobum, §. 14. 15. *Proretae officium Epiſcopus impleat, Preshyteri nautarum, Diaconi diſpenſatorum locum teneant: hi qui catechizant, Nautologis conferantur.*

NAVTONERIVS, a Gallico *Nautonnier*, nauta, in veteri Catalogo MS. Sodalium Confraternitatis B. Mariae Deauratae Toloſanae.

NAVTONIVM. Vetus Charta apud Guichenonum in Hiſt. Breſſenſi pag. 228. *Conceſſit teloneum infra regni ſui ſpatia, iuſſit vt nullus ſit exactor. non in ciuitatibus, non in vicis ſiue in portis, ſed nec ex Nantonio nauium.* Ita habetur, ſed videtur legendum

Digitized by Google

dum *Nautonio*, vt tributum fuerit a nautis pendi solitum, *Nauaticum*.

NAVTOR, nauta, in veteri Monito ad Lectorem ad calcem Collectionis Canonume MS. DD. *Chauvelin* Custodis Sigillorum Regiorum.

NAVTVM, pro *Nautum*, pignus, V. *Namium*.

NAVVM, pro *Nactum*, V. in hac voce.

NAVVS, V. *Naui*.

† NAVZILARE, pro *Naulizare*, nauem conducere, in Ch. Ms. a. 1269. V. *Nauligiare*.

† NAXA, i. q. *Nassa*, in Ch. Ms. ann. 1197.

† NAXO, nasus, vultus, apud Murat. to. 2. Antiq. p. 317.

NAYVITAS, V. *Natiuus* 2.

† NAZA, nassa, instrumentum piscatorium, Ch. Ms. a. 1157.

NAZARENI, dicti primum qui Christi sequebantur doctrinam, postmodum vero a Christo deducto nomine auctoritate Synodi sub D. Luca Antiochiae habitae Christiani dicti sunt Fideles vniuersi. Haec Willelmus Tyrius lib. 4. c. 9.

NCVNQVLT. Charta Henrici IV. Imp. ann. 1065. ex Tabular. S. Maximi Treuir. *Si quis ex familia interfectus fuerit, pretium illius id est, Ncunqult, totum Abbatis erit.*

NEANISCOLOGVS, qui iuuenilia loquitur, ex Graec. νεανίσκος. Vetus Interpres Iuuenalis Sat. 8. v. 190. *Planipedes audit Fabios, Nobiles Neaniscologos.* Quidem legunt *Neaniscologos.* V. Salmasium de Pallio pag. 335.

NEBBIA, vox Italica, Gall. *Brouillard*, nebula. Miracula S. Zitae, tom. 3. Aprilis p. 515. *Nec videbat nisi vt in vmbra, et in Nebbia.*

NEBLA, V. mox *Nebula* 2.

† NEBRIDA, *vestis sacerdotalis* in Gloss. ad Doctrin. Alex. de Villa Dei.

NEBVLA. (1) Fragm. Petronii: *Palam prostare nudam in Nebula linea.* Ita enim legendum, pro *lanae.* Vestis tenuis ac subtilis, sic dicta quod transpareat sub illa corpus, vt caelum sub nebula. Hesychius: ψάρη, ἱματία, νεφέλαι. (2) Glossae [illegible] MSS. *Tipsanas, panes qui* [illegible] *Nebulae.* Gloss. Lat. Gall. [illegible] *Oublée, mente.* Glossae MSS. [illegible] lexandrum Iatrosoph. *Fabri*[illegible] *cellae, quae fiunt super ferru*[illegible] *Nebulae.* Ebrardus in Graeci[illegible]

Aeris est nubes, Nebulae [illegible]
mine sur[illegible]
Ac panis nebula tibi subtil[illegible]
extat.

Bernardus Mon. in Consuet. Clu[illegible] MSS. c. 77. et ex eo Vdalricus l. 1. c. 49. *Vel ea quae in ferramento caracterato de conspersione farinae tenuissime fiunt, et ab hominibus Romanae linguae Nebulae, a nostratibus appellantur Oblatae.* Idem Bernardus c. 8. *Et omni die in qua sumus omnes in capis ad Missam, per consuetudinem facit fieri Nebulas ad coenam fratrum.* Editus part. 1. cap. 7. praefert *Neblas.* Ordinarium Eccl. Lexouiensis saec. XIII. exaratum in die Pentecostes: *Ad processionem Missae stuppae inflammantur, quas custodes inueniunt: ad Kyrie Missae pulsator flores et Neullas* (f. *Nebulas*) *proiicit.* *Nebulas* non esse cum *Oblatis* confundendas, suadent antiqui ritus Ecclesiae Bisuntinae, quos refert Martenius Tract. de Antiq. Eccles. Disciplina in Diuinis Officiis celebrandis p. 311. vbi de Coena Domini: *Interim dum cantatur hymnus, deferantur panes azymi et Nebulae et Oblatae, et benedicantur ab Episcopo vel Decano hoc modo:* Benedic Domine hanc creaturam panis, etc. Sic in Consuetudinibus MSS. Monasterii Solemniac. iterum atque iterum legitur: *Ad Coenam Nebulas et Oblatas et tria oua.* Quibus in locis frustra *Nebulis* adderentur *Oblatae*, si nullo modo discreparent. (3) Macula in oculo. Miracula B. Henrici Baucen. to. 2. Iunii p. 384. *Habebat Nebulam in oculo sinistro, de quo nihil omnino videbat.*

NEBVLARE, obscurare, quasi nebula tegere, obumbrare. Tertull. Apolog. c. 35.

NEBVLARI, nebulonem esse vel fieri. Gloss. Lat. Gr. *Nebulor*, ἀχρηστῶ.

NEBV-

Digitized by Google

NEBVLARIVS, pistor qui *Nebulas* conficit. *Nebularius, consuetudinarium cibum et III. ob. homini suo in die*, in Libro nigro Scaccarii p. 344. Cum de eo in capite de pistoribus agatur, paret *Nebularium* hic dici pistorem *Nebularum*, seu panum eorum, de quibus in *Nebula 2*; non textorem vestium illarum transparentium, quas etiam *Nebulas* vocant, vt dictum est in *Nebula 1*.

NEBVLEA, Rocho de Baillif, in Dictionario Spagyr. *Est sal ex humiditate nebulae, saepius in pratis cadentis, vi salis induratum.*

NEBVLLA, panis leuior in ferro coctus, de quo in *Nebula 2*. Vsus MSS. Cuturae Cenoman. *Ad coenam habeant Nebullas dobletat, et ad collationem charitatem de bono vino.* † Leg. forte *Nebulas et oblatas*.

NEBVLONITAS, nebulonis malitia, fraus, dolus. Guibertus lib. 1. de Pigner. Sanct. c. 2. §. 5.

NEBVLOSITAS, nebula, obscuritas. Arnobius lib. 7.

NEBVLOSVS, e *Nebula*, vestis genere confectus, apud Fulgent. l. 1. Mythol. V. *Nebula 1*.

† NEBVLVS, lumbus, imbrex porci, Gall. *Nuble*, i. q. infra *Numbile*. Ch. Ms. a. 1367. V. *Nunblicus*.

NECA. f. pro *Veta*, ornatus vestis, de quo infra. Statuta Arelat. art. 53. et MS. D. Brunet: *Sartores accipiant pro corduris vestium sine fresso et Neca factarum infra scripta, scilicet pro capa cum pellibus III. sol.*

NECARE, NEGARE, submergere, vt Italis, *Annegare*. Lex Burgund. tit. 34. §. 1. *Si qua mulier maritum suum, cui legitime iuncta est, dimiserit, Necetur in luto.* Lactant. de mortib. Persecut. n. 38. *Si qua detractauerat, in aqua Necabatur, tanquam maiestatis crimen esset.* Adde n. 32. Gregorius Tur. lib. 3. Hist. c. 52. de feminis maleficis: *Alias Enecat, alias incendio tradit.* Hinc emendandum puto Inquisitionem an. 1276. to. 1. Hist. Dalphin. p. 25. edit. Geneu. et p. 28. edit. Paris. vbi: *Quidam iuuenis de Fuissimo mortuus fuit, scilicet Nectitus in Rhodanum casu fortuito.* Legerem *Necatus*. NEGARE. Lex Aleman. tit. 73. cap. 3. *Si aliquis aliquam clausuram in aqua fecerit, et ipsa aqua inflauerit, et ibi alicuius pecus Negauerit, etc.* Ita Editio Heroldi et veteres Codd. Alii *Necauerit* habent.

† NECARONI, iidem qui Hunni, t. 1. Febr. p. 793.

NECATIO, submersio. Chronicon Astense ap. Murator. t. 11. col. 280.

NECCAR, allium, σκόροδον, in Gloss. Gr. Lat.

NECCHIE, mendosa vox. V. *Naca*.

NECESSARE, cogere. *Nisi quod natura Necessat.* Fortunato lib. 2. Mirac. S. Martini.

NECESSARIA, NECESSARIVM, latrina, secessus. Descriptio Regionum Vrbis Romae edita a Mabillonio p. 514. *Posternae 3. Necessariae 4. fenestrae maiores forinsecus 107. minores 66.* Infra: *Propugnacula cum porta Praenestina 302. Necess. 1. fenestrae maior. forinsec. 80. etc.* Adde p. 516. Lanfranc. in Decr. pro Ord. S. Bened. cap. 4. *Vnus eorum in dormitorio debet circumire lectos omnium, et omnia sedilia in Necessariis sollicite considerans, ne forte aliquis Frater dormiens ibi remanserit. Loca Necessaria*, apud Gregor. Tur. lib. 1. de Mirac. S. Martini c. 37. *Locus Necessariorum*, in Chronico Afflegemensi cap. 15. *Domus necessaria*, in Statutis Ordinis *de Sempringham* p. 732. *Desidere exonerandae alui gratia: ad Necessitatem corporis sui sedere*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 16. §. 5. *Ad Necessitatem Naturae secedere*, apud Lambertum Scafnaburg. ann. 1076. *Ad officia naturalia secedere*, apud Aurel. Victorem in Caracalla. Etiamnum Galli dicunt: *Faire ses necessitez*, et Germani seine Nothdurft verrichten. Sed et *Necessaria* vocant Statuta Mediolanensia part. 2. c. 268. ipsa hominum excrementa: *De Necessariis in aestate non spatiandis*, id est, deportandis. V. Gloss. med. Graecit. in voce Χρεία.

NECESSARIVS, pro *Magis necessarium*, dixit Alcuin. Epist. 1.

NECESSITARE, cogere, Gall. *Necessiter*, Ital. *Necessitare*. Verbum a Scholasticis non semel vsurpatum, quod

Digitized by Google

quod occurrit in Miraculis B. Colectae, to. 1. Martii p. 573. et alibi.

NECESSITAS. (1) Charta Arturi primogeniti Ducis Britanniae, Vicecomitis Lemouicenſis an. 1292. *Super ſubſidio nobis et liberis noſtris in quatuor Neceſſitatibus faciendo : ſcilicet ad filiam maritandam, ad nouam Militiam recipiendam, ad redemptionem ſoluendam, ad ſuſtinendum crucis expenſas, etc.* V. *Auxilium.* (2) Quaeuis exactio, f. ſic dicta quod neceſſaria ſit et coacta. Charta Ludouici II. Regis Siciliae e MS. D. Brunet fol. 115. vo. *Queſtas aut tallias, angarias ſiue parangarias, aut Neceſſitates aliqualiter imponere.* (3) *Indigentia, inopia,* Gall. *Neceſſité*, in Barthii Gloſſario ex Hiſt. Palaeſt. Roberti Monachi. Priuilegium Caroli C. pro Monaſterio Vedaſtino an. 867. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 183. *Si autem ex his praefatis villis, quae ad cameram deputatae ſunt, Neceſſitas Fratrum ſuppleri non potuerit, etc. Maxima monaſterii neceſſitas*, ſeu penuria, in Charta an. 1417. apud Ludewig. to. 6. p. 85. (4) NECESSITAS CORPORIS, V. *Neceſſaria.*

† NECESSITATIVVS, neceſſarius, to. 3. Aug. p. 612.

NECESSITVDO, opus. Charta ann. 1130. in Inſtrum. to. 4. Gall. Chriſt. col. 164.

NECESTVOSVS, indigens, a neceſſe, Gallis *Neceſſiteux*, *indigent.* Epiſtola Epiſcoporum Synodi Coriſiacenſis ad Ludouic. Germaniae Regem c. 12. *Quicunque Neceſſuoſi palatium adierint.*

NECNE, pro *Necnon.* S. Hieronym. Epiſt. 7. *Offerre Necne filiam poteſtatis tuae fuit, etc.*

NECROLIVM, Rocho le Baillif in Dictionario Spagyr. *Medicamentum prohibens mortem et vitam conſeruans.*

NECROTHYTVS, mortuis immolatus, a Graeco Νεκρόθυτος, apud Tertull. de Spectaculis.

NECSILES. Charta ann. 964. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 143. *Praeceptum iſtum ibi oſtenſimus, vt nullus quislibet dicere poſſit, quod nos eum occulte et concludioſe abuiſſemus et tenuiſſemus, et Necſile*[illegible] An *neſcientibus* appareat[illegible] ſit ?

NECTAR, *vinum pigmentat*[illegible] tioni. Ioh. de Ianua addit: *L*[illegible] *quor.* S. Ambroſius de Bon[illegible] c. 5. *Hinc Nectar illud ex vin*[illegible] *le prophetico.* Rochus le B[illegible] Dictionario Spagyr. *Nectar vino rubeo coagulato et ex vi*[illegible] Potionis delicarioris ſpecies, [illegible] dicta in Statutis Ord. Cart[illegible] an. 1368. 2. part. c. 5. §. 30. *N*[illegible] *quoque aut quaslibet alias vini e*[illegible] *cierum confectiones nullo vnquam te*[illegible] *pore in refectorio miniſtramus.* † Gloſſar. Gall. Lat. Cod. 7684. *Clare, mellicratum, Nectar.* Idem ergo quod *Medo* et *Mellita.* V. in his vocibus.

† NECTESARE, purgare, mundare, Ital. *nettare*, Gall. *nettoyer.* Chartar. notar. Daubagne Mſ.

NECTITVS, pro *Necatus*, ſubmerſus, V. *Necare.*

† NECTVM, ſtatim, continuo, tom. 5. Ordin. reg. Franc. p. 600.

NECTVS, nitidus, mundus, vt videtur, Gall. *Net*, Ital. *Netto.* Chronicon Parmenſe apud Murator. to. 9. col. 846. *Item eodem anno* (1333.) *magna ſiccitas fuit . . . et blauae ſteterunt ad naſcendum, taliter quod vix videantur vsque ad menſem Aprilis . . . ſed frumenta et aliae blauae ſatis bona et Necta, Deo concedente, fuerant.*

NECVTIARI, pro Negotiari. Charta Pipini Fr. Regis apud Doubletum Hiſt. San-Dion. p. 694. *De omni Necutiantes . . . . tam ibidem quam et alicubi ad Necuciandum vel Necucia plurima exercendum, etc.*

NEDACRA, modus agri, fortean idem quod *Acra.* V. locum in *Nydbredripes.*

NEDFRI, vel NEDFRATRES, vt minus recte ſcribit Baluzius, ex *Nedfres*, quam pro *Nedfratres* acceperunt. Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 2. *Illos ſacrilegos ignes, quos Nedfri vocant, ſiue omnes . . . paganorum obſeruationes diligenter prohibeant.* Concilium Leptinenſe ann. 743.

Digitized by Google

743. cap. 2. *Nedfratres* habet, perperam, inquit Lindenbrogius, vbi ille: Rusticani homines in multis Germaniae locis, festo S. Ioannis, palo ex sepe extracto, funem circumligant, illumque huc illuc ducunt, donec ignem concipiat: quem stipula aliisque aridioribus lignis aggestis curate fouent, ac cineres collectos supra olera spargunt, hoc medio erucas abigi posse inani superstitione credentes. Eum vero ignem Nothfeuer, quasi necessarium vocant. Haec ille. Schilterus *Notfyr* et *Notfeur* exponit *Coactus ignis fricando*, non male, vt probat ex Indiculo superstitionum et paganiarum in Concilio Liptin. an. 743. *De igne fricato de ligno, id est, Nodfyr. Notfyres* etiam pro mendoso *Nodfratres* restituit in Capitulari I. Carlomanni ann. 742. cap. 5. Dein addit hunc ignem longe diuersum esse a rogo, qui in Concilio Trullano can. 69. damnatus est his verbis: *Qui in nouiluniis a quibusdam ante suas officinas accenduntur rogi, super quos etiam antiqua quadam consuetudine, salire inepte et delirare solent, iubemus deinceps cessare:* quem ibi Ehingerus, inquit, eumque secutus Spelman. confundit cum nostro ex ligno vel palo excitato, nec in obsequium numinum ethnicorum edito. Obseruat denique idem Schilterus vtramque hanc superstitionem in festo S. Iohannis alicubi probabiliter concurrisse, quod hodieque Germanis dicitur ein Johannes-Feur; de quo laudatus Ehingerus: *Hanc impiam consuetudinem hodie in Germania, in festo S. Iohannis Bapt. obseruant quidam, vt in plateis excitato igne, super ipsum saltant. Sed pii Euangelici Magistratus per ministros vrbis tales ignes dissipant, et delirantes de plateis abigunt.* Eiusdem originis sunt ignes, qui in Gallis etiamnum excitantur ipso Natiuitatis S. Iohannis Bapt. peruigilio.

NEEZ, in Schedis D. Aubret Dumbensis Historiographi, Locus in fluuio, vbi cannabis maceratur. V. *Neifius.*

NEFANDARIVS, in Glossis Isid. Graeuius putat legendum, *Nefandus, Nefarius:* quae promiscue a Scriptoribus vsurpantur, quamuis discrimen inter vtrumque statuatur.

† NEFFLERIVS, mespilus, Gall. *Neflier.* Ch. a. 1177. inter Instr. to. 10. Gall. Christ. p. 320. V. *Neptarius.*

NEFINGERE, *non fingere, et putare,* in Glossis antiquis MSS.

NEFRENDIOIVM, in Glossis Isid. *Annuale tributum, quod certo tempore rustici domiuis: vel discipuli doctoribus afferre solent, duntaxat sit carneum, et porcellus.* Addit Vgutio *circa natiuitatem.* V. *Maialis.* Glossar. Lat. Gall. Cod. 7692. *Nefrendicium, panage.* Melius in altero sign. 521. *Nefrendium, pernage;* a *Nefrendus, porcus eteſticulatus,* ibid.

NEFVS, nefastus, malus, improbus. Hadrianus PP. in Carmine ad Carolum M. Imp.

NEGANTIA, recusatio. Vita B. Agnetis de Bohemia n. 5. Martii to. 1. p. 510.

NEGARE. (1) Eiurare, abiicere, Gall. *Renoncer, Renier.* Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. to. 8. col. 1095. (2) Submergere, *Noyer,* V. *Necare.*

NEGATIVI, haeretici, qui coram Inquisitoribus fidei per testes legitimos, quos nolunt, vel non possunt repellere, de aliqua haeresi rite, secundum leges Inquisitionis, conuicti sunt; sed non confessi, imo in *negatiua* constanter perseuerant, Catholicam fidem profitentur et haereticam prauitatem detestantur. Haec et plura Hofmannus in Lexico: quod, si vacat, consule. Iis opponuntur *Affirmatiui,* de quibus supra.

NEGATOR, reus, qui quod actor ait, negat. Bernardus de Breydenbach Itin. Hierosol. pag. 110. V. *Lapsi.*

NEGGILDARE. Leges Henrici I. Regis Angliae cap. 70. *Non cogitur liber cum seruo Neggildare, nisi velit ei facionem facere, nec seruus cum libero.* Vbi leges Inae Regis §. 78. exponunt hanc vocem per *cognationem soluere. Non cogatur liber cum seruo Cognationem soluere, nisi velit cum factione liberare.* V. *Gildare* in *Gildum.*

Digitized by Google

NEGITARE, pernegare, in Onomastico ad calcem to. 4. SS. Maii.

NEGLECTIBILIS, contemnendus, vilis, apud Baluzium tom. 6. Miscell. p. 202.

† NEGLECTRIX, negligens, non curans, tom. 10. Collect. Hist. Franc. p. 145.

NEGLECTVM, negligentia, sed maxime ea quae culpae proxima est. Capitulare de Villis c. 4.

NEGLIGENTIAS *suas profiteri coram Abbatissa*, in lib. 4. Insinuat. S. Gertrudis cap. 2. † NEGLIGENTIAE COGITATIONVM, apud Saluian. adu. Auarit. lib. 1. cap. 12. quod de peccatis minutis, quae theologis *venialia* appellantur, intelligit Baluzius ad hunc locum.

NEGOCIENS, negotiator, Gall. *Negociant*. Formulae Andegau. num. 50.

NEGOSSA, retis ad capiendos pisces species, quae describitur a Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricultura c. 31.

NEGOTIARE. (1) Mercaturam exercere, *Negocier*. Apuleius l. 5. *Magnis pecuniis Negotiantem*. (2) NEGOTIARE, pro Negotiari, in Pacto Legis Salicae tit. 43. §. 8. Hoc autem loco vt et cap. 50. in malam partem sumitur, nempe pro machinari, moliri furtum aut crimen aliquod cum alio. V. mox in *Negotium*. (3) † Alicui operi vacare, in Memor. F. Cam. Comput. Paris. fol. 24. NEGOTIARI, in in Lit. remiss. an. 1417.

NEGOTIATA, *Besoignement*, in Glossis Latino-Gall. Sangerman. MSS.

NEGOTIATOR. Diploma Neapolitanorum pro Amalphitanis ann. 1190. *Ita vt vos Negociatores, Campsores seu Apothecarii, etc.* Brencmannus Dissert. 1. de Republica Amalph. p. 17. *Negociatores* mercatores interpretatur, qui particulatim merces suas distrahunt, *Apothecarios* vero eos, qui aceruatim seu per suersionem vendunt. De *Campsoribus* dictum in *Cambiare*.

NEGOTIATVS, negotiator, qui *negotium* seu mercaturam exercet. Ratherii Veron. Synodica ad Presbyteros, tom. 2. Spicil. Acher. pag. 261.

NEGOTITAE, vel NEGOTIS[illegible] *mercenarii, scllarii, vel tabe[illegible] opifices, institores*. Papias, V[illegible] lo. de lanua: *Negocita, Negot[illegible] institor, opifex, mercenarius*.

NEGOTIVM. (1) NEGOTIVM, [illegible] GOTIATIO, mercatura, κατ[illegible] Galli vulgo *Negoce, Trafic, Co[illegible] ce*. Gloss. Lat. Graec. *Negot[illegible] πραγματεία*, Gloss. Graec. Lat. [illegible] *ματεία*, *Negotiatio, nundi[illegible] πραγματευτής, Negotiator, mercat[illegible]* Glossae MSS. ad Canones Concilior. *Mercimonia, Negotia*. Mela de Aegyptiis: *Forum ac Negotia feminae, viri pensa ac domos curant*. (2) Merx ipsa. Formulae vett. Bignonianae form. 45. *Venditor vel commercius quodlibet Negotium habeat vendendi*. (3) Res. Arnobius lib. 6. *Sicut illi referunt, qui Negotia Thespiaca scriptitarunt*. NEGOTIVM FISCALE, ius fisci. Priuilegium an. 704. to. 1. Monastici Anglic. p. 12. col. 2. NEGOTIVM SAECVLARE, apud Mabillon. lib. 51. Annal. Benedict. n. 55. (4) Ipsa actio venerea. Sic enim plerique interpretantur illud S. Pauli 1. Thessalon. c. 4. *Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in Negotio fratrem suum*. Graecum habet ἔργον. (5) Pro Praelio. Saxo-Grammaticus lib. 1. *A quo terrestri Negotio superatus Hadingus, etc.*

NEGRITA, pro *Nigritia*, V. *Niger*.

NEGROMANTICVS, pro *Necromanticus*, Gall. *Necromantien*, qui ad diuinandum euocat animas mortuorum. Vtitur Iac. Maluecius in Chronico apud Murator. tom. 14. col. 930.

NEGVOSIARE, negotio seu rei alicui vacare, incumbere, Gall. *s' occuper*. Vet. Ceremoniale MS. B. M. Deauratae.

† NEIAGIVM, NEYAGIVM, praestatio, quae ex *Nebulis* fit. Ch. Mf. a. 1310. V. *Nebula* 2.

† NEISIVS, locus in fluuio, vel aquarum receptus, vbi cannabis maceratur. Terrear. Treuolt. a. 1535.

NEMA, filum. Glossae Graec. Lat. Νῆμα, *Netum*. Σηρικὸν νῆμα, apud Suidam. *Nema sericum*, lib. 39. Dig. tit. 4. leg. 16. §. 7. NEMEN, eodem signi-

Digitized by Google

significatu, in antiqua Inſcriptione laudata in Theſauro Fabri.

NEMANCEPS, in Gloſſ. Lat. Gall. *Franc*, liber, non ſubditus. Vox, vt videtur, ficta ex hoc Vlpiani loco Inſtit. 19. *Omnes res mancipi ſunt, aut nec mancipi*, hoc eſt, vt exponit Martinius in Lexico, ſunt in mancipio, aut non ſunt; ſubſunt dominio, iuri et poteſtati, aut non ſubſunt. Aliter, at minus recte, Ioh. de Ianua.

NEMBDA, In iure Sueonum vetuſto *Nembda*, *Nempda* vel *Nemda*, coetum duodecim proborum ſeu legalium hominum ſignificat, quos vel partes ipſae litigantes, vel ipſe Iudex eligebat, et quibus quarumdam cauſarum inquiſitionem atque etiam ſaepius iudicium committebat, praeſertim cum nulli aderant teſtes. Ita in Legibus Vrbanicis Biorco Sueonum antiquae metropoleos, ab Hudorphio Stokolmiae editis c. 11. n. 1. *Si nulli adfuerint teſtes, Nempdae ſine duodecim virorum iudicio res committatur.* In Legum Wiſigothorum libro, quem edidit Olaus Rudbeckius, multa leguntur de *Nemda* et *Nemdariis* a capite 2. ad 10. Idem itaque eſt duodecim *Iuratorum* numerus ſiue *Iurata* apud Anglos, quod *Nemda* apud Danos, Suecos et Noruegos, a quibus per Normannos in Angliam inuectum videtur eiusmodi iudicium. Plura Hickeſius Diſſert. Epiſt. 37.

NEMDARIVS, vnus e duodecim iudicibus ſeu legalibus viris, qui *Nemdam* conſtituunt. Ol. Rudbeckius in ſuo libro Legum Wiſigothorum cap. 2.

NEMEN, filum, a *Nere*, V. *Nema*.

NEMITOR, V. *Minutor*.

NEMO, nullus. *Nemo dies*, apud Prudentium.

† NEMOMENVS, *antiquus*, ex Gloſſ. ad Alex. Iatroſoph. Mſ. lib. 1. Paſſ. c. 106. *Vicera diuturna et nemomena.*

† NEMORATVS, nemoroſus, in Ch. Mſ. a. 1193.

NEMOREVS, ligneus. Vita S. Geruini, to. 1. Martii p. 287.

† NEMORISTA, nemorum incola, in Act. SS. to. 3. Sept. p. 452.

† NEMORISITAS, *la ſpezeça de arbori i.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

NEMOSEVS, eadem notione, in Ch. Mſ.

NEMVS. (1) Arbor, vel fructus. S. Paulinus Epiſt. 30. p. 190. nouae edit. *Vt qui naturali bono oculos mentis apertos innocentiae, et iniquitati clauſos habebam, letalem prudentiam boni malique delectu, de infauſto Nemoris interdicti cibo coecatus pariter et male luminatus haurirem.* (2) Linum, materia. Statuta Monaſterii S. Claudii p. 79. (3) NEMVS NIGRVM, praealtis denſisque arboribus vmbroſum, Gall. *Bois de haute futaye.* Vetus Charta. NEMVS VIVVM, MORTVVM, V. *Boſcus.*

† NENA, potionis ſpecies. Ch. Mſ. an. 1319. *Item duae ſarcinatae vini et nenae, aeſtimatae annuatim valere XIII. ſol. IV. den. Turon.*

† NENIVM pro Nenia, in Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. 7657.

† NENTVM, NENTARE, pro *Nantum* et *Nantare*, in Ch. Mſ. a. 1228. V. *Namium.*

NEOCORVS, aedis ſacrae aedituus, Νεωκόρος. Iulius Firmicus lib. 4. Matth. c. 7. *Aut ſimulacrorum conſecratores, ſeu certe Neocoros, vel Sacerdotum Principes, etc.* Vox Graecis Scriptoribus notiſſima.

NEOFYTVS, V. mox *Neophytus.*

NEOMENIAE IVDAEORVM, in Concilio Viennenſi in Auſtria an. 1267. c. 18. Nota ſunt quae de hiſce commentantur paſſim ſcriptores.

NEOMINVS, nihilominus, Gall. *Neanmoins*, in Charta Officialis Rotomag. ex Archiuo B. M. de Bononuntio eiusdem vrbis.

NEONIDES. Geruaſii Tilberienſis Otia imperialia apud Leibnitium to. 1. Scriptor. Brunſuic. pag. 889. *Luna enim ſecundum ſui augmentum nomina variat, in neomenia, hoc eſt, in nouilunio dicitur Neonides, in maiori incremento Diaeouios, in circuli perfectione Amphikyrtos, in Pleniluunio Panſilenos.* Forte legendum *Neonidos*, a νέον εἶδος, *Noua facies.*

NEOPATRIA, vox ibrida, a νέος, nouus, et patria, in Decreto Alphonſi

Digitized by Google

Regis Aragon. to. 3. Concil. Hiſpan. p. 670.

NEOPHYTVS. Gloſſ. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. *Rudis, Nouellus*, Νεόφυτος. Iſidorus lib. 8. *Neophytus Graece, Latine Nouellus, et rudis fidelis.* Papias: *Neophytus, nuper renatus, nuper ad fidem veniens, vel noniter.*

NEOPHYTI, etiamnum in Comitatu Prouinciae vocantur nouelli Chriſtiani a Iudaeis facti, quos Luſitani *Chriſtianos nuenos* dicunt, a quibus Ludouicus XII. Rex 5000. libras ad bellorum impenſas exegit 21. Decemb. ann. 1571.

NEOPHYTI dicuntur praeterea Nouitii Clerici, et nuper e Monachorum vel Laicorum numero in Clerum adſcripti, in Concilio Sardic. cap. 13. et apud Zozimum PP. in Epiſt. ad Patroclum.

NEOPHYTI, nouitii in Monaſteriis: Ordericus Vital. l. 3.

NEOPHYTOS, nouos inductos Monachos vocat idem Ordericus Vitalis lib. 8.

NEOPTOLEMVS, tyro, nouus *Miles*, ex Graeco Νεοπτόλεμος, quod fuit cognomen Pyrrhi Achillis filii. Brito in Synonymis:

> *Miles, Eques, Tyro, Tyrunculus, atque Quirites,*
> *Atque Neoptolemus, nouus eſt regnator in illis.*

Vita S. Neoti Abb. num. 10. *Hunc ego locum Chriſti miles eligens, tanquam Neoptolemus, et conuerſus a ſaeculo rurſus elapſus eſt, etc.* V. *Tyro.*

† NEPCIA, neptis, apud Murat. to. 3. Antiq. p. 241.

NEPHIAS. Sebaſtianus Peruſinus in Vita B. Columbae, to. 5. Maii p. 374. *Nephias ventus ſubito turbine ſuperbiret.* Cl. Editor putat legendum *Coecias*, qui eſt Euroboreas, nubes non diſpellens, ſed adducens. An non *Nephias* fingi potuit a νέφος, nubes?

† NEPHIDVS, macellarius, vt videtur, in Lit. remiſſ. Mſ. ann. 1362.

NEPITA, Nepeta, mentha, calamentha. Acta S. Franciſci de Paula, t. 1. Aprilis pag. 135. *Eſt poſtea impoſuit quamdam herbam Nepitam et mentam ſilueſtrem.*

† NEPLARIVS, meſpilus, G[illegible] *flier.* Ch. Mſ. an. 1311. V. *rius.*

NEPOS. (1) Filius fratris aut ſo[illegible] ἀδελφιδοῦς, ἐξάδελφος. Dinam[illegible] tricius in Vita S. Maximi Ep[illegible] Regienſis: *Anſam Diaconi Re[illegible] Nepos, id eſt, fratris eius filius[illegible] ptis per ſororem*, apud Sparti[illegible] in Adriano. Ioannes Sarisber[illegible] Epiſt. 89. *Ricardus cognatus [illegible] mi de Saccauilla et Nepos, ſicut [illegible] ris filium vulgus Nepotem dicere [illegible] ſuenit, etc.* (2) Patruelis vel conſobrinus, Gall. *Couſin germain.* Annales Metenſes ad an. 892. *Walgarius, Nepos Odonis Regis, filius ſcilicet auunculi eius Adelelmi.* Tum vero maxime patrueles vel *conſobrinos nepotes* dictos volunt, cum aetate inferiores erant, aut dignitate. V. Menagium in Hiſt. Sabolienſi p. 21. 35. et 304. (3) NEPOS, fem. gen. fratris aut ſororis filia, Gall. *Niece.* Charta an. 1229. ex Chartulario S. Vandregeſili to. 1. p. 10. *Ego Ricardus Anglicus . . . vendidi et conceſſi Rothaiſiae Nepoti meae et Eliae Amiot ſponſo ſuo, etc.*

NEPOTA, neptis, ſeu fratris aut ſororis filia. Codex Mſ. D. Praepoſiti S. Martialis Lemou. apud Stephanotium to. 1. Fragm. Hiſtor. MSS.

NEPOTALIS, conueniens nepotibus ſeu luxurioſis. Ammian. lib. 31. *Dum in Nepotali menſa ludicris concrepantibus diu diſcumbens vino marcebat et ſomno, etc.* V. *Neporalis.*

NEPOTARI, de beneficiis eccleſiaſticis ad nepotes conſanguineos transmiſſis, dicitur in Hieratio iuris pontificii p. 181.

NEPOTATIO, prodigalitas. Ordericus Vitalis lib. 8. *De ſanctitate et miraculis ſanctorum mallem ſcribere multo libentius, quam de nugis infrunitorum friuolisque Nepotationibus, etc.* Cur vero *Nepos* dicatur prodigus, vide Reinhartum Robigium lib. 7. Robigal. c. 9.

NEPOTATVS, eadem notione. Gloſſ. Lat. Graec. Sangerman. *Nepotatus, ἀσωτία; Luxuria, laſcivia*, in ſupplemento Antiquarii.

NE-

Digitized by Google

NEPOTISMVS PONTIFICIVS. Carmen de Curia Romana v. 929.

† NEPOTVLA, Gall. *Petite niece*, in Reg. visitat. Odon.

NEPOTVLVS, i. q. *Nepos* 1. Charta an. 1242. to. 2. Histor. Eccl. Meld. p. 150. *Leganit . . . Ioanni Nepotulo suo omnia utensilia domus suae.* Gall. *Petit Neveu.*

NEPOTVS, idem. Glossae antiquae MSS. *Pronepos, filios* (sic) *Nepatorum. Pronepos, Nepos, Nepoti.*

NEPTA, pro *Neptis*, crebro occurrit, in Capitulari Suessionensi ann. 744. cap. 8.

NEPTIA, idem. Charta Nobiliac. an. 12. Caroli Regis, apud Stephanot. to. 3. Antiquit. Pictau. MSS. p. 240. *Donatque cum infantis suis quatuor et Neptias suas his nominibus Iuliane, Odolenane cum intantiae eorum et alius haeredis.*

NEPTICVLA. (1) *Vestis brevissima*, Papiae. (2) † Idem quod *Nepotula*, in Glossar. Prouinc. Lat. Cod. 7657.

NEPTITAS, titulus quo Lotharium alloquitur Eginhardus in Epist. 34. quam vocem varie varii scriptores interpretati sunt.

NEPTVNVS. Geruasius Tilleberiensis MS. lib. 3. de Otiis Imperial. c. 63. *Anglia daemones quosdam habet, daemones, inquam, nescio dixerim, an secretas et ignotae generationis effigies, quos Galli Nepunos, Angli Portunos nominant. Illis insitum est quod simplicitatem fortunatorum colonorum amplectuntur, cum nocturnas propter domesticas operas agunt vigilias, subito clausis ianuis ad ignem calefiunt, et ranunculas e sinu proiectas prunis impositas comedunt, senili vultu, facie corrugata, statura pusilli, dimidium pollicis no habentes, panniculis confertis induuntur, et si quid gestandum in domo fuerit, aut onerosi operis agendum, se ingerunt citius, humana facilitate expediunt.*

NEPTVS. (1) Filius fratris, in Actis S. Rudesindi Episcopi tom. 1. Martii p. 105. (2) Vt Nepos Latinis, filius filii vel filiae. Quaestiones Iuriperitorum ad Leges Longobard. apud Murator. to. 1. part. 2. p. 163.

NEPVS, i. q. *Nepos*. Epistola Monachorum Maioris-montis ad Gregorium PP. to. 4. Annal. Benedict. p. 112. ad ann. 997. *Omnes congregati in vnum, vna cum Episcopo Riculfo, qui fuit Nepus praedictae Deo denotae.*

NEQVIS, ἀχρεῖος, *Nugator, Spureus.* Supplem. Antiquarii. Mox infra habetur *Nequus.*

NEQVITARE, et NEQVITARI, nequam esse, nequiter agere, Priscian lib. 8. et apud Papiam.

NEQVITAS, nequitia, Rolandino Patauino de factis in Marchia Taruisina lib. 8. c. 7.

† NEQVITIA, *nugacitas*, ἀχρειοτης. Reg. *Enugax.* Germ. *Enugae.* Forte *hae nugae.* Castigat. in vtrumque Glossar.

NEQVITIOSVS, nequam, improbus. Thwroczius in Ioanne Huniade cap. 48.

NEQVVS, nullus. Gloss. Graec. Lat. ὑπὸ μηδενὸς, *a Nequo*: ἀπὸ μηδενῶν, *a Nequibus.* Idem Gloss. ἀχρεῖος, *Nequus, spurcus, nuga, nugator.*

NERA, Σκόρπιος, in Gloss. MSS. Sangerman. in. Editis: *Scorpius*, Nepa, vt omnino est legendum.

NERBILIVM. Consuetudines et iura Ecclesiae de Regula in Aquitania: *Si extraneus portauerit sturionem, denarium habebit clauiger: et si ibidem fractus fuerit sturio, Nerbilium et budellum habebit clauiger, nec minus habebit denarium* (denario).

† NERCA, amurca, in Glossar. Prouinc. Lat. Cod. 7657.

† NERETVS, monetae minutioris species, quae argenteae opponitur, vnde *nigra* seu aerea appellatur, Gall. *Neret.* Ch. Mss. a. 1319.

NERI, *pensa mulierum*; *Neris, Viris*, Papiae in MS. Bituric. V. *Nero.*

NERIES, ἐξουσίαι θαλάσσης, in Supplem. Antiq. *Salaria*, seu Licentia, poreſtas maris; vt sonat Graecum. V. mox *Nero.*

† NERITEVS, villicus, colonus *Massariorum* consors. Ch. a. 1033. apud Murat. tom. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 17. V. *Massurius.*

NERO. (1) Ἀνδρεῖος, *fortis*, in eodem Antiquarii Supplemento. V. *Neri.*

Digitized by Google

(2) Gloss. MS. Regium : *Nero*, *Aqua*. Papias : *Nero*, *Graece*, *Aqua*. Iacobus de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 32. *Et quoniam fontibus et riuis totus est irriguus*, *Mons Nero*, *id est*, *aquosus nuncupatur*. *Neros enim Graece*, *aqua Latine*. *Simplices autem et Lucii Noire*, *id est*, *nigra exponunt in vulgari sermone*. Apud Sanutum lib. 3. part. 5. cap. 4. *Alius mons versus Septemtrionem vocatur Montagnera Neros*, *id est*, *aquosa*. Adde part. 7. cap. 1. Graeci recentiores νερὸν aquam vulgo dicunt, voce corrupta ex Graeco νηρὸς, humidus, vti censet Salmasius.

† NERONIANVS LAPIS, Smaragdus, V. in *Lapis*.

NEROZARE. Annales Genuens. ad an. 1194. *Non solum promissa non obseruauit*, *verum etiam in cunctis asperrime cuncta ciuitatem Ianuae*, *quam ei regnum tradidisse proprio ore confitebatur*, *Nerozauit*. Cl. Editor Murator. to. 6. col. 371. annotat in alio codice legi *tractauit* ; rum addit forte legendum *Neronizauit*, id est, expressit Neronis tyrannidem.

NERTAGIVM, f. praestatio succi expressi e foliis et fructibus myrti, et Prouinciali *Nerte*, myrtus, Gall. *Myrte*. Litterae Caroli II. Regis Siciliae an. 1307. ex Armario Toroiul. S. Victoris Massil. n. 133.

NERTEGEARE, NERTIIARE, myrti folia et fructus excerpere et inde succum exprimere. Sententia arbitralis ann. 1497. inter Dominos et Communitatem Calliani.

NERTVS, myrtus. Statuta S. Victoris Massil. a. 1531. MSS.

NERVA. Appendix ad Agnelli Pontificiale, to. 2. Muratorii p. 196. col. 2. *Orauit ad Dominum et Neruam illam abiecit*, *et velocitatem pristinam recepit in Christo Iesu Domino nostro*. Additur in Notis f. leg. *Herniam* vel *Ignaniam*. Si retinendum *Neruam*, dici posset fuisse morbum neruorum, quo in lectulo detinebatur aeger, de quo hic agitur.

NERVARE, *ligare*, *constringere*, Papias.

NERVICEVS, funis e neruis, Iudic. 16, 7. νευρίνη, in versione Graeca.

NERVICVS, *nerueosus*, *fortis* [illegible] fis Isid. Vitruuio lib. 8. c. 3 dicuntur qui neruorum mo rant : qua notione etiam *Neurici*, a Graeco νεῦρον, v νευρικὸς apud Dioscoridem.

NERVORA, pro *Nerui*, enum Longobardica, in Capitulis gem Alaman. cap. 4. Edit.

NERVVM, pro Neruus, apud laum Specialem de Rebus Sic 1. cap. 11.

NERVVS, pro Carcere quod N in eo compedibus ligneis alliga tur rei, vel quod *Neruis* torquerentur. Gloss. Graec. Lat. *Neruos*, ξυλοπέδην, f. *Neruus*, ξυλοπέδη. *In Neruum rapere*, *In Neruo iacere*, *enecare*, apud Plautum, *In Neruum ire*, apud Terentium. Parat. 2. c. 16. v. 10. *Iussit eum mitti in Neruum*. Ex quo emendandus Folcardus in Miracul. S. Bertini c. 2. vbi de quodam Sacrilego : *Missus est in Neruum in loco famoso*, *Castello videlicet Menapiorum*. Quod scilicet hodie *Cassel* vocant, vbi perperam editum in *Neruium*. Huc referri potest festiuum illud Catonis adagium, quod exscripsit Gellius lib. 11. cap. 18. *Fures primatorum furtorum in Nero atque in compedibus aetatem agunt* : *fures publici in auro atque in purpura*. Sic hic, vt et alibi non semel, *Neruus* intelligi potest genus vinculi lignei, quo vinctorum pedes strabantur. Sic apud Tertullianum ad Martyres cap. 2. *Nihil crus sensit in Neruo*, *quum animus in coelo est*. Et apud Liuium lib. 6. c. 36. *Corpus in Neruum et supplicia dare*.

NESAPIVS, qui non sapit, ignarus. In Fragmento Petronii de Coena Trimalcionis : *Ne me putetis Nesapium esse*, *valde bene scio*.

NESAPVS, eadem notione. Terent. Scaurus de Orthographia : *Ne*, *pro Non positum est apud antiquos*. *Sic*, *nefrendes porci sunt*, *qui sine dentibus sunt*, *id est*, *qui fabam frendere non possunt*. *Sic Nesapus*, *qui non sapit*.

NESCIENTIA, ignorantia. Claudianus Mamertus lib. 1. de Statu animae cap. 11.

NE-

Digitized by Google

NESPILA, mespilum, Gall. *Nefle*, S. Wilhelmo lib. 1. Constitut. Hirsaug. cap. 10.

NESPILVS, mespilus, Gall. *Neflier*, in Literis an. 1152. apud Marten. to. 1. col. 431.

NESTIGANTIO, NESTIGANTIVS, in Pacto Legis Salicae tit. 53. nomen proprium esse, sicut *Titii*, vel *Sempronii* sunt paradictica apud Romanos, censet Wendelinus, et post eum Eccardus, qui addit fabricatam fuisse hanc vocem ex *nesciens*, passiue pro *ignoto* vel *incerto* vsurpato: atque ex hoc, vt videtur, loco morem ad nos deriuatum, incertum nomen litera N. exprimendi. Vide supra.

† NETEGAMENTVM, expurgatio, Gall. *Nettoyement*, Ital. *Nettamento*, to. 2. Hist. Nem. Probat. p. 261. V. *Nectesare*.

NETHINAEVS, deditiius, V. *Natineus*.

NETHIRDES, famuli inferiores, vilioribus operibus addicti, ab Anglico *Nether*, inferior. Testamentum an. 1386. apud Madox Formul. Anglic. p. 428. *Item volo quod CC. marcae . . . . distribuantur inter carucarios, plaustrarios et custodes animalium meorum, videlicet hyne, Nethirdes et Shephirdes.*

† NETI, *orum*, *li venti*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

NETON. Arnob. lib. 1. Saturn. c. 10. *Martem solem esse quis dubitet? Accitanti etiam, Hispana gens simulacrum Martis radiis ornamentum maxima religione celebrant, Neton vocantes.*

NETORIVM, *fusus*, quo netur. Isid. Gloss. *Netorium*, *fusum*, *fusile*. Perperam *Netorsum*.

† NETTVRA, netio, Gall. *Filage*. Ch. Ms. a. 1392.

NETTVS, nitidus, clarus, Ital. *Netto*, Gall. *Net*. Iohan. Demussis Chron. Placent. apud Murator. to. 16. col. 533. *Insula Siciliae remansit de Netto dicto Regi Frederico*; hoc est plane, penitus, Gallis *Tout net*.

NETVS. (1) *Netus*, *Filamen*; *vnde Marcialis* (Martianus lib. 2.) *Capella: Ex candentis bissi Netibus ludebantur*. Ita Ioh. de Ianua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Netus*, *vt*, *Filement*. (2) Nepos, ex Hispanico *Nieto*. Occurrit in Charta Iacobi Regis Aragon. ann. 1238. apud Diagum in Historia Regni Valentiae lib. 7. c. 24.

NEVEROFRESIS. Miracula S. Dionysii lib. 2. cap. 6. in Actis SS. Benedict. Saec. 3. part. 2. p. 354. *Alius, vocabulo Airbertus, ex fisco Riogilo, eam quam Medici Graeco vocabulo Neuerofresim vocant, passionem inciderat.* An *Nephresis*, inquit Mabillonius. Puto esse morbum neruorum, a Graeco νεῦρον, neruus.

† NEVGAVIVS, desponsatus, tom. 3. Hist. Nem. Prob. p. 154.

NEVELA, f. pro *Nebula* 2. Ibi vide.

NEVMA, *tis*, NEVMA, *ae*, *vocum emissio*, *modulatio*, Iohan. de Ianua; *Emission de voix*, *modulation*, *espris*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Vide *Pneuma*.

NEVMATICVS, NEVMATIZARE, Vide ibid. NEVMA FLORIDVM, moneta minutior, f. eadem quae infra *Nummus*. Charta Geraldi Abbat. S. Iohan. Angeriac. ann. 1385. ex Chartulario eiusdem Monasterii.

NEVMATIZARE, V. in *Pneumatica Nota*.

† NEVMATVM, forte Neomenium, in Ch. Ms. a. 1252.

NEVOLA, vt supra *Nebula* 2. species crustuli. Chron. Parm. ad an. 1308. apud Murator. t. 9. col. 870. *Omnes libros . . . . dilacerarunt et de fenestris in plateam proiecerunt ad modum Neuolarum, ita quod tota platea erat plena de chartis laceratis.* In Statutis Placentiae fol. 55. vo. memorantur *Ludi qui sunt cum Neuolariis, vel Neuolis.*

NEVPMA SACRVM, spiritus Sanctus, Gr. Πνεῦμα. In Tabulario S. Maxentii. V. *Pneuma*.

NEVROBATA, vel NEVROBATES, Νευροβάτης, funambulus, ambulans super neruis, a νεῦρον et βαίνω. Vtuntur Firmicus, lib. 7. Hyginus c. 273. Mytholog. Vopiscum in Carino cap. 19. Vide Turnebum lib. 11, cap. 15.

NEVTERICVS. Guibertus Abbas Nouigenti lib. 1, contra Iudaeos cap. 1.

Digitized by Google

Plane hunc non incongrue Netericum non vocabulo dicam, qui neutrum sectatur, dum ea quae laudat, iure non prosequitur, et quae videtur prosequi, Christiani studii iura non laudat.

NEVTHA, Rocho le Baillif *in Dictionariolo Spagyr. Pellicula adnascens, siue auriculis puerorum, siue totam pueri faciem in partu contingens.*

NEVTER, *nullus*, apud Barthium in Glossario et Baldrici Historia Palaest.

NEVTRALICALIS, NEVTRALICANA, scripturae genus. Vide in voce *Scriptura.*

NEVTRALIS, medius, neutrius partis, Gall. *Neutre. Francingenae facti fuerunt Neutrales*, in Chronico Engelhusii, apud Leibnitium to. 2. Scriptor. Brunsuic. pag. 1136.

† NEVTRALISARE, neutrae parti fauere; vnde NEVTRALISATVS, qui nec admittitur nec reiicitur. Arest. Ms. a. 1411.

NEVTRALITAS, († media conditio.) Ioan. Sarisber. lib. 2. Policrat. c. 2. de Medicis: *Futurum etiam sanitatem, aut aegritudinem, aut statum quem dicunt Natralitatem, fatalitatem quoque ipsam ex praecedentibus signis agnoscunt.* Et cap. 29. *Sanitatis, aegritudinis, et Neutralitatis censores sunt.*

NEVTRI, apud Luitprand. in Legat. vbi de Graecis: *Molles, effeminatos, manicatos, tiaratos, terisatos, mendaces, Neutros, desides.* Vbi Baronius *Eunuchos* hac voce designari putat. Atqui Graeci omnes non Eunuchi fuerunt. Proinde nescio, an hoc loco *neutri* dicantur pro neutroti, quorum nerui succisi sunt, eoque imbelles, quae est significatio vocis, vt mox docemus.

NEVTRONES, pro *Nitores*, V. *Nitela.*

NEVTROTVS. Octauius Horatianus lib. 1. c. 19. *Si telo, seu morsu canum, aliarumue ferarum, seu ex quolibet casu neutro vulnerato, quos Neutrotos appellamus, impactis vulneribus omnibus, generaliter continuo loc adhibendum erit, quod glutinare et curare valeat membra vulnerata.* Locus non sanus. Legendum enim videtur, *seu ex quolibet casu nerue vulnerato, quos Neurotrotos* [illegible] Graecis νευροτρώτους, quos beatur apud Galenum lib. dicam. gener. pag. 346. E nem firmant sequentia: *Si accidentibus vulneribus etiam fuerit vulneratus*, etc. Νεύροτρ ματα habet Democrates apud num tom. 2. Edit. Basil. pag.

NEVVOD. Charta Hermanni Ord litum Prussiae Magistri an. 123 *verò maior fuerit, quocumque in mento in eo piscari voluerit ad commodum duntaxat mensae suae, praeter rete, quod Neuvod dicitur, habeat liberam facultatem.*

† NEXA, regio, tractus ab alio pendens, Gall. *Canton*, in Inuent. Ms. a. 1476.

NEXARE, nectere, in Vita S. Wilfridi, tom. 3. April. pag. 304. *Nexant nodos* dixit Virgilius Aeneid. lib. 5. *Nectantur ab ictu* Lucretius lib. 2. pro copulantur.

NEXIBILIS, nexilis, Ammiano lib. 19. cap. 13.

NEXIM, *coniunctim*, Iohan. de Ianua; *Conjoinctement*, in Glossis Lat. Gall. Sangermann.

NEYAGIVM, V. *Neiagium.*

NEYRIALE. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1299. pro *Paringio* villae Sarlatensis, in eiusdem Regis Regesto eiusd. an. ex Tabulario Regio n. 6. *Item in muris dictae villae non sint portae priuatae a priuatis personis, nec fenestrae, siue Neyrialia, vel archeriae, quae non sint ampliora vel ampliores a parte exteriori dimidio pede manuali*, etc. V. *Archeria.*

NIBARVS, *splendidus.* Gloss. Isidori: Gebhardus mallet: *Ninatus, Splendidus;* Graeuius vero: *Nitens, nitidus, lucens, micans, splendens*, ex Papia. Legendum *Nibotus*, vt habet Ioh. de Ianua. V. mox *Nibulatur.*

NIBATA, NIBITA. Gloss. Isidori: *Nibita, aqua ex nubibus facta.* Vgutio: *Nibata, aqua, veniens ex nimbus. Niuatam* Petronius dixit. Legi posset et *Ninica*, vt obseruat Graeuius, et *Niblata*, vt patet ex voce subsequenti.

† NIBLVS, *lo vento cum aqua.* Gloss. Lat. Ital. Ms.

NIBV-

Digitized by Google

NIBVLATVS, NIBLATVS, NIBVLATA, Vgutio, et ex Ioh. de Ianua: *Nibulatus*, (al. *Niblatus*) *a Nix, splendidus, et haec Nibulata* (al. *Niblata*) *aqua veniens ex niuibus.* In Gloss. Latin. Gall. *Nibatus Resplendissant, et dicitur a nine.* Io. Diaconus in Vita S. Gregorii M. PP. lib. 4. c. 83. *Ferens in capite matronalem mitram, candentis brandei raritate Niblatam.* Ita praeferre omnes Codd. monet Angelus Roccha, vbi *Niblata, esi splendida.*

NICES, pro *Merces*, scriptum videtur tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1554. vt iam dictum in *Arriuare.*

NICETERIA, Graecis Νικητήρια, praemia victorum et conuiuia post partam victoriam. Ioh. de Ianua: *Niceterium a Nice vel Nicos* (Νίκη vel Νῖκος, *victoria*) *et dicuntur Niceteria filateria, quae gestabant athletae, facta de summitatibus armorum, quae a victis acceperant, et ea collo suo suspensa gerebant, quotiens victores extiterant, quasi signa victoriae; ideo filateria talia in quibus designabantur victoriae a victoria Niceteria sunt dicta.* Perottus: *Niceteria, Torques, qui donari ludorum victoribus solebant.* Carolus de Aquino censet, quicquid pro victoria, praesertim apud Athletas, tradebatur in praemium, appellatum fuisse *Niceterium*, et plane nomen esse generatim omnia complectens, idque sibi persuadet ex iis, quae edidit Iason apud Xenophontem lib. 6. *Et Niceterium auream coronam fore, si quis e ciuitatibus bouem doctorem pulcherrimum Deo aleret.* V. *Filaterium.*

NICETERII, milites a victoria seu victoriae praemio sic appellati. Ammianus lib. 6.

NICHAIM, pro *Mahaim*, membri mutilatio. Charta Henrici Regis Angl. to. 3. Hist. Harcur. p. 183. *Cum murdro et morte hominis, et plaga, et Nichaim et sanguine, et duello, et lacone et aqua et rapo.* Paulo aliter to. 4. p. 1411. *Plaga Nichaim et sanguine, et duello, et lectione;* pro quo, vt et pro *lacone* restituendum *Latrone.* V. *Mahamium.*

NICHILIANISTAE, haeretici, qui negabant, Christum esse aliquid, quorum auctorem Petrum Abaëlardum statuit Gualterus de S. Victore.

† NICHILVS, NICHILINVS LAPIS, Achatae species, in Inuent. Ms. thes. Sed. Apost. a. 1295. NICHINVS, t. 1. Hist. Treuir. p. 349.

NICITARE, *a Nictare, Vigilare vel palpebras mouere*, Iohanni de Ianua. *Nictere*, vel *Nictare*, eidem de Ianua, *proprie canum est, quoniam bestiarum vestigia insequuntur et acute ganniunt; vnde Cecilius de quodam cane dicit: Bene Nictit oletque.* Gl. Isid. *Nictis canis, quum accute gannit.* Si vera lectio est *Nicere* pro mouere dixit Plautus:

Emoriere ocyus, si manus Niceris
Quid si manus Nicerim?

Vide Turnebum lib. 24. Aduersar. cap. 17.

NICOLAVS, *dactylus.* Gloss. Isid. Sic a quodam Nicolao Damascено, Peripatetico, Augusti familiarissimo, eos dactylos dictos scribit Rhodigius lib. 2. cap. 6. ex Plutarchi Sympos. 8. quaest. 4. et Athenaeo. Horum meminit Plinius lib. 13. cap. 4. Vide Lexicon Martinii et *Palatae.*

NICOLAVS PANIS, V. in *Panis.*

NICONTA, machina bellica, eadem quae *Lupus*, ap. Matth. Westmonast. a. 1304. V. *Lupus* 2.

† NICROMANTVS, necromantes, magus, t. 1. Maii p. 339.

NICTARE, NICTERE, V. *Nicitare.*

† NICTATVS, *la vigilancia*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

† NICTILOPA. Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Passion. c. 96. *Qui post transmutatum solem non vident, hos Nictilopas vocant.*

NIDASII, falcones dicuntur Friderico II. Imp. lib. de Arte venandi cap. 30. 31. et alibi. *Nidarii*, Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 3. Thuano *Nidularii*, Gallis vulgo *Niais*, Germ. Neßling, qui in nido capiuntur, seu, vt Budaeus in Pandect. qui ex nidulo rapti sunt, et domi aluntur. *Nidasi*, etiam Italis appellantur.

† NIDIVS, subniger, in Ch. a. 1219. ad calcem Chron. Walt. Hermingford.

Digitized by Google

edit. Hearn. t. 2. p. 598. V. *Nigellus 1.*

NIDOROSVS, nidore plenus, fumosus, vapidus. *Holocaustomata Nidorosa*, Tertulliano lib. 5. adu. Marc. cap. 5.

NIDVLARII FALCONES, V. *Nidasii.*

NIELLATVS PANNVS, vt *Nigellus*, aliquantum niger. Computum an. 1333. to. 2. Histor. Dalphin. p. 283. Alia notione. V. in *Nigellatus.*

NIGELLA, melanthium, sic vulgo dictum a seminis nigredine, Gall. *Nielle.* Bernardus de Breydenbach Itin. Hieros. p. 277.

NIGELLATVM, i. q. *Nigellus*, apud Paulinum Nolanum Epist. 1. Vide ibi Rosweidum, et Notas in Epistolam 5. nouae editionis pag. 32. num. XX.

NIGELLATVS, nigello distinctus, in Historia Episcoporum Autisiod. cap. 20. NIELLATVS, idem Testamentum Leodebodi Abbatis apud Helgaudum in Roberto Rege: *Scutellas 2. minores Massilienses deauratas, quae habent in medio cruces Niellatas.*

NIGELLVM, encaustum nigrum, vel subnigrum, ex argento et plumbo confectum, quo cauitas sculpturae repletur, vti describitur a Vasario in Vitis Pictorum cap. 33. Italis *Niello.* Gloss. vett. *Nigellum*, μελανόν. Epistola Nicephori Patr. Constantinopol. ad Leon. III. Pap. apud Baron. an. 811. num. 58. *Encolpium aureum, cuius vna facies crystallum inclusum, altera puta Nigello est.* Vbi Gr. δὶ ἐγκαύσεως. Vita S. Odilonis Abbatis Clun. cap. 11. *Cuius columnas vestiuit argento, cum Nigello pulcro opere decoratas.* Perperam *iugello*, to. 1. SS. Ianuarii pag. 69.

NIGELLVS. (1) *Aliquantum niger*, Ioanni de Ianua. Anastasius in S. Siluestro PP. *Scriptum ex literis Nigellis puris in cruce*, etc. (2) Species monetae, eadem quae supra *Nerelus.* V. *Moneta nigra.*

NIGER. (1) Nigrita, Gall. *Negre.* Hisp. *Negro.* Synodus Limae an. 1582. *Intelleximus quod . . . . aliqui Clerici habeant Nigros et Nigras ad lucrandum pecunias . . . . Praecipimus . . . . quod posthac eorum nemo habeat Nigrum vel Nigras ad eiusmodi lucrum, sub poena perdendi quid eiusmodi Negrita lucrabitur.* Nigros etiam appellat Nigritas, ex mancipia ex Nigritia Africae regione aliisue terris abducta, Tiburtius Nauarrus in Vita S. Francisci Solan. to. 5. Iulii pag. 884. (2) NIGRI ET ALBI, factiones duae in Italia famosissimae, de quibus Spondanus ad an. 1295. (3) NIGRI, monetae genus. V. *Moneta argentea.*

NIGOSVS, pro *Ningosus*, niuolus. Chronic. Abb. S. Trudonis lib. 1. *Per Nigosa et saltuosa deuia fatigabiliter deductus.* Sed videtur legendum *iugosa.*

NIGRATVS, miser, infelix, tenebrosus. B. de Amor. in Spec. Sacerd. Ms. c. 27.

NIGRERE, *nigrescere*, Io. de Ianua.

NIGROMANTIA, pro *Necromantia.* Ebrardus in Graecismo cap. 1. [illegible] BRI NIGRI, necromantici, apud Eckehardum de Casibus S. Gall. cap. 2.

NIGROMONACHI, in Gestis Innoc. PP. p. 126. qui caeteris *Nigri Monachi*, quo nomine intelligi Monachos Benedictinos infra docemus, in v. *Ordo.* Apud Graecos Monachi etiam nigri, μελανειμονοῦντος dicuntur, in Synodo Trullana cap. 42.

† NIGRVM, appellari videtur textus legis, *Rubrum* vero commentario in textum. Ch. Ms. a. 1362.

NIHIL, nullo modo. Consuetud. Tortanell. MSS.

NIHILARI, in nihilum recidere, exinaniri, mori. Rolandinus Patau. de factis in Marchia Taruisina lib. 7. cap. 8.

NIHILEITAS, qua quid nihil censetur, apud Henricum de Hassia in Speculo anim. p. 7.

NIHILFECIT, ita cognominarunt aliquot ex Regibus Franciae, primae et secundae stirpis, quod deliciis palatinis dediti, rerum ciuilium et militarium summam Maioribus domus demandarent; quamquam non desunt, qui illos ab eiusmodi Scriptorum calumniis vindicare conantur. Hinc vox nota Gallis *Faineant*, pro

pro ignauo. Harigerus Lobienſis de Vita S. Vrsmari apud Mabillonium ſaeculo 3. to. 2. pag. 610. Geſta Conſulum Andegau. c. 2. n. 5. *Aetate Ludouici Balbi cognomento Nihilfecit.* Et c. 3. n. 1. *Tempore Ludouici Regis Nil-facientis.* V. *Facere nihil.*

NIHILIFICARI, ad nihilum redigi. Hiſt. eleuationis S. Illidii apud Stephanotium to. 3. Fragm. MSS.

NIHILITAS. (1) Humilitas, abiectio, vilitas, Gall. *Neant.* Vita B. Ioh. Bonuiſii n. 15. to. 5. Maii p. 104. (2) Reſciſſio, qua quid refigitur et aboletur. Concil. Piſan. an. 1409. ſeſſ. 9. apud Marten. to. 7. Ampliſſ. Collect. col. 1089.

NIHILOMINVS, etiam, perinde. Sedulius in Praefat. ad Opus Paſchale: *Cognoſcant peritiſſimum diuinae legis Origenem tribus Nihilominus editionibus prope cuncta quae diſſeruit, aptauiſſe.*

NIHILVS, homo nihili, feneus, V. *Cenitus.*

† NIMA. *Nimarum patiens*, maritus, cuius vxor ipſo tacente moechatur. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1354. V. *Nimarius.*

NIMBVS, Iſidoro lib. 19. Orig. cap. 31. *Faſcicla transuerſa ex auro aſſuta in linteo, quod eſt in fronte feminarum. Plautus: Quo magis tam aſpicio tanto magis Nimbata eſt. Nam et lumen, quod circa angulorum capita pingitur, Nimbus vocatur: licet et Nimbus ſit denſitas nubis.* Eadem Papias, qui pro *angulorum* rectius ſcribit *Angelorum.* Agitur enim de *nimbo* ſeu fluido illo lumine, quo Angelorum capita ſaepe cinguntur. Gr. *μετωπον*: qua notione Virgilius Aeneid. lib. 2.

Iam ſummas arces Tritonia, reſpice, Pallas
Inſedit, Nimio effulgens, etc.

Vox hac notione antiquariorum familiaris, qui huiusmodi *nimbos* ſeu circulos lucidos bene multos obſeruant in numiſmatibus Imperatorum Mauricii, Phocae, etc.

NIMIDA. Indiculus ſuperſtitionum et paganiarum, in Concilio Liptin. an. 743. *De ſacris ſiluarum, quae Nimidas vocant.*

† NIMIETAS, vehementia, t. 4. Iul. p. 570.

NIMIETVDO, *immoderatio, nimietas*, in Excerptis Pithoeanis. In Gloſſis Iſid. habetur *Niniticus*; male procul dubio. Suſpicatur Graeuius, in ipſis Excerptis *Nimiticus* expungendum, vt in Gloſſis Iſid. *Niniticus*, vt *eximius* ſit explicatio *τοῦ nimius*: qua certe notione paſſim accipitur apud Scriptores non adeo purioris Latinitatis amatores, vt mox vide.

NIMIVS, in Scripturis ſacris paſſim, vt et apud Auctores Eccleſiaſticos, magnus, ingens, eximius, excellens, praeclarus, validus. Sic Epheſ. 2, 4. Huc ſpectat vox *Nimis* pro *valde* paſſim vſurpata in ſacris Bibliis, ſed et illud notum.

NIMNARVS, pro *Ninnarius*, vt ibi dictum eſt.

† NIMVARVS, *cuius vox* (Leg. *vxor*) *moechatur et ipſe tacet*, in Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. 7657. V. *Minarius* et *Nima.*

NINGIDVS, *niueus, candidus.* Ioh. de Ianua.

NINGVIDVS, niuoſus: *ninguis* enim pro *nix* dixerunt veteres. *Ninguidi ſaltus*, apud Ennodium in Vita S. Epiphanii.

NINIOSVS, Gall. *Garrulus*, in Gloſſis Iſid. pro *Naenioſus*, *Nugator*, vt habet Papias.

NINITICVS, V. ſupra *Nimiticus.*

NINNARIVS, pro *Minnarius*, V. in hac voce.

NIOBA, *mutus aut mente alienus.* Papias MS. Bituric. Notio ducta ex fabula Niobes, quae, vt refert Ouidius lib. 6. Metamorph. ex liberorum orbitate in ſaxum, ſeu luctum aeternum conuerſa eſt; vnde Tullius lib. 3. Tuſcul. cap. 26. *Niobe fingitur lapidea, propter aeternum, credo, in luctu ſilentium.*

NIOTA, *latro* apud Papiam MS.

NIQVETVS, aereus quadrans tempore Caroli VI. Fr. Regis cuſus, Gall. *Niquet.* Statuta Monaſt. S. Claudii an. 1448. p. 59. Vide Monſtrell. 1. vol. cap. 251.

NISARE, *implicare.* Papias.

NISI.

Digitized by Google

NISI. (1) Pro praeterquam. Victor Schotti in Auguſto. Sed et Terentius ipſe: *Nihil aliud Niſi Philumenam volo.* Et Tullius de Amicitia cap. 5. *Niſi in bonis amicitia eſſe non poteſt.* (2) Pro Sed. Capitulare an. 779. c. 10. *De eo qui per furtum fecerit, nullam redemptionem dat, Niſi manum perdat.* (3) *Obligatio, Clauſula de Niſi*, qua quis fidem ſuam obſtringit ſe quippiam praeſtiturum, ea conditione vt ſi promiſſa non perfecerit, poenis ſubiaceat in huiusmodi obligationes appoſitis ſub hac, aliaue ſimili, formula: *Niſi contenta adimpleuerit*, etc. Litterae Ludouici XI. Franc. Regis an. 1475. apud Rymerum to. 12. pag. 543. *Obligabimus nos ſub poenis Camerae apoſtolicae et per Obligationem de Niſi. Literae de Niſi*, eadem notione memorantur in Statutis Eccl. Aeduenſis, apud Marten. to. 4. Anecd. col. 515.

NISVS, († falco qui ex nidulo raptus domi alitur, Gall. *Niais.*) Numeratur *cum ſparueriis ſeu auſtoribus inter feras beſtias, quae ad maius dominium ſpectare noſcuntur*, in Sententia arbitrali MS. inter Comit. Valentin. et Abbatem de Lioncellis an. 1303. Id eſt, Harumce ferarum verarum venatio ad ſolos ſuperiores dominos pertinet. Etiam inter praeſtationes maioribus dominis debitas *Niſi* recenſentur, vt in Teſtamento Guillelmi de Giſortio Militis ex Chartulario Pontiſarenſi. V. *Nidaſii.*

NIT, *fluit*, apud Papiam.

NITAS. Nicolaus Specialis l. 7. Rerum Sicul. cap. 17. ad calcem Marcae Hiſpan. col. 733. et apud Murator. to. 10. col. 1069. *Ipſas etiam acripomorum arbores, quas vulgo arangias vocant, quae ſub antiquis temporibus in regio ſolatio cubbae velut nemus Maſſilienſium conſecratum diis Nitate concreuerant, quas ipſi etiam ad debitum ſibi regni dominium aſpirantes defenſare debuerant, immaniter ſuccideruntur.* Pro *diis nitate* corrigo *diuturnitate.*

NITELA, NITELLA. Gloſſae Iſidori: *Nitellae Neutrones, parunitores, deminuti.* Reponunt viri docti: *Nitellae, Nitores, parui nitores.* Papias: *Nitela, nitor; Nitellae, res parui.* Iohan. de Ianua: *Nitellus, parunus nitor.* Graeuius nolle *nitellus; Nitela* enim, inquit, idem quod Nitor: quod probat ex Solini loco cap. 35. *Praecipua rum gloria eſt in armorum Nit* Sed *Nitelas* nitores, *parvos* dici tuiſſe, patet ex alio eiusdem Sc loco pag. 36. *Depurgant in mini Nitelas pluueris*, id eſt, micas reo colore reſplendentes ex arena Hac notione ſolent exponere *Nitellam* apud Martialem lib. 5. Epigr. 38. de Erotio puella:

Quae crine vincis Baetici gregis vellus,
Rhenique nodos, aureamque Nitellam.

Quem ad locum Raderus p. 396. *Nitella aurea, pulvis aureus fecit, aureaque ramenta, quibus illuminarunt capillos.* Sed rectius Salmaſius ad Solinum pag. 22. *Nitellam Martialis* interpretatur murem agreſtem vel ſciurum, adeo vt rutilos puellae crines comparet Poëta cum Iana Baetica, capillis Germanorum et pilis *Nitelae* ſeu Nitedulae. *Nitela* vero dicitur non quod *niteat*, ſed quod *nitatur* in ſcandendis arboribus. Hinc in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm. *Nitela, δενδροβάτης*, ſcandens arbores. Vide Voſſium Etymol. pag. 343.

NITERE, *νήθειν.* Gl. Lat. Gr. Sangerm. MSS. Supplem. Antiquarii: *Nitit, νήθει, Net.* NITVM, *νῆμα. filum.* Idem Suppl. pro *Netum.*

NITIRE, NITVM, V. in *Nitere.*

† NITRVM, nude pro nitratus puluis. Inſcript. Patau. Tomaſ. p. 48. *Franciſcus Barbaroſſa vir prudens in ſcientia Nitri.* Idem forte qui Gallis *Artificier*, vt ſuſpicatur D. Falconet.

† NITTERE, *Prou. Glatir*, in Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. 7657. Latinis Gannire.

NITVRA, *genitura*, in Gloſſ. Iſid. et apud Papiam. Graeuius reponit *Niſura*, a *Niti* vel *Eniti*, parturire, vnde *Nixus*, partus.

NIVARE, *ningere*, apud Iohannem de Ianua; *Niger*, in Gloſſis Lat. Gall.

Digitized by Google

all. Sangermanenſ. MSS. † Hiſpa- et Prouinc. *Nevar.* V. *Ninguidus.*

ARIAE TABERNAE, in quibus omani ſeruabant niues per totum inum, ex quibus vinum per aeſta- m refrigerabant. Vide Pancirolum . 1. Rerum memorab. pag. 501.

VATA, aqua niualis, V. *Nibata.*

NIVELLVS, a Gall. *Niveau*, li- ella, t. 4. Hiſt. Nem. Inſtr. p. 52. *Niuius.*

VERE, NIVESCERE, albeſcere, album eſſe inſtar niuis. Tertull. de Pallio cap. 3. Gloſſ. Phil. *Niuiet*, νήφει. Martinius emendat *Niuet* vel *Niuit*, νείφει vel νίφει. Gloſſ. Cyrilli: Νέφει, *Ninguit*, pro *Ningit* more veterum.

NIVICOLLINI BRITONES, appellati Walli Anglici, qui colles ſen montes altiſſimos, niuibus oppletos habitant, a Ioan. Sarisber. lib. 2. Policrat. c. 27. *Cum aduerſus Niuicollinos Britones Regia eſſet expeditio producenda*, etc. Horum praeterea meminit lib. 6. c. 6. vbi et Wallorum regionem *Niuium Collem* vocat.

NIVIGARE, ningere. Apud Murator. to. 8. col. 439.

NIVITARI, niui conſpergi. Gloſſae Cyrilli: χιονίζομαι, *Niuitor.*

† NIVIVS, ad libellam exactus, Gall. *Nivelé.* Elmham. ed. Hearnii c. 62. p. 167. V. *Niuellus.*

NIVNGILDVM, idem quod *Nouigildum*, quod vide. Apud Keronem *niun*, nouem ſonat. Vide Guillimannum lib. 1. Rer. Heluet. c. 9. p. 81.

NIVS, *miſer*, apud Papiam.

NIVSALTVS. Capitulare de Villis c. 34. *Lardum*, *ſiccum*, *ſulcia*, *Niuſaltus*, *vinum acetum*, etc. Cap. 67. *De capris et hircis*, *et eorum cornibus et pellibus nobis rationes deducant*, *et per ſingulos annos Niuſaltos craſſos nobis inde adducant.*

NIXA, Hiſpanis, prunus Damaſcena, *a multitudine enixi fructus* dicta, vt eſt apud Iſidorum lib. 17. c. 7. Occurrit apud Pelagium lib. 5. de Vitis Patrum, libello 4. cap. 65. *Et attulit quidam frater Nixas ſiccas, et fecit pultes.*

NIXAE, ὠδῖνες, *dolores partus*, in Supplemento Antiquarii. Dicitur *Nixa*, vel ſaltem *Enixa*, de femina partu leuata.

NIXARE. (1) Parturire. Vita S. Guthlaci to. 2. Aprilis pag. 39. (2) † *Saepius natare*, in vet. Gloſſ. Cod. 7641.

NIXE, *munite*, in Gloſſis Iſid. Melius, vt videtur, Conſtantienſis: *Nixae*, *munitae*. Papias: *Nixa*, *coniuncta*. *Nixus vel Niſus*, *a Nitor*, *id eſt*, *munitus*, *illigatus*, *incumbens*. Putat Graeuius, cum *Nixus* explicatur *Munitus*, reſpici illa dicendi genera, *Nixus eius auctoritate*, *potentia*, etc.

NIXVS, pro *Myxus*, V. in hac voce.

NIZOLA, nux auellana, Itali *Nizzola*, Gallice *Noiſette*, in Statutis Vercell. fol. 57. recto. † NIZOLLA ap. Murat. t. 2. Antiq. Ital. p. 901.

NOA. (1) Locus paſcuus, ſed vliginoſus et aquis irriguus. Tabular. Abſienſe: *Tertiam partem et molnarii*, *et vernae et Noae*, etc. Rurſum fol. 60. *Quandam Noam inter prata ipſorum.* Charta an. 1279. apud Thomaſſerium: *Prata vero ſine Nohe*, *quas et quae dicti homines habent in dicto nemore* etc. *L'arpent de Noë*, in Conſuet. Carnotenſi art. 12. et Caſtelli noui in Thimeraiſio art. 11. aeſtimatur 6. ſol. Occurrit vox *Noa* in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 75. 79. in Tabulariis Monaſteriorum, Virzionenſis, S. Sergii Andegau. et S. Albini de Nemore, ſed ita nude, vt nihil addatur, vnde vera ſignificatio vocis innoteſcat. Ceterum indubia nobis eſt expoſitio Cangiana, quae confirmari poſſet tum ex Tabulario Calenſi pag. 40. vbi memoratur *Noa ſita in mareſiis*; et ex Chartulario B. M. Magdalenae Caſtridun. fol. 22. vbi *Noa* adiungitur *exbagio* animalium; tum ex ipſis vocibus Gallicis *Noe* vel *Noue*, quibus etiamnum intelligunt in plerisque prouinciis huiuscemodi loca paſcua, paludoſa, vel aquis e vicinis collibus defluentibus irrigua. NOIA, eadem, vt puto, ſignificatione. Charta Hugonis Epiſc. Altiſſiod. an. 1146. *Salo donauit praedictae Eccleſiae* (Pontiniac) *Noias ſuas de Ponte Naiſelas*, *et*

et inde viginti octo libras habuit. † Abbatia B. Mariae *de Noa* in dioecesi Ebroicensi nuncupatur *Ecclesia S. Mariae de Nathatoria*, in Ch. Ms. a. circ. 1150. Vnde confirmari videtur eorum opinio, qui vocis *Noa* etymon a *Natare* deducunt. Hinc etiam *Nata* et *Natatorium* eadem acceptione, videre est supra. V. *Noda* et *Nouium*. (2) Idem, vt videtur, quod Altissiodorensibus *Noue*, congeries maiorum herbarum in aquis crescentium, in quibus pisces delitescunt. Literae Odonis Primogeniti Ducis Burgundiae ann. 1265. e Chartulario ciuitatis Altiss. fol. 39. *In dicto biezio de Brichol piscari valeant quicunque voluerint, et cum omnibus ingeniis: ita tamen quod non impediant aliquatenus cursum aquae, hoc excepto quod dicti piscatores vel alii habere vel facere non poterunt in memorato biezio vel in aliqua parte ipsius Noas vel boichetas.*

† NOARA, *Prou. Nurus, vxor filii*, in Glossar. Prou. Lat. Cod. 7657.

NOBAE, idem, vt videtur, quod *Nobiae*, nuptiae, seu census Domino soluendus ad obtinendam licentiam ducendi matrimonii, quo de iure plura in *Maritagium*. Charta an. 1068. Marcae Hispan. col. 1144. *Et castros istos . . . dono . . . in ecclesia S. Petri Agerensis cum omnibus iuribus et pertinentiis . . . . et seruitiis cunctis, cum caloniciis et placitis, et cum cartariis filiaticis, cum pregera et questia, et hostes et canalcatat, et carrigamentis et fabricas et Nobas, et cum baucias, cugucias, et exerquias, et homicidiis, et omnia placita* etc. V. *Nubeiae*.

NOBIAE, nuptiae, V. infra *Nubeiae*.

NOBILE, genus monetae Anglicae, vulgo *Noble à la rose*. Lexicon Cambro-Britannicum, *Nobl. aureus*. Henricus Knyghton sub ann. 1344. *Eodem tempore Nobile, et Obolus, et Ferthing de auro coeperunt florere in regno*. Chronicon Windesem. lib. 1. c. 31. *Centum Nobilia dedit Monasterio.* NOBLVS, eadem notione, apud Ericum Vpsalienſem lib. 4. Hist. Suecicae p. 141. NOBVLVS, lib. 5. eiusd. Hist. p. 148. 159. 189.

NOBILIS, dominus, Gall. *Seigneur*. Priuilegium Brunonis an. 1317. ap. Ludewig. to. 1. pag. 276. *Nos Bruno Dei gratia Nobilis in Sman dictus de Quernuorde*, etc. Alia Charta eiusdem Brunonis ibid. p. 277. *Ea propter nos Bruno Nobilis de Quernuorde, Dominus in Sman*, etc. Quandoque etiam *Nobiles* nude dicuntur regni Proceres, vt in Vita S. Leodegarii Augustod. Episc. non semel; neque absimili notione Primores *Aquitaniae ciuitatis*, *Nobiles* vocat Aimoinus lib. 2. de Miraculis S. Benedicti cap. 24. NOBILIS HOMO, in Lege Longob. l. 2. tit. 2. §. 4. Apud Nithard. lib. 4. Hist. Saxones dicuntur in tres ordines diuisi: *Sunt enim*, ait ille, *inter illos qui Edhilingi, sunt qui Lazzi illorum lingua dicuntur. Latina vero lingua hoc sunt, Nobiles, Ingenuiles, atque Seruiles*. Capitulare Saxonum an. 699. c. 3. *Nobiliores Saxones solidos 12. ingenui 5. liti 4. componant.* NOBILES PERSONAE, in Legibus Wisigoth. lib. 2. tit. 3. §. 4. lib. 6. tit. 1. §. 2. in Decreto Tassilon. §. 9. Arno Archiepiscopus Salisburgensis: *Reliqua vero quod ibi traditum est, de genere Nobilium hominum esse videtur*, etc. NOBILIS NATV, in Vita S. Theodardi Archiepiscopi Narbon. vt *Maiores natu*, apud Scriptores alios. NOBILES NOMINE ET ARMIS, in Charta Institutionis Ordinis Velleris aurei a Philippo Burgundiae Duce, ann. 1431. apud Miraeum in Diplomat. Belg. lib. 2. cap. 98. *Gentilshommes de nom et d'armes*, de quibus integram dissertationem instituit Cangius ad Ioinuillam.

NOBILISSIMVS, Epitheton honorarium tributum Imperatorum filiis, qui interdum *Nobilissimi pueri* nude appellantur, in Constitutionibus Impp. hisce litteris, N. P. vt obseruatum a Cuiacio ad l. 4. Cod. de Priuileg. eorum qui in sacro Palatio militant, lib. 12. interdum hisce *Nob. P.* vt est in Noris Magnonis. Exstat Epistola Valentis et Vrsacii in Fragmentis S. Hilarii, *data Gratiano Nobilissimo P. et Dagalaiso Coss. Nobilissimae* dictae perinde Augustorum filiae,

Digitized by Google

filiae, vt ex Cod. Th. colligitur l. vn. de Priuileg. domus Auguſt. et l. 21. de Luſtrali conlat. *Domus Nobiliſſimae Marinae, Arcadiae,* in Deſcriptione CP. a quibus *Domus* ipſae *Nobiliſſimae* dicuntur in Collectione ciuitatis. Sed Caeſaribus potiſſimum id nominis adſcriptum deinceps. In Paſſione SS. Perpetuae et Felicitatis, Geta *Nobiliſſimus Caeſar* dicitur. Diuulſa deinde *Nobiliſſimi* dignitas a Caeſarea. Nam vt auctor eſt Zozimus lib. 2. Conſtantinus Magn. Conſtantium fratrem, et Anaballianum ex fratre nepotem, *Nobiliſſimos* creauit. Vetus Inſcriptio Belluni in Eccleſia S. Petri, *Imp. Caeſ. Fla. Valer. Conſtantio Nobiliſſimo anno XX. D. D.* apud Philoſtorgium lib. 8. cap. 8. Id etiam honorificum epitheton ad Regum ſeu Imperatorum filios tranſiſſe videtur. Quippe in veteribus Litaniis ſub Carolo M. apud Mabillonium to. 2. Analect. haec legimus: *Pipino et Carolo Nobiliſſimis filiis eius vita.* Sed et Regibus ipſis interdum tributus *Nobiliſſimi* titulus, vt patet ex Pauli PP. Epiſtola 42. e Codice Carolino, quam inſcribit *Dominis Nobiliſſimis atque excellentiſſimis filiis Carolo et Carolomanno Regibus Francorum.*

NOBILISTA, nobilis alumnus. Sebaſtianus Peruſinus in Vita B. Columbae Reatinae, to. 5. Maii pag. 344.

NOBILITARE, clarum, illuſtrem et notum facere, celebrare, vt in hoc Ciceronis loco libri 1. Tuſcul. cap. 15. *Poetae poſt mortem Nobilitari volunt.* In malam partem apud Terentium in Eunucho: *Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum Nobilitas flagitiis.* Poſterioribus vero Scriptoribus idem eſt quod hominem plebeium in nobilium numerum cooptare, adſciſcere, Gall. *Annoblir,* Ital. *Nobilitare:* qua notione non ſemel occurrit in Inſtrumentis inferioris aeui. V. *Miles litteratus.*

NOBILITAS. (1) Titulus honorarius, quo Bouo Sithienſis Abbas Widonem Archiepiſcopum Remenſem compellat, in Epiſtola praefixa Relationi de Inuentione et eleuatione S. Bertini. Eodem etiam *Nobilitatis* titulo compellantur Reges Fr. in Ep. 34. et 52. ex iis quae habentur tom. 4. Hiſt. Franc. (2) NOBILITATES, dona, munera, largitiones. Le Roman *de Vacce* MS. (3) † Idem quod *Feudum nobile* et *honoratum,* praedium ruſticum illudque praecipuum, apud Murat. t. 4. Antiquit. Ital. med. aeui p. 160. (4) ✝ Morum elegantia, vrbanitas, agendi ratio, quae *nobiles* decet, apud Elmham. edit. Hearn. c. 31. p. 73. (5) † Amplitudo, magnificentia, in Vita Mſ. S. Mart. Lemouic. (6) † Pro *Notabilitas,* vt videtur; dicitur de re quauis reſplendente, in Stat. Mſ. eccleſ. S. Petri Inſul. a. 1388.

NOBILITATIO, in nobilium ordinem cooptatio, Gall. *Annobliſſement,* in Literis an. 1361. apud Rymer. to. 6. p. 342. V. *Nobilitare.*

† NOBILITER. (1) Libere ab omni ſeruitio, in Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1390. (2) Large et copioſe, Gall. *Noblement.* Ch. Caroli Craſſi an. 886. t. 9. Collect. Hiſt. Franc. p. 346.

NOBILITIAE, vt *Nobilitates,* praerogatiuae, etc. Marten. tom. 5. Ampliſſ. Collect. col. 1151.

NOBISCVM, clamor militaris, a Chriſtianis in praeliis inclamari ſolitus, apud Vegetium lib. 3. cap. 5. et alios a Cangio laudatos in Diſſertat. 11. ad Ioinuillam pag. 206. id eſt, *Deus nobiscum.*

NOBLVS, NOBVLVS, V. in *Nobile.*

NOBVS. (1) Pro *Nouus,* to. 4. Annal. Benedict. pag. 263. ex Charta ann. circiter 1018. (2) † Viciae ſpecies. Gloſſar. Lat. Gall. a. 1352. *Nobus, Veſſe de champ.*

NOCA, modus agri. Mouaſticum Anglic. tom. 2. p. 331. *Vnam virgatam terrae quam tenuit . . . et tres Nocas terrae quas tenuit Wilhelmus Gloyn, etc.*

NOCATA TERRAE, agri modus, in veteri Inqueſta apud W. Dugdalum in Antiquitat. Warwic. p. 665. *Illi qui tenuerunt dimidiam virgatam terrae, vel cotagium de bondagii tenura, etc.* V. *Nocha terrae.*

† NOCCVS, plumbeus canaliculus, Gall. alias *Noc,* vulgo *Gouttiere.* Comput. Mſ. a. 1469.

NOCEN-

Digitized by Google

NOCENTIA, iniquitas, qua quis sons est, nocens. Tertull. Apolog. c. 40.

NOCHA TERRAE, apud Madox Form. Anglic. p. 424. *Hengeromus de Bullées legauit Christinae filiae suae vnam Nocham terrae.* Agellum puto sic dictum ab Anglico *Look*, angulus. V. *Noca* et *Loka*.

NOCHERIVS, nauclerus, V. *Nauclearius*.

NOCHIA, species monilis seu armillae, quae infra dicitur *Nosca* et *Nusca*. Testam. Ricardi II. Regis Angl. ann. 1398. apud Rymer. tom. 8. pag. 76.

† NOCHVS, arboris species, corylus, vt videtur, Ital. *Nocciuolo*. Ch. a. 1198. apud Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeni p. 442.

NOCIBILIS, naciuus, noxius, Gall. *Nuisible*, in Concilio Tolet. XV. inter Hispanica tom. 2. pag. 727.

NOCIBILITAS, noxa. Ordo celebrandi Concilii, tom. 1. Concil. Hispan. pag. 229.

† NOCIMENTVM, malum, damnum, iactura, Ital. *Nocimento*, t. 7. Collect. Hist. Franc. p. 67. V. *Nocumentum* 1.

NOCITVS, cui nocitum est. Vetus Interpres S. Irenaei lib. 5. c. 7. V. *Nocuatus*.

NOCIVM. Monasticum Anglic. to. 2. p. 380. *Et quolibet die vnum panem, . . . dimidiam lagenam ceruisiae, vnum Nocium carnis, die carnium, et tria allecia quolibet die piscium.* Segmen puto sic dictum ab Anglico *Nock* vel *Noch*, incisura.

† NOCQVERIA, idem quod *Noccus*. in Comput. Ms. a. 1518.

NOCTANTER, de nocte. *Noctanter furari*, in Fleta lib. 2. c. 72. §. 10. c. 76. §. 8. c. 79. §. 7.

NOCTARE. (1) Noctem agere. Supplem. ad Vitam S. Bonifacii, to. 1. Iunii pag. 476. (2) Aliter Ioh. de Ianua: *Noctare, nocte vigilare.* (3) † Forte canalem fodere, quo aqua excurrat, vel pro *Nectare* aut *Nettare*, expurgare, Gall. *Nettoier*. V. *Nectesare*. Ch. Ms. a. 1228. *Sciendum quod ego et haeredes mei dicta fossata vel marisca — non potero noctare vel exalrare, vel aliquem cursum facere.*

NOCTESCERE, noctem v[illegible] fieri vel esse. Nicolaus Speci[illegible] 2. Rerum Sicul. c. 10.

NOCTIANVS. Gloss. G[illegible] Νυκτοφύλαξ, *Noctianus*, [illegible] *stos, vigilis*. Lege *Vigil*. Su[illegible] tum Antiquarii: *Noctianus*, [illegible] φύλαξ, *Nocticustos*. Vox N[illegible] abest in MS. Cod. S. Germani [illegible] siens. *Nocticula*, in Glossis an[illegible] MSS. et apud Vgutionem, *L*[illegible] ponitur, vbi legendum forte *N*[illegible] *luca* quod nocte luceat. Vgutio, *Noctilucam* vermem esse ait, sic dictum, *quod noctu luceat*. Ioh. de Ianua: *Nocticula, parua nox; item luna. Petite nuit*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.

NOCTICIA pro *Nôtitia*, in Charta ann. 692. apud Felibian. Hist. Sandionys. p. XII.

NOCTICVLA, *luna*, apud Papiam MS. Lege *Noctiluca*, et vide *Noctianus* et *Noctipuga*.

NOCTIFICARE, noctem agere. Chron. Veron. ad ann. 1333. apud Murator. to. 8. col. 648.

NOCTIOSVS, *qui melius vespere videt*. Papias. Perperam in MS. Bituric. *Notiosus*. Et alibi *Nuscio*, *Noscio*, *Nosco*, *Nusciosus*, *etc.*

NOCTIPVGA, *obscoena dicta, quod quasi noctibus pungantur*, Papiae. Festus habet: *Noctilucam Lucilius cum dixit, obscoenum significat*. Legendum *Noctipugam*. Calepinus: *Noctipuga Lucilius Vocauit obscoena, quod noctu pungant atque excitent venerem*. Hinc, opinor, mendose Ioh. de Ianua: *Noctipugnas, obscurus, quia quasi noctibus contrapugnatur, vel compugnat.*

NOCTISSIMVS, qui fit media nocte, si ita legendum; sed lubens emendarem *Nouissimus*. Pontificale Pictau. annorum circit. 800. apud Marten. de antiqua Eccl. Disciplina p. 374. *Prouidendum est, quatenus mox vt in nocturno officio lampades accensae fuerint, et Noctissimus clangor signorum vel tabularum fragor personare coeperit, illico antiphona primae nocturnae incipiatur a cantore.*

NOCTIVAGI. Charta Communiae Hamensis: *Habent et potestatem banniendo quoslibet infames, et malefactores,*

Digitized by Google

flores, et Noctiuagos mali teſtimonii pro voluntate ſua, etc. Eadem Gall. *Mauſaiteurs et chiaus qui vont par Nuit, etc.* Ita νυκτοβάθα, noctuam appellatam ſcribit Heſychius, in V. γλαυξ. Gloſſae Graec. Lat. νυκτοδρόμος, *Noctuago;* forte *Noctivagus.* Νυκτιπλάνης, apud Oppian. lib. 3. Cyneget.

NOCTIVALIA, tinnitus et vociferationes, quibus ſponſis ad ſecundas nuptias conuolantibus illuditur, praeſertim in Galliis. Statuta Eccl. Meldenſ. ann. 1365. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 923. Huiusmodi ineptiae *Noctiualia* dictae, quod potiſſimum noctu peragerentur. V. *Chaluaricum.*

NOCTIVIDVS, noctu videns. *Noctiuida ales*, noctua, quae noctu videt, Martiano Capellae lib. 6.

NOCTVAGO, V. ſupra in *Noctiuagi.*

NOCTVRNA. (1) Ius piſcandi per vnam noctem in molendinis. Charta Alelmi de Ambianis in Chartul. Eccl. Ambian. *Pro banno vini, et Nocturna Anguillarum reddidit 15. ſol. et 15. capones.* Alia Theodorici Epiſc. Amb. an. 1146. in eodem Tabulario Ch. 31. *Alelmus de Ambianis . . . Amb. Eccleſiae annuam piſcium capturam, quae vulgari nomine Nocturna appellatur, perpetuo iure donauit.* (2) NOCTVRNA, NOCTVRNI, *nocturnale officium*, quod noctu peragitur, in Capitularibus Caroli M. lib. 1. c. 80. Beletus c. 20. et ex eo Durandus lib. 5. Ration. c. 3. n. 7. *Nota quod Nocturna, nae, ponitur pro Hora: ſed Nocturni, nocturnorum pro officio. Vel Nocturna, nocturnae, eſt collectio Pſalmorum qui dicuntur ante Lectiones in Dominica, vel in profeſtis diebus. Nocturnae in plurali, dicuntur tempora in quibus Pſalmi cantantur. Nocturni, nocturnorum, dicuntur nouem Pſalmi, et nouem Lectiones cum ſuis Reſponſoriis in ſolemnitatibus.* V. *Noctiſſimus.* Rupertus lib. 1. de Diuin. offic. cap. 10. *Vigilias in tribus diſpertimur Nocturnis.* In tres autem nocturnos eiusmodi officium diſtinguitur, quod ter in nocte ſurgerent priſci Chriſtiani, quo Deo laudes perſoluerent, vt obſeruat Durandus loco laudato num. 17.

NOCTVRNALES. (1) Crepidae, Gall. *Mules, Pantouſles*, quibus de nocte vtimur. S. Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Benedicti cap. 12. *Craſtina die Nocturnales ſuos calcient. Sotulares diurni et Nocturnales*, vel *Nocturni*, apud Guigonem II. in Statutis Cartuſienſibus c. 57. et alibi, in Regula Ordinis de Sempringham p. 718. 720. *Nocturnalibus calciari*, p. 769. *Nocturnales calcei*, in Chron. Trudon. lib. 13. pag. 510. V. *Subtalares.* (2) Alia, ſed incerta notione. Tabul. Bellilocenſe num. 110. *Et omni anno vnum Nocturnalem ad Miſſam S. Petri ad Vincula per conſenſum donamus . . . Facta regnante Roberto Rege.* Teſtamentum S. Fulcrani Epiſc. Lodouenſis: *Et det in Aſcenſu Domini Nocturnalem de candela S. Geneſio.* Fortaſſe ſic a Nocturnis Horis dictus certus cereorum numerus. (3) NOCTVRNALES LIBRI, in quibus Nocturni matutini continentur. Acta Murenſis Monaſterii p. 32.

NOCTVRNARE, noctem ducere, peragere, Germ. übernachten. Statuta Collegii Dainuillenſis ann. 1380. apud Lobinell. tom. 3. Hiſt. Pariſ. pag. 511. col. 1. *Si propria ſtultitia vel per alium inductus Nocturnet extra eandem domum absque licentia . . expellatur.* In Actis MSS. S. Winwaloci fol. 95. idem eſt quod Nocturnas horas officii diuini peragere.

NOCTVRNVM. (1) Magica Gentilium illuſio, quae noctu fiebat. S. Auguſt. Serm. de Tempore barbarico, c. 4. *An non ſacrificauit, qui imagines idolorum per noctem ludentes, quod Nocturnum vocant, libentiſſime ſpectauit?* (2) † NOCTVRNVM DARE, hoſpitio per noctem excipere, Germ. das Nachtlager geben, apud Pez. t. 1. Script. p. 111.

NOCTVRNVS, V. *Nocturna 2.*

† NOCVATVS, laeſus, vulneratus, t. 3. Sept. p. 288. V. *Nocitus.*

† NOCVLVS, nauicula, Germ. Nache, in Ch. a. 1377. apud Lam. in Delic. erud. part. 2. p. 625.

Digitized by Google

NOCVMENTVM. (1) Damnum, detrimentum; Practicis *Nuisance; Nusance* Thomae *Blount*, quem consule in hac voce; *Noisement*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. Bulla Alexandri III. PP. ann. 1172. e Tabulario S. Nicasii Rem. *Altare de curte monasteriali cum decima et Nocumento.* An mulcta propter *damnum* irrogata? V. *Damnum* 2. IN NOCVMENTVM ESSE ALICVI, ei resistere, vel in eum animaduertere. Literae Willelmi Rotomag. Archiep. et Suffraganeorum ad Philippum Franc. Regem circa an. 1296. (2) Excusatio, ratio vel causa. Statuta Ordinis Artigiae apud Stephanotium tom. 2. Fragm. MSS. Mendosa vox, si recte puto. An legi posset *Documentum* hac notione? V. *Documenta.* (3) † Fragmentum, in Lit. remiss. Ms. a. 1352.

NODA, NODVLA. (1) Idem quod *Noa* 1. locus pascuus et aquis irriguus. Vetus Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 250. *Et in capite marcasia leuat fossa per montem Huelgoret, que recte vadit quasi ad Orientem. Tunc relinquens Nodam, que vadit ad puteum, tenens Nodam vnam cum fossa contra horam tertiam . . . et tunc vadit fossa S. Catuodi quasi ad horam nonam per abrupta loca vsque dum perueniat ad vnam Nodulam; tunc namque fallit fossa et accipitur Nodula per ipsam petram, que est in ipsa Nodula in directo transuersa, et postea recte vadit per marcasium vsque ad mare. Ibi sunt miranda aque, videlicet tria marcasia miro modo ebullientia, etc.* Alias *Noda* et *Nota*, si credimus Valesio in Notitia Gall. pag. 413. nucetum significat; vnde *Centi-nodium* apud Sugerium de Administratione sua, Vicus non procul a Sequana et Argentolio, qui *Centum-nuces* dicitur in vett. instrumentis. Quod autem ibi addit idem Valesius, Gallicum *None* aut *Noux*, nucetum esse, nullo, quod sciam, nititur fundamento, neque hinc dicta esse credo varia Galliarum loca in *Noue* definentia, sed a *Noa*, eo quo supra exponitur, significatu. Valesii sententiae aduersatur ipse *Centum-nucum* vicus, V. *Noue* Gallis, sed alias C. inde *Connois*, ac tandem voce, *Sanois* appellatur. DA, grex, in Stat. Vallis. Hinc DARE IN NODAM *in focidam.*, V. in hac voce. dubr. Ms. l. 3. c. 79. V. N.

NODATOR, qui pro rei firm. *dum* faciebat in corrigio ex. pendente: cuius moris, in V. praesertim vigentis, exempl. Mabillonius Diplom. pag. 632. ex Chartis Monasterii S. Seuer. Petrus de Olbjio *dedit vnam culturam*, postea vero Vicecomitissa et Vi. naldus filius *affirmarunt factis in corrigio Nodis.* Similiter in Charta donationis factae per quendam Fort-Anerium Vicecomitem de Saltu, circa ann. 1140. haec leguntur: *Horum nec non signo donorum ipse Forto-Anerius Nodum in hoc corrigio primus fecit, et alium Nodum Ipse de Saltu frater eius: alios decem Nudos idonei Barones. Huius rei testes fuerunt Bonus-homo Aduersis Episcopus.* Ex qua Charta patet Nodatores esse a testibus distinguendos. Conuentus Aquitaniae Procerum Portugalae habitus an. 1079. apud eumdem Mabill. ibid. p. 587. *Isti sunt Nodatores ac praefatae donationis firmatores, etc.*

NODATVS, nodus calceamentis ad ornamentum annexus. Synodus apud Montempessulanum ann. 1214. in Fragmentis Stephanotii MSS. tom. 10. pag. 79. V. mox *Nodellus.*

NODELLVS, nodulus, species ornamenti virorum, vel feminarum, cuiusmodi fuit *Nodus* militaris, de quo mox, fibula. Vetus Charta in Hist. Vergiacensi pag. 113.

NODITAS, nodatio, nexus. Statuta Guidonis Episc. Helen. an. 1340. tom. 3. Concil. Hispan. p. 599. *Haec est virga de radice Iesse absque tortuosa Noditate culpae.* Mallem

NODOSITAS, vt apud S. Augustinum Confess. lib. 2. cap. 10. *Tortuosissima et implicatissima Nodositas.*

† NODOSVS, impeditus, intricatus. Ch. a. 1180. inter Probat. t. 1. Anal. Praemonstr. p. 46.

NODVA,

Digitized by Google

ODVA, vel NODWA, vox Cambrica, asylum, protectio, refugium, Boxhornio *Nodded*. Occurrit in Legibus Hoëli Boni Regis Valliae c. 10.

NODVLA, parua *Noda*. V. in hac voce.

NODVLATVS, nodulis ornatus et distinctus, in Conc. Turon. a. 1277. apud Maan. p. 75. et 201. V. *Nodatus* et *Nodellus*.

NODVLITAS, tuber. Processus de B. Petro Luxemburgo, tom. 1. Iulii p. 598. *Sibi superuenit vna Nodulitas ad modum vnius auellanae.*

NODVS. (1) Seu *Nodi societas*, ordo Militaris 300. Militum, institutus a Ludouico Tarentino Rege Siciliae sub anno 1352. ita dictus quod singuli istius Ordinis Milites *Nodum*, seu *Nodellum* aureum, gemmis interstinctum ad pectus deferrent, in mutuae amicitiae symbolum, vt ex Matthaeo Villaneo lib. 3. cap. 79. et ex tractatu MS. de Institutione eiusdem Ordinis, docuit Cangius in Historia Franco-Byzantina lib. 8. n. 13. NODVS, Isidoro lib. 10. Orig. c. 3. *proprie est densa peditum multitudo, sicut terrena equitum; Nodus autem dictus pro difficultate, quod vix possit resolui.* (2) NODVS *in corrigia Chartarum*, V. *Nodator*. (3) † Vertebra, in Ch. Mſ. a. 1341. (4) † Globus, Germ. der Knopf, apud Oefel. t. 2. Sctipt. rer. Boic. p. 512.

NOEGA, fundus, imum, a Germanico *Neige*, quod idem significat. Adagium acrioribus Alemanniae et Prussiae potoribus notum:

Qui bibit ex Noegis, de Friſchibus incipit ille,
Cur ſic, ſi quaeras? Sic lex Pruthenica ſanxit.

Hoc est, vt in Bibl. German. exponitur tom. 15. p. 73. Qui siccat fundum calicis, primus ex eodem calice rursum repleto bibit; sic enim sanxit lex Prussiae: cuius hanc afferunt rationem, quod alias quidam in exhaustum calicem venenum iniecerint, vt ex eo potantes enecarentur. Id vt caueretur, lata lex vino deuotis haud ingrata.

† NOELLVM, canaliculus quo aqua fluuii excurrit, in Ch. Mſ. a. 1176.

† NOELLVS, pro Nouellus. Doctrin. Alex. de Villa-Dei.

NOERETVS, nux arbor, Gall. *Noyer*. Charta Stephani Comitis XII. saec.

† NOERIVM, idem, in Ch. Mſ. a. 1268.

NOERIVS, idem. Charta venditionis an. 1276. e Chartular. minori S. Benigni Diuion.

NOERVS, *Noegès*, intellectualis. Tertull. adu. Valentin. cap. 20.

NOFFVS, NAVFVS. Gloss. Pithoei. *Naufo*, *sarcofago ligneo*, quibusdam, quod *nauis* formam referat, quae Francis olim *Nau* dicta. Lex Salica tit. 17. §. 1. *Si quis mortuum hominem, aut in Noffo, aut in petra, quae vasa ex vsu Sarcophagi dicuntur, super alium miserit.* Edit. Heroldi tit. 17. §. 4. habet *in offo*; tit. 57. §. 4. *Naufo* habetur, vt et apud Gregorium Turon. de Gloria Confess. *Sancta corpora pallis ac Naufis exornata:* sic enim vett. Codd. praeferre obseruant viri docti. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 83. *Si quis corpus in terra, vel Noffo, vel petra, sub petra, vel pyramide, vel structura qualibet positum . . . effodere praesumpserit.* † Forte leg. *Tossus*, vt legitur in Cod. Estensi Leg. Sal. teste Murat. t. 1. part. 2. Script. Ital. quod Sarcophago satis conuenit. V. *Tusus*.

† NOGADERA, NOGADERIA, nucelum, ager nucibus consitus, in Inuent. Mſ. a. 1476. V. *Nogareda*.

NOGAREDA, nucetum, *Nogarede*, Occitanis, *Nochiere* aliis. Charta an. 231 Caroli C. apud Catellum in Comitib. Tolosan. p. 69.

NOGARIVS, nux, Gall. *Noyer*, Prouinc. *Nougicier*. Charta an. 6. regnante Radulfo Rege Alamandorum, ex Chartul. Eccl. Apr. fol. 120.

NOGERIVS, eadem notione. Charta an. 1312. ex Archiuo S. Victoris Massil. Armar. Din. n. 46.

NOGVERIA. (1) Idem quod *Nogareda*. Charta Occitanica an. 1213. in 49. Regesto Philippi Pulcri Tabularii Regii Ch. 91. (2) Plumbeus canaliculus, Gall. *Noquet*. Processus cri-

Digitized by Google

criminalis MS. Roberti Comitis Atrebat. fol. 25.

† NOGVERIVM, i. q. *Nogarius*, in Ch. Mſ. a. 1035. V. *Nucarius* 2.

† NOGVERIVS, NOGVERRVS, idem, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1352.

NOHA, NOIA, V. in *Noa* 1.

† NOIARIVS, nucetum, in Ch. Mſ. a. 1108.

NOIERIA, vt *Nogneria*, idem. Charta an. 1022. apud Meneſt. in Probat. Hiſtor. Lugdun. p. VII. col. 2.

† NOIERETA, i. q. *Noa* 1, Gall. *Noerage*. Ch. Mſ. a. 1140.

NOIM. Acta S. Turiani tom. 3. Iulii p. 617. *Omnes ergo tam laici ephibati, quam clero Noim vna voce gratulantes, toto ore et corde glorificauerunt Deum.* Lectio mendoſa, quae varie poſſet emendari. 1. pro *Clero Noim*, reſtitui poſſet *Cleronomi*. V. *Cleronomus*. 2. legi poſſet *Clerici Noimi*, poſito vocem hanc *Noim* eſſe pro *Noel*, acclamatio laetantium, de qua in *Natale* 3. Denique pro *Clero Noim*, corrigi poſſet *Clerici Nautae*, hancque lectionem hinc reor eſſe probabiliorem, vt quemadmodum laici *epibati*, ita clerici *nautae* vocabantur, vt ſupra dictum in *Epibati*.

† NOIS, i. q. *Noa* 1. locus paſcuus et aquis irriguus, in Ch. Mſ. a. 1146.

† NOISIA, a Gall. *Noiſe*, altercatio, rixa, contentio, in Priuil. curiae Rem. Mſ. NOYSIVM, idem in Ch. Mſ. a. 1338.

NOKA, idem quod *Noca*, modus agri ſeu agellus, ab Anglico *Nook*, angulus. Charta an. 5. Edwardi III. Regis Angl. apud Blount in Nomolexico v. *Nok*.

NOLA. Vgutio et Iohan. de Ianua: *Nola ciuitas Campaniae, et hinc Nola, illud tintinnabulum quod appenditur collis canum, vel pedibus auium, vel aliud, quod appenditur fraenis et pectoribus equorum . . et dicitur a Nola ciuitate, quia ibi primum inuentum et factum fuit talo inſtrumentum; et ampliato nomine inuenitur Nola pro qualibet parua campana, vel pro campanella refectorii.* Anſelmus Epiſcopus Hauelbergenſis lib. 3. Dialog. cap. 16. *Signa Eccleſiae, quae in Campania apud Nolam ciuitatem primo inuenta ſunt, vnde et [illegible] pana vocantur.* Vox non o[illegible] pera. Auienus de cane:

Hunc dominus, ne que[illegible] ſimulata
Iuſſerat in rabido guſt[illegible] Nola[illegible]

Ita porro campanulas, ſeu [illegible] campanas vocant. Walafridus [illegible] libro de reb. Eccleſ. c. 5. *[illegible] vero* (vaſa) *quae et a ſono Tin[illegible] bula vocantur, Nolas appellant a Nola ciuitate Campaniae, vbi [illegible] vaſa primo ſunt commentata.* Ita pariter appellant Scriptores campanulam, quae in refectorio ad menſam Abbatis appenditur, qua is, vel lectionis, vel conuiuii finem ſignificat. Vnde *Nola refectorii* dicitur in Statutis Ordinis de Sempringham pag. 770. et *ſedere ad Nolam* in refectorio, eſt Abbatis ibidem munus exercere in libro Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 17. V. *Campana* 2.

NOLVLA, ſeu *Dupla*, campana, quae in horologio pulſatur, inquit Beletus cap. 86. et ex eo Durandus lib. 1. Ration. cap. 4. n. 11.

NOLARIVM, *campanarium*. Charta an. 894. to. 4. Miſcell. Baluzii.

NOLENTIA, vt mox *Noluntas*, Tertull. lib. 1. aduerſ. Marc. c. 15.

NOLISATIO, NOLIZAMENTVM, conductio nauis, a *naulo* praeſtando. *Nolizamentum duarum galearum*, in Charta Maſſil. ann. 1344. *Noliſatio*, in alia an. 1317. V. ſupra *Naulizare*.

† NOLLE ALICVIVS HABERE, recuſari, t. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 113.

NOLVLA, parua *Nola*, V. in hac voce.

NOLVNTAS, cui opponitur *voluntas*. Papias: *Noluntas ab eo quod nolumus, ſicut voluntas, ab eo quod volumus.* Vtitur Auguſtinus lib. 14 de Ciuitate Dei cap. 6.

NOLVS. (1) Pro *Nola*, campanula. Buſchius de Reform. Monaſt. apud Leibnitium to. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 870. (2) Qui ſpernit, nec vult, contemptor. S. Columbanus Inſtruct. 14. *Amator mediocrium, Nolus opum, animi depreſſor, etc.*

Digitized by Google

NOMEN. PROPTER NOMEN PATI, id est, *pro nomine Christi:* ita vsurpant Tertull. lib. de Resurr. carn. et S. Cyprianus Epist. 52. 54. 57. NOMINA, commentatio viuorum et defunctorum in Missa ex diptychis. In Missali Gothico describuntur *collectiones post nomina.* V. *Diptycha.* † NOMEN pro Persona, ex forensi vsu saeculi IV. vt obseruant docti Hagiographi, t. 5. Maii p. 280 seqq. Occurrit praeterea t. 6. Sept. p. 582. † PER NOMEN, nominatim, in Ch. Ms. a. 1324.

NOMENCLATOR, NOMENCVLATOR, cuius officium erat conuiuas ad conuiuia vocare. Glossae Graec. Lat. Ονομακλήτωρ, *Nomenculator.* Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Nomenculator, nomen est officii per nomen clamare ad prandium, vel nomen scitatur.* De eiusmodi veterum Nomenclatoribus agunt Casaubonus ad Suetonium, Henricus Valesius ad lib. 14. Ammiani, et alii Criticorum filii. *Nomenclatorem habuere* etiam Pontifices Romani, cuius perinde munus erat eos, qui ad mensam Pontificis inuitandi erant, vocare. In Processibus Pontificis, post equum eius equitabat cum Vicedomino, Vestiario, et Sacellario, vt est in ordine Romano. Cum Pontifex Missam celebrabat, postquam dixerat *Agnus Dei, etc.* idem Nomenclator, atque vna cum eo Sacellarius et Notarius Vicedomini, *ascendebant ad altare ante faciem Pontificis, vt annueret eis scribere nomina eorum qui inuitandi erant siue ad mensam Pontificis, per Nomenclatorem, siue ad Vicedomini, per Notarium ipsius, quorum nomina vt impleuerant, descendebant ad inuitandum, et redibant ad sedem.* Is enim inualuerat, qui etiam in Galliae Ecclesiis Cathedralibus perdurat, mos, vt quoties Pontifex aut Episcopus publicam Missam celebraret, Primates ex Clero qui ei inseruiebant ad altare, conuiuio exciperet. Qui in Concilium introducebat eos, quos audiri volebant congregati Patres, *Nomenclator* etiam dicitur in Synodo Romana an. 745.

NOMERIA. Consuetudines et Iura Monasterii de Regula in Aquitania, apud Labbeum tom. 2. Biblioth. *De Nomeriis et cultris, et fosseriis, falculis, falcibus, . . . quae venduntur in foro* Legendum *vomeriis* videtur.

NOMICOLAE, V. infra *Noncolae,*

NOMINA. Synodus Compostellana ann. 1565. inter Hispanica to. 4. pag. 105. col. 2. *In chartulis, quas vulgus Nominas vocat, inutilia et vana saepe reperiuntur.* Synodus Limana an. 1582. ibid. pag. 261. *Item si quae personae vtantur amuletis, vulgo Nominas, in eis recondendo scripturas verborum vel nominum incognitorum, vel quae per verba curent infantes a fascinatione, etc.*

NOMINABILIS. (1) Leges Henrici I. Regis Angl. c. 5. *Talis est Nominabilis, vt ait Apostolus, qui confitetur, vel ordine iudiciario conuincitur.* (2) † Celebris, famosus, t. 10. Collect. Hist. Franc. p. 219. V. *Nominatius,*

NOMINALES, dicti quidam Philosophi, qui vt ait Auentinus lib. 6. Annal. Boiar. ita appellati, *quod auari rerum, prodigi nominum atque notionum, verborum videntur esse assertores:* seu vt ait Stephanus Episc. Tornac. Epist. 97. *verborum venditores,* vt qui iuxta Heremannum de Restaurat. S. Martini Tornacensis c. 2. *in voce, non vero more Boetii antiquorumque doctorum, in re,* Philosophiam profitebantur ac docebant, qui inde *Reales* dicti. Ac *Nominalium* quidem dialectica, *ad exercitium disputandi vel eloquentiae, imo loquacitatis et facundiae,* potissimum vtilis habebatur, vt ait idem Scriptor. Hos porro *Dialecticae haereticos* appellat Anselmus Cantuariensis lib. de Verbi Incarn. *qui non nisi flatum,* inquit, *vniuersales putant esse substantias.* Ioan. Sarisberiensis Epist. 226. *Nosti pridie Nominalium tuorum eo mihi minus placera sententiam, quod in sermonibus tota consistens, vtilitatem rerum non assumpserit, cum rectum sapientibus indubium sit, quod res quaerit Philosophia, non verba. Vt ergo compendiosius agam tecum meorum more Realium, etc. Voca-*

Digitized by Google

lium praeterea meminit Fragment. Hist. Francor. sub Roberto Rege: *In dialectica quoque hi potentes extiterunt sophistae, Ioannes, qui eandem artem sophisticam Vocalem esse dixerunt, Robertus Parisiacensis, etc.* Ebrardus Bethun. lib. contra Vald. c. 1. *Ne simus Nominales in hoc sed potius Porretani.* De vtraque secta copiose egit Caesar Egassius Bulaeus to. 1. de Vniuersitate Parisiensi an. 1067. V. praeterea to. 4. Miscellan. Baluzii p. 381.

NOMINALIA, dies solemnis, quo puero nomen imponebatur, ὀνομαστήρια, in Glossis Lat. Graec. ὀνομαστήριον, Gregorio Nazian. Tertull. de Idololatria cap. 16.

NOMINARIVS, puer, qui cognitis literis et syllabis simul connexis nomina legit integra, V. *Abecedarius.*

NOMINATI, viri probi in litigiis ad iurandum electi, de quibus supra in *Iramentum.*

NOMINATIO. (1) Nude, ius aliquem designandi ac nominandi ad beneficium ecclesiasticum, in Charta an. 33. Henrici VIII. Regis Angliae, apud Madox Formul. Anglic. p. 71. (2) † Vassalli clientelaris professio, in Tabul. Trenorch. idem quod *Narratio.*

NOMINATIVE, nominatim, in Capitul. ad Legem Bajwar. tit. 1. c. 8. in Legibus Longob. lib. 2. tit. 21. §. 21. in Capitulari 2. ann. 806. sub finem, et in aliquot Chartis apud Vghellum to. 4. p. 1073. 1449. 1455.

NOMINATIVVS, celebris, famosus, *Renommé. Locus nominatiuus*, in Vita B. Idae Comitissae Bononiensis n. 9. Cosmas Pragensis in Chron. Bohem. *Si forte contigerit me mori in praelio, sepelite me in hoc colliculo, etc. Construite mausoleum mihi in saeculo Nominatiuum et memoriale.* In Glossi. Iid. *Nominosus, famosus, celeber.*

NOMINATORES AD PENNAM, dicti in Academia Parisiensi Philosophiae Professores, qui Scripta sua discipulis dictabant, in Hist. Acad. Paris. to. 4. p. 948.

NOMINATVS. (1) V. *Nominati.* (2) † Idem quod *Nominabilis 2.* apud Oefel. t. 1. Sc[illegible] pag. 41.

NOMINOSVS, famosus. [illegible] *tinus.*

NOMISMA. (1) Demost[illegible] risque Scriptoribus Grae[illegible] pro Consuetudine, mor[illegible] non scripta: inde nomen [illegible] nummo, quia ex priuato [illegible] et consensu institutus sit. [illegible]

NOMISMA, (2) maxime [illegible] pro nummi figura ac imagi[illegible] nis Magistri Glossae: *Nomisi[illegible] ginem.* Glossae antiquae MSS. *misma, moneta; nummorum pe[illegible] sio, forma ad nummos, solidus vel pecunia.* Gloss. Lat. MS. Regium: *Numisma, figura quae in nummo fit, vel nummi percussura, id est, denarius.* Ita pro monogrammate quod, in monetis describitur, vsurpat Concilium Francoford. an. 794. c. 5. al. 3. de denariis: *Si autem nominis nostri Nomisma habent et mero sunt argento, etc,* Chron. Colmariense 1. part. an. 1274. *Rex Rudolphus fecit nouam monetam, inprimens Numismata Regis coronati.* Sed (3) NOMISMA, saepius pro ipso nummo vsurpant Scriptores. Gloss. Aelfrici: *Numisma, Scyllingi*, dragma. Aimoinus lib. 4. de Miraculis S. Benedicti cap. 26. *Quatenus inuncto sibi operi aliquid subsidii impendendo, vel parca largirentur Nomismata.* Idem in Vita S. Abbonis cap. 6. *Aureus calix, et numerosum argenti Nomisma.* Idem in Sermone de S. Benedicto: *Aether pluit Numismata.*

† NOMIVS, legalis, in Cath. et Breuiloq.

† NOMMARE, nominare, a Gall. *Nommer*, t. 2. Conc. Constant. part. 15. p. 413.

NOMVS. (1) Territorium, Lustratis *Commarca*, districtus minor dioecesi, quae in plures *comarcas* diuiditur, a Graeco *νόμος*, praefectura, vel locus pascuus; vnde Aegyptus pascuis abundans in *Nomos* antiquitus diuisa, siue in *Praefecturas oppidorum, quas Nomos vocant*, vt habet Plinius lib. 5. cap. 4. Resendius in Vita S. Aegidii Ord. Praedicat. to. 3. Maii p. 417.

Digitized by Google

p. 417. (2) † *Legale*, in Gloss. Lat. Ital. Ms. V. *Nomius.*

NONA. (1) Officium Ecclesiasticum diurnum, quod hora diei nona peragitur et decantatur. Durandus lib. 5. cap. 8. V. *Hora.* (2) Pars fructuum nona. Charta Philippi II. Imp. an. 1199. in Metropoli Salisburgensi to. 1. p. 77. *Nonam quoque de omnibus curtibus Regalibus inibi cum theloneo in ciuitate et piscina ad Salabingam curtem, etc. Nonam* ex agrorum cultu persolutam, docemur ex Capitul. Carol. M. lib. 5. cap. 147. *De his qui agros dominicatos propterea neglexerunt excolere, vt Nonas exinde non persoluant, et alienas terras ad excolendum propter hoc accipiunt, volumus vt de tribus annis ipsam Nonam cum sua lege persoluant.* Vbi *Nona*, est *nona*, vt loquimur *gerba*, quae praestatur ab eo qui agrum dominicatum et in beneficium datum colit: vnde fluxit apud nos eiusmodi *gerbarum* praestatio. Ex quibus intelligendus Harigerus in Vita S. Landolini n. 13. *Delegauit ad ipsam quietis eorum Basilicam Nonam fructuum suorum portionem, quia decimam alterius constaret esse Ecclesiae.* Decima nempe fructus agri est Ecclesiae cuius est districtus: *Nona* vero Ecclesiae alteri delegatur, intuitu pietatis, ac si iure precario eius olim fuisset. *Nonae et decimae* vna simul ex praediis interdum persoluebantur. Ecclesiis scilicet quorum ea fuerant, quaeque ab iis in beneficium vel precarium data fuerant; ac *Nonae* quidem iure colonario, *Decimae* vero iure Ecclesiastico. Nam cum earum essent praedia, nulli decimae alteri Ecclesiae obnoxia erant: si vero alienarentur, *Decimae* iis reseruabantur vna cum *Nonis.* Capitularia Caroli M. lib. 1. cap. 163. *Vt qui Ecclesiarum beneficia habent, Nonam et decimam ex eis Ecclesiae, cuius res sunt, donent: et qui tale beneficium habent vnde ad medietatem laborent, de eorum portione proprio Presbytero decimas donent.* Vbi *Nonae* et *decimae* praestantur a beneficiario; *decimae* vero tantum a medietario de sua portione. (3) Mensurae agrariae species. Charta an. 1321. apud Waddingum in Regesto to. 3. *Item quaedam quantitatis terrae vacua, quae fuit pars vnius horti, . . . et est in mensura, quartae duae, et Nonae tres, et fuit Petri Grandacii*, etc. (4) *Nona, aurora, non autem dies*, apud Papiam. (5) *Nona, Nonales Biberes*, pocula quae Monachis post *Nonas* exactas et decantatas propinantur in aestate. V. *Biberis.*

NONAGIVM, pars nona mobilium defuncti, quam ad se spectare contendebant Parochi, sub specie ex disponendi ad pios vsus. Exstat Bulla Clementis VI. data Auenione ann. 4. Pontif. *qua mortuarium*, seu tertiam partem bonorum mobilium, quae et *Tertiagium* dicebatur, ac Episcopis et Clero pensitabatur ex bonis defunctorum parochianorum suorum, ad nonam tantum eorumdem mobilium partem reducit, quam *Nonagium* ibidem vocat. Arestum Dominicae post S. Gregorium an. 1315. V. *Testatio.*

NONALIS, V. *Nona* 5.

† NONARIA, *meretrix, quia ante nonam de prostibulo non licebat exire.* Glossar. Prou. Lat. Cod. 7657.

† NONATVS, pro *nonnatus*, abortiuus, in Inuent. Ms. thes. Sedis Apost. a. 1295.

NONCOLAE, *tubercula, quae sub mento caprae sunt*, in Excerptis Pithoeanis. *Nomicolae*, perperam in Glossis Isid. Festus habet: *Noncolae vocantur papillae, quae ex faucibus caprarum dependent. Sub rostro mamillas pensiles* vocat Varro lib. 2. de Re Rust. c. 3. Vide Reinesium Var. Lect. 11. 14.

NONDECEM. Sanctimonialis anonyma in Vita S. Wunebaldi Abb. Heidenhem. cap. 1. *Edisserere volumus qualiter infantialis seu pueritialis transmeatis annorum curriculis, ad adolescentiae Nondecem annorum aetatem citatus caelebs vsque peruenit.* Et cap. seq. *Cum illuster ille celeberrimusque Christicola Nondecem annorum aetate iam grandaeuus, facie decorus*, etc. Eadem Sanctimonialis in Itinerario S. Willibaldi n. 29. hanc

Digitized by Google

vocem aliter, etsi perinde obscure, expressit: *Quia iam illum prius octo annorum spatio, et Nono dimidio, ab eo quod de Roma pergebas, non vidit.* Quae postrema sic interpretor, vt ab *octo annis, vel octo annis et dimidio eum non viderit.* Id enim videtur significare vox *Nonus dimidius*, vt in voce *Dimidius* docuimus. Nolim porro asserere *nondecem*, hoc loco, pro *nouemdecem* vsurpari.

† NONETAS, minor et pupillaris aetas, Gall. olim *Nonage*. Charta Ms. a. 1247. V. *Inennis*.

NONNA, sanctimonialis, praesertim antiqua et senis virgo, aut sacra vidua: sicut enim *Nonnus* reuerentiam paternam, ita *Nonna* maternam denotat. Hieronymus Epist. 22. ad Eustochium: *Illae interim quae Sacerdotes suo viderint indigere praesidio, eriguntur in superbiam: et quia maritorum expertae dominatum, viduitatis praeferunt libertatem, Castae vocantur et Nonnae, et post coenam dubiam Apostolos somniant.* Vetus Scheda de Ordinatione Episcoporum edita in Appendice ad Capitularia Regum Franc. *Pro ancilla Dei sacrata, quae a Francis Nonna dicitur.* Vetus Chronicon Francicum editum a Lambecio: *Anno 3. Ludouici factum est Concilium magnum in Aquisgrani in mense Augusto, et praeceptum est vt Monachi omnes cursum S. Benedicti cantarent ordine regulari, et duo Codices scripti sunt, vnus de Vita Clericorum, et alter de Vita Nonnarum.* Nunna, in Legibus Aluredi Regis Westsaxiae cap. 20. ap. Brompton. et Henr. I. Regis Angl. c. 73. V. *Nonnus*.

NONNAICVS, monachicus.. *Puella quaedam in habitu Nonnaico*, in Vita S. Liobae Abb. saec. 3. Benedict. part. 2. p. 258.

NONNANES, NVNNONES, monachi et Sanctimoniales. Monachi; Concilium Clouesho menense an. 747. c. 19. *Monachi siue Nonnones. Nunni*, in c. 20. Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 78. *Eorum custodiam habeant Canonici, vel Monachi atque Nonnanes, ne detur eis occasio maledicendi.* Tradit. Fuldenses lib. 2. c. 38. *Totum et ad integrum tradiderunt coram te[illegible] et Regenburgis ad ipsas vel[illegible] quas Emhildis Abbatissa dona[illegible] tradidit illis Nonnanus ad M[illegible] quorum nomina subscripta su[illegible]* NONNANES, monachae. Ca[illegible] ejusdem Caroli M. ann. 789. c[illegible] *De monasteriis minutis, vbi N[illegible] nes sine regula sedent.* Concil. L[illegible] cap. 6. *Vt Episcopi puellarum [illegible] steria diligentissime perscrute[illegible] quomodo primum ipsa Abbatissa [illegible] contineat, aut caste viuat: dein[illegible] diligenter discutiantur Nonanes [illegible] adulterium et fornicationes faciu[illegible] hoc a praepositis Monasteriorum [illegible] minopere inquiratur.* V. *Nonnus* et *Nonialis*.

NONNATVS. Charta Condomensis: *Arnaldus Comes Astariacensis, cognomento Nonnatus, quod caeso matris ventre extractus fuerit.*

NONIALES, idem quod *Nonnanes*, ni legendum sit *Moniales*, vel *Nonnales*. Testamentum Armandi d'Alegre ann. 1263. ex Tabulario Casae Dei: *Margaritam et Adis filias meas Noniales et donatas damus de las Chesas, et ipsam domum pro eis inslituo in inhaeredes, quamlibet earum in mille solidis Podiensibus.*

NONNONES, matricularii Ecclesiarum, id est, pauperes senes, vnde fortasis legendum *Nonnanes*, in Praecepto pro Abbatia S. Germani Autisiod. an. 864. to. 2. Spicilegii Acheriani: *Res quoque quas dedit Herimarus vir nobilis, ad stipendium Matriculariorum quos Nonnones vocant*, etc. V. *Nonnus*.

NONNVLA, *rete ad capiendas aues*. Gloss. Isid.

NONNVS. Papias: *Nonnos vocamus maiores ab reuerentiam: nam intelligitur paterna reuerentia.* Hausit a Regula S. Benedicti cap. 62. *Iuniores autem Priores suos Nonnos vocent, quod intelligitur paterna reuerentia.* Arnobius Iunior in Psal. 105. *Si ille qui sanctus vocatur et Nonnus fo[illegible]agit, ego quis, aut quotus sum, vt non agam?* Et in Psalm 140. *Audiantes nobis inuicem, in praesenti positi sanctos vocamus et Nonnos.* Synodus Aquisgr. ann. 817. cap. 54. et ex ea

Addi-

Digitized by Google

Additio 1. Ludou. Pii c. 54. *Vt qui praeponuntur, Nonni vocentur.* Hac notione Caesarius lib. 1. cap. 7. et 27. *Nonni* vocabulum praemittit quandoque Monachorum seniorum appellationibus: *Sicus mihi dicere solitus erat Nonnus Conradus senex Monachus noster.* Alibi: *Haec mihi dicta sunt a Nonno Frederico Monacho.* Quibus in locis *Nonnus* Monasteriorum Praefectum et Abbatem haud significat, vt perperam censuit vir doctus, sed *Domnum.* Ita etiam in libro Vsuum Cistercienſium cap. 98. extremo concipitur formula breuis Monachi defuncti: *i. Aug. obiit in Monasterio* N. *Nonnus* N. *de* N. *Sacerdos et Sacrista eiusdem Monasterii,* etc. Vocem Aegyptiacam quidam putant, alii ex *Domnus* effictam, Salmasius parum consulte ex *μόνος,* Fleetwoodus in Sylloge vett. Inscriptionum p. 386. a *νέννος,* auunculus, *νάννη,* matertera. Italis etiamnum, *Nonno,* auus dicitur, pater patris, vel pater matris atque etiam pater mariti, vt auia, *la Nonna.* NVNVS, eadem notione. Vetus Inscriptio apud Fleetwoodum p. 386. *Donata Nuno suo Tertullo cum filia sua in pace.*

† NONOBSTANCIA, Practicis Gallicis, *Nonobstance,* fox forensis, derogatio. Ch. Ms. a. 1476.

NONPLEVINA, seu *Defalta Non pleuinae,* vox Practicorum Anglic. Radulfus de Hengham in Magna Summa cap. 8. *Et ista defalta vocatur Gallice Nonplevine, et aequipollet naturaliter defaltae post defaltam.* Supra: *Caueat sibi reus deficiens quod infra 15. dies terram suam captam in manu domini Regis replegiet: quod si non fecerit ad calumniam petenti proximo die placiti amittet seisinam terrae sicut per defaltam post defaltam.* Infra: *Captio tamen vt sanetur, defalta non pleuinae per legem dedici non potest.*

NON PVTATIVVM, *non est dubium.* Gloss. Isid.

† NONSTVS, nuntius, to. 9. Ordinat. reg. Franc. p. 378.

NONTENVRA, vox Practicorum Anglicorum, cum aliquis negat se *tenere* tenementum de quo est controuersia. Radulphus de Hengham in Magna Summa cap. 4.

NOPPA, villus, Belgice *Noppe.* Buschius lib. 2. de Reform. Monast. c. 11. *Super saccos dormire consueuerunt Noppis impositis.* Et infra: *Respondebant, quod sic non possent dormire, quia Noppae linteaminum laneorum in ora earum introeuntes, somnum earum impedirent.*

NORA, nurus, Gall. *la Bru,* vxor filii, Ital. *Nora.* Testamentum Ermentrudis apud Mabillon. ad calcem Liturg. Gallic. p. 463.

NORAX. Glossae Isid. et Papias: *Norax, peccator, criminosus.* Emendat Martinius *Noxax,* vt sit a *noxa.* Siu spicatur Graeuius an non scripserit Glossarum pater, *Noxat, peccat,* quod apud Papiam legatur, *Noxa, culpa, crimen, peccatum. Noxit, Noxat, nocet.*

† NOREGVERIVS, Prouincialibus et Occitanis *Norriguié,* pastor, ouium aliorumque animalium nutritor. Ch. Ms. an. 1378. V. *Norigarius* et *Norriguerius.*

NORGA, Papiae, *Sordes naris.* Perperam in Edito, et in quibusdam MSS. *maris.*

NORIGARIVS, i. q. *Noreguerius.* Charta an. 1405. ex Archiuo S. Victoris Massil. Armat. Din. num. 29. *Quilibet homo possit et valeat banniare et gayare pro banno auere quorumcumque exontium, grossum vel minutum cum Norigariis.* Vide *Norriguerius* et *Noyregarius.*

NORMA. (1) Regula monastica. Charta Chrodegangi Episc. Metensis an. 770. *Turbam Monachorum sub sancta Norma vitam degentes coacernauit.* Charta Caroli C. to. 6. Vit. SS. Ord. S. Benedicti p. 251. *Vbi quidem olim Norma monastica floruit.* Charta donationis, seu fundationis Abbatiae Agaunensis, seu Synodus Agaunensis: *Quidquid a Prioribus ordinatum fuerit, iuniores sine murmuratione expleant, et per singulas Normas Decani constituantur digni, vt Abbas diuisio pondere, de prouidentia eorum sit securus.* Quo loco *Normae* dicuntur turmae Monachicae et variis Monaste-

nasteriis erutae, quas in recens a se extructum Agaunense Monasterium induxerat Sigismundus, eo numero, vt indeficiens esset hymnodia, eaeque in obeundis Ecclesiasticis et Canonicis officiis vicissim sibi succederent. *Normae* autem appellantur singulae istae nouem turmae, quod singula Monasteria, vnde accersitae erant, suis regerentur *Normis* ac regulis: vnde *Regula Tornatensis*, et similes, quod in iis eiusmodi seruarentur Monasteriis. Hinc in Formulis vett. Lindenbrogianis 21. 22. *Vbi illustris Abbatissa ill. Custrix praeesse videtur, vna cum Norma plurima ancillarum ibidem consistentium.* NORMA REGVLARIS, Gregorio Magno lib. 7. Epist. 1. Indict. 1. dicitur Sancitum Iustiniani Imp. Nouellae 5. cap. 2. qui Nouitium *per triennium totum, sine liber siue seruus* sit, probari decernebat. (2) Gloss. Graeco-Latinae: Καλόπους, *Forma Calcis, Norma.*

NORMALES LIMITES, *normalis linea*, quae et *mensuralis*. *Normaliter*, *Normatura*, voces Agrimensorum. Est autem *Norma*, hisce locis, linea limitum, quae ab vno limite ad alium tendit. Vide Aggenum et alios.

† NORMALIS HONOR, debitus, congruus, to. 9. Collect. Hist. Franc. p. 645.

† NORMALITER, recta, in Praef. ad Chartul. Agani ex Tabul. S. Petri Carnot.

† NORMANNIGENA, ex Normannia ortus, in Ch. Ms. Theod. comit. Fland.

† NORMANNVS, famulus, qui alterius voluntati, quasi *Normae*, subiectus est. Inquisit. Ms. a. 1235.

NORMATRIX, Abbatissa, a *Norma* 1. Fridegodus in Vita S. Wilfridi saec. 4. Benedict. part. 1. p. 725.

NORMIS, Εὔριθμος, in Glossis MSS. et Editis Lat. Graec. Vide *Abnormis*. Melius in Supplemento Antiquarii: Εὔρυθμος, *Concinnus*.

NORMVLA, piscis portio, vulgo *pitantia*. Walafridus Strabus de morte Wetini Mon. Augiensis, in Actis SS. Benedict. saec. 4. part. 1. pag. 293.

NORRENSES, *septentri*[illegible] *Norwegii et Dani*, a[illegible] in Glossario ex Lisiardi [illegible] stina. Vide mox *Northus*[illegible]

NORRIGVERIVS, vt su[illegible] *rius*, qui nutrit oues. C[illegible] Domini de Monte-mey[illegible] colis eiusdem loci an. 1497[illegible] *rigarius*.

NORRISSA, species armorum, [illegible] sic dicta quod esset propria N[illegible] *sium* seu populorum septentri[illegible] um. Videtur fuisse genus la[illegible] cuius ferrum erat solito longius. Le Roman. de Vacce MS.

En sa compaigne out cent armes
De plusours armes atornez,
Hache, Norroisse tint mout vele
Plus de plain pié out d'alemele.

† NORROISE adiectiuum est vocis *Hache*, quo significatur regio, *Northus* nempe, vbi fabricata; vel indicantur gentes septentrionales, qui ea vtebantur, eadem quae *Securis Danica*.

NORTALBINCI, Nortmanni, de quibus mox in *Northus*. Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobiensium to. 6. Spicil. Acher. pag. 559. *Gens quaedam Aquilonaris . . . quam plerique Nortalbincos, alii vsitatius Normannos vocant.* Haud scio quid sit vocis pars posterior *Albinci*, nisi forte sit pro *Albini* vel *Albani*, extranei, aduenae, ita vt *Nortalbinci* sint Aduenae ex *Northo* seu Septentrione.

NORTHINTVS, plaga septentrionalis, ex *Nord*, Septentrio, et *Inne*, cubiculum, cella, cauerna, et per translationem, plaga, regio, etc. in Legibus Edw. Regis. Vide *Eeastintus*.

NORTHVS, Septentrio, *le North*. Dudo libro 1. de Act. Norman. *Northo nobis contrariis obtriti*, etc. Hinc NORTMANI, pro Gentibus Septentrionalibus. Aimoinus libro 1. de Miracul. S. Germani cap. 1. *Gens Danorum, qui vulgo Nortmanni, id est, Septentrionales homines appellantur.* Chronicon a Pipino vsque ad Ludo-

Digitized by Google

Ludouicum VII. *Dani Sueuique, quos Theotiſci* Norman, *i. Aquilonares appellant*, etc.

NOSALA, nux, vt videtur, Ital. *Noce, Noſella.* Statuta Montisregalis p. 310. *Item pro quolibet rubo raſtae ſol. den. ſex ; item pro quolibet amandolarum ſeu Noſalarum dener. ſex.* Vide *Noxala.*

NOSATA. Tabularium Communis Maſſil. *Melchior de Grimaldis dominus et patronus cuiusdam baliuerii intendit venire Maſſiliam et dictum baliuerium deſarmare . . . aut eum armare, ſi ſibi videatur, pro eundo ad Noſatam ſi armare voluerit piratico more.* Ex quibus poſterioribus verbis videtur *ire ad Noſatam* idem eſſe quod ad nocendum ire, ſeu piraticam facere, niſi *Noſata* ſit nomen proprium.

NOSCA, armilla ex imagine ſacra pendens. Translatio S. Gorgonii Mart. in Actis SS. Benedict. ſaec. 4. part. 1. p. 596. *Munuſculum argenteum a capite ipſius* (S. Gorgonii) *furtim abſtulerit, quod Noſca vocatur.* Vide *Nuſca*, et *Nochia.*

NOSCENTIA, pro *Notitia*, apud Simmachum lib. 3. Epiſt. 9. vbi Iuretus, *Noſcentia.* Fridericus I. in Conſtit. lib. 2. tit. 17.

NOSCIO, NOSCO, V. *Noctioſus.*

NOSCITARE. Notkerus de Notis Muſicis : N. *Notare, hoc eſt Noſcitare, notificat.*

NOSIARE, ſ. vox mendoſa, pro *Herciare* vel *Occare*, ſeu glebas occa frangere : quod ſaepius recenſetur inter opera ruſtica dominis debita. Chartularium SS. Trinitatis Cadom. fol. 48. vo. *Si domina non poſſit per ſe arare waretum ſuum ad Paſcha, homines ſui . . . ei adiuuent et tribus vicibus Noſiare in autumpno.*

NOSOCOMIVM, Νοσοκομεῖον, locus in quo aegrotantes curantur. S. Hieronymus in Epitaphio Fabiolae ſeu Epiſt. ad Oceanum cap. 2.

NOSODOCHIVM, Νοσοδοχεῖον, idem quod *Noſocomium*, Scriptoribus Eccleſiaſticis.

NOSTRACISMVS, mendoſe pro *Metaciſmus* apud Grimlaicum in Regula Solitarior. in Prologo.

NOSTVRMA. Aimoinus lib. 4. c. 26. *Collegit electam e Franciae bellatoribus Scaram, quam Noſturmam, vel cuneum appellare poſſumus.* Hunc locum attulit Spelmannus : ſed nemo non videt legendum, *quam nos turmam, vel cuneum etc.*

NOTA. (1) *Notae*, Petro Diacono de Notis literar. *dictae ſunt eo quod verba, vel ſyllabas praefixis characteribus notent, vt ad notitiam legentium veuocent : quas qui ſcribunt, proprie Notarii appellantur.* Notae igitur ſunt *ſigna* quaedam literarum, quibus vox integra intelligitur : vnde σημεῖα γραμμάτων dicuntur Dioni libro 55. *Signa verborum*, Sancto Hieronymo ad Iulianum, et Epiſt. ad Principiam. Qui iis vtebantur, σημειογράφοι dicti, Latinis *Notarii*, vt eſt in Gloſſis Graec. Lat. Apud Ammianum lib. 18. *Ancilla Notarum perita.* De earum vſu, ſic Valerius Probus Grammaticus de Notis Romanorum interpretandis : *Apud veteres cum vſus Notarum nullus eſſet, ſcribendi facultatem, maxime in Senatu, qui aderant, ſcribendo, vt celeriter comprehenderent, quaedam verba atque nomina ex communi conſenſu primis literis notabant : et ſingulae quid ſignificarent, in promptu erat. Quod in nominibus, praenominibus, Legibus publicis, Pontificumque monumentis, Iurisque ciuilis libris etiamnunc manet. Ad quas Notas publicas acceſſit et ſtudioſorum voluntas, vt vnusquisque familiares ſibi notas pro voluntate ſignaret.* A quibus vero primum inuentae ſint eiusdem *Notae*, docet idem Petrus Diaconus ex Iſidoro lib. 1. Orig. c. 21. *Vulgares Notas Ennius primus mille et centum inuenit, ad hunc ſcilicet vſum, vt quicquid per contentionem praeſentium diceretur, Librarii complures ſcriberent ſimul adſtantes, diuiſit inter ſe partibus, quod quisque verba, et quo ordine excipere. Dehinc Tullius Tyro Ciceronis Libertus Notas praepoſitionum commentatus eſt. Poſt hunc Philargyrus Samius et Aquila Maecenatis Libertus alias addiderunt. Deinde Lucius Annaeus Seneca contractis omnibus, digeſto et auctо numero,*

Digitized by Google

mero; opus in quinque millia extendit. Ex quo quidem Diacono emendandus idem Isidorus, in hisce verbis: *Post eum tertius Persannius Philargyrus*; legendum enim *post eum Samius Philargyrius*, quod non aduertit Lipsius. (2) † Commentarius compendiose scriptus, seu primarium exemplar notis descriptum. Flos Histor. Cod. reg. 5515. (3) Notae Musicae, quae in Libris Ecclesiasticis, singulis vocum syllabis superaddebantur. Capitulare Aquisgranense ann. 879. cap. 70. et Capitul. Caroli Magni lib. 1. cap. 68. lib. 6. c. 277. *Psalmos, Notas, cantus, compotum, Grammaticam per singula Monasteria, vel Episcopia discant.* Ioan. Sarisberiensis lib. 1. Metalogici cap. 20. *Nec miretur quis tantam vim fuisse in Notulis, cum et musici cantores paucis characteribus multas acutarum et grauium differentias indicent vocum. Et ob hoc quidem characteres illos musicae Claues dicunt.* Ademarus in Carolo Magno a. 787. *Et omnes Franciae Cantores didicerunt Notam Romanam, quam nunc vocant Notam Francisçam: excepto quod tremulas, vel vinnulas, siue colligibiles, vel secabiles voces in cantu non poterant perfecte exprimere Franci*, etc. Ingulfus pag. 886. *Missae, quae cum Nota canuntur*, id est, cum modulatione musica, libro notis musicis notato coram proposito. (4) Cantus, quomodo *Note* vsurpant e vulgo Galli. Tidericus Langenius in Saxonia:

Restant alaudae, quae subsistunt sine fraude,
Perque suas Notas rudes sistunt idiotas.

Iam vero qualis olim fuerit Cantus, quem Gregorianum dicimus, et an notis, quibus vulgo vtimur, musicis constiterit, non omnino constat: quamquam id minus vero consentaneum videtur, cum eiusmodi notas multo post adinuentas tradant plerique. Incertum etiam, an earum vice adspersa fuerint literis alphabeticis, quae vocis tonos denotarent, Antiphonaria et Gradalia, vti postea factitatum palam [illegible] deatur id diserte indicar[illegible] dus Iunior de Casibus S[illegible] cap. 4. vbi de Petro, vn[illegible] e Cantoribus, quos Rom[illegible] am ad Carolum misit Adr[illegible] tifex, verba facit: *In* [illegible] (Antiphonario) *primus* [illegible] *Alphabeti significatiuas notulis* [illegible] *bus visum est, aut susum, aut in* [illegible] *aut ante, aut retro, assignari excog[illegible] uit: quas postea cuidam amico q[illegible] reuti Notker Balbulus dilucidauit.* (5) Instrumentum Notariorum, qui inde Gallis *Gardenotes* dicuntur, seu Instrumentorum custodes. Concilium Auenionense an. 1279. can. 14. *Statuimus, quod tam haeres quilibet, quam notarius, qui Notam cuiuslibet receperit testamenti, etc.* Commentariolum intelligo, qui compendiariam rei rationem complectatur, vt et in Extracto ann. 1336. e venditione partis vrbis Massil. a Benedicto Episc. facta Carolo Andegau. Prouinciae Comiti ann. 1259. ex Schedis Praesidis de Mazaugues: *De Notis et abreuiaturis in dictis cartulariis contentis facere publica instrumenta.* Aliud extractum an. 1430. ex Homagio ab incolis Masalgii suo domino Galterio de Vlmeto an. 1371. praestito, ex iisdem Schedis: *Et me . . . Notario qui . . . . et de ipsis Notam recepi, ex qua hoc instrumentum publicum in hanc publicam formam per aliam manum scribi, redigi et grossari feci, aliis negotiis occupatus, virtute gratiae regiae mihi benigne concessae, hicque manu propria me subscripsi, quia inueni concordare inuicem.* Hic tam prima perscriptio, Gallis vulgo *Minute*, intelligi potest, quam commentariolus: et certe pro primario eiusmodi scripto, seu *matrice siue imbreuiatura*, vt verbis vtur Statutorum Rom. lib. 1. c. 149. accipienda vox *Nota* in Edicto Philippi Pulcri an. 1304. to. 1. Ordinat. Reg. pag. 177. (6) Alia notione, V. in *Noda*.

NOTABILIS, suspectus, nota dignus. Literae Henrici III. Angl. Regis an. 1262. ap. Rymer. to. 1. p. 737. *Praesertim cum ipse nullo prorsus tempore aliquem*

Digitized by Google

aliquem de regno noſtro Notabilem reddiderit, nec diſſenſionem ſeu diſcordiae ſcrupulum cum aliquo ex aliis alio praetextu habuerit. Aliquot e Latinis Scriptores hanc quoque vocem interdum in malam partem acceperunt, vt Quintilianus: *Notabile verbum et veluti macula.* Rurſus: *Notabilia ad reprehenſionem. Notabilis foeditas*, apud Plinium lib. 36. cap. 5.

† NOTABILITER, iure indubio, ſine vlla controuerſia, Ch. a. 1203. to. 10. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 336.

NOTABVNDVS, celebris. V. S. Guthlaci to. 2. Aprilis p. 46.

NOTACVLVM, nota, ſignum. Minutius Felix in Octauio cap. 31.

NOTAMEN, nomen, vel ſignum. Adrevaldus in Hiſt. translationis S. Benedicti et S. Scholaſticae n. 7.

NOTAMENTVM, annotatio. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. in Actis SS. Iunii to. 3. p. 1.

NOTARE. (1) Notis exſcribere, apud Quintilianum in Praefat. libr. de Inſtitut. Orat. V. *Nota 1.* (2) notas muſicas libris eccleſiaſticis adſcribere. Sanctus Anſelmus lib. 1. Epiſt. 21. *Suis vos precibus ad Notandum Antiphonarium adhortare deſiderat.* Ademarus in Vita Caroli Magni: *Antiphonarios Sancti Gregorii, quos ipſe Notauerat nota Romana.*

† NOTARE, ſubſcribere, ſignum ſeu *notam* apponere. Ch. a. 1342. to. 9. Ordin. reg. Franc. p. 42.

NOTARIA, ſeu NOTORIA. (1) Scriptura, qua notum aliquid fit, relatio. Gloſſae vett. *Notoria, ἀναφορά.* Gloſſae Gr. Lat. *Μήνυσις, Indicatio, Notaria, Indicium.* Acta S. Maximini Martyr. *Cum Centenarius diceret Notariam ſibi datam eſſe, qua contineretur eam fingere dixit: An non eſt veriſimile me mentiri, et illum verum dicere, qui Notariam falſam dedit?* (2) Munus Notarii Ch. Mſ. a. 1257. *Notarii a dicto domino Epiſcopo creati non poſſint exercere officium Notariae, niſi in terra domini Epiſcopi.* (3) † Forenſe tabularium, Gall. *Greffe.* Ch. Mſ. a. 1319.

NOTARIATVS, eadem notione, Gall. *Notariat.* Edictum Philippi Pulcri a. 1304. tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 419.

† NOTARIVM, charta, inſtrumentum a Notario digeſtum. Pact. Mſ. inter Pontium Epiſc. et gentes reg. Biter. V. *Notula.*

† NOTARIVS, adiect. notabilis, praecipuus. Flmham. in vita Henr. V. c. 67.

NOTARIVS. Notarii dignitas varia ac diuerſa fuit in Palatiis Imperatorum. Alii enim et in iis praecipui erant, qui *Notarii* et *Tribuni*, ſeu *Tribuni Notariorum* dicebantur, de quibus in voce *Tribunus.* Alii erant *Tribuni et Notarii Praetoriani*, qui ex Cornicularibus et Primiſcriniis officii Praefecturae Praet. ad eum locum peruenerunt, vt docet Senator lib. 6. Ep. 3. lib. 11. Epiſt. 20. Tertii denique erant *Notarii et Domeſtici*, vt eſt in leg. 2. et 3. Cod. Th. de Primicerio et Notariis. De ſingulis multa congeſſere Pancirolus Notit. Imper. Gutherius de Officiis domus Aug. Sirmondus ad Sidonium, Henric. Valeſius ad 17. Marcellini, Cuiacius, Iacobus Gothofredus ad Cod. Theod. etc. NOTARII, incerta notione, Statuta Aſtenſ. f. 16. vo. c. 3. *Iuro . . . quod non ſum homo alicuius Marchionis, nec vaſſallus vel Comitis, vel Comitiſſe de Lumbardia, exceptis Comitibus de Lumelo, ſi fuerint Notarii et Epiſcopi Aſtenſ.* NOTARII ECCLSIAE ROMANAE, apud Gregor. M. lib. 2. Ind. 11. Epiſt. 54. Hi Epiſtolas ſummorum Pontificum ſubſcribebant, vt idem teſtatur lib. 4. Epiſt. 25, NOTARII EPISCOPORVM, eorum ſcribae, qui vt plurimum aſſumebantur ex Clericorum ordine, et in Eccleſiis munia alia obibant Eccleſiaſtica, vt ex libro Sacramentorum Gregorii colligitur: *Et tunc illuminantur duo cerei, quos tenent duo Notarii*, etc. Epiſcopi plerique non vnum dumtaxat, ſed plures habuere Notarios, quorum primus *Cancellarii* nomen ſibi ſumebat, imo et *Archicancellarii*, vt patet ex litteris Wifredi Epiſcopi Virdun. quas laudat Mabillonius Diplom. p. 124. Diſtincti fuiſſe videntur Epiſcoporum et Capitulorum Cancellarii. Hi dicebantur *Sigilliferi* et

Digitized by Google

et *Regiſtratores*, quibus in annum Capituli ſigilla et regiſtra committebantur, vt in Decretis Eccleſiae Lugdunenſis legiſſe ſe teſtatur Mabillonius loco citato: qui ibidem memorat *Sigilliferum et Regiſtratorem*. NOTARII ABBATVM. Abbatibus ſuos etiam fuiſſe *Notarios* ſeu *Cancellarios* patet ex Caroli M. Capitularii I. an. 805. in quo ſtatuitur cap. 3. *Vt vnusquisque Epiſcopus et Abba et Comites ſuum Notarium habeant*. NOTARII REGIONARII, dicti ſeptem Notarii Romae a S. Clemente PP. primum inſtituti. Anaſtaſius in S. Clemente. † NOTARII CAVSSARVM, Gall. *Greffiers*, in Stat. comit. Venaiſſ. NOTARII REGIS apud Gallos, alii olim fuere ab iis, quos *Secretarios Regis* vocabant, quod potiſſimum colligitur ex ſtatuto dato Lorriaci pro Hoſpitio Regis Philippi M. an. 1317. Sed poſtmodum vnita eadem munia. De *Notariis* plura Mabillonius lib. 2. de re Diplom. integris capp. 11. 12. 13. de Lauriere in Gloſſario iuris Gallici, ac praeſertim tom. 1. et 2. Ordinat. Reg. paſſim: quorum omnium indices locupletiſſimos conſulere potes ad calcem. NOTARII SACRI PALATII, ſaeculo XI. frequenter memorati, apud Puricellum p. 372. 416. 430. etc. NOTARIVS SECVNDI SCRINII, in Annalibus Bertinianis ad an. 877. PRIMICERIVS NOTARIORVM, in Notitia Imperii p. 61. 146. apud Senatorem lib. 6. Ep. 16. *Primicerius Notariorum Caſtrenſis ſacri Palatii*, in Notitia Imperii pag. 3. 114. PRIMICERIVS NOTARIORVM, Eccl. Romanae, qui poſtmodum *Protonotarius*, apud Greg. M. lib. 2. Ind. 11. Epiſt. 22. Paulum Warnefridum lib. 4. de Geſt. Longob. cap. 24. etc. Anaſtaſius in S. Iulio PP. PROTONOTARIVS, *Primus inter Notarios*. Ammiano lib. 25. dignitas Palatina; apud Socratem lib. 7. cap. 23. Codinum de Offic. cap. 2. n. 57. etc. PROTONOTARIVS, apud Gallos interdum dictus ſummus Cancellarius. Sic Hadrianus PP. I. in Epiſt. 85. Codicis Carolini *dilectiſſimum Protonotarium* vocat Radonem Abb[illegible] quem in ſerie Cance[illegible] mus fuiſſe Caroli M. ſ[illegible] cellarium. Eadem ratio[illegible] Imp. Hilduinum S. Ger[illegible] ſis Abbatem *Archinotarium* vt iam dictum in *Archino*[illegible] *Archinotarius* alter memor[illegible] chicancellario diſtinctus ſu[illegible] co Pio. PROTONOTARIVS δεόμου, apud Nicetam Cho[illegible] Publici curſus. V. Gloſſar. m[illegible] Graecitatis in *Νοτάριος*. PROTONOTARIVS THEMATIS, ſeu prouinciae, apud Leonem in Tacticis c. 4. num. 31. vbi de eius officio, qui in Gloſſis Baſilic. dicitur, *ὁ τοῦ θέματος διοικητής*. PROTONOTARIVS in Eccleſia Conſtantinopolitana eſt *πρῶτος τῶν πατριαρχικῶν Νοταρίων*, ap. Goarum ad Codinum p. 5. 12. vbi de eius Officio plura. PROTONOTARIVS APOSTOLICVS, cuius munus deſcribit Chriſtoph. Marcellus in Ceremoniali Romano lib. 3. p. 317.

NOTATOR. (1) Qui libris eccleſiaſticis notas muſicas adſcribit. Bernard. Monach. in Tract. de ratione cantandi Gradale. (2) † Notarius. B. de Amor. in Spec. ſacerdot. Mſ.

NOTATVRA, ars ſcribendi notis, vt videtur, vel notas muſicas libris eccleſiaſticis apponendi. Chron. Windeſim. lib. 2. *Qui tunc temporis mirabilem in fractura et Notatura monaſterium noſtrum non habuit*. V. Nota.

NOTESCERE, notum facere. Concil. Tolet. III. inter Hiſpan. tom. 2. p. 338.

NOTHI CANTVS, V. in *Cantus* 1.

NOTIFICARE, notum facere, in leg. 5. D. de Iure immunit. et alibi non ſemel.

NOTIFICATIO, ſignificatio, declaratio, Practicis Gallicis *Notification*, apud Murator. to. 8. col. 579.

† NOTINVS, ſignificans, in Stat. Carcaſſ. a. 1466.

NOTIO, pro *Notitia*. Charta S. Bonifacii apud Brow. lib. 1. Antiq. Fuld. cap. 4.

NOTIOSVS, pro *Notitioſus*, V. in hac voce.

NOTI-

Digitized by Google

NOTITAS, notitia, euidentia. Proceſſus de Vita S. Yuonis, tom. 4. Maii p. 578.

NOTITIA. (1) Inſtrumentum, quod de re inter praeſentes in re quapiam geſta, nec ſcripto mandata, aut in chartas relata, ad hoc vocatis teſtibus, conficiebatur, vt praeſentibus poſterisque nota fieret : et in poſterum nullus de ea dubitandi locus orietur. Nam cum primis iſtis ſaeculis ea eſſet fidei inter homines integritas, vt ſolo verbo, certisque traditionum ſeu inueſtiturarum adhibitis formulis et ritibus, praedia Eccleſiis aliisque conferrentur ac traderentur ; interdum, et vt plurimum coram teſtibus, ad maiorem firmitatem, donatariis ita poſtulantibus, Charta conficiebatur ad poſterorum *Notitiam*, quae et rem donatam et collatam, donatoris nomen, traditionis ritum ac formulam, teſtes, qui adfuerant, annumque menſem ac diem continerent. Vnde *breue memoratorium, ſeu recordationis* crebrius appellatur in Tabulario Caſaurienſi : *Decretum ſecuritatis et firmitatis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam, etc.* In Charta ann. 1152. in Hiſtoria Bellunenſi p. 77. *Breue recordationis memoriam retinendum.* Atque eiusmodi Notitiae ſecundum contractus naturam variis ſortiebantur appellationes. Aliae enim dictae *Warpituriae*, quibus quis rem aliquam dimittebat, vt in Tabulario Perſienſi Ch. 26. *Traditionales*, quae rei traditionem continerent, Ch. 2. *Traditoriae et reueſtitoriae*, apud Perardum in Burgundicis pag. 172. *Sacramentales*, quae ab teſtibus poſt edita ſacramenta firmabantur, in eodem Tabulario Perſienſi Ch. 16. Notitiarum aliae ab ipſis partibus, id eſt, donatoribus et donatariis, ſubſcribebantur, cuiusmodi paſſim obſeruare eſt. Eiusmodi notitiarum mentio poſt annum 1100. rarius occurrit. Porro de vocis *Notitia* notione apud Scriptores Latinos, egit Pancirolus ad tit. Notitiae Imperii. V. Mabillonium to. 9. Vitar. SS. Ordin. S. Benedicti pag. 761. et lib. 3. de Re diplom. c. 4. (2) NOTITIAM FACERE, pro *Notum facere*, in Legibus Luitprandi Regis Longobard. tit. 17. §. 1. tit. 52. §. 1.

† NOTITIALIS RECORDATIO, inquiſitio iuridica per teſtes, qua quid notum fit. Ch. Mſ. an. 1170.

NOTITIOLA, parua notitia, modica ſcientia. Tortarius in Miraculis S. Benedicti c. 25.

NOTORIA, epiſtola, qua aliquid Principi aut Magiſtratui notum fiebat. Trebellius Pollio in Claudio ex Epiſtola eiusdem Claudii. In Gloſſis Iſidori, *Notoria*, *elogium*, *textum malorum dictorum*, *quod Notoriam dicunt*, appellatur : ſcilicet libellus accuſatorius, ſic dictus, quod in eo reus *notetur*. Ita vſurpat Auguſtinus Epiſt. 159. V. *Notaria* 1.

NOTORIANS FAMA, qua quid notum fit et vulgatum. Bulla Benedicti XIII. PP. dicti a. 1401. to. 6. Spicil. Acher. p. 182.

† NOTORIARE, notum facere, in Proceſſ. Mſ. contra ſpoliatores theſ. Clem. V.

NOTORIETAS, peruulgata notitia, Gall. *Notoriété*, euidentia, in Proceſſu de B. Hermanno Ioſeph. tom. 1. Aprilis p. 720.

NOTRIA, *triae*, *pinna*, apud Ioh. de Ianua.

† NOTRIMINA, nutricatus animalium, et animalia ipſa, i. q. *Nutrimen*. Ch. a. 790. apud Murat. to. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 561.

† NOTTOLA, vox Italica, feneſtrae obex, repagulum. Acta Mſ. notar. Senenſ.

NOTVLA. (1) Charta, ſcriptum. Charta Henrici Marchionis Miſnenſis an. 1234. apud Ludewig. tom. 1. p. 51. (2) Commentariolus, vel perſcriptio, Gall. *Minute*, ſeu, vt habet Ioan. de Ianua, *Breuis, lucida et aperta traditio eorum quae ſunt alibi diffuſius pertractata ; Notule*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm. Edictum Philippi Pulcri Franc. Regis ann. 1328. apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 491. (3) NOTVLA CODICALIS, CVRTANA, FORMATA, POSTICALIS, etc. V. *Scriptura*.

† NO-

† NOTVLATOR, qui libris ecclesiasticis *notulas* musicas adscribit. Com. pur. fabr. S. Petri Insul. a. 1493. V. *Notator.*

† NOTVLATVS CANTVS, qui notis musicis exequitur. Stat. eccles. Paris. Ms. a. 1408.

† NOTVS, pro Nothus, in Glossar. Prouinc. Lat. Cod. 7657.

NOVA, vox Italica, res noua, nuntius, Gall. *Nouvelle*, in Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 496.

NOVACVLATOR, f. qui secat seu effodit cespites ad munitionem vrbis, de qua Lambertus Ardensis apud Ludewig. to. 8. p. 600. *Fossarii cum fossoriis, ligoniſtae cum ligonibus, picatores cum picis, malleatores cum malleis, Nouaculatores siue rasores cum rasoriis, paratores quoque et wallatores, et deuparii, et hiatores, etc.* V. *Rajor 1.*

NOVALE, NOVALIS AGER. Varie haec vox accipitur : interdum enim pro terra prosciſſa, quae anno ceſſat, interdum pro agro, qui de nouo ad cultum redigitur. Petrus Crescentius lib. 2. de Agricult. cap. 18. *Ager, qui noualis ab antiquis ſapientibus vocatur, eſt duplex : vnus quidem, qui primum ad cultum redactus eſt : alter autem, ad quem interpoſitis quibusdam quietibus neceſſe eſt ſuam redire nouitatem, ſicut eſt ager, qui duobus annis ſeminatur, in tertio quieſcit, etc.* Gloss. MS. *Noualis ager eſt primum proſciſſus, vel qui alterinis annis vacat, cauſa nouandarum virium. Noualia enim ſemel cum fructu, et ſemel vacua ſunt. Noualia, agri a nouando per ſingulos annos dicti. Nouales campi, vt ſiluae nuper ſatae.* Eadem ferme habet vetus Agrimensor p. 299. NOVALE, priori notione. Papias : *Naualis ager dicitur, qui vacat anno intermiſſo.* NOVALE, vel *Noualem agrum* altero significatu sumi potissimum in Chartis Pontificiis, obseruat Innocent. III. PP. in Decretal. Greg. lib. 5. c. 21. pro agro scil. *qui de Nouo ad cultum redigitur, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuiſſet.* Gloss. antiquae MSS. *Nouales campos, vel ſiluas ſuperſatas.* NOVARE, ad cultum reduc[illegible] re. Tradit. Fuld. lib. 3.

NOVALIS, nouus. M[illegible] monis de Lipnica, tom. [illegible] 567.

NOVALITAS, res noua, *veauté :* quae vox in prau[illegible] saepius accipitur. Charta apud Menestrium in Pr[illegible] Lugdun. p. 93. col. 1. V.

NOVANA, preces Nouendi[illegible] *Neuvaine.* Vita S. Philippi [illegible] Bituric. apud Marten. to. 3. col. 1491. V. infra *Nouena.*

NOVANIA, eadem notione, in St[illegible] tis MSS. Ecclesiae Andegau. ann. 1591.

NOVARE, V. *Nouale.*

NOVARIA, meretrix, V. in *Centrix.* † Mendose pro *Nonaria*, V. in hac voce.

NOVATIO. (1) Idem quod *Nouale.* Priuilegium Lotharii Imp. an. 1136 in Actis SS. Iunii tom. 5. pag. 485. (2) V. alia notione in *Nouitium.* (3) † Nouus seu recens fotus ; dicitur de feris iunioribus, to. 1. Annal. Praemonstr. Probat. p. 645.

NOVEGELDI, V. infra in *Nouigildum.*

NOVELLA. (1) Idem quod *Nouale*, secunda notione. Charta an. 971. ap. Menestrium in Probat. Hist. Lugdun. p. XXXVIII. col. 1. (2) Ioanni de Ianua, *Ramus arboris tener, nouus. Pſalm. Fili, tui ſicut Nouellae oliuarum.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Novella, Ram d'arbre tendre et nouueau.* In Psalmo olea ipsa tener et iunior intelligenna est, non ramus. (3) NOVELLA SILVA, f. recens consita vel caesa. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. *De vinea aripenna V. de prato arip. V. de ſilua Nouella bun. 6.* (4) NOVELLAE, *ſuggeſtiones*, in veteribus Glossis MSS. ad Canon. Concilior. Idem Codex, qui est ex Bibl. Reg. *Eodem tempore, cum multi Nouellis gauderent, quod Conſtantinus baptizatus a Sileſtro Epiſcopo vrbis Romae emundatus fuiſſet a lepra, etc.* (5) NOVELLAE, ita recentiores constitutiones suas appellarunt Imperatores ; quod

nomen

nomen, inquit Antonius Augustinus, vetustissimum est, et a pluribus Imperatoribus post Theodosianum Codicem editum et vsurpatum, et quo Iustinianus ipse vtitur frequentius in his eisdem Legibus appellandis. *Nouellas* autem cum appellat Accursius, Iuliani editionem intelligit, cum barbaram Translationem Bulgari tempore factam, *Authenticam* appellauit.

NOVELLARE. (1) Silvestrem agrum extricare, agrum ante incultum colere. *Nouellabam nuper in agro*, in Vita S. Hugonis Abb. to. 3. Aprilis p. 646. Verbum Suetonio notum in Domitiano cap. 7. pro Vites pangere: *Edixit, ne quis in Italia Nouellaret, vtque in prouinciis vineta succiderentur.* (2) Renouare. Miracula S. Gengulphi, to. 2. Maii pag. 651. *Euangelium nobis miraculum innouatur, antiquatum itidem Nouellatur.* (2) Noua nunciare, scribere. Epistola Sigismundi Rom. Regis ad summum Pontificem circa an. 1412. ap. Marten. tom. 1. Anecd. col. 1744. Italis *Novellare*, fabellas et nugas garrire est.

NOVELLASTER, nouus, nouellus. Marculfus Empir. c. 8. *Vinum optimum, sed Nouellastrum.*

NOVELLETVM, Νεοφυτεῖον, in Glossis Graec. Lat. Ibidem: Νέόφυτον, *Nouellum.* Vinea nouis vitibus consita, Paulo IC. leg. 6. Dig. de impensis in res dotales factis: Hac notione in Statutis Vercell. lib. 5.

NOVELLITAS, nouitas. Tertull. adu. Praxeam c. 2.

NOVELLVM, V. *Nouelletum.*

NOVEMDIALE, V. in *Nouenarium.*

NOVEMGELDVM, V. in *Nouigildum.*

NOVEMPLICITER COMPONI, debet furtum in Ecclesia commissum, Iuxta Legem Alaman. tit. 5. §. 1. V. infra *Nouigildum.*

NOVENA. (1) Preces seu Missae per nouem dies continentes pro defunctis celebrandae, (‡ vel pro recuperanda sanitate, vel ex alia quauis religionis causa,) Gall. *Neuvaine.* Testamentum Gregorii XI. PP. apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 677. *Successor cum dictis executoribus de pannis aureis et sericis, luminaribus, facibus, Missis et eleemosynis tam in Ecclesia de doniis in depositione corporis nostri et per Nouenam, quam in itinere et Monasterio Casae-Dei, habeant disponere et ordinare, sicut decet honorem Ecclesiae sanctae Dei.* (2) Mensurae frumentariae species. Charta fundationis Abbatiae Sorpiensis in Dioecesi Regiensi in Prouincia, an. 1255. *Dedit dicto Monasterio dotando illud decem Nouenas bladi, quas habet Ecclesia Vallis Moynae, et octo Nouenas, quas habet in Ecclesia de Montemeiano.* Nouena apud Dumbenses paulo minor Lugdunensi, continet mediam *asinatam*, seu *nouem cupas* vel *bichetos*, a quo numero Nouena dicta. V. Colletum in suis Notis ad Statuta Sabaudiae part. 2. p. 75. (3) Munus rerum nouarum, diuersarumque, vt sunt panni ex seta confecti, scarlati, resque aliae, quae a Legatis Principibus offeruntur. Ita Iosephus Barbarus in Itinerario ad Fanaim pag. 445. (4) Decimarum pars, apud Indos Hispanos, de qua in Synodo Limae an. 1586. inter Hispanica to. 4. p. 4. 4.

NOVENARIVM, vt Nouena. Hispan. Novenario, Gall. Neuvaine. Testamentum ann. 1286. to. 2. Hist. Dalphin. p. 61. *De quibus* (10000. solidis coronatis) *volo fieri dictum lectum meum et exequias meas et Nouenarium meum, etc.* Quibus in locis *Nouenarium* inter et *Nouemdialia* discrimen apparet, in eo forte situm, quod *Nouenarium* fuerint Missae per nouem continuos dies celebratae, *Nouemdialia* vero totidem officia feralia iisdem nouem diebus continuis peracta. V. *Nouendium.*

NOVENARIVS. (1) Nouem Psalmi, qui cantantur in Matutinis, apud Vdalricum lib. 1. Consuetud. Cluniac. cap. 12. et Bernardum Mon. in Ordine Cluniac. part. 2. c. 15. (2) Qui nonam fructuum domino persoluit, nisi fallor. Fori Oscae ann. 1247. fol. 31. *Emptio haereditatis Iudaei et Saraceni Nouenarii, aut tributarii domini Regis omnibus cuius-*

Digitized by Google

cunque conditionis sint, maneant interdicta. V. *Nouennarius.*

NOVENDIVM, luctus nouem dierum, qui, vt ait Donatus, parentalia concludit, quique apud Latinos *Nouendial* appellabatur, vt testatur Augustin. qui in exsequiis Christianorum nonum hunc diem celebrari improbat. Gloss. Lat. Gr. *Nouemdialia*, Ἐνάται ἐπὶ νεκροῦ ἀγόμεναι. Alcuinus lib. de Diuin. offic. sub finem.

NOVENGELDVS, V. infra *Nouigildum.*

NOVENNARIVS, NOVENNARIA. Vitalis Episc. Oscensis ap. Blancam in Com. Rerum Aragon. pag. 728. *Quinetiam Dn. Rex secundum melioratione̅ et deteriorationem loci auget vel minuit quantitatem. Vbi autem sunt* Nouennarii, *precaria non exigitur, sed ipsammet* Nouennariam *percipit Ricus homo.* V. *Nouenarius.*

NOVENSE, f. nona pars ex aliqua re. Charta ann. 1268. ex Archiuo Episcopatus Massil. *In proprietato ipsius Episcopi totum* Nouense *de sulibus et tertiam partem lesdae et in toto stagno dominium.*

NOVENSILES, *id est, nouem salientes vel saltatores Iouis*, apud Papiam. Ioh. de Ianua: *Nouensiles a nouem et salio, dii sic dicti, quia nouem insultibus nauem infestant, vnde dicunt, quod si enaserit nauis decimum insultum non demceps timet.* Vnde haec hausta? Deos Nouensiles appellabant Romani, vel a nouenario numero, vel a nouitate, quasi recens essent facti Dii, vt fuse deridens exposit Arnobius lib. 8. Quidam *Nouemsides* vel *Nouensides* vocant, quod eadem sede, qua Dii, consedere fingerentur, vt habet Marius Victorinus lib. 1. Artis Gram. cap. de Orthographia. Varro lib. 4. de Lingua Lat. *Feronia, Minerua, Nouensiles a Sabinis.* Hinc Vossius suspicatur vocis etymon non esse a Latino ducendum. Ex Martiano Capella, qui coelum omne in sexdecim regiones diuidit, in secunda inter alios collocantur *Lymphae Diique Nouensiles.* V. Giraldum Syntagm. 1. Hist. Deor. fol. 19. Caelium Calcagninum lib. 1. Epist. 29.

NOVENVS, nonus. *Nou*
Charta ann. 1445. apud
11. pag. 90. *Noueni*, p
vsurparunt Liuius lib. 27.
lib. 3. cap. 11.

NOVERCA. (1) Mater vxoris.
ta Thessiacensis in Dumbis a
(2) Hygenus de Castramet
Iniqua loca, quae a prioribus
cae appellantur, omni modo
debent. Occurrit apud Agrime
metaphora ducta a nouercis,
genus mulierum solet esse pessim
est apud Anonymum de Mirac. in
Circumlatione S. Vrsmari per Flandriam, n. 4.

† NOVERCALE, infortunium, calamitas; metaphora ducta a *nouerca.* V. in hac voce. Ch. Ms. a. 1317.

NOVERCARI, *more nouercae se habere, saeuitiam nouercae exercere*, Ioan. de Ianua. Charta ann. 1213. tom. 2. Rerum Mogunt. pag. 757. *Ne rerum effectui racionabilium diuturnitate temporum oblinaleat Nouercari. Nouercante fortuna*, in Litteris. a. 1440. apud Rymer. tom. 10. pag. 787. et alibi: quod improbat Vossius lib. 4. de Vitiis sermonis.

† NOVERIA. Ch. Ms. Sancii reg. Nauar. aerae 1246. *Quod non peccent ad ricominem, neque ad villam hominem, villam Noueriam* (sic) *neque carnale, neque cenam, neque villam alteram causam.* Forte leg. *villam Noueriam*, ita vt *Noueria* idem sit quod mox *Nouia.*

† NOVIA, vox Hispan. noua nupta. Ch. a. 1273. to. 4. Hist. Occit. Prob. p. 59.

NOVICVPLVM, vt *Nouigildum.* Lex Baiwar. tit. 8. §. 6. *Si quis alienum seruum ad furtum suaserit . . . . in Nouicuplum compositionem cogatur exsoluere.*

NOVIGALE. Thwroczius in Ludouico Rege Hungar. c. 27. *Item tertia vice circa fluuium Brentham Nouigale contra Theutonicos et stipendiarios Venetorum transpassato flumine super equos cum magno periculo propter fluminis profunditatem, etc.*

NOVIGILDVM, NIVNGELDVM, mulcta pro re qualibet ablata furto aut alio quouis modo, qua reus nouies

Digitized by Google

uies eiusdem rei pretium reddere tenetur. V. *Geldum*. Lex Burgund. tit. 8. §. 2. *Si autem permissus iurauerit, et post sacramentum potuerit forte conuinci, in Nouigildo se nouerit redditurum*. Lex Alem. tit. 7. §. 1. *Si quis res Ecclesiae furauerit . . . tres Nouigildos soluat*. Tit. 72. §. 1. *Ille fur furtiuum reddat Nouemgeldis*. Tit. 76. *Nouemgeldo soluatur*. Tit. 99. §. 6. 11. 15. etc. *Nouem geldos componat*. Lex Baiwar. tit. 1. cap. 3. §. 1. *Si quis res Ecclesiae furauerit, . . . de qualicunque Niungeldos soluat, id est, nouem capita restituat*. Tit. 2. cap. 13. §. 1. *Triunium geldum componat, hoc est, ter nouem doues homo, seruus vero Niungeldo soluat*. Tit. 8. cap. 1. *Niungeldo componat, hoc est, nouem capitalia restituat*. In Lege Frision. tit. 20. *Nouies componere, Nouem Weregildos componere*. *Nouengeldus*, in Capitulari 3. ann. 813. cap. 23. V. *Niungildum*. Hinc emendandae videntur Leges Rotharis art. 262. 263. 264. et 265. apud Murator. tom. 1. pag. 37. col. 2. vbi male, ni fallor, *Nouum reddere* vel *componere* legitur, pro *Nonum*. Agitur enim de furtis, quae *Nonogildo* componi consueuerunt.

† NOVINVPTIAE, f. secundae nuptiae, vel nuptiarum post quinquaginta annos noua benedictio. Conc. Tortos. ann. 1429. ap. Labb. cap. 7. *Neque etiam missa pro nuptiis, vel sepulturis, vel nouinuptiis in domibus celebretur*.

NOVISSIMALIS, nouissimus, postremus. *Versus finalis siue Nouissimalis*, Mario Victorino lib. 2. Grammat.

NOVISSIMIOR, posterior. V. *Nouitior*.

NOVITAS. (1) Dignitas, seu muneris initia, adeptio. Charta A. Archidiaconi de Bria an. 1232. ex Tabulario Meld. fol. 65. *Notum facimus, quod nos pro Nouitate nostra . . . licentiam faciendi demandam in nostro Archidiaconatu . . . concessit Episcopus Meldensis*. (2) Vsurpario, cum quis alium interpellat in iure suo, Practicis Gallicis *Nouvelleté*. Querimoniae Flandrensium ad Anglos a. 1402. ap. Rymer. tom. 7. pag. 277. *Praesertim cum per habitatores ipsos Flandriae nulla est commissa super Anglicos Nouitas . . . tantum facere dignemini, vt praefatae Nouitates et consimiles amodo cessent, et factae, prout decet, restituantur*. Simili significatione etiamnum dicunt Galli *Nouveauteż*. V. supra *Noualitas*. (3) † Ager qui de nouo ad cultum redigitur. Ch. Ms. a. 1233. (4) † Iuuentus, in Chron. Alber. tom. 9. Collect. Hist. Franc. p. 58.

NOVITER, rursus, iterum, denuo, Gall. *de nouveau*. Ch. a. 1015. to. 3. Concil. Hispan. p. 136. col. 1.

NOVITIA, nouitas, Gall. *Nouveauté*. Edidit Baluzius to. 2. Capitul. Capitula Monachorum Sangallensium an. 817. hoc titulo: *Capitula Nouitiarum de his, in quibus praeceptum Regulae et Constitutiones Nouellorum Conciliorum acutius non considerare et promptius exercere iussio imperialis ammonet*. Nouas Constitutiones bene Mabillonius interpretatur saec. 4. Benedict. part. 1. p. 741.

NOVITIARI, *nouitiatum inire et fieri nouitium*, in Amalthea ex Concilio Turon. Regula reformationis Mellicensis in Chronico eiusdem Monasterii p. 345. col. 2.

NOVITII, qui in Monasterio religiosae vitae experimenta subeunt, et probationis elapso tempore, si idonei fuerint inuenti, ad professionem admittuntur. Conuentus Aquisgranensis an. 817. c. 34. *Vt Nouitio non facilis in Monasterium tribuatur ingressus*. Guigo I. Prior Portarum Ep. 3. *Incipientes quos Nouitios vocant, etc.* NOVITIVS fieri apud Monachos praeterea dicebatur, qui in poenam in Nouitiorum ordinem redigebatur. Statuta antiqua Ord. Cartusiensis 2. part. c. 14. §. 9.

NOVITIOR, posterior, recentior. Praefatio in Acta SS. Perpetuae et Felicitatis.

NOVITIVM. Vita S. Aicadri Abb. Genetic. cap. 25. *Quadam die, quae nominatur Sabbatum, quo solent Monachi exercere Nouitia, sanctus Dei famulus praecepit cuidam Monacho, procuratori suo, vt capillos sancti*

Digitized by Google

sui capitis cum forcipe adaequaret. Id est, forte, cum et comam et barbam *renouare* solent Monachi, singulis scilicet sabbatis: nam et *nouare barbam* dixerunt Latini. Arnobius: *Quid nouatio et reuelatio pudendorum?* Hinc *nouacula*, qua pili raduntur et nouantur. Capitulare Aquisgranense ann. 817. cap. 6. *Vt in Quadragesima, nisi in sabbato sancto, non radantur, etc.*

NOVITIVS, V. *Nouitii.*

† NOVITVS, de nouo ad culturam redactus. Ch. Ms. a. 1222. V. *Nouitas 3.*

† NOVIVM, gurges, in quem aqua ex molendino cadit, seu canalis aut alueus molendini, Gall. alias No. Ch. ann. 1154. tom. 1. Annal. Praemonstr. Probat. p. 293. V. *Noa 1.*

NOVOGESTA, noue ac recens gesta. Eginus Monachus in Vita sancti Ansouini Episcopi Camerini n. 4.

NOVVM, vulgo *Nouvelle.* Vgutio: *Rumor, murmur quod vulgo dicitur Nouum.* Occurrit non semel in Epistolis Marini Sanuti. V. *Nouella.* NOVVM COMPONERE, V. *Nouigildum.*

NOVVPLVM, idem quod *Nouigildum.* Lex Baiwar. tit. 18. §. 2. n. 3. *Si seruus furtiuo modo supradicto more occisus fuerit . . . . Nouuplum componat, id est, Centum octuaginta solidos.*

NOX. (1) Pridem a viris doctis annotatum, Gallos olim ac Germanos spatia temporis, non dierum sed noctium numero distinxisse ac finiisse, ex Caesare lib. 6. de Bello Gall. *Spatia omnis temporis non numero dierum, sed Noctium finiant.* Et ex Tacito de Morib. Germ. *Nec dierum numerum, vt nos, sed Noctium conputant, sic constituunt, sic condicunt, vt nox ducere diem videatur.* Abraham Ecchellensis in Historia Arabum cap. 11. vetustissimum esse Arabum institutum scribit, in ratione temporum non dies, sed noctes putare, cuius, inquit, ratio est, quod a neomenia suas supputationes exordiantur, et Lunam noctis dominam sequantur, ac ducem in hoc habeant. Creationis opus etiam a vespere accepisse ex his sacrarum [illegible] verbis colligunt: *Fact[illegible] spere et mane dies vnus.* [illegible] CRATA, quae diem Pasch[illegible] cedit, in qua Baptismus [illegible] tur, vt testatur Augustin. [illegible] Catechumenos. Senator l. [illegible] (2) Oneris aut seruitii spe[illegible] bularium sancti Vitoni Vird[illegible] *Census de aliis mansis et de [illegible] quae sunt in Monte sancti V[illegible] Virduni, pullos et oua ad Pasch[illegible] Festiuitatem sancti Vitoni, et ad Natiuitatem Domini. De integro mansi carrum dimidium, de carropera [illegible] den. Noctes 15. in Maio homo de capite suo tenens terram etc.* Infra: *Vnusquisque mansus in Maio soluit [illegible] den. et 24. Noctes etc.* Rursum: *Vnam carratam de virgis et 40. Noctes, et 12. croadas, vnam herba, alteram feni, etc.* Vbi *nox* videtur sumi pro opere vnius diei. V. Dies. (3) † Pridie, dies antecedens festum, Gall. ol. *Nuit.* Ch. Ms. ann. 1310. (4) † Occidens, Gall. ol. *Nuit.* Litt. remiss. Ms. a. 1469.

NOXALA, f. nux, Ital. *Noce, Nosella.* Statuta Montis-regalis p. 288. *Quae vendi solent per apothecarios specierum, excepta tamen triacha, confectionibus, ficubus, amandalis, Noxalis.* V. *Nosala.*

NOXIALIS, nocens. *Lex Noxialis,* 2. Prudentium in Cathemerino. *Primum Noxiale*, in Hymno *Pange lingua, etc.* NOXALIS, eadem notione. Lex 1. Dig. Si ex *Noxali causa: Noxalis actio, Iudicium Noxale* leg. 3. eod. tit. *Malum Noxale*, Tertulliano de Genesi c. 2.

NOXILIS, *nocens*, in Glossis Isidorianis.

NOYREGVERIVS, apud Prouinciales, qui alit oues, vt vendat, opilio. Sententia arbitralis inter Dominos et Communitat. Calliani ann. 1497. *Vltra modum inter Noyregueries obseruari solitum.* V. *Norigarius.*

NOYSIVM, V. *Noisia.*

† NOZELLVS. Ch. Ms. Senesc. Tolos. ann. 1323. *Item in deuerio consueto linguarum boum et vacarum ac tibiarum porcorum et nozellorum, collorum mu-*

Digitized by Google

mutonum etc. An idem quod supra *Nebulus?*

NVA. Pactum inter Venetos et Tragurienſes ann. 1322. apud Ioannem Lucium in Hiſt. Dalmat. lib. 4. c. 14. *Item, quod dictus Comes Tragurienſis non poſſit . . . . dona aliqua recipere, ... niſi* Nuas *et fructus recentes.* Forte *nuces*, ſeu potius *vuae.*

† NVBALIS. Ch. an. 744. apud Murat. tom. 5. Antiq. Ital. med. aeui p. 529. *Item omnem noſtram ſubſtantiam, quicquid habere videmur ibidem offerimus: id eſt . . . . terris; vineis, colonicas, pradis, paſcuis, nubalibus, montibus, ſeruis etc.* An pro *Vallibus?* An idem quod *Noa?*

† NVBATA, *Paqua de naue, o de niuiole.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

NVBEIAE, nuptiae, *Mariage.* Charta Willelmi Epiſcopi Inculiſm. a. 1206. in Tabulario ſancti Amantii. NOBIAE, eadem notione. Charta a. 1204. apud Catellum.

† NVBERCA, nouerca, in Cod. reg. 7530.

NVBERE, coire, miſceri. Capitul. Caroli Magni l. 6. c. 53. *Mulier, quae cum viro ſuo non poteſt* Nubere. Adde Fulbertum Epiſt. 64. Vetus Poenitentiale MS. *Qui in Eccleſia conſecrata* Nubunt, *6. dies.* Auctor de diſciplina Scholarium c. 2. *Quotidianis et vltra* Nuptiis *gaudebat, etc.* Ita Nuptias *facere*, pro *coire*, dixit Petronius. Sic etiam Graeci γάμον dixere. Sed et *innuptam* dictam Deiparam volunt, apud S. Auguſtinum Serm. 18. de Sanctis, et Epiſt. 3. ad Diaconum, quod ab omni venere impolluta, incontaminata, nec vlli vnquam viro cognita fuerit. RETRO NVBERE, in Poenitentialibus Libris. Poenitentiale MS. *Concubuiſti cum vxore tua, vel cum aliqua alia Retro, more canino, etc.* Aliud Poenitentiale MS. *Vxor poſt natam ſobolem abſtineat ſe Eccleſia, ſi filius eſt, dies 30. ſi filia, 40. Nam in tempore menſtrui ſanguinis qui tunc* Nupſerit, *30. dies poeniteat: qui Dominica, 7. dies. Si quis cum vxore ſua retro* Nupſerit, *40. dies poeniteat. Si in tergo, 3. annos, quod ſodomiticum ſcelus eſt.* Ibidem: *Si vir cum muliere ſua retro* Nupſerit, *poeniteat, quomodo de animalibus, id eſt, ſi in conſuetudine non erit, 3. annos.* Hincmarus de Diuortio Hhlotarii et Theodbergae: *Vxor domini regis Hhlotarii primo quidem reputata eſt de ſtupro, quaſi frater ſuus cum ea maſculino concubitu inter femora, ſicut ſolent maſculi in maſculos turpitudinem operari, ſcelus fuerit operatus, et inde ipſa conceperit.* Quod quidem peccatum *de Interfemore* inſcribitur in Poenitent. Egberti Archiep. Eborac. p. 17.

NVBES. Fleta libro 2. cap. 74. §. 15. ait oues ſaepe inter duo Feſta beatae Mariae in Auguſti et Septembris menſibus infirmari . . . . *per comeſtum cuiusdam nubis eſcaetae, quae tunc temporis cadere contingit, vel per comeſtum albarum teſtudinum.*

† NVBIARE, NVBIRE, nubere, vxorem ducere, to. 3. Hiſt. Nem. Prob. p. 154. V. *Nuptiare.*

† NVBICVLA, dimin. a *Nebula*, panis ſubtiliſſimi ſpecies, V. *Nebula 2.*

NVBIGER, *nubem gerens*, Iohanni de Ianua. *Portant nue*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Nubifer*, apud Ouidium non ſemel.

NVBIGOSVS AER, apud Claudium Mamertum lib. 1. de ſtatu animae c. 7. Nebuloſus.

NVBILVM. Regula Pauli et Stephani Abbatum, capite 11. *Aeſtatis tempore nulli liceat meridie praeter in ſuo lecto dormire, niſi forte iubente Priore ad Nubila pro cuſtodia arcae extra ſuum lectulum dormiat.* (Sub dio, Gall. *Dormir à l'air.*)

NVBILVS, coecus, ſaec. 4. Benedict. part. 2. p. 56.

NVBIRE, V. *Nubiare.*

NVBITARE. Papias: *Nubitant, Nubunt.*

NVBIVOLVS, qui per nubes volat, apud Pezium, to. 1. Anecd. part. 1. col. 5.

† NVBS, pro Nubes, to. 6. Sept. pag. 481.

† NVBTIAE, NVBTIALIS, pro Nuptiae et Nuptialis, in Ch. Mſ. ann. 1019.

Digitized by Google

† NVCA, f. pro *Nuſca*, eadem notione. Gloſſ. Lat. Gall. an. 1352. Cod. reg. 4120. *Nuca, Bandiaus.*

NVCARIVM, nucetum. Ch. Mſ. ann. 1210. V. *Nuclearius.*

NVCARIVS. (1) In Capitulari de Villis cap. 70. v. 6. Videtur legendum *Nuclearius.* V. in hac voce. (2) Nux arbor, Gall. *Noyer.* Tabularium S. Cypriani Pictau. fol. 47.

† NVCCIAE, pro Nuptiae, in Ch. contract. matrim. apud Salernum.

† NVCELLA, nux parua, in Areſt. Mſ. a. 1319.

† NVCELLETVM, dimin. a *Nucetum*, ager nucibus conſitus, in Tabul. S. Vict. Maſſil. V. *Nuſtarium* et *Nuſcentum.*

NVCERIVS, vt *Nucarius* 2. Charta a. 1163. ex Archiuo Radolienſi.

NVCHA, poſtica pars colli, Gallis *Nuque du col*, Germanis Nacken. Matth. Siluaticus: *Nucrati* (leg. *Nukati*) *locus, vbi collum cranco iungitur.* Conſtantinus Africanus lib. 1. Commun. loc. med. c. 3. *Cum enim multa membra a cerebro ſint remota, et viae longinquitate, eis denegetur ſenſualitas, vis quaedam cerebri data eſt ſpondylium medullis, quae quaſi medullae, Lingua Arabica vocantur Nucha.* Infra: *Eadem eſt Nucha quae et cerebri Natura.*

NVCICLA. Papias: *Nuciclam amygdalam quidam Nuclam vocant, quaſi minorem nucem.* Ioannes de Ianua: *Nucicula, Parua nux; Nucilla, Amygdala, ſcilicet minor nux.*

† NVCILLA, bombycis folliculus, in Areſt. Parlam. Mſ. a. 1345.

NVCINAE MENSAE, apud veterem Interpretem Iuuenalis. Sat. 11. verſ. 117. quae hodie paſſim in vſu apud Gallos, *Tables de noyers.* Harum etiam meminit Strabo Lib. 12.

NVCISPINEA, σφόβιλαι, in Gloſſ. Nuces pineae.

NVCLA, V. *Niciola.*

NVCLEARIVS, NVCLEARIVM. Iohann. de Ianua: *Nuclearius, arbor quae fert nuces; Nuclearium, idem, vel locus, vbi nuces creſcunt.* Charta ann. 1140. pro Monaſterio Vallis-Secretae ap. Sammarthanos in Gall. Chriſt.

NVCLEATORIVM, ager [illegible] conſitus. Hiſtoria Epiſcop[illegible] ſiod. c. 20.

† NVCLEATVS, *nucleis* ſeu [illegible] inſtructus et ornatus. Conſt[illegible] mel. Mſ. Part. 1. rubr. 11. [illegible] *dellus.*

† NVCLIRE, hircorum vox, [illegible] Gloſſ. Cod. 7657.

NVCVLA. (1) Forte pro *Nuſcula*, [illegible] *Nuſca.* (2) † NVCVLA, ORV[illegible] *ſompnii*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

NVDA, pro *Muda*, vt videtur, coetus, conuentus, conſilium. Statuta Arelat. MSS. art. 120. e Muſaeo D. Brunet: *Quicunque tenueris hoſtagium, nonobſtante iuramento poſſis venire ad coiſon* (ſic) *et conſilium, et Nudam, et in ſtadium, et venire ad domum Archiepiſcopi.* V. *Muta 6.*

† NVDEVS, *Noel*, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 7692.

NVDIBVCCIVS, imberbis, V. *Barbaſterili.*

† NVDILLV, i. q. *Nodellus*, vt videtur. *Nudillu vna cum gemmae duae*, in Ch. a. 1065. tom. 1. Hiſt. Caſſin. p. 254.

NVDIMANVS, qui manus vacuas et inanes habet, apud Eckehardum Iuniorem libro de Caſibus S. Galli cap. 1.

NVDIPEDALIA, Papiae, *Nudo pede deambulatio Iudaeorum.* Nempe nudis pedibus incedentes Iudaei plerumque ſacra celebrabant, et ieiunia, de quibus ſic Iuuenalis Sat. 6. vbi deſcribit Iudaeam:

Obſeruant vbi feſta Mero pede ſabbata Reges.

Quo referendum, id quod Ioſephus narrat lib. 2. de Bello Iudaico c. 15. Hieronymus L. 1. in Iouinianum: *Multa compellitur Apoſtolus velle, quae non vult. Circumcidit Timotheum, raſit in ſe caluitium, Nudipedalia exercuit et totondit Cenchris.* Adde Tertullianum de Ieiunio c. 16. et in Apolog. c. 40.

† NVDIVS, quondam, olim. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1408.

NVDVS, menſurae ſpecies. Charta Ludouici Pii Imper. apud Doubletum p. 740. *De lignis dentur eis menſu-*

rae,

Digitized by Google

rae, quae Nudi appellantur, mille centum. Legendum censerem *moli*, nisi Charta originalis, quam legi in Archiuo S. Dionysii, omnino praeferret *nudi.* † Leg. *Midi.* V. in hac voce.

NVGA, nugator. Gloss. Graec. Lat. Ἀχρεῖος, *nequus, spurcus, Nuga, nugator.*

NVGACIO, *Nugacion, mensonge*, in Glossis Latino-Gallicis Sangermanensibus MSS.

NVGACITAS, *falsitas*, in Barthii Glossario ex Hist. Palaest. Roberti Monachi. S. Augustinus Ep. 67. sub finem: *Omnis ab eo deleta est Nugacitas.*

NVGACVLVS, *aliquantulum nugax*, Ioh. de Ianua.

† NVGALE, animalis genus, in Gloss. ad tres libros Salomonis ex Bibl. Heilsbr. p. 54.

NVGALVS, nugator. Glossae Latino-Gallicae: *Nugalus, Petit Iengleur.*

NVGALISSIMVS. Regula sanctorum Patrum cap. 10. *Si casu quis Frater de cellula ex qualibet scandali causa exire voluerit, nihil penitus nisi Nugalissimo induatur vestimento, et extra communionem infidelis discedat.* Regula Sancti Macarii cap. 28. habet, *nisi in notatissimo vestimento*, id est, quod risum moueat occurrentibus. Holstenius, *parui momenti ac nullius valoris*, interpretatur.

NVGALITAS, σαπρότης, *nugacio.* Supplem. Antiqu. Aliae Gloss. Lat. Graec. *Nugalitas*, φλυαρότης.

NVGAMENTA, ὑθλήματα, Gloss. Lat. Graec.

NVGAS, *inutilis*, in vet. Onomast. ap. Turnebum lib. 28. cap. 6. *Nugas*, Σαπρὸς, in Glossis Latino-Graec. Sangerm. MSS. et aliis. Glossae Cyrilli: Σαπρὸς, *Nugatorius, Nugax, Foedus.* Pro *Nugax* fere *Nugas* dicebant antiqui, non male, vt *Nefas.* V. Priscianum lib. 5. Papias: *Nugas, Inutilis, qui ad nullam vtilitatem pertinet. Nugax, Mendax*, in Gasparis Barthii Glossario, ex Baldrico Dolensi.

† NVGEIR, nux, arbor, in Terrear. villae de Busseul.

NVGERCVLVS, nugax. Acta S. Molingi, to. 3. Iunii p. 407.

NVGEVM. V. *Nageum.*

NVGIDICVS, qui nugas dicit, apud Io. Sarisber. l. 2. c. 7.

† NVGIDVS, f. pro *Nugidicus.* Glossar. Prou. Lat. Cod. 7657. *Messoneguier, Prou. mendux, nugidas, nugax, nugatorius.*

NVCIGERVLVS, *turpis nuncius*, in Glossis Isid. *Mendaciorum nuncius*, in Barthii Glossario, ex Historia Palaest. Fulcherii Carnot. Plautina vox, si vera lectio, pro qua Lambino magis probatur *Nugiuendulus.*

NVGIPARVS, *qui parit nugas.* Gloss. Isid.

NVGIVM, pallium tenue, V. *Nageum.*

† NVGNATAS, *atis, l'abundanzia de sance.* Gloss. Lat. Ital. Ms.

† NVGRVS, nurus, filii vxor, in Ch. an. 859. apud Murat. tom. 1. Antiq. Ital. p. 755. V. *Nora.*

† NVINTAILIS, mendose, f. pro *minutailis*, filua caedua, ap. Oefel. t. 2. Script. Boic. p. 700.

NVLÆARE, *nihilare*, Iohan. de Ianua, *Noiantir*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS.

NVLLATIO, *mutatio.* In Gloss. Arabico-Lat. Legendum forte *Nutatio.* Sed retinendum *Nullatio* suadet Papias, qui scribit: *Nullatio, Mutatio, vnde adnullare, nullius pretii facere. Nullationem, Mutationem*, in Gloss. Sangerm. MS. n. 501.

NVLLIFICAMEN, contemtio. Tertull. lib. 3. adu. Marcion. c. 7.

NVLLIFICARE, contemnere. Tertull. adu. Psychic. cap. 15. *Qui manducat, ne Nullificet non manducantem.* Libellus Precum Marcellini et Faustini: *Et si non est dubitandum paucos Episcopos esse pretiosos de merito Confessionis, et inuiolabilis fidei, multos vero Nullificari haereseos vel praevaricationis, etc.* Vtitur etiam Commodianus Instruct. 80.

NVLLIFICATIO, eidem Tertull. lib. 4. adu. Marcion. c. 14. *Quae ignominia? quae Nullificatio?*

† NVLLIMANNI, quasi nulli homines, apud Ludewig. to. 9. Reliq. p. 823.

Digitized by Google

† NVLLITAS, IC. dicitur ſententia contra leges, canonesue, aut ab alio quam iudice lata, to. 9. Ordinat. reg. Franc. p. 603. Hinc

† NVLLITER, iisdem pro iniuſte, illegitime, tom. 3. Hiſt. Nem. Prob. p. 43.

NVLLVMQVAM, nunquam ſeu nullo vnquam. Charta Ottonis III. Imper. an. 998. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 132.

† NVLLVS, aliquis, quilibet. Ch. a. 1096. inter Probat. Hiſt. geneal. domus reg. Portug. to. 1. p. 2.

NVMANTIA. Charta Raymundi Comitis Toloſani ann. 1181. apud Catellum lib. 2. Hiſt. Toloſae, p. 215. *Macellarii et carnifices vrbis Toloſae ei ſuburbii non lucrentur in vlla carne, quam vendant in duodecim Numantiis, niſi denarium vnum, nec ſupra, nec infra, etc.* Occurrunt eadem verba rurſum infra. V. *Nummata* in *Nummus.*

NVMATA, V. in *Nummata.*

† NVMBILE, vel NVMBILIS, lumbus, imbrex porci, Gall. *Longe*, alias *Numble*, i. q. ſupra *Nebulus.* Ch. Mſ. a. 1367. V. *Lumbi* et *Numblus.*

NVMBLE. Charta ann. 1239. ex Tabul. Eccleſiae Bituricenſis apud Thomaſſerium in Conſuetud. Bituric. lib. 1. cap. 60. *Videlicet in quolibet porco a carnifice occiſo die Sabbati ad vendendum* les Numbles, *et de quolibet boue, vel vacca, quoque die ad vendendum occidatur, pectus, . . . ſoluere tenebantur.* Venatores *Nombles* vocant fruſtum carnis ceruinae ſectum inter femora; hic autem porci fruſtum eſt ſectum circa vmbilicum, Gallis *Nombril* vnde vocis *Nombles* etymon ducunt, niſi forte *Numble* a *Lumbulus*, imbrex porci, oriatur, vt fere ſuadent, quae ſupra dicta ſunt in *Lumbi* et *Lumbolus.* V. etiam *Numbulus* et *Nunblicus.*

† NVMBLVS, i. q. *Numbile*, in Ch. Mſ. a. 1313.

NVMBO, *fulgoris nomen*, apud Papiam.

NVMBRIARE, numerare, vel nominare, conſcribere, f. ab Hiſpan. *Nombrar.* Charta Edwardi III. Angl. an. 1360. apud Rymer. p. 170.

NVMBVLVS, vt ſupra *Numble.* Iſtellanus de Auiſano in Comput 1318. rationem reddit *de firmi norum, lesdae linguarum boum Numbalorum porcinorum, etc.*

NVMELLARE, *numella ligare*, Ni latus, *numella ligatus*, Iohann Ianua. Papias et Gloſſ. Arabico *Numellatus, numella ligatus.* G Sangerm. MS. num. 501. *Numellatus, numella ligatus, i. e. vinculo, quo quadrupes alligatur.* Notae ſunt latinis *Numellae.*

† NVMENCVLATOR, i. q. *Nomenclator*, cuius officium erat ad menſam aut ad coetum vocare. Cencius ad calcem Ord. Rom. Mſ. NVMICVLATOR, eadem notione, t. 9. Collect. Hiſt. Franc. p. 664.

NVMERA, vt infra *Numeri.* Acta S. Iſidori Mart. in Inſula Chio, ex antiquo MS. Latino, tom. 3. Maii pag. 451.

† NVMERABILITER, numerato, in Ch. Mſ. a. 1271.

NVMERAGIVM, V. mox in *Numeratores.*

NVMERALII, iidem qui infra *Numularii.* Statuta Arelat. MSS. art. 72.

NVMERALITAS, numerus. *Coepit creſcere Numeralitas Fratrum vndique conuenientium*, in Maceriis Inſulae Barbarae tom. 1. pag. 6.

† NVMERAMENTVM, profeſſio feudalis, qua vaſſallus feudalia praedia, cum ſuis limitibus ac terminis, atque adeo iuribus et oneribus, domino ex officio enumerat, Gall. *Denombrement.* Inuent. Chartar. reg. a. 1482. V. *Narratio* 2.

NVMERARIVS, *arithmeticus*, vt eſt in Gloſſ. Lat. MS. Regio. Gloſſ. Graec. Lat. Ἀριθμητὴς, *Numerarius.* Alibi: Ψηφιστὴς, *Computator*, *Numerarius*, *Ratiocinator.* Auguſtinus in Pſalm. 146. *Excedit omnes Numerarios, intelligentia eius numerari a vobis non poteſt.* Ita vſurpat etiam lib. 2. de Libero arbitrio c. 11. NVMERARII, qui in Notitia Imperii, pag. 13. 53. 119. inter Officiales Iudicum, ſeu Magiſtratuum recenſentur,

Digitized by Google

tur, erant ii, *qui publicum nummum aerario inferebant, hoc est, qui pecuniam Regiam ex tributis, et portoriis, et vectigalibus partam in aeraria inferebant*, vt est in Glossis MSS. ad Cod. Theod. et apud Isidor. lib. 9. Orig. c. 4. Ad huiusmodi *Numerarios* refert Carolus de Aquino id quod legimus apud Vegetium lib. 2. c. 19. *Sed in quibusdam notarum peritia calculandi computandique vsus exigitur. Totius enim legionis ratio, siue obsequiorum, siue militarium nummerum, siue pecuniae quotidie adscribitur actis, maiore prope diligentia, quam res annonaria vel ciuilis libris adnotatur.* Etymon ducit idem de Aquino, non a *nummis aerario illatis*, sed a *numeris* seu copiis militaribus. Vtque huic opinioni potius assentiatur, facit vocabulum *supernumerarii*, qui profecto dicuntur a *Numerariis*, nec alioqui quidquam habent negotii cum numeris notarum siue ratione computandi. Addit tandem, *Numerarios* a Iurisconsultis appellatos fuisse *Rationarios*, a publicis rei castrensis et militaris rationibus computandis. NVMERARIVS CANONICVS, qui de ipso Collegio est, non vltra numerum constitutum. Constitut. Eccl. Valent. tom. 4. Concil. Hispan. p. 154. NVMERARIVM PRETIVM, numerata pecunia, vel de qua numeranda conuentum est. Roland. Patau. de factis in Marchia Taruisina lib. 10. c. 17.

NVMERATORES, alias Campipartores, qui a dominis feudalibus statuuntur ad numerandos in agris mergites, seu *garbas*, pro *decimis*, vel *campiparte*. Charta an. 1179. in Tabulario Ecclesiae Carnotensis num. 101. V. *Campipars*. NVMERAGIVM, ius ipsum constituendi *Numeratores;* († seu potius inergites in agris pro decimis vel campiparte numerandi officium, ad maiorem interdum pertinens, vnde *Numeragium* appellabant, quod eam ob causam illi soluebatur, atque inter illius iura recensebatur.) Charta Odonis Parisiensis an. 1179. in Magno Pastorali Eccl. Paris. lib. 8. Ch. 24. *Quitauit Capitulo B. M. Paris. ventas, Numeragium, iustitiam et omnem iurisdictionem, etc. Dederunt Numeragium seu campipertagium*, in Charta an. 1259. ex Chartulario B. M. de Bono-nuncio Aurelianensi.

NVMERATVS, nominatus, delegatus. Charta an. 1277. ex Chartulario S. Vandregesili tom. 1. p. 1031.

NVMERI, cohortes, vox Vlpiano, Vopisco, Ammiano, et aliis nota. Optatus lib. 3. *Reuersi sunt vexati milites ad Numeros suos. Numeri militares*, apud Will. Tyrium lib. 2. c. 20. Ita νόμερον vsurpant Graeci recentiores. NVMERORVM LIBER *vocatur, eo quod in eo egressae de Aegypto Tribus dinumerantur, et quadraginta duarum per cremium mansionum in eo descriptio continetur.* Isidorus lib. 6. cap. 2.

NVMERIA, *dea numeri*, in Gloss. Isid. V. S. Augustinum lib. 4. de Ciuit. Dei c. 11. Cato in fragmento de liberis educandis: *In partu precabantur Numeriam, quam Deam solent indigitare pontifices.*

NVMERICAE NOTAE Romanorum solae fuerunt in vsu in veteribus instrumentis, vt omnes norunt, cum ante saeculum XIV. incogniti fuerint Arabum numeri. His vsus est Petrarcha in Codice Librorum S. Augustini in Psalmos an. 1375. narrante Mabillonio lib. 2. de Re Diplom. c. 28. num. 18. cui nonnulla subdit scitu digna de variis numerorum Romanorum figuris, vt videre potes, cum opus fuerit. V. *Cifrae.*

NVMEROSITAS, multitudo, apud Tertullianum de Monog. cap. 4.

NVMERVS. (1) Populus, multitudo. S. Paulinus Poemate 16. seu Natal. 5. de S. Felice.

Functus erat longum perfunctus Episcopus aeuum
Maximus, et Numerus ductu Pastoris egebat.

(2) *Denarium, et Numerum, et argentum, et aurum, et draginam, et sestertium, et minam excussisse* legitur Carolus cognomento Crassus Imp. in Charta, quam laudat Mabillon. tom. 3. Annal. Benedict. p. 209. Chartular. S. Vincentii Cenoman.

Digitized by Google

man. fol. 115. *Monachi habent medietatem censuum cimeterii et duos Numeros censuales proprios in quadam noa.* Videtur vtrobique legendum *Nummus.* (3) NVMERVS AVREVS, compotistis, dicitur Cyclus Lunaris, seu decemnouennalis, in eum finem institutus, vt quatenus per totam seriem Calendarii deducitur, demonstret omnia nouilunia, ac illud speciatim, a quo supputata Luna 14. indigitat Pascha. Quippe anno 1. Cycli, v. g. vbicunque in Calendario, ac per menses singulos inscriptum vides aureum numerum 1. ipsa indicat nouilunium eo die conringere, vel contigisse; ac pari modo anno 2. vbicunque vides aureum numerum 2. anno 3. atque ita porro, quousque annis Cycli expletis, tum ad vnitatem redeatur, tum nouilunia iisdem diebus, eodemque ordine recurrant. Aureum autem numerum appellari aiunt, seu quod olim aureis literis inscriberetur, seu propter inuentionis et vsus eius excellentiam. V. Durandum lib. 8. Ration. cap. 11. et alios Compotistas. (4) V. *Numeri.*

NVMICVLATOR, V. *Numenculator.*

NVMIDA, *qui vendit herbas, vel qui alit pecora ad vendendum*, in Glossis Isid. Paulo aliter Festus: *Numidas dicimus, quos Graeci Nomadas, sine quod id genus hominum pecoribus negotiatur, sine quod herbis vt pecora aluntur.* Adde Ammianum lib. 31. cap. 6. et Isidorum lib. 9. c. 2. vbi *Numides* et *Numidas* scribit.

NVMINCVLATOR, V. *Nomenclator* sub finem.

† NVMISMATAE, idem, in litt. remiss. a. 1371.

† NVMMARIATAE, merces quae nummis acquiruntur, quemadmodum *Denariatae*, quae denariis. Lit. remiss. Ms. a. 1359.

NVMMATA. (1) Pretium rei per nummos, vt *Denariata*, per denarios, *Librata*, per libras, etc. *Nummata panis*, apud Vincentium Beluac. lib. 26. cap. 39. *Nummata carnium*, in Bulla Alexandri III. a. 1178. *Nummata ciborum*, in Tabulario Monasterii Tiron. *Nummata vini ad celebrationem Missarum*, saec. 6. Benedict. part. 1. p. 236. *Numata terrae*, in Statutis Vercell. fol. 30. recto. (2) Nummus ipse, vel valor nummi ac pretium. Consuetudines Prioratus de Capella in Dioecesi Bituricensi ex eiusd. Tabulario. (3) Merces ipsae, vt *Denariatae*, seu *Denrées*, nam *nummi* et *denarii*, idem sunt. Libertates villae S. Paladii in Biturigib. NVMMATA, neutrius generis in plurali, idem Charta Ludouici Regis Franc. ann. 1315. pro Normannis.

NVMMELLATVS, V. supra *Nummellare.*

† NVMMVLARIVM, mensa nummularia. Ch. Ms. a. 1050.

NVMMVLARIVS. (1) Αργυραμοιβοὶ, κολλυβισταὶ, *Campsores*, qui nummulos et minutos nummos pro maioribus dabant iis, qui necesse habebant maiores minoribus ad vsum quotidianum permutare. Gloss. Lat. MS. Regium: *Nummularius, Collectarius, Mensarius.* (2) Monetarius. Papias: *Nummularius. Qui facit nummos vel monetarius.* Tabularium Ecclesiae Gratianopolitanae fol. 78.

NVMMVS, denarius, minutior moneta, in Cod. Theod. non semel. Papias: *Nummi, Folles dicuntur a sacculo quo conduntur.* Fulbertus Carnot. Epist. 9. *Vnum caballum a famulo nostro Deodato debuit comparare 32. solidis, pro arrabone dotis 12. Nummis.* Epist. 15. *Dabit vobis pro hoc negotio mille libras denar. et centum palleas, et dominae Reginae quingentas libras Nummorum.* Vbi *denarii et nummi* idem sunt. NVMMVS ABRENVNCIATIONIS, quem quis rei alicui *abrenuntians*, seu illius possessionem dimittens, in symbolum tradit ei, cui rem illam dimittit. Diplom. ann. 1065. apud Tolnerum in Probat. Histor. Palat. p. 31. NVMMI BRACTEATI, qui constabant ex tenuissimis laminis seu *bracteis* et in vno tantum latere signabantur. De iis agunt Scriptores Germanici, Iacobus a Mellen in Epistola ann. 1678. Ioh. Christoph. Olearius in Isagoge ad Numophylacium Bracteatorum

Digitized by Google

torum ibid. an. 1694. et alii. † NVMMI PRO CAPITIBVS, census quatuor denariorum, quem *homines de corpore* vel de *capite* quotannis domino debebant praestare, V. *Capitales*. NVMMI CAVI, SCHYPHATI et in modum *scutellae fabricati*, prae minori densitate, apud eosdem Germanos. Aurei fuere pauciores, plures vero argentei, aenei, aut argento et aere mixti. Incogniti fuerunt ante tempora Ottonis M. Passim videntur cusi typis Abbatum, Abbatissarum atque Monasteriorum Germaniae, ac praesertim Heluetiae, plurimique nominibus, ipsis etiam imaginibus Episcoporum aliorumue Praesulum insigniti. V. Othonem Sperlingium in Epistola de Nummis *Bracteatis* et *Cauis* ad Iacobum a Mellen. NVMMVS CONFIRMATIONIS, qui datur ad confirmandam donationem, vel rei alicuius abdicationem. Notitia an. 1052. ap. Schannatrum Vindem. Litter. pag. 42. † NVMMI PRO CROCEA, pensio quae ab ecclesiis episcopo quotannis soluitur in *signum subiectionis*, i. q. *Cathedraticum*. Ch. Ms. an. 1224. † NVMMI DE DOMINICA, oblatio quae dominica die a fidelibus fit inter Missarum solemnia, i. q. *Offerenda*. Ch. Ms. a. 1168. NVMMVS DE LEGIBVS, legitimus, in cuius metallo ea probitas est, quae a *lege* requiritur; de quo supra in *Lex* col. 86. † NVMMVS LVCOSVS, qui pro administratione sacramentorum in extremis sacerdoti offertur, V. *Denarius Lucofus*. † NVMMVS MISSALIS, qui pro Missa celebranda sacerdoti datur, V. *Missalis nummus*. † NVMMI PENTECOSTALES, praestatio quae a Parochianis ad festum Pentecostes curioni, vel ab inferioribus ecclesiis marrici seu episcopo soluebatur. Hist. Autiss. Prob. p. 43. NVMMI RVNICI, Runis seu literis Gothicis insigniti, de quibus non semel Eruditi Septentrionales, maxime Dani et Sueci. De his nummis commentationem edidit Nic. Kederus Holmiensis Lipsiae an. 1704. NVMMVS SYNODALIS, V. in *Synodus*.

NVMBLICVS, vmbilicus, Gall. *Nombril*. Regestum Castri Lidi fol. 32. *De boue mortuo pectus: de porco mortuo vendito, Numblicum, vt habeat de corio fubleuando cum pellice de vno bacone vendito in foro*, 1. den. *vel iocia*. Occurrit alibi in eodem Regesto. V. *Numble*, *Numblus* et *Nebulus*.

† NVNCILLVS, f. diminut. a *Nuntius* 2, mercenarius, seruus ad annum conductus. T. 9. Ordin. reg. Franc. p. 378. *Homines et personas ibidem degentes et habitantes et in futurum habitaturos, vxores, liberos, nuncillos, ancillas, et familiares eorum* etc.

NVNCIVS, V. infra *Nuntius*.

NVNCVPAMEN, nomen. Codex traditionum S. Emmerammi apud Pezium to. 1. Anecd. col. 110.

NVNCVPANS, passiua notione, non semel in Chartis, vt apud Lobinellum. to. 2. Hist. Britan. col. 23. *In loco non ignobili Nuncupante Lis-Nowid*. Adde col. 341. etc.

NVNCVPATIM, nominatim, apud Claudianum Mamertum lib. 2. de Statu animae cap. 9.

NVNCVPATIVE, nomine tantum, non re, in Epistola Hadriani PP. ad Episcopos Hispan. contra Elipandum, tom. 3. Concil. Hisp. p. 95.

NVNCVPATIVVM TESTAMENTVM, quod voce declaratur, et ad cuius firmitudinem non est necessaria scriptura, licet nunc adhibeatur ad perpetuam rei memoriam. Testamentum an. 1213. tom. 3. Concil. Hispan. p. 487. col. 1. V. *Testamentum* 1.

NVNCVPATIVVS, nomine solum, non re ipsa. Epistola Alcuini ad Monachos Gothiae de Felice Vrgell. tom. 3. Concil. Hisp. p. 118. Vtuntur Theologi scholastici.

† NVNCVPLVS, *nove numero, e ordine, e pondere*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

† NVNDERVS, in Ch. a. 1231. inter Probat. t. 2. Annal. Praemonstr. p. 294. vbi Tolner. in Hist. Palat. edidit *Munderus*. V. in hac voce.

NVNDINAE. (1) Vox apud Eugippium in vita S. Seuerini c. 9. pro vico sumitur,

Digitized by Google

sumitur, vt obseruat Velserus, quod scilicet Germanis Markt appellentur tum nundinae, tum vici eiusmodi, Emporium Graecorum: *Cuidam cum coniuge liberisque redempto, praecepit transuadere Danubium, vt hominem ignotum in Nundinis quaereret barbarorum.* Glossae antiquae MSS. *Nundinae, Locus mercati, Nundinae, commercia, stationes.* (2) Epulae, apud Vlpianum in leg. 69. D. pro socio, vbi Dionys. Gothofred. (3) NVNDINAS ERIGERE, Gallis *Eriger une Foire.* Ordericus Vitalis lib. 6. p. 606. NVNDINAE CALIDAE, quae in aestate habentur. Charta an. 1322. in Hist. S. Barbarae Lugdun. pag. 202. NVNDINAE BANNALES. Charta Herimanni Episcopi Metensis apud Meurissium p. 379. (4) Decursiones militares, hastiludia, quae *Torneamenta* vulgo vocant. Decreta Eugenii II. PP. c. 7. *Temerariam multorum audaciam, qui ad detestabiles Nundinas ex condicto venire solent ad ostentationem virium suarum, omnino et sub anathemate fieri prohibemus. Quod si quis ibidem mortuus fuerit, poenitentia et viaticum ei non negetur, Ecclesiastica tamen careat sepultura.* Sed et praelia et bella ciuilia ita appellat S. Bernardus Clareuallens. Abbas in Epist. ad Sugerium Abbat. S. Dionysii, to. 4. Hist. Franc. p. 516.

NVNDINARII, *mercatores*, in Gloss. antiquis MSS.

NVNDINATOR, ἀγοραῖος, forensis, in Gloss. Lat. Graec. Sangerm. MSS.

† NVNDOFILI, haeretici, iidem qui *Arnaldistae* et *Paterini*, apud Murat. t. 4. Antiqu. Ital. med. aeui p. 1112. V. *Paterinus.*

NVNNA, NVNNAS, V. *Nonnus.*

† NVNNATIO. *Arabes habent tantum tres vocales, a, i, o, et Nunnationem.* Io. Heymann. t. 2. Syllog. epist. a Burmann. p. 321. Per *Nunnationem* autem illam, *oun* pronuntiatur *nonn* in fine vocabulorum, quod additur infinitiuis et accusatiuis. *Nasalis* vero dicitur haec pronuntiatio.

NVNTIARE, citare, in ius vocare. Vita S. Praeiecti cap. 3.

NVNTIATICA. Durnus Roman. c. 6. tit. 19. *Cuius exactionem per nostrum dispositum fecisse dignoscens, praesenti Ill. inductione de Nunciatis vel de aliis accidentibus causis, etc.*

NVNTIATIO NOVI OPERIS per *ictum lapilli*, in Charta Occitania an. 1407. de Carmelitis qui Monasterium in loco de Montesquiuo Riuensis Dioecesis aedificare coeperant. Atque hae quidem nuntiationes noui operis, vt et restitutiones in integrum *per signa* fieri dicebantur. V. *Denuntiatio.* † NVNTIATIO, pro Nuncium, Gall. *Nouvelle*, apud Murat. t. 20. Script. Ital. p. 887.

NVNTIVM, legatio. Chronicon Triuetti, to. 8. Spicil. Acher. p. 670.

NVNTIVS. (1) Legarus, missus. Annales Genuens. ap. Murator. tom. 6. col. 47. (2) Apparitor, iudicum missus, qui eorum *nuntia* portat et mandata exsequitur. Litterae Ioannis Franc. Regis an. 1350. to. 4. Ordinat. p. 6. *Tres Consules et sexdecim Consiliarios habeant . . . et vnum Nuncium pro Consiliariis suis congregandis.* NVNCIVS ARMORVM, Gall. *Sergent d'armes*, in Codice MS. DD. *Dagueſſeau* Cancellarii, vbi de Processu dissolutionis matrimonii Ludouici XII. fol. 170. NVNTIVS CAMERAE, V. *Camerari Prouinciarum* in *Camerarius.* NVNTIVS CITATORIVS, qui in ius citat seu vocat. Chron. Dominici de Grauina apud Murator. to. 12. col. 552. NVNTII CONCLAVIS, Gall. *Couriers du Cabinet*, quos habebant Maiores Domini, quosque inter Nobiles feoda tenentes numeratos fuisse probat D. Brussel to. 1. de Feudorum vsu pag. 172. ex hoc Chartularii Montisfortis loco, vbi de feodis ad hoc castrum pertinentibus: *Magister Hubertus de Manlis est homo Comitis, et debet ire in Nunciis domini Comitis eques.* NVNTIVS CVRIAE. Charta Guillelmi Comitis Forcalcarii an. 1206. pro Manoscensibus: *Item quod Baili et Iudices et Notarii Curiae, et Nuntii sint Annales. Et qui semel Baiulus, aut*

Digitized by Google

aut Iudex, aut Notarius, aut Nuntius Curiae fuerit, etc. NVNCIVS POTENS, delegatus, qui possit personam et vices mittentis agere. Charta Ottakeri Marchionis Styriae an. 1156. apud Ludewig. to. 4. p. 202. NVNCIVS PORTANS PYXIDEM, V. *Pyxis.* NVNTIVS REGIS, idem qui *Missus Dominicus*, in Decretis S. Ladislai Regis Hungariae lib. 3. c. 1. 2. NVNTIVS VIRGAE, Gall. *Sergent à verge*, apparitor qui in symbolum officii virgam portat. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. inter Acta SS. Iunii to. 3. p. XXXV. (3) Mercenarius, seruus ad annum conductus. Statuta Arelat. MSS. art. 154. *de Nunciis locandis in festo S. Andreae: Statuimus quod illi qui conducent de cetero aliquem vel aliquos mercenarios vel mercenarium ad annum, quod illos conducant a festo S. Andreae; et idem dicimus de furneriis et posteriis, et quod omnes Nuncii, qui modo sunt locati ad festum S. Michaëlis ad alium terminum teneantur stare vsque ad festum S. Andreae . . . Ab hoc statuto excipimus pastores ouium . . . et hoc continere nolumus omnes mercerarios, qui ad annum starent cum domibus religiosis. Nuncius Agriculturae*, ad agros colendos destinatus, in Ordinatione Caroli Comitis Prouinciae an. 1228. et Musaeo D. Brunet. (4) † Epistola qua Exarcho Rauennae nuntiabatur Papae obitus, in Diurno Rom. Pontif. p. 9.

NVNVS, V. *Nonnus.*

NVPENI, vox Anglica, quam vide in *Wardpeni.*

† NVPERITAS, *la novita, o noveça.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

NVPTARE. Glossae Isidori: *Nuptant, Nubunt.*

NVPTATORIVM, V. mox in *Nuptorium.*

NVPTIAE. (1) Obuentiones Curionum pro nuptiis. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu Ch. 215. (2) Conuiuium solemne in receptione Episcopi recens consecrati. Testimonia pro Ecclesia Turon. contra Dolensem, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 914. *Nuptiae spiritales* post consecrationem *Basilicae*, eodem, vt puto, significatu celebratae memorantur, in Charta Guillelmi Ducis Norman. an. 1066. e Chartulario SS. Trinit. Cadom. (3) AD NVPTIAS PVERORVM *teneri*, in Charta an. 1238. apud Miraeum to. 1. p. 755. dicuntur, qui auxilium dominis suis debebant ad maritandos eorum filios; de quo dictum est in voce *Auxilium.* (4) † Solemnis ecclesiae vel monasterii consecratio, t. II. Gall. Christ. Instr. p. 59.

NVPTIALIS, qui nuptias init, apud Mabill. p. 206. Liturg. Gallic. col. 2. NVPTIALES CHARTAE. Charta an. 1092. et Tabulario S. Illidii Claromont. *Ego P. de Camaleria, Dominus castri Turiaci dono et concedo per me et per meos in perpetuum omnes Chartas Nuptiales, quae sunt in castro Turiaci et in omnibus locis pertinentibus ad Turiacum, quae sunt de feudo meo, tibi A. Abbate monasterii S. Illidii.* Alia an. 1203. *De Cartis Coniugalibus, quae sunt in parochia de Tuirec.* Alia an. 1206. ex eodem Tabulario: *Magister Simon Archipresbyter d'Erment conquerebatur de Abbate S. Illidii super Cartis Nuptiarum de Agella et de Basuilla.* Has *Nuptiales Chartas* in voce *Charta* Cangius intelligit de Iure matrimonii sacramentum impertiendi. NVPTIALIS VESTIS, V. in *Vestis.*

† NVPTIANTES, incontinentes, t. 2. Aug. p. 684.

NVPTIARE, nubere. S. Maximinus Taurinensis Homil. in Epiphan.

NVPTIATICVM, tributum forte, aut vectigal, quod pro nuptiarum facultate soluebatur domino. In Capitulari Sicardi Principis Beneuentani an. 836. cap. 27. est *de sigillatico et Nuptiatico.*

NVPTIATOR, qui nuptias ambit, amat. S. Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinianum c. 23. Apud eundem Ep. 11. *Secundus Nuptiator* dicitur, qui alteras init nuptias. Pro Paranympho sumitur in voce *Druchte.*

NVPTORIVM et NVPTATORIVM, *domus vel locus vbi fiunt nuptiae, vel vbi nubunt.* Gloss. Isid. et Vgutio.

† NV-

Digitized by Google

† NVRA, nurus, vxor filii, in Testam. Mſ. a. 1250. V. *Nora.*

NVRIGARIVS, idem qui ſupra *Norigarius*, qui nutrit oues, in Charta an. 1432. V. *Noreguerius.*

NVROK, V. Wadding in Regeſto to. 1. p. 19.

NVRVS, Νύμφος, *νυμφίος*, ſponſus. Supplem. Antiq.

NVS, pro *Nos*, in veteribus Chartis Gallicis 9. 10. 15. 24. 26. 27. etc. apud Mabillon. poſt libros de Re Diplomat. et apud Baluzium in vett. formulis non ſemel: vnde Galli forte ſuum *Nous* ſeruarunt, ſemel ac iterum in Placitis aliquot Chlodouei III. tom. 4. Act. SS. Ord. Bened. pag. 617. 618. et apud Doubletum, vbi fruſtra viri docti emendant in *Nos.*

† NVSARE, *Arabice*, *Secatura quae cadit a ligno, quando ſecatur.* Gloſſar. Mſ. medic. Simon. Ianuenſ.

NVSCA. Gloſſ. Theodiſc. *Fibula, Nuſca.* Item: *Lunula, Nucula*, f. *Nuſcula.* Leges Angliorum et Verinor. tit. 6. §. 6. *Mater moriens filio terram, mancipia, pecuniam dimittit: filiae vero ſponſalia colli, id eſt, muraenas, Nuſcas, monilia, inaures, veſtes, armillas, etc.* Charta an. 1320. *Et tres Nuſcae auri cum gemmis pretioſis, etc. Nuſca vna de auro*, in Charta an. 1053. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 203. *Scrinium eburneum et in eo Nuſcae aureae quinque, armillae duae*, apud Fred. Schannattum Vindem. Liter. pag. 9. V. *Noſca.* In Gloſſario Schilleri: *Nuoſci, Fiſtulas*, vbi notatur f. legendum *Fibula.* Deinde *Sine Nuſchin, Poculum* ab eodem Schiltero redditum Rythm. de S. Ann. v. 651. At Scherzio in Not. *Nuſchin* eſt *Fibula, ſpinter.* Gloſſ. Florent. *Nuſca, Fibula, Nuſculi, Lunula.* Vocabul. Lat. Germ. *Spinter, Nuſchel. Vectoris eſt proprie ſpinter paruumque monile.*

† NVSCENTVM, nucetum, ager nucibus conſitus, in Ch. Mſ. a. 1359. V. *Nucelletum.*

NVSCIO, NVSCIOSVS, V. *Noctioſus.*

NVSCITARE, διαπτύειν, in Gloſſis Lat. Graec. Sangerman. *Exſpuere, faſtidire*, in Suppl. Antiq.

NVTA, *guſtus oris*, apud Papiam.

NVTATVS, turbatus. Vita S. Conwoionis Abb. ſaec. 4. Benedict. part. 2. p. 260.

† NVTERANS, nox intrans, a vet. Gall. *Nuitantré*, in Litt. remiſſ. Mſ. a. 1350. V. *Noctanter* et *Nutio.*

† NVTIBVNDVS, pro Nutabundus, t. 6. Sept. p. 432.

NVTINARE, *corpus, ingenium, genitura.* Gloſſ. Iſid. Poſt Cerdam Graeuius reſtituit *Natura*, pro *Nutinare*, et *Genitalia*, pro *Genitura.*

NVTIO. Concil. Legion. ann. 1012. can. 26. *Si Miles vero in Legione in ſolo alterius caſam habuerit, bis in anno eat cum domino ſoli ad iunctam; ita dico, vt eodem die ad domum ſuam poſſit reuerti: et habeat dominum qualemcunque voluerit, et faciat de domo ſua ſicut ſuper ſcriptum eſt, et vlli domino non det Nutio.* An *noctem?* adeo vt ſenſus ſit, militem domino debere diem ad *iunctam*, non vero noctem, quod ſtatutum ſit, *vt eodem die ad domum ſuam poſſit reuerti.*

NVTRA, pro *Neutra*, in Literis ann. 1224. to. 4. Ordinat. pag. 376. art. 8. vt ibi monitum a Cl. Editore.

† NVTRICAMENTVM, nutricatus animalium, ex quo decimae penduntur eccleſiis, i. q. *Nutrimentum.* Ch. Mſ. a. 1116. V. *Nutrimina*, et *Nutricatio.*

NVTRICARE, nutrire. Capit. Caroli Magni lib. 1. c. 132.

NVTRICARII, matriculatii, quibus enutriendi ac educandi infantes proiectos cura incumbebat: Gall. *Noriſſiers.* Vita S. Goaris c. 10.

† NVTRICATIO, i. q. *Nutricamentum*, in Ch. Mſ. Ioann. abb. S. Michael.

NVTRICIA, pro *Nutrix*, ex Gallico *Nourrice.* Archithrenius lib. 1. c. 2.

† NVTRICIO, nutricius, nutritor, apud Bertol. in Antiq. Aquelei.

NVTRICIVS, alumnus. Gerardus Abb. in Vita S. Adalardi in Prologo.

† NVTRICVLA, dimin. a Nutrix, dicitur de eccleſia, in qua quis nutritus

Digitized by Google

tritus est et educatus, t. 6. Collect. Hist. Franc. p. 263. V. *Nutritor* 2.

NVTRIDVS, pro *Nutritus*, familiaris, domesticus. Formulae Andegau. art. 55. to. 4. Analect. Mabillonii p. 267. V. *Nutriti*.

NVTRIMEN, NVTRIMENTVM, NVTRITVRA, nutricatus animalium, ex quo decimae pendunrur Ecclesiis. NVTRIMEN. Regula Canonicorum cap. 122. ex Synodo Aquisgranensi: *Loca eis congrua astribuant, in quibus Nutrimina fiant, vnde necessaria pulmenta habeant.* Vita S. Deodati Abb. to. 3. SS. Aprilis p. 274. *Enituit . . . quoddam Dei seruorum coenobium . . . ex cuius sacro Nutrimine puer insignis pullulat Deodatus.* Vbi *Nutrimen*, quod *Educatio* reddunt viri docti, metaphorice dictum, atque ad Monachos vna nutritos educatos translatum existimo. NVTRIMENTVM. Greg. Mag. lib. 1. Dial. c. 9. *Placet tibi, Domine, vt de Nutrimentis matris meae manducare non possim, ecce enim gallinas, quas nutrit, vulpes comedit.* Epistola Episcoporum Galliae ad Ludou. II. Reg. c. 14. *Laborent et excolant terras, . . . faciant Nutrimenta congrua et necessaria.* NVTRITVRA, in Charta Caroli Magni apud Adamum Bremensem cap. 9. et to. 1. Capitul. Baluz. col. 246.

NVTRITATIO, V. *Nutricatio.*

NVTRITIAE, in Regula Monialium Fontevraldensium cap. 17. eaedem sunt quae *Nutriti* in Monasteriis virorum, c. 17.

NVTRITIVM, pro nutricum mercede, in l. 1. D. de Var. et extraord. cognit. τροφεῖον, Graecis.

NVTRITIVS. Gloss. Lat. Graec. *Nutritius*, τροφεύς. Vetus Inscriptio: *Nemmia, Tertulla Nutricio suo et matri bene merenti posterisque suis et sibi.*

NVTRITOR. (1) Vt *Nutritius*, paedagogus, rector pueri. Greg. Turon. lib. 8. Histor. c. 22. V. *Baiulus.* (2) † Praesul, pater spiritualis, ap. Murat. t. 5. Antiq. Ital. p. 530. V. *Nutricula.*

NVTRITORIVM, locus in quo nutriuntur seu educantur infantes, vel ipsum educandi officium. Testamentum an. 1440. apud Madox Formul. Anglic. p. 433.

NVTRITVRA, alimentum, educatio, Gall. *Nourriture.* Testamentum Bertichramni Episc. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. p. 139. V. alia notione in *Nutrimen.*

NVTRITVS. (1) NVTRITI, familiares, qui e familia alicuius sunt, qui in domo domini aluntur. Gregorius Turonens. lib. 9. c. 36. *Comitibus, Domesticis, Maioribus, atque Nutritiis, et omnibus, qui ad exercendum officium regale erant necessarii, delegatis, etc.* Legendum *Nutritis.* (2) In Monasteriis, *Nutriti* dicuntur pueri, qui Monasterio oblati sunt, de quibus infra. Lanfrancus in Decretis pro Ordine S. Benedicti cap. 21. *Iuuenes tam Nutriti, quam de saeculo venientes, qui magistris custodiendi commendantur, in multis, sicut infantes, de quibus superius dictum est, custodiantur.* (3) Clerici, dicuntur *Nutriti*, qui Episcopis ratione Dioeceseos subduntur, quasi ex eorum familia. Capitul. 5. incerti an. c. 5. *Vt ipsi Presbyteri tales Scolarios habeant, id est, ita Nutritos et insinuatos, etc.* (4) † BENE NVTRITVS, liberaliter, ingenue educatus, bonae indolis. Chartul. Andr. Notarii Massil. (5) † Nothus, filius illegitimus, t. 10. Gall. Christ. Instr. p. 445.

† NVTRIX, quae educationem alicuius curat, in Ch. a. 1193. apud Cenc. inter Cens. eccles. Rom.

† NVTVERE. Testam. a. 1256. inter Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. t. 1. p. 31. *Item meum Psalterium bonum, quod me nutuit.* Leg. videtur, *quod est miniatum*, h. e. *minio* descriptum. V. *Miniare* 1.

NVX. (1) Balistae astragalus, epitoxis, *Noix d'arbaleste.* Will. Brito lib. 6. Philipp. p. 156.

Guido Nucem volvit balistae pollice laeua,
Dextra premit claudem, sonat vna neruus, et ecce
In Regis scapula stabat fatalis harundo.

Digitized by Google

(2) † Vasis species a forma sic dicta, t. 2. Annal. Praemonstr. Prob. p. 591.

NVXA. Vdalricus lib. 1. Consuetud. Cluniac. cap. 22. *Sanctorum reliquiae cruciculis, capsulis, et Nuxis inclusae per fratres a secretario diuiduntur, vt ab eis collo suspensae portentur.* Sed legendum videtur *Buxis*. V. in hac voce.

NYCTAGES, aliis νυκτάζοντες, Haeretici, *qui superfluas existimabant sacras vigilias, et spiritali operi infructuosas, dicentes, iura temerari diuina, qui noctem fecit ad requiem, sicut diem ad laborem. Qui haeretici graeco sermone Nyctages, hoc est, somniculosi, vocantur.* Isidor. lib. 2. de Eccles. offic. c. 22.

NYCTALMVS, in Gloss. Sax. Cottoniano, *Nihteage.* Vbi Somnerus, *forte Nuctalops*, id est, qui noctu melius cernit, quam interdiu. *Nyht*, noctem sonat, *Eag*, oculum. Sed videtur legendum *Nyctalus*, ex Graeco νυκτηλός.

NYCTIMENE, Νυκτιμένη, noctua. Rolandinus Patauinus de factis in Marchia Taruisina lib. 12. c. 9. De fabula Nyctimenes Nyctei filiae in Noctuam versae, vide Ouidium lib. 2. Metamorph. v. 591. et seqq.

NYCTOSTRATEGVS, Νυκτοστράτηγος, praefectus vigilum qui noctu vrbem perlustrant, publicae quietis causa. Arcadius lib. vlt. §. 12. Dig. de mun. et honor. *Nyctostrategi et pristinorum curatores personale munus obeunt.* Sic legendum puto *Nycostrategi*, quod occurrit in pluribus exemplaribus.

NYDBEDRIPES. Custumarium Monasterii de Bello apud Spelman. tit. *Brenhame*, fol. 91. *Alicia Frere tenet . . . et debet inde de redditu . . et de Horsgabulo, vt supra, &c. falcare per 3. dies, cariare fenum 3. Nydpedripes in autumpno cum hominibus.* Infra: *Ioan. Iuerton debet metere et ligare in autumpno ad nedacram, inuenire vnum hominem per 3. dies ad Nydbedripes ad metendum a meridie vsque ad vesperas.* In fol. seq. Coacta opera est in agris dominorum a tenentibus precario ponenda, a Saxonico Nyd, Vis, Necessitas, Rogare, precari, et pippan, Falcare, metere. V. *Bederipes.*

NYMPHAEVM, aquarum receptaculum. D. Ambros. in Actis sancti Sebastiani c. 18. n. 65. *Circa insulas, circa vicos, circa Nymphaea quoque erant positi compulsores, qui neque emendi copiam darent, aut hauriendi aquam ipsam facultatem tribuerent, nisi qui Idolis delibassent.* Capitolinus in Gordiano III. cap. 32. *Opera Gordiani Romae nulla exstant praeter quaedam Nymphaea et balneas.* Ammianus lib. 15. *Ad Septemzorcium celebrem locum, vbi operis ambitiosi Nymphaeum condidit Imperator.* V. quae de Nymphaeis congessit Cangius in nostra Constantinopoli. In mediis Ecclesiarum atriis, seu propylaeis exstrui solebant huiusmodi *Nymphaea*, vnde aquae salientes erumpebant. Anastasius in S. Hilaro PP. *Nymphaeum et triporticum ante oratorium S. Crucis, vbi sunt Columnae mirae magnitudinis, quae dicuntur Hecaton-penta. Nymphaeum* seu *Cantharum*, vnum enim et idem hic sonant hae duae voces, quod fuit ante Basilicam S. Petri Romae, describit S. Paulinus Epist. 13. nouae edit. num. 13. V. *Canthari* in *Cantharum.* † Scribendum NYMPHEVM, a Graeco νυμφεῖον.

Digitized by Google